



C. Schule sc. 1794.

SCRIPTORVM
REI RVSTICAE
VETERVM LATINORVM

TOMVS PRIMVS

M. PORCIVM CATONEM

ET

M. TERENT. VARRONEM

TENENS

EX LIBRORVM SCRIPTORVM ATQVE EDITORVM FIDE ET VIRORVM DOCTORVM CONIECTVRIS CORREXIT, ATQVE INTERPRETVM OMNIVM COLLECTIS ET EXCERPTIS COMMENTARIIS SVISQVE ILLVSTRAVIT

IO. GOTTLOB SCHNEIDER, SAXO

LIPSIAE
SVMTIBVS CASP. FRITSCH
MDCCXCIIII

LECTVRIS S.

IO. GOTTL. SCHNEIDER.

Collegii Scriptorum R. R. quos mihi poſt Geſneri curas corrigendos atque explicandos ſumſi, duumuiros principes, non magis antiquitate ſua venerandos quam ſermonis vetuſtate obſcuros et difficiles, prodire nunc iubeo. Antiquiſſimas Editiones Ienſonianam 1470 et 1472. Bononienſem anni 1494. Regienſem 1496 et 1499. comparauerat ipſe Geſner, aliena tamen opera ea in re vſus. Parum autem diligentiae adhibitum fuiſſe in comparandis iſtis Editionibus, quae Codicum manuſcriptorum lectiones fideliter exprimere videntur, tum demum coepi ſuſpicari, cum ipſe Bruſchianam Regii anno 1482. impreſſam cum editione Geſneriana vtraque contenderem, quae plerumque cum Ienſoniana facit, ſuas tamen interdum lectiones ſibi peculiares habet. Hanc abſolutis demum commentariis egregia immortalis Heynii humanitas vſibus meis ſuppeditauit; in qua comparanda cum occupatus eſſem, et Catone abſoluto, peruerſo ordine ad Varronis tertium librum tranſuolaſſem, ſubito iniecta mihi eſt ſuſpicio, Aldinam priorem anni 1573 vel 1574. a Geſnero nunquam fuiſſe inſpectam. Sumſi igitur eam ſta-

tim in manum, et taedium Aldinae lectionis, a Iucundo Veronensi, architecto, emendatae, cum vulgata comparandae, inuitus, etsi non sine magno laboris fructu, deuoraui. Atque ita confirmatam vidi suspicionem meam de Aldina priore, a Gesnero neglecta. Omnes enim eius lectiones, a vulgata diuersas, quas quidem ipse annotauit, (plurimas enim omisit;) non ex ipso fonte Aldino, sed ex riuis Iuntinae vtriusque anni 1515 et 1521. Gymnici 1536. Basileensis 1521. vel Gryphianae 1535. et Tigurinae 1528. duxit. Quo factum est, vt lectorum iudicium de lectionis variantis auctoritate mire turbaretur, vt egregie nuperrime animaduertit medicus Hauniensis *Chr. Fr. Rottboell*, cuius Obseruationes in Catonem exstant in Noua Collectione Actor. Societ. regiae Hauniensis, et seorsum Hauniae 1790. impressae. Idem Aldinam posteriorem 1533. discriminibus haud paucis a priore differre, et Editionem anni 1528. sine loci nota a Gesnero memoratam, quam et ipse inspexi, Tiguri factam esse docuit. Inter fontes lectionis Catonianae et Varronianae nominari debet Plinius et Petrus de Crescentiis. Plinii editionem, Harduini nomine inscriptam, omnium maxime infidelem expertus, nouissimam etiam Gabr. Brottier auctore factam Parisiis 1779. et Lugdunensem 1615. cum Dalecampii, B. Rhenani, Pintiani Commentariis et Codd. lectionibus Gallicorum, denique Vincentii Bellouacensis Speculum naturale ex editione Norimbergensi partim Duacensi (vbi loci plurimi Plinii descripti leguntur) diligenter consului. Petri Crescentiensis Editionem Basileensem 1538. a Pontedera consultam et ipse diligenter vbique

que adhibui; Louanienſis lectionem appoſuerat Geſner; tertiam ſub nomine antiquae meae laudaui, quam omnium primum eſſe ſuſpicor, anni, loci typographique nota plane carentem, ſed figuris ligno inciſis exornatam. Haec egregias lectiones multis in locis mihi ſuppeditauit. Ceterum lectorem meminiſſe velim in Commentariis noſtris legendis, ſerius et abſolutis fere animaduerſionibus meis allatam ad me et comparatam fuiſſe Bruſchianam, cuius me vſus deinde permouit, vt Aldinam priorem accuratius inſpicerem, eiuſque omnem varietatem annotarem. Atque ita accidit, vt in ſerie variarum lectionum, quas in multis foliis bis terque adeo tranſſcribere neceſſe habui, Bruſchiana tamen lectio interdum poſt trium Editionum principum I. B. R. lectionem, et Aldina nonnunquam poſt Iuntinam et Gymnici Editionem (I. I. G.) commemoraretur, cum Bruſchiana lectio Ienſonianam ſequi, Aldina vero Iuntinam antecedere deberet. Scilicet ad Aldinam vſque vna fere atque eadem eſt ſecta Editionum principum, quae Codicum fidem ſequi videntur, et ſaepenumero cum antiquiſſimo Politiani libro conſentiunt, quanquam raro eas Victorius inſpexiſſe et comparaſſe videtur. Aldinae auctor Iucundus, Veronenſis architectus, cum antiquis exemplaribus contuliſſe ſe profitetur hos libros, accurateque emendaſſe adhibito iudicio amicorum et doctorum hominum. Codices ſcriptos quos atque vnde depromptos habuerit non dixit, ex quibus tamen lacunas priorum Editionum ſuppleuiſſe videri voluit. Multa ſane is loca tentauit et mutauit, ſed omnia fere corrupit et peruertit, iudice etiam Pontedera.

Iuntina vtraque Aldinam ſatis fideliter expreſſit, niſi quod perpaucis in locis lectionem eam poſuit, quam deinde ex Codicibus ſuis protulit Victorius; itaque credere licebit, Nicolaum Angelium Buccinenſem, qui eam curauit, Codices ſcriptos adhibuiſſe ad corrigendos hos rei ruſticae Scriptores. Victorii merita in Scriptores eoſdem ſunt ſane illa permagna, eaque egregie olim enarrauit Geſner; ſed mira quanquam hominis perſpicacitas non ſufſecit omnibus Codicum ſuorum lectionibus, interdum minutis, inueſtigandis; eorumque auctoritatem nimis ſaepe deſeruit, Aldinumque exemplum repraeſentauit, a Iucundo correctum, cum redire potius ad primarum Editionum cum libris ſcriptis ſuis conſentientem lectionem deberet. Contra ſaepiſſime Codicum ſuorum ſcripturam, quanquam vitioſam et peruerſam, nimis, vel ſtudioſe vel religioſe ſecutus primae lectionis atque adeo ſententiae ipſius veritatem vel obſcurauit vel peruertit. In eadem tamen Victorium ſequi via, quam nouam ſibi ingenio et diligentia ſternere, et in tanta et rerum ruſticarum et ſermonis antiqui obſcuritate facem lectori praeferre maluit Geſner, cuius qui recoxit Editionem anno 1774. Io. Aug. Erneſti, praeclara profecto excuſatione vſus, defendit rationem Geſnerianam, ita praefatus Volumini alteri: *nec dubitamus hunc eodem fere modo iudicaturum et textum emendaturum fuiſſe, ſi ei libuiſſet totum textum ex copiis illis Lectionum variarum conſtituere, et non maluiſſet interpretem agere, quem plerique maxime requirunt.* Ego vero maluiſſem, virum doctum, cuius diſciplinae multum me debere gratus profiteor, multa et inſignia Geſnerianae Editionis vitia correxiſſe,

rexiſſe, quam moroſitatem vel iniquitatem conqueri Iulii Pontederae, cuius ipſe Curas Secundas non tam excerpſit, quam miſerum in modum truncauit, omiſſis plurimis annotationibus atque emendationibus plane egregiis viri doctiſſimi, cuius eruditioni et acumini plurimum poſt Iucundi Veronenſis, Victorii, Turnebi atque Vrſini ſagacitatem debent Scriptores R. R. Scaligerum enim in hac ruſtica diſciplina ingenium acerrimum plane deſtituit. Meurſium cum Popma ridere ſaepe libuit, cum illum veluti gallum gallinaceum ſterquilinium ſcalpturire, hunc vero graculi Aeſopii inſtar alienis plumis exornatum geſtire viderem. Morgagni paucae nimis obſeruationes ingenium ſuaue atque eruditionem egregiam medici peritiſſimi totae ſpirare mihi viſae ſunt. Horum vero interpretum omnium obſeruationes cum L. Io. Conr. Schwarzii ieiunis annotationibus, multis antea locis diſſipatas, velut in compendium redactas collegi atque ita lectoribus ante oculos poſui, vt vno oculorum coniectu omnem opinionum atque interpretationum varietatem diſpicere et iudicare poſſent. Praeter *Alb. Ludov. Fred. Meiſteri de Torculario Catonis vaſis quadrinis* libellum, Goettingae 1764. impreſſum, comparaui etiam Gallicam verſionem, Pariſiis anno 1771. editam, auctore *Saboureux de la Bonnetrie.*

Ex Antiquitatum latinarum graecarumque Enarrationibus atque Emendationibus praecipue ad veteris anni rationem attinentibus Iulii Pontederae Pataũii 1740. in charta quadruplicata editis, quibus Geſnerianam Editionem atque anni latini rationes egregie illuſtrauit atque explicuit, tabulam XXXIII. in qua annus, a Iulio Caeſare correctus, ob oculos

lectoris ponitur, excerptam repetii, quo facilius lectores rationes emendati a Pontedera capitis 28. libri I. Varronis, qui Iuliam correctionem secutus eſt, et notationes interuallorum anni, a ruſticis obſeruatorum, intelligere poſſent. Ex eodem libro tranſtuli priores duas Pontederae Epiſtolas de veteri ſcribendi ratione ad emendationem atque interpretationem librorum Catonis et Varronis appoſitiſſimas atque exquiſita eruditione refertas, quas in compendium redactas paginarum trium non integrarum ſpatio comprehendit, ipſe olim Pontedera, abſolutae iam editionis Lipſienſis anguſtiis excluſus, ita, vt lectori ſaepe obſeruationibus maxime neceſſariis ad lectionem Catonis vel Varronis librorum carendum eſſet, nec omnino egregiae viri obſeruationes de originibus latinae linguae in communem hominum noſtrorum notitiam venire poſſent. Indidem excerptam Tabulam XXXVII. quae arbuſti Italici imaginem exhibet, Columellae apponam. Contra Inſcriptionem, caeremonias Fratrum Arualium prodentem et a F. Vrſino olim publicatam, omiſi, quoniam in variis Inſcriptionum veterum latinarum Collectionibus repetita exſtabat. Excerpſi tamen inde, quae ad Catonem cap. 134. illuſtrandum facere viſa ſunt, comparatis ſimilium recentiorumque Inſcriptionum verbis et caeremoniis. Kalendarium item Farneſianum omiſi, quod ab homine inepto et barbaro confictum eſſe multis atque idoneis argumentis vicit Pontedera Antiqq. p. 393 ſeqq. Denique poſteaquam hos commentarios Lipſiam typis exſcribendos iam tranſmiſeram, ſingulari viri doctiſſimi et de literis egregie meriti, Dauidis Ruhnkenii, humanitate et liberalitate

tate peruenerunt in manus meas copiae Gronouianae, ex quibus quae ad Catonem et Varronem emendandum pertinent, breuiter hic annotabo. Primum Editionem Popmae anni 1620. cum Codice Parisiensi Regio, Numero 1600. signato, comparatam a I. F. Gronouio habui. Quae tamen varietas vltra Catonis Caput 15. non pertingit. Consentit fere vbique cum lectione Editionum quatuor principum, quae adhuc comparatae fuerunt; in perpaucis dissentit locis, vbi Codicem Parisiensem nominaui. Vbicunque is cum Bruschiana facit, reliquas etiam Editiones principes consentire suspicor, negligenter a Gesneri scriba inspectas. Deinde habui Editionem Catonis Commelinianam, ab eodem I. Fr. Gronouio comparatam cum Codice scripto, cuius nec numerum nec patriam editam vllibi videre potui. Consentit is liber in plerisque omnibus locis cum Politiani libro. Igitur suspicor, eundem fuisse in Bibliotheca regia Parisiensi, et iam olim a Ios. Mercerio comparatum fuisse cum Varrone. Is enim quasdam eius libri lectiones prodidit in notis ad Nonium alterum, a se editum, a Gesnero neglectas, quas diligenter annotaui. Hunc igitur Codicem Gronouiani nomine in Varietate lectionis signaui. Postea tractaui Abr. Gronouii manuscriptas in Catonem annotationes, iisque immixtas reperi I. Fr. Gronouii perpaucas animaduersiones, vnde si quid in vsum lectorum conuerti, fideliter auctorem indicaui. In Varrone praesto mihi fuit Editio Commeliniana, passim varietate lectionis et annotatione Abr. Gronouii in charta interposita separatim notata, vnde egregias I. Fr. Gronouii emendationes aliquot deriuaui. Co-

 dices

dices ibi duos nominatos reperi Bibliothecae regiae Parisiensis, alterum numero 5992. alterum 6028. signatos; sed qui factum sit, vt varietas Codicum integra in margine non adscriberetur, ignoro. Varronis Codicem geminum ex Bibliotheca Vaticana commemorauit Io. Rhodius in Lexico Scriboniano, numero 1524. alterum 3310. signatum; vnde p. 367. ad Varron. libr. III. c. 9. lectionem *cornum*, p. 411. ad Libr. I. cap. 63. *pinsere* pro *pisare* affert. Posteriori tamen hoc in loco addit: Horum tamen exigua est ab annis autoritas: His forte Vrsinus antea fuit vsus Praeterea *Alium Varronem Patauinum* MS. memorat Rhodius in Indice Auctorum sub Varronis nomine; sed nullibi nominatum eum Codicem a Rhodio reperire potui. In Columella olim plura et maiora subsidia Abr. Gronouii commemorabo, quibus adiutus efficere conabor, vt egregium Dav. Ruhnkenium, cui publice etiam gratias agendas hic censeo, etiam apud lectores Columellae in summa gratia ponam. In Varrone Nonium Guelferbytanum, in membrana scriptum comparaui, eumque in plerisque locis consentientem reperi cum antiquo Codice S. Victoris, a Mercerio expresso. Vsum eius perhumane mecum communicauit amicissimus *Langerus*, Bibliothecae Ducali praefectus; breuem notitiam dedit Heusingerus nepos in Praefat. ad Ciceronis Libr. de Officiis p. XXXIX. Ceterum lectorem, si quis forte ipse lectionis vulgatae antiquaeque fontes indagare voluerit, admoneo, vt, quibus in locis Editionis principis Iensonianae scripturam annotatam legerit, eandem simul librorum, a Politiano et deinde a Victorio comparatorum, intelligi debere meminerit.

rit. Ienſonianam enim cum Codicibus contenderat Politianus, cuius Syllogen qui ad Editionis ſuae vſum tranſferat Geſnerus, cum Ienſoniana vna libros Politiani nominare debebat. Quod tamen is facere neglexit, atque illis tantum in locis librorum Politiani mentionem fecit, vbi diuerſi a Ienſoniana lectione abeunt. Ipſe ſerius animaduerſo errore lectores hic atque iterum initio Varietatis lectionis, infra Scriptorum verba appoſitae, admonere ea de re quam nauſeam iſtius farraginis quartum quintumue tranſſcribendae deuorare malui. Quae de mea ipſe penu ex diuturna Geoponicorum Graecorum, Italicorum, Gallicorum ſcriptorum lectione, ex hiſtoriae naturalis antiquae et nouae ſtudio, denique ex critica diligentia et ſera nimis antiquitatum latinae linguae inueſtigatione attuli ad corrigendos et explicandos hos libros, his pretium iuſtum ſtatuent lectores docti atque aequi. Haud longo hos duumuiros interuallo ſequetur politiſſimus atque elegantiſſimus omnium diſciplinae ruſticae ſcriptor, Columella, ex gemino Codice Sangermannenſi plane in integrum reſtitutus, quem multo maiore cum voluptate et fructu legent, qui veteris romanae ruſticae rei praecepta accuratiſſime tradita legere deſiderant. Catonis enim aphoriſmata et Varronis hiulcae atque antiquariis etymologiciſque nugis admiſtae diſputationes idoneae eſſe videntur, quae lectorum deſiderium pungant magis quam expleant.

INDEX

INDEX CODICVM MSTORVM

QVIBVS

P. VICTORIVS, SECVTIQVE EVM EDITORES IN CORRIGENDO CATONE ET VARRONE ANTE NOS VSI SVNT.

P. Victorius, quibus ſit vſus libris ſcriptis, ipſe declarauit in Praefatione ad Explicationes ſuarum in Catonem, Varronem, Columellam caſtigationum. Vetuſtiſſimum volumen fuit in diui Marci Bibliotheca, in quo M. Catonis vnus liber et M. Terentii Varronis rerum ruſticarum tres inerant. Extrema Varronis pars deficiebat; et duo alii auctores, olim eodem volumine comprehenſi, vetuſtate toti collapſi erant. Rubrica enim tituli paene euanida nominabat praeter Catonem et Varronem vnum Claudii Martialis et Iunii Moderati Columellae libros XII. Ceterum Florentiae fuiſſe Codicem hunc Catonis et Varronis, apparet ex iis, quae de eodem tradit Victorius in Explicat. Caſtigat. ſuarum in Ciceronem Lugd. 1560. p. 636.

Minus vetuſtum et fidele nominat alterum Mediceae Bibliothecae volumen, Gallicis litteris ſcriptum, vbi Cato cum Varrone inerat. Praeterea non paucos alios eiuſdem

dem Bibliothecae codices tractasse se ait, quos omnes non sit necesse nominare. Vnum tamen excipit, qui fuerat olim Franc. Barbari, patricii Veneti, diligenter exaratum et e bono exemplari Pataui exscriptum. Reliquorum, vtpote aut de optimo illo descriptorum aut mendose et negligenter scriptorum, testimonium paruum pondus habiturum esse existimabat.

Eosdem Codices iam ante Victorium tractauerat Politianus et cum Iensoniana principe Editione comparauerat; vnde descriptam varietatem omnem, quae hodieque in Bibliotheca Medicea Florentiae asseruatur, ad Gesnerum transmiserat H. Brenkmann. Manifestum erit vtramque varietatem contendenti, multo diligentius in hoc negotio versatum esse Politianum, a quo locis aliquot (veluti ad Caton. 95. 3. et XI. 1.) plane diuersus abit Victorius, qui Iensonianam reliquasque principes Editiones aut nunquam viderat, aut negligenter admodum inspexerat, veluti ad Varron. I. 19. 4. vbi Venetiis excusos libros nominat; ad eosdem videtur respicere ad Varr. III. 9. 18. Igitur nec Politiani opera abusus esse videri potest. Alia res est in Columella, cuius Codicem optimum in eadem Diui Marci Bibliotheca iam antea a Politiano tractatum et laudatum fuisse ipse profitetur alicubi Victorius.

Optimum omnium illum D. Marci Codicem iam euanuisse ait Iul. Pontedera in Epist. III. p. 25. quod ad Catonis et Varronis Codicem pertinere puto. Idem itaque Pontedera transscribenda sibi curauit ab Hier. Lagomarsino, quae Politianus olim ex illo Codice transcripserat, item ex alio, qui ad S. Reparatae seruatur Florentiae. Vnde accidit, vt Pontedera lectiones aliquot commemoraret,

raret, quae Gesneriana Editio omiserat. Qua de re et reliquis scriptorum librorum subsidiis, quibus Pontedera vsus est, accuratius dicetur in Praefatione ad Columellam, partim ipse exposuit Pontedera in Epistola ad Facciolatum, inserta Gesnerianae Editioni p. XLIII—XLV.

Post Victorium Vrsinus scriptis Codicibus aliquot vsus est; quorum tamen ipse numerum, patriam aetatemque tacuit. Vaticanos fuisse suspicor.

Gesnerus demum praeter Excerpta Politiani adhibuit varietatem lectionis, ex antiquo Codice factam a Theod. Ryckio et cum Schoettgenio communicatam rogatu Perizonii. De Codicis patria atque aetate nihil prodidit Gesnerus. Denique habuit Specimina, ex Codice membranaceo Wratislauiensi Bibliothecae Rhedingerianae seculo XV. anno 1472. scripto, lemmatibus et capitum distinctione carente, descripta, quae monstrose vitiosum librum arguunt, adeoque me deterruerunt, quominus taedium libri integri comparandi in me susciperem.

M. POR-

M. PORCIVS CATO

DE

RE RVSTICA.

Tom. I. P. I.

CAPITA
REI RVSTICAE
EX RHEGIENSI EDITIONE
ANNI CIↃ CCCC LXXXII. *),
M. P. CATONIS.

*) Neſcio vnde ductae a Geſnero lectioni ex inſpectione ipſius libri addidi varietatem lunulis incluſam, aut falſam lectionem vncinulis excluſi.

M. POR-

M. PORCIVS[a] CATO
DE
RE RVSTICA.

Eſt interdum praeſtare[b] mercaturis rem quaerere ni[c] tam periculoſum ſiet[d]; et item foenerari, ſi tam honeſtum[e] ſiet. Maiores enim[f] noſtri hoc[g]

A 4 ſio

VARIETAS LECTIONIS.

Cum laudamus Victorianam lectionem, illud intelligi volumus, nihil poſtea mutatum. Paucula, quae Popma ſibi indulſit, ſuis locis indicantur. Editiones, quarum copiam nobis fuiſſe indicauimus, et quae hic tacentur, eas nobiſcum facere, intellige. Ienſonianam anni 1470 et 1472. Bruſchianam 1482. Bononienſem 1494. Regienſem 1496 et 1499. ſignant literae I. B. Br. R. Aldinam priorem anni 1513. vel 1514. alteram 1533. Iuntinam anni 1515 et 1521. Gymnici, literae A. Iunt. G. vel A. I. I. G. Baſileenſem, Ba. Durdrechtanam, Durd. Gryphianam, Gr. Rob. Stephani Editionem, St. Victorianam, Vict. Editiones ante Victorium, a. V. Hervagianam, H. Creſcentii Editionem Louanienſem a Geſnero comparatam, Baſileenſem 1538. a me et Pontedera collatam, et antiquam ſine anni et loci nota, quam principem puto, ſignavi Cr. Lou. Baſil. antiq. mea. Brouckhuſii coniecturas notat, Brh. Politiani libros, ab eo cum Ienſoniana comparatos, P. vel Pol. addito interdum numero 1 vel 2. Popmae Editionem Catonis priorem vel ſecundam, Po. 1. vel Po. 2. Codicem Ryckianum, Ryck. Wratislauienſem, W. vel Wr. Codicem Pariſinum No. 1600. Pariſ. Gronovianum alterum, Gron. Reliquae notae lectorem non morabuntur, earumque explicationem tradet olim Hiſtoria Editionum et librorum ſcriptorum literaria.

a. *Marci Catonis Priſci* I. B. Br. R. male. Nam Plutarchus in Vita noſtri teſtatur, *Priſci* cognomen ante habuiſſe, quam Catonis. Editio Victor. et Commel. habet: *Mar. Cato de Re ruſtica.* Popma edidit: *M. Porci Catonis de Re ruſtica Liber ad Filium.* De additamenti huius auctoritate diſputaui in Diſſert. de Catonis Vita et Scriptis.

b. *populo* add. A. B. H. G. Gr. Cod. Venet. D. Marci. *Eſt interd. praeſtantius* Wrat.

c. *niſi* Pol. et Gronouianus; *ſi non* Wrat.

d. *ſit* hic et p. p. I. B. Br. R.

e. *ſi tam inhoneſtum non ſit* Wr.

f. *enim* om. P.

g. *hoc* reſtitui ex I. B. Br. R. Pariſ. probante Pontedera.

ſic habuerunt [h], et ita in legibus poſiuerunt [i], furem dupli condemnari, foeneratorem quadrupli. Quanto peiorem ciuem exiſtimarint [k] foeneratorem, 2 quam furem, hinc licet exiſtimari. Et virum bonum cum [l] laudabant, ita laudabant, bonum agricolam 3 bonumque colonum. Ampliſſime laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur. Mercatorem autem ſtrenuum ſtudioſumque rei quaerendae exiſtimo; verum (vt ſupra 4 dixi) periculoſum et calamitoſum. At ex agricolis et viri fortiſſimi et milites ſtrenuiſſimi [m] gignuntur, maximeque pius quaeſtus ſtabiliſſimusque conſequitur, minimeque inuidioſus: minimeque male cogitantes [n] ſunt, qui in eo ſtudio occupati ſunt. Nunc (vt ad rem redeam) quod promiſi inſtitutum principium [o] hoc erit.

I. Praedium quum [a] parare cogitabis, ſic in animo habeto, vti ne cupide emas, neue opera tua parcas [b] viſere, et ne ſatis habeas ſemel [c] circumire. Quoties [d] ibis, toties magis placebit, quod bonum 2 erit. Vicini quo pacto niteant, id animum [d] aduertito: in bona [e] regione bene nitere oportebit: et vti [f] eo cum introeas, circumſpicias [g], vti inde exiri poſſit [h]: vti bonum caelum habeat, ne calamitoſum ſiet [i]. So-3 lo [k] bono, ſua virtute valeat. Si poteris, ſub radice montis

h. *habuere — poſuere* a. Victor.
i. *hoc poſiuerunt* ex Ienſ. Caeſenate Cod. et Veneto probat Pontedera.
k. *exiſtimare* Br. Cod. Gronov.
l. *quom* Br.
m. *ſtrenuiſiſſimi* Br.
n. *agitantes* Cod. Gronov.
o. *primum* omnes *a. V.* quod probat Ponted. in Cur. ſec. pro principio dictum.
Cap. I. a. *cum comparare* Cr. Baſil. et antiqua mea cum Edd. Cat. ante Vict. *comparatione* Cr. Louanienſis.
b. *parcas ne ſatis — circuire* Creſc. Baſil. ſed Louan. et antiqua mea editio *perdas*. Wratisl. *nec ſatis videre*.
c. *ſemel* om. Br. I. B. R. W.
d. *Quotiens — totiens* Cr. et Br.
d. *animaduertito* I. B. R. Ba. Br. A. G. Gr. Cr. ſed Louan. editio habet *id aduertito*.
e. *in bona — oportebit* om. Creſc.
f. *eo* om. I. B. R. Br. W. Cr. *cum* om. Cr. Louan.
g. *et circumſp.* Cr. antiqua mea et Br.
h. *exire poſſis* Cr. et Br.
i. *calamitoſum etſi* Cr.
k. *ſolum bonum* I. B. Br. R. Ba. H. A. C. Gr.

montis ſiet [l], in meridiem ſpectet, loco ſalubri, operariorum copia ſiet [m], bonumque aquarium [n], oppidum validum prope ſiet, aut mare, aut amnis, qua naues ambulant, aut via bona, celebrisque [o]. Siet [p] 4 in iis agris, qui non ſaepe dominos mutant: qui in his agris praedia vendiderint [q], quos pigeat vendidiſſe: vti bene aedificatum ſiet [r]. Caueto [s] alienam diſciplinam temere contemnas [t]. De domino bono colono, bonoque aedificatore melius emetur. Ad villam cum venies, videto vaſa torcula [v] et dolia multane ſient. Vbi 5 non erunt, ſcito pro [x] ratione fructuum eſſe. Inſtrumenti [y] ne magni ſiet, loco bono ſiet. Videto quam minimi inſtrumenti, ſumptuoſusque ager ne ſiet. Scito 6 idem agrum quod hominem, quamuis quaeſtuoſus ſiet, ſi ſumptuoſus erit, relinquere [z] non multum. Prae- 7 dium quod primum ſiet, ſi me rogabis, ſic dicam. De omnibus agris, optimoque [a] loco ſi emeris iugera agri centum, vinea eſt prima, ſi vino multo [b] ſiet; ſecundo

A 5 loco

l. *ſi et* Cr. qui poſt *ſpectet* addit: *in loco frigido.*

m. *operariorum copia, ſi et bonum* Cr. antiqua mea. Baſil. *ſit copia.*

n. *bonum: in quem aquarium* I. B. Br. R. Wr. *bonumque, ibique aquarium* ante Victor. *bonumque aquarium* Pol. Creſc. Louan. *bonum aquarium — prope ſit* Creſc. duae editt. meae, quae reliqua omittunt vſque ad verba *in his agris.* Bruſch. *ſiet. Sit autem mare. — quo naues — bono celebris quae ſiet.* Ald. *et oppidum.* Cod. Pariſ. habet *ſiet, ſi aut mare aut amnis, quo.*

o. *celebris quae ſiet.*] *In his agris* Ienſ. Br. *celebrisque* B. R. *ſecus ei; celebris ſiet. In is agris* Wr.

p. *ſiet autem et in* A. Iunt. et reliquae ante Victor. *In his agris* Creſc.

q. *vendiderunt* Cr.

r. *ſit* Cr.

s. *Caueto ne* Cr. editiones tres, et reliquae a. V.

t. *contemnes. A domino* Cr. *a dom.* etiam Louan.

v. *et torcularia* Cr. deinde *ſi multa ſint.*

x. *pro* om. Pol.

y. *inſtrumenti magni ne ſiet: bono loco ſiet* ante Victor. *inſt. m. copia, bono loco ne ſiet, vtile* Wr. *inſtrumenta multa vel pauca ſint videto* Cr. editt. tres, omiſſis reliquis vſque ad *ſumtuoſusque.* Editiones ante Vict. habent *ſumtuoſus.*

z. Ita pro *relinqui* ſcripſi ex I. B. Br. R. Wr. cum Pontedera. *relinquit* H. *ſumptuoſusque ſiet* Caeſen. Cod.

a. *optimo loco emito i. c. agri. Vinea* I. B. R. Br. Wr. Vulgatum *ſi emeris* omitt. Cod. Gronov.

b. *multa eſt* Wr. *eſt* etiam Br. Cod. Gronov.

loco hortus irriguus, tertio ſalictum, quarto oletum [c], quinto pratum, ſexto campus frumentarius, ſeptimo ſilua caedua, octauo arbuſtum, nono glandaria ſilua.

II. Paterfamilias vbi [a] ad villam venit, vbi larem familiarem ſalutauit, fundum eodem [b] die, ſi poteſt, circumeat: ſi [c] non eo die, at poſtridie. vbi [d] cognouit quomodo fundus cultus ſiet, operaque quae [e] facta infectaque ſient, poſtridie eius diei [f] vilicum vocet, roget quid operis ſiet [g] factum, quid reſtet. ſatisne tempori [h] opera ſient [i] confecta, poſſitne quae reliqua ſient conficere: et quid [k] factum vini, 2 frumenti, aliarumque rerum [l] omnium. Vbi ea cognouit [m], rationem inire oportet operarum [n], dierum, ſi ei opus non apparet [o]. Dicit vilicus ſedulo ſe feciſſe [p], ſeruos non valuiſſe, tempeſtates malas fuiſſe, ſeruos aufugiſſe, opus [q] publicum effeciſſe. Vbi eas aliasque [r] cauſas multas dixerit; ad rationem operum operarumque vili- 3 cum reuoca. Cum tempeſtates pluuiae [s] fuerint, videto

c. *olineta* Creſcent. Louan. et Varro. Creſcentii Editiones duae meae haec omnia omittunt.

Cap. II. a. *cum* Cr.

b. *ea* Cr.

c. *vel die ſequenti* Cr.

d. *vt cognoſcat* Cr.

e. *operaque facta infectaque ſint* Cr.

f. *Poſtea villicum vocet ac interroget* Cr.

g. *ſiet* om. I. B. R. Br. *et quid reſtat* Cr.

h. *tempore* Cr. antiqua mea, *tempeſtiue* Baſil.

i. *fiant: confectaque durare poſſint, aut quae reliqua ſient, conficere* I. B. R. Wr. niſi quod B. R. *ſiant quae: ſient confecta, quae d. p. quid reſtet, aut quae relicta* (Ba. et A. *reliqua*) *ſient conficienda* reliquae ante Vict. Cum Geſnero facit Cr. Loua. in meis editt. Cr. eſt: *ſint conf. poſſitque.* Bruſch. *ſiant confectaque dur. poſſint aut q. rel.* Ald. ſic: *ſiet factum, ſatis ne tempori opera ſ. confecta, quae durare poſſint, quid reſtet; aut quae reliqua* ſ. *conf.*

k. *ecquid* Po. 2. in not. *vini ſit* Cr. Baſ. ſed antiqua mea om. *ſit.*

l. *rerum* om. Cr.

m. *cognouerit* Cr.

n. *operarum* ante V. praeter B. R. Sed *operariorum* in Ba. reperiri ait Meurſ. et Pontedera. *Operarum* Pol. et Cr. editt. tres.

o. *ſi opus non appareat* Cr.

p. *ſe dolo caruiſſe, ſe non valuiſſe* Cr.

q. *opus — effec.* om. Cr.

r. *aliasque* omitt. Cr. *dixit* Pol. et Cr. editt. tres.

s. *pluuiaeue* ante Vict. *et pluuiae* Cr. editt. tres.

deto [t] quot dies, quaeue opera [v] per imbrem fieri potuerint, dolia lauari, picari, villam purgari, frumentum transferri, stercus foras efferri, sterquilinium fieri, semen purgari, funes veteres sarciri [x], nouosque fieri [y]: centones, cuculiones familiam oportuisse sibi [z] sarcire. Per ferias potuisse [a] fossas veteres tergeri [b], 4 viam publicam muniri, vepres recidi, hortum [c] fodiri [d], pratum purgari, virgas vinciri, spinas runcari [e], expinsi far, mundicias fieri. Cum serui [f] aegrotarint, cibaria tanta dari non oportuisse. Vbi [g] haec cognita 5 aequo animo sient, quaeue [h] reliqua opera sient, curare vti perficiantur: rationes putare argentariam [i], frumentariam, pabuli causa quae parata sunt; rationem vinariam, olcariam, quid venierit, quid exactum siet [k], quid

t. *vid. q. dies* om. Wr. et Cr.

v. *quae operae* Cr.

x. *funes sarciari* Cr. || antiqua. *veteres* vtraque omittit.

y. *nouas — familiam sibi potuisse* Cr. *Fieri centones: cuculionesue* ante Vict. Gesneri lectionem habet Cr. Lou.

z. *sibi* om. I. B. R. *potuisse* etiam Cr. Louan.

a. *potuisse* om. I. B. Br. R. item Ba. H. A. G. Gr. quae et inferunt *vero* cum Ald. et Iunt.

b. *tergi* Pol. et Cr. Louan. *tergere* I. B. R. Br.

c. *hortos* I. B. R. Br. *ortos* W.

d. *fodi* Cr.

e. *truncari* Cr. editt. tres. Ceterum editiones ante Vict. addunt: *cremarique. ex piscina immunditias efferri.* nisi quod H. A. G. Gr. *afferri* habent. Contra *expinsi far* omittunt, quod habet Pol. Victorius in libris suis reperit *expinsi lar.* Cresc. omisit *exp. far. m. fieri.*

f. Ita etiam Cr. nisi quod *non potuisse* habet Basil. vbi antiqua mea addit: *alias oportuisse.* Victoriana habet *cum aegrotarint* et secutae illam item. Sed I. B. R. Br. *seruis excogitata cibaria tanta dari, quanta cum oportuisse.* Atque ita etiam Wr. *seruis excocta cibaria non tanta dari, quanta cum sine tempestate operantur in aruis* reliquae ante Victor. cum Ald. *Cum serui excogitarint* Codices Vatic. duo, vnusque Florent. apud Ponted. Nostram lectionem in Codice reperit etiam Georgius ap. Pontederam, et habet eam Cod. Gronov.

g. *vbi — sient* om. Cr.

h. *quae opera rel. sint* Cr. *quae opera sint curanda vti perficiantur, ratione putato. Argentaria* Wr. Ita etiam I. B. R. Br. nisi quod habent: *ratione curato.* Cresc. *curent vt perf.*

i. Haec vsque ad *si quid desit* om. Cr. *frumenti pabuline causa qua paranda sint ratione vinaria oleariaque* I. B. R. Br. Wr. *et frumentariam familiae pabuline causa, quae paranda sient parare, rationem item vinariam oleariamque* reliquae ante Vict. Nobiscum Po. 2. nisi quod *familiae* et *item* inserit dictis locis.

k. *siet* om. I. B. Br. R. Wr.

quid reliquum [l] ſiet, quid [m] ſiet quod veneat; quae 6 ſatis accipiunda ſient, ſatis accipiantur. Reliqua quae [n] ſient, vt compareant. Si quid [o] deſit in annum, vti paretur; quae ſuperſint, vti [p] veneant: quae opus ſient locato [q], locentur [r]: quae opera fieri velit, et quae locare velit, vti imperet, et ea ſcripta relinquat: pe- 7 cus [s] conſideret [t]. Auctionem [v] vti faciat. Vendat oleum, ſi precium habeat, vinum frumentumque quod ſuperſit. Vendat boues vetulos [x], armenta delicula [y], oues deliculas, lanam, pelles, ploſtrum vetus, ferramenta vetera [z], ſeruum ſenem, ſeruum [a] morboſum, et [b] ſi quid aliud ſuperſit, vendat. Patrem [c] familias vendacem, non emacem eſſe oportet.

III. Prima adoleſcentia patrem familiae agrum [a] conſerere ſtudioſe [b] oportet [c], aedificare diu cogitare oportet; conſerere cogitare non oportet, ſed facere oportet [d]. vbi aetas acceſſit [e] ad annos XXXVI, tum aedificare oportet, ſi agrum conſitum habeas [f]. Ita aedifices, ne villa fundum quaerat, neue [g] fundus villam.

l. *rel. deinde ſiet imperato quid ven.* I. B. Br. R. Wr.

m. *quidque* A. Iunt. et reliquae ante Vict.

n. *quae comparanda ſint, ſi quid* I. B. Br. R. Wr.

o. *ſi qua deſint in a. u. comparentur* A. Iunt. G. *compareтur* I. B. R. Br. Nobiscum Cr. editt. tres.

p. *vti* om. I. B. R. Br.

q. *locari vt locentur* Cr.

r. *loc. videat: quae deinde op. f. v. et quae nolit, imperet* I. B. Br. R. Wr. *deinde* inſerunt etiam ceterae ante Victor. *et quae opera fieri et quae locari, vt imperet* Cr.

s. *omne* add. Cr.

t. Pergit Creſc. *Oleum vinum frumentum et quicquid ſuperſit vendat* et cet.

v. *Tonſionem* I. B. Br. R. Wr. deinde *frumentum quod* Cod. Gronov. et. Pariſ.

x. *vitulos* Cr.

y. *delicula* bis om. Cr. tres editiones. *reiicula oues reiic.* ante Vict.

z. *ferr. vet.* om. Cr.

a. *et morb.* Cr. *ſeruum* om. I. B. R. Br.

b. *et — ſuperſit* om. Cr.

c. *enim* add. Cr.

Cap. III. a. *ſtatim* addunt A. Iunt. G. ſed malui.

b. vulgatum *ſtudere* corrigere ex I. B. R. et Bruſch.

c. omitt. Iunt. et ceterae ante Victor.

d. *facere* om. Iunt. et ceterae a. V.

e. *receſſit* Bruſch.

f. *tum* add. A. Iunt. et ceterae a. V.

g. haec verba *neue f. villam* om. I. B. R. Br. P. Wr. habet Pariſ.

villam. Patrem familiae villam rusticam bene aedificatam habere expedit, cellam oleariam, vinariam [h], dolia multa, vti iubeat [i] caritatem expectare, et [k] rei et virtuti [l] et gloriae erit. Torcularia bona habere oportet vt opus bene effici possit. Olea vbi lecta fiet, oleum fiat continuo, ne corrumpatur. Cogitato quotannis [m] tempestates magnas venire [n], et oleam deiicere solere. 3 Si cito sustuleris, et vasa parata erunt, damni [o] nihil erit ex tempestate, et oleum viridius et melius fiet. 4 Si in terra et [oo] tabulato olea nimium diu erit, putescet [p], oleum foetidum fiet. ex [q] quauis olea oleum viridius et bonum fieri potest, si tempori [r] facias. 5 In iugera oleti cxx. [s] vasa bina esse oportet. Si oletum bonum beneque frequens, cultumque erit, trapetos bonos, priuos [t], impares esse oportet: si orbes contriti fient, vt [v] commutare possis; funes loreos priuos, vectes senos, fibulas duodenas, medipontos [x] priuos loreos, trochleas Graecanicas binas [y], quae funibus sparteis ducantur [z]. 6 Orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis citius duces. Si rotas voles facere, tardius ducentur, sed minore labore.

IV. Bubilia bona, bonas praesepis, faliscas clatratas. Clatros interesse [a] oportet pede. Si ita feceris,

h. *vinariamque instructam* A. Iunt. G. *vinariamque vti iubeant.* Brusch. *vinariamque vti iubeat* Cod. Paris. *iubeat* etiam Cod. Gronouii.

i. *iubeant.* I. B. R. Br. Wr.

k. *et id rei* Br. A. Iunt. G. Cod. Par. vnde Gesner malebat *id et rei.*

l. *corrumpantur* Br.

m. *quod annus* W.

n. *habere* W.

o. *nihil damni* Br. antea *oleum deiicere* Cod. Gronov.

oo. *vel* A. Iunt. G.

p. *putrescet* Br. A.

q. *ne quauis olei fiat. Oleum viridius* Br. et Paris.

r. *temperi* P.

s. *centum viginti* a. Vict.

t. *priuos* om. I. B. R. Br. Wr.

v. *vt* om. W.

x. *melipentos* Po. 1. *melipontos* Po. 2.

y. *binis funibus* Br. et Paris. Cod. *tronchileas gr. binis funibus* Cod. Gronov.

z. *ducant. Vrbiculis* Cod. Gronov. et deinceps *tardius ducetur.*

Cap. IV. *Bubilia bona beneque aedificata, b. pr. faliscas habeant clatratas* Aldin. a. *inter se oportet pede distare* a. V.

ris, pabulum boues non eiicient. Villam vrbanam [b] pro copia aedificato [c]. In bono praedio ſi bene aedificaueris, beneque poſiueris [d]: ruri [e] ſi recte habitaueris, libentius et ſaepius venies, fundus melior [f] erit, minus [g] peccabitur, fructi plus capies. Frons occipitio prior eſt. Vicinis bonus eſto. Familiam ne ſiveris peccare. Si te libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, operas facilius locabis, operarios facilius conduces. Si aedificabis, operis, iumentis, materia adiuuabunt [h]. Si quid (bona ſalute) vſus [i] venerit, benigne defendent.

V. Haec erunt vilici officia. Diſciplina bona vtatur. Feriae ſeruentur. Alieno [a] manum abſtineat. Sua ſeruet diligenter. Litibus familiae ſuperſedeat. Si quis quid [b] deliquerit, pro noxa bono modo vindicet. 2 Familiae male ne ſit [c], ne algeat, ne eſuriat; opere [d] bene exerceat: facilius [e] malo [f] et alieno prohibebit. Vilicus ſi nolet male facere, non faciet. Si paſſus erit, dominus impune ne ſinat eſſe. Pro beneficio gratiam referat, vt aliis recte facere libeat. Vilicus ne ſit ambulator, ſobrius ſiet ſemper, ad coenam ne quo eat. Familiam exerceat: conſideret [g], quae dominus imperauerit,

b. *ſuburbanam* A. Iunt. G. nobiscum alii omnes, etiam W.

c. *aedificato in bono praedio. Si* a. V. *praeſidio* Cr. Louan.

d. *poſueris eam* a. V. *bene poſiveris* P. *bene poſueris* Gronov. *poſueris rus: ruri* Bruſch. *poſiueris rus: ruri* Cod. Pariſ.

e. *tu etſi recte habit* Wrat.

f. *melios* cum Pop. 1. 2. dedit Geſner. *melior* a. V. et Cod. Gronov. *melios* Pariſinus habere videtur, quia nihil varietatis ad Popmam annotauit Gronov. *melius* Vict. Zw. Com.

g. *minusque* a. V. deinceps *capiet* Cod. Gronov.

h. *iuuabunt* a. V. quocum Pol. *materie* Cod. Gronov.

i. *vſu* A. Iunt. G.

Cap. V. a. *ab alienis — diligentiſſime* Cr. ſed antiqua mea: *aliena manu* habet.

b. *quidpro — noxa* omitt. Creſc.

c. *prouideat* addunt Editiones a. Vict. cum quo facit Pol. et Cr.

d. *operas* I. B. R. *et opere* A. Iunt. G. *operas ne bene* Bruſch. *et vt opera* neſcio vnde Almel. *opera exerceat* Creſc.

e. *ſic facil.* A. Iunt. G. A.

f. *a malo prob.* Creſc. editt. tres.

g. *conſideretque vt* A. G. *procuret vt* Cr.

rauerit, fiant. Ne plus cenſeat ſapere ſe, quam dominum. Amicos domini, eos [h] habeat ſibi amicos. Cui 4 iuſſus ſiet, auſcultet. Rem diuinam niſi compitalibus in compito aut in foco ne faciat. Iniuſſu domini credat nemini. Quod dominus crediderit, exigat. Satui [i] ſemen, cibaria, far, vinum, oleum mutuum dederit nemini. Duas aut tres familias habeat, vnde vtenda roget, et quibus det: praeterea [k] nemini. Rationem cum domino crebro putet [l]. Operarium, mercenarium politorem [m] diutius eundem ne habeat [o] die. Ne quid emiſſe velit inſciente domino, ne quid dominum celauiſſe velit. Paraſitum ne quem habeat. Haruſpicem [p], Augurem, Hariolum, Chaldaeum ne quem conſuluiſſe velit. Segetem ne defrudet [q]: nam id infelix eſt. Opus ruſticum omne curet vti ſciat facere, et id faciat ſaepe, dum ne laſſus fiat [r]. Si fecerit, 5 ſcibit [s] in mente familiae quid ſiet, et illi animo aequiore facient. Si hoc faciet, minus libebit ambulare, et valebit rectius [t], et dormibit libentius [v]. Primus cubitu ſurgat: poſtremus cubitum eat. prius villam videat clauſa vti ſiet [x], et vti ſuo quisque loco cubet, et vti iumenta pabulum habeant. Boues maxima diligen- 6 tia curatos habeto. Bubulcis obſequitor [y], partim, quo libentius boues curent. Aratra vomeresque facito vti bonos habeas. Terram carioſam caueto [z] ne ares, neue

h. *eos* om. Creſc.
i. *ſatum* I. R. W. Br. *ſatu* B.
k. *praeter nemini* P. *praeter eas* I. B. R. Br. Ba. A. H.
l. *paret* I. B. R. Br.

m. *pollintorem* ante Victor. *polit.* P. *polictorem* W.
o. *libeat* P.
p. *augurem aruſp. ariol.* a. Victor.

q. *defruget* I. B. et Pol. vt ex ſilentio colligere licet. *defrudet* reliqui *defrondet* W.
r. *fiat* I. B. Br. R. Creſc. A.

s. *ſcribit* Victor. cum ſecutis eum. *ſi fecerit prouocabit exemplo familiam et illi* et cet. Creſc. vbi antiqua mea habet: *ſcribat in mente familiae.*
t. *melius* Cr.
v. *libentius* omitt. I. B. R. Br.
x. *ſiat* I. B. R. Br. *fiat* W. *primus mane ſurgat* Cr. ſed antiqua mea *cubitum ſurgat.* Cod. Pariſ. *prius villa videat.*
y. *obſequito prompte* I. B. R. Br. W. *obſequitor ſtatim* A. Iunt. G. *opſequito partim* Pol.
z. *caue* Pol.

ve ploſtrum, neue pecus impellas [a]. Si ita non caue-
7 ris, quo impuleris, triennii [b] fructum amittes. Pecori et bubus diligenter ſubſternatur; vngulae curentur. Scabiem pecori et iumentis caueto [c]. id ex fame, et ſi impluit, fieri ſolet. Opera omnia mature conficias [d] face. Nam res ruſtica ſic eſt: ſi vnam rem ſero feceris, omnia opera ſero facies. Stramenta ſi deerunt, frondem iligneam legito [e]; eam ſubſternito ouibus bubusque. Sterquilinium [f] magnum ſtude vt habeas.
8 Stercus ſedulo conſerua, cum exportabis, ſpargito [g] et comminuito. Per autumnum [h] euehito. Circum oleas autumnitate [i] ablaqueato, et ſtercus [k] addito. Frondem populneam [l], vlmeam, querneam [m] caedito [n], per tempus eam condito, non peraridam [o], pabulum ouibus. Item foenum cordum [p], ſicilimenta de prato [q] ea arida condito. Poſt imbrem autumni [r] rapinam, pabulum [s], lupinumque ſerito.

VI. Agrum quibus locis conſeras, ſic obſeruari oportet: Vbi ager craſſus, et laetus eſt ſine arboribus, eum agrum frumentarium eſſe oportet. Idem ager ſi nebuloſus eſt, rapa, raphanos, milium, panicum id maxime ſeri [a] oportet. In agro craſſo, et caldo [b] oleam

a. *in illam* addunt I. B. R. Bruſch. *in villam* Cod. Pariſ. *in eam impellas* A. Iunt. G. *plauſtrum* Br.

b. *triennio* omnes ante Vict.

c. *caueat* Cr.

d. *conficiat* Cr.

e. *legat* — *ſubſternat* — *bobusque* Cr.

f. *ſtercilin.* Pol. *habere ſtudeat* Cr.

g. *purgato et communito* I. B R. Bruſch. Wr. *purgato* etiam Victor. et ſecutae.

h. *auct.* Bruſch.

i. *accumulato ablaqueatoque* I. B. R. Br. *autumnitate* om. Cr.

k. *fimum* Cr. *et ſtercus ſtercori addito conſoueto* I. B. Br. R. *et ſtercore addito conſueto* A. Iunt. G.

l. *populeam* I. B. Br. R.

m. *querneamque omnes* a. V.

n. *et inſerunt* I. B. Br. R. *per tempus caedat* Cr.

o. *pro pabulo* Cr.

p. *aridum de prato recondat* Cr.

q. *demito eaque* omnes a. V.

r. *autumnum* Pol. a. W. *auctumni* Bruſch.

s. *pabulumque ſerito* I. B. Br. R. Wr. *imbrem autumnalia opera pabulum lupinumque ſerat* Cr.

Cap. VI. a. *fieri* W.

b. *calido* I. B. Br. R.

oleam conditiuam, radium maiorem[c], Salentinam, orchitem[d], poſeam[e], Sergianam colminianam[f], albicerem. Quam earum in his locis optimam dicent eſſe, eam maxime ſerito. Hoc genus oleae in xxv[g] aut in xxx pedes conſerito. Ager oleto conſerundo, qui in 2 ventum Fauonium ſpectabit, et ſoli oſtentus erit, alius bonus nullus erit. Qui ager frigidior et macrior erit, ibi oleam Licinianam ſeri oportet. Sin in loco craſſo aut caldo[h] ſeueris, hoſtus[i] nequam erit, et ferundo[k] arbor peribit, et muſcus ruber[l] moleſtus erit. Circum 3 coronas, et circum vias vlmos ſerito, et partim[m] populos, vti frondem ouibus et bubus habeas, et materia[n], ſi quae opus ſit, parata erit. Sicubi in his locis ripae, aut locus humectus[o] erit, ibi cacumina populorum ſerito et arundinetum[p]. Id hoc modo ſerito: bipalio vortito, ibi oculos[q] arundinis pedes ternos alium ab alio ſerito. Ibi[r] corudam[s] ſerito, vnde aſparagi fiant. Nam conuenit arundinetum cum coruda, eo 4 quia foditur, et incenditur, et vmbram[t] per tempus habet. Salicem Graecam circum arundinetum ſerito, vti ſiet[v] qui vineam alliges. Vineam quo in agro conſeri oportet, ſic obſeruato. Qui locus[x] vino optimus dicetur

c. *maiorem aut* I. B. R. *maiorum aut* Bruſch. *conditiuam vtriolariam aut Sal.* Wr.

d. *orcitem* Pol. *circicem* Wr.

e. *puteolam* Wr.

f. *colmianam* I. B. Br. R. eaedem inſerunt *aut*. Wr. *colinianam aut.* B. R. *albiceram.*

g. *viginti quinque aut triginta* a. V.

h. *calido* Bruſch.

i. *hortus* I. et Bruſch. *ortus* Wr.

k. *foecundo* I. B. Bruſch. R. Wr.

l. *tuber* I. Br. et Cod. Pariſ.

m. *partim* om. H. A. Gr. G. *parum* Cod. Gronov.

n. *materiam vt ſi quid opus erit, parata ſiet* Ba. H. A. Gr. G. *ſi quid* I. B. R. W. *ſi quid opus erit parata ſit* Bruſch. Pariſ. *ſi | qua* Iuntt. *ſi quo* Pol.

o. *iunctus* I. B. Br. R. Wr. *iunctus humectus* Ba. H. A. Gr. G. *umectus* Pol.

p. *harund.* Pol. hic et alibi.

q. *radicis* addunt I. B. Br. R. Wr.

r. *ibique* a. V.

s. *corudam* a. V. quem ſecutus Geſner *corrudam* poſuit.

t. *partim* addunt I. B. Br. R. Wr.

v. *fiat* I. B. Br. R. Wr.

x. *vino locus* Br.

dicetur eſſe, et oſtentus ſoli [y], ibi Amineum [z] minuſculum, et geminum eugeneum [a], helueolum [b] minuſculum [c] conſerito. Qui locus craſſus erit, aut nebuloſior, ibi Amineum maius, aut Murgentinum [d], Apicium, Lucanum ſerito. Caeterae vites [e], miſcellae [f] maxime, in quemuis agrum conueniunt.

VII. Fundo [a] ſuburbano arbuſtum maxime conuenit habere, et ligna et virgae [b] venire poſſunt, et domino erit, qui vtatur. In eodem fundo ſuum quidquid conſeri [c] oportet, arbuſtoque vitem copulari. Aminnaeum minuſculum, et maiuſculum [d], et Apicium. 2 Haec [e] in ollis, ollae in vinaceis conduntur; eadem in ſapa, in muſto, in lora [f] recte conduntur; quas [g] ſuſpendas duracinas, aminnaeas maiores [h], vel [i] ad fabrum ferrarium pro paſſis eae recte ſeruantur. Poma, 3 mala ſtruthea [k], cotonea ſcantiana, Quiriniana, item alia

y. *ibi* om. Pol. *vbi* Bruſch. *ſolibus Am.* Plinius.

z. Ita Edd. a. Vict. qui *Aminnaeum* dedit, item Geſner. *Aminnium* Pol.

a. *et* inſ. Bruſch. A. et Pariſ.

b. *heluolum* Pol. Pariſ.

c. *erit* inſer. I. B. R. Br. *minuſculum* Cod. Gronov.

d. *aut* inſ. a. Vict.

e. *et de his* addunt Ba. H. A. Gr. G. ex Varrone ſcilicet.

f. *miſellae* I. A. Bruſch. Wr.

Cap. VII. a. Ita ſcripſi ex I. B. Br. R. A. Ba. Gy. pro *fundum ſuburbanum.*

b. *ſalictum vti venire poſſint et domino fiat* I. B. Br. R. Wr. *vti ligna et virgae ſalicti venire poſſint et d. fiat* A. I. I. G. *ſiat* malebat Meurſius.

c. *conſeret: oportet copulari vineam, amin.* W. I. B. R. Br. *conſerit oportet vitem compularia* Pol. et Gronov. Cod. *ſuum quodq. fructi genus conſeri oportet* A. I. I. G.

d. *et malum* W. I. B. R. Br. *vino vino et malus* Pol. *vino et maius et maiuſculum* Cod. Gronov.

e. *ea in ollae vinaceis cond.* W. I. B. R. Br. *eae in olla in vinaces* Pol. *Haec in olla in vinaceis* Cod. Gronov. Poſt prius *conduntur* ſtatim W. *quae ſuſpendas.*

f. *olla* I. B. R. Br. *in* ante *muſto* om. Br. *et muſto recte conduntur quas ſuſp.* Ald. *lora* Pol. et in marg. *denſa* I. I. G.

g. *quae ſuſpendas duratura. Aminea maiora vtilia ad fabrum ferrarium: pro paſſis ea recte ſervantur.* W. I. B. R. Bruſch. *duranas* Pol.

h. *et Scantianas opportuniſſimas eſſe*, add. omnes inde ab Aldin. Sed omitt. vt vidimus Pol. V. I. B. R. Br.

i. *hae et ad f. f. r. ſ. Iunt.* G. *hae et ad f. ferrarium, pro paſſis recte ſeruantur* Ald.

k. *ſtructea* I. B. R. Br. *coronea* Ienſ. Br. Wrat. *Scauriana* Wr.

alia conditiua [l] mala mustea, et Punica, (eo lotium suillum aut stercus ad radicem [m] addere oportet, vti stabilia [n] mala fiant,) Pira volema, Aniciana, et sementiua [o], (haec conditiua in sapa bona erunt,) Tarentina, mustea, et [p] cucurbitina. Item alia genera quamplurima [q] serito, aut inserito. Oleas orchites [r], posias, eae optime [s] conduntur vel virides in muria, vel in lentisco contusae [t]. Orchites vbi nigrae erunt et siccae, sale confriato [v] dies v. postea salem excutito, in solem ponito biduum, vel sine sale in defrutum condito. Sorba [x] in sapa cum vis condere, vel siccare, arida [y] facias, item [z] pira eodem modo facias. 4 5

VIII. Ficos mariscas in loco cretoso et aperto [a] serito: Africanas, et Herculanas [b], Saguntinas [c], hibernas, Telanas atras pediculo longo, eas in loco crasso [d], aut stercorato serito. Pratum si irriguum habebis, foenum [e] non deficiet. si non [f] erit, siccum, ne foenum desiet, summittito. Sub vrbe hortum omne genus, 2

 corona-

l. *condiditia* Wr.
m. *eorum* add. a. Vict.
n. *fabulim malorum* Codd. Victorii Caesen. Venetus, Gronouianus. *fabuli malorum* Cod. S. Reparatae
o. *sementina* a. Vict.
p. *mustea, cucurbitina* P. copulam omitt. etiam Gronov.
q. *quampluris* I. B. Br. R. *quamplurimis* Cod. Paris.
r. *archites* Br.
s. Ita pro *optimae* Basil. et Gryph. 1542 Castigationum Victor. et Codd. Vaticani apud Pontederam.
t. *confusae* Iens. Br. et Wr. *contusae vel orch.* Pol. *vel orcites* Gronouianus.
v. Ita ex Pol. dedi pro *confricato*. Deinceps pro *dies V.* ante Vict. erat *dies duos*, etiam Wr. *duos*. Polit. II. habet.

x. *serua in sapa. Cum vis condere* I B Br. R. Wr. *sappa* Wr. *sorua in sapa. Condere* P. *sorba in sapa cum vis condire* I. I. G. A. *sorba in sapa condere* Vict. et reliqui. Cum Gesnero facit Popma 2.
y. *viridia* a. V. *viada* Wr.
z. *item — facias* om. I. B. Br. R. Wr. *item pira facias* P. *ni pira facias* Gronouianus. reliqui cum Gesnero, nisi quod A. et G. *pyrea*.

Cap. VIII. a. *aprico* A. I. I. G.
b. *herculaneas* Pol.
c. *Sacontinas* P. 1. *Sagont.* P. 2.
d. *crassiore* P. *hybernas* paulo antea Brusch. *Tellanas* Gronouianus et *crassiore*.
e. verba *foenum non def.* desunt in Pol. et Gronouiano.
f. *si non et erit siccum, summittito* a. V.

coronamenta omne genus, bulbos megaricos, murtum [g] coniugulum et album et nigrum, laurum [h] Delphicam, et Cypricam [i], et ſiluaticam, nuces caluas [k], auellanas Praeneſtinas, et Graecas, haec facito vti ſerantur. fundum vrbanum [l], et qui eum [m] fundum ſolum habebit, ita paret [n], itaque conſerat [o], vti quam ſolertiſſimum [p] habeat.

IX. Salicta locis aquoſis, humectis [a], vmbroſis, propter amnes ibi ſeri oportet. Et id videto, vti aut domum [b] opus ſient [c], aut vt venire poſſint. Prata irrigua, ſi aquam habebis [d], potiſſimum facito: ſi aquam non habebis, ſicca [e] quam plurima facito. Hoc [f] eſt praedium quod vbi vis expedit facere.

X. Quomodo oletum agri iugerum CCXL. inſtruere oportet [a]: vilicum, vilicam, operarios V. bubulcos III. [b] ſubulcum I. aſinarium I. opilionem I [c]. Summa [d] hominum

g. *myrtum* ante Pop. 2. omnes.

h. *loream* P. et Gronov.

i. *Cypream* P.

k. *galuas* Ienſ. *galbas* B. R. *calvas* Bruſch.

l. *ſuburbanum* I. I. G. Ald. Hinc nouum caput orditur Br. Ald. et Pariſ.

m. *qui cum fundo* I. B. Br. R. Wr. *fundum* om. Codd. Vrſini.

n. *apparet* P.

o. *conſeruat* Bruſch.

p. *fertiliſſimum* I. I. G. A. *ſollertiſſimum* Pol.

Cap. IX. a. *viretis vmbr. propeque* I. B. Br. R. Wr. *victis vm. propterque* Ald. I. I. G. *umectis vm. propter* Polit. teſte etiam Victor.

b. *domui* a. V.

c. *ſiant* I. B. R. Br. *fiant* Wr.

d. *id* addunt a. V. et Gronouian.

e. *ſic ut habeas quam plurimum* ante V.

f. *Hoc modo pr. quoduis exp.* ante Vict. *Hoc eſt praedium quodvis* Pariſ. Cod.

Cap. X. a. Lemma: *quot villicus conſeruos: quot boues et aſinos et miniſtros et vtenſilia habere oporteat. Villicus villicos operarios habeat* I. B. R. et Bruſch. Lemma: *Quae villicus habere debet.* deinde verſus deficit, tum *villicus villicos* W Lemma: *Quomodo oleum agri iugera* CCXL. *inſtruere oporteat Vilicum vilicam* Pol. Vict. et rel Geſner cum Pop. 2. dedit: *Olinetum agri* CCXL. *iugerum. vilicum* et cet. *Olinetum agri ducentorum quadraginta iugerum habere oportet* I. I. G. A.

b. *duos* I. B. R. Pariſ.

c. *et opil.* Br.

d. *Summa hom. XIII.* omitt. I. B. Br. R. Wr. *hominum* per literam h ſolam ſignauit Polit.

f. *coxem: et cum firme tenebunt: dicat. Incipito cantare in alio, vſque dum motae fiant: Nata daries, dar-daries: aſiadarides. et repetas tam diu: vſque dum coeant. Daries-dardaries, aſiadarides. diſſunappiter, et ferrum quoduis ſuperiacito.* W.
g. *Incipere* I. B. R.
h. *moetas* Pol.
i. *danata* a. V.
k. *aſiadarides* P. *aſtararies* a. V.
l. *vna petes, vſque* P. et ſic Codd. Victorii. *dic vna pariter vſque* a. V. *dic vna pares, vſque* M. Po. 2.
m. *coeant motas vaeta Daries dardares aſtataries Diſſunapiter vſque dum coeant. Ferrum etc.* P.
n. *Ferro* a. V.
o. *tetigerint* I. B. R. Br. *retigerit* H A.
p. *prehende et dextera* Pol. *prende dextra*, I. I- G. A.
q. *ad* abeſt a. V. *aut tracturam* Bruſch.
r. *et ſanum* a. V.
s. *Item luxato hoc vel ſimili modo dicito etc.* W.
t. *huat hauat hauat* P. *huat havat huat* Cod. Gronou. *haut haut haut* a. V *huat hauat haruanat* W.
v. *damiabo damauſtra* a V. *dannabo* Cod. Gronou. *dannauſtra* P. M. Po. 2. *danauta danauſtra Vel hoc modo haut huat hauſtas iſtas iſtarſis ardarnabon ardanauſtra. Caetera vt ſupra* W.
x. *Haut* a. V.

HAVT HAVT ISTA[y] SIS TAR SIS ARDANNABON DVNNAVSTRA[z].

CLXI. [CLXII.] Aſparagus[a] quomodo ſeratur. locum[b] ſubigere oportet bene, qui habeat humorem, aut loco craſſo; vbi erit ſubactus, areas facito, vt poſſis dextra ſiniſtraque ſarire[c], runcare, ne calcetur. Cum areas[d] deformabis[e], interuallum facito inter eas[f] ſemipedem latum in omnes partes. deinde ſerito. Ad lineam palo grana bina aut terna demittito. et[g] eodem palo cauum terrae[h] operito. Deinde ſupra areas ſtercus ſpargito, bene ſerito. Secundum aequinoctium 2 vernum, vbi erit natum, herbas crebro purgato, caue- toque ne aſparagus vna cum herba vellatur. Quo anno ſeueris, ſubſtramentis[i] per[k] hiemem operito, ne peruratur[l]. Deinde primo vere aperito[m], ſarito[n], runcatoque. Poſt annum tertium, quam ſeueris, incendito vere primo. Deinde ne ante ſarueris[o], quam aſparagus natus erit, ne in ſariendo radices laedas. Tertio, aut quarto anno aſparagum vellito ab[p] radice. 3 nam ſi defringes, ſtirpes fient, et intermorientur. Vſque[q] licebit vellas, donicum in ſemen videris ire. Semen maturum fit ad autumnum. Ita cum ſumpſeris ſemen, incendito, et cum coeperit aſparagus naſci, ſarito, et ſtercorato. Poſt annos VIII. aut IX. cum iam

eſt

y. *iſtagis turſis* a. V. *iſtaſis tarſis* iunct. P.

z. *dannauſtra* P. *damauſtra* a. V.

Cap CLXI. a. *Aſparagus vbi ſeratur* Lemma ſunt I. B. R. Br. Vict. nobiſcum Po. 2.

b. *vbi aſparagum ſeras* interpon. A. Iunt. G. antecedentibus omiſſis.

c. *ſarrire* I. B. R. Br. *ſarrire ſeu* I. I. G. A.

d. *areas* deeſt I. B. R. Br.

e. *deformis* Heru.

f. *areas* I. B. R. Br.

g. *Et* abeſt a. V.

h. Ita pro *terra* P.

i. *ſub ſtramentis* diuiſ. I. I. Ba. A. *ſum ſtramentis* Pol 1. *ſint ſtramentis* Pol. 2.

k. *per* abeſt Gr. G.

l. *praeuratur* I. B. R. Br. *rigore peruratur* I. I. G. A.

m. *operito* M. Po 2.

n. *ſarrito* a. V. Sic per totum caput. *ſarritoque* Br. Ald.

o. *ſarrieris* a. V.

p. *a* I. B. R.

q. *ſed vſque* I. B. R. Br. Ba. G. A.

est vetus, digerito, et in quo loco positurus [r] eris, terram bene subigito, et stercorato [s]. Deinde fossulas facito, qua radices asparagi demittas. Interuallum sit ne minus pedes singulos inter radices asparagi [t]. vellito, sic circumfodito, vt facile euellere [v] possis. Caueto ne frangatur. Stercus ouillum [x] quam plurimum fac ingeras: id est optimum ad eam rem. aliud [y] stercus herbas creat.

CLXII. [CLXIII.] Pernas sallire [a] sic oportet, in dolio, aut in [b] seria. Cum pernas emeris, vngulas earum praecidito. Salis Romaniensis moliti in singulas [c] semodius [d]. In fundo dolii, aut seriae salem [e] sternito. deinde pernam ponito. cutis deorsum [f] spectet. Sale obruito totam [g]. Deinde [h] alteram [i] insuper ponito. 2 eodem modo obruito. Caueto, ne caro carnem tangat. Ita omnes obruito. Vbi iam omnes composueris, sale [k] insuper obrue, ne [l] caro appareat, aequalem [m] facito. Vbi iam dies v. in sale fuerint, eximito omnes cum suo sale. Quae tum summae fuerint, imas facito. eodem-3 que modo obruito, et componito. Post diem [n] omnino duodecimum pernas eximito, et salem omnem detergeto [o], et suspendito in vento biduum. Die tertio extergeto [p] spongia [q] bene, perunguito [r] oleo. Suspendito in fumo biduum. Tertio die demito [s]. Perunguito [t] oleo et aceto commixto [v]. suspendito in carnario. nec tinea, nec vermes tangent.

M. TE-

r. *posturus* P.
s. *stercerato* P.
t. *asparagi euellito et sic* a. V.
v. *vellere* P.
x. *ouilum* I. B. R. Br.
y. *Aliut* P.
Cap. CLXII. a. *sic salire* a. V.
b. *in* abest I. B. R. Br.
c. *singulos* B. R. deinde *romanensis* Cod. Gronou.
d. *semodios* I. B. R. Br. et Cod. Gronou.
e. *sale sternio* Pol.
f. *deosum* P.
g. *totum* B. R.
h. *Denique* I. B. R. Br.
i. *pernam alteram* a. V. praeter Iuntt.
k. *salem* I. B. R. Br. *sale eas* Ba- G A.
l. *et ne* Ba- G. A.
m. *aequale* I. B- R.
n. *dies omnino duodecim* I. B. R. Br.
o. *detergito* I. B. R. Br.
p. *extergito* I. B. R. Br.
q. *spongea* P.
r. *perungito* a. V.
s. *demittito* I. I- G.
t. *Perungito* a. V.
v. *commixto et* I. B. R. *commisto et* I. I- G. A. *et commixto et* Br.

M. TERENTII VARRONIS

DE

RE RVSTICA

LIBRI III.

CAPITA
REI RVSTICAE
EX RHEGIENSI EDITIONE
ANNI CIↃ CCCC LXXXII.

(CVM VARIETATE LECTIONIS EX IPSA LIBRI INSPECTIONE DVCTAE.)

M. T. VARRONIS.

LIBRI I.

Libri II.

LIBRI III.

Victorius in libris manuſcriptis libri primi titulos, ante ipſum librum poſitos, reperit, caeterorum librorum nullos plane ibi reperit: igitur hos ſpurios cenſebat eſſe.

M. TE-

M. TERENTII VARRONIS
RERVM RVSTICARVM
DE
AGRICVLTVRA

LIBER I.
CAPVT I.

Otium [a] ſi eſſem conſecutus, Fundania, commodius [b] tibi haec ſcriberem, quae nunc, vt potero, exponam, cogitans [c] eſſe properandum, quod (vt dicitur) ſi eſt homo bulla [d], eo magis ſenex. annus enim octogeſimus admonet me [e], vt ſarcinas [f] colligam ante quam proficiſcar e vita. Quare, quoniam emiſti fundum quem [g] bene colendo, fructuoſum cum facere [h] velis, meque [i] vt id mihi habeam curare roges, experiar.

VARIETAS LECTIONIS.

Cap. I. a. *Potius eſſem* I. B. Br. R. Iuntt. *ſi* OTIVS *eſſem* W.

b. *et com. ſi tibi* I. B. Br. R. Iuntt. *et commodius tibi* W.

c. *quod citatus eſſe* W.

d. *bula* I. B. R. W. Br.

e. *me* omitt. W. Ceterum Plinius XVIII. c. 3. ex h. l. refert annum octogeſimum primum aetatis; itaque cum Vrſino Harduinus h. l. legi volebat XXCI. Contra Popma Plinium ex libris Varronis corrigebat.

f. *ſarcinulas* W. deinceps *enitar* W.

g. *cum* A. Ba. G. *collendo* deinceps Wr.

h. Vulgo *conficere*. I. B. Br. R. A. Ba. G. *eum facere*. P. et Iunt. *cum facere*. Wrat. *cum fructuoſum facere*.

i. *meque adhibeam curam roges* I. B. R. Br. *meque vti adhib. curam* A. Ba. G. *meque vti id hab.* W. *vt id habeam curare* Codd. Vrſini; vnde corrigit ipſe: *vt id habeam curae*. Lipſius Ep. Quaeſt. IV. 11. ſimiliter corrigit *curae*. Cod. Ryckianus: *vti mihi habeam curare*.

riar. et non ſolum, vt ipſe quoad [k] viuam, quid fieri 3 oporteat vt [l] te moneam, ſed etiam poſt mortem. Neque patiar Sibyllam non ſolum cecinisſe, quae, dum [m] viueret, prodesſent hominibus, ſed etiam quae [n] cum perisſet ipſa, et id etiam ignotisſimis quoque hominibus; ad cuius libros tot annis poſt publice [o] ſolemus redire, cum deſideramus quid faciendum ſit nobis ex aliquo portento: me, ne dum viuo quidem, necesſariis meis 4 quod proſit facere [p]. Quo circa ſcribam tibi tres libros indices, ad quos reuertare, ſi qua in re quaeres [q], quemadmodum quidque te in colendo oporteat facere. Et quoniam [vt aiunt] Dei facientes adiuuant, prius inuocabo eos; nec, vt Homerus et Ennius, Muſas, ſed XII deos conſentis: neque tamen eos vrbanos, quorum imagines ad forum auratae ſtant, ſex mares, et foeminae totidem, ſed illos XII. deos, qui maxime 5 agricolarum [r] duces ſunt. Primum, qui omnes fructus [s] agriculturae caelo et terra continent, Iouem, et Tellurem. itaque quod [t] ii parentes magni dicuntur, Iuppiter, pater appellatur [v], Tellus, terra [x] mater. Secundo Solem et Lunam, quorum tempora obſeruantur, cum quaedam ſeruntur [y] et conduntur [z]. Tertio Cererem et Liberum, quod horum fructus maxime necesſarii ad victum [a]. Ab his enim cibus et potio venit 6 e fundo. Quarto Robigum ac [b] Floram, quibus propitiis,

k. *quaad* Pol. eandem lectionem ex Codice antiquisſimo hic et alibi annotauit Victorius.

l. *vt* om. Wr. ſed defendit pleonaſmi titulo Geſner.

m. *cum* I. B. R. Br.

n. *quae* omitt. W.

o. *publica* B. R.

p. *Sed mortuo equidem* additur I. B. R. Br.

q. *cures* P.

r. *agricularum* P.

s. *fructos* P.

t. *quod hi* I. B. R. Br. *duo hi* A. l. I. G. item H. St. D. plane Cod. Ryckianus, probante Schoettgenio, qui *itaque* abeſſe malebat.

v. *appellatur* deeſt a. V.

x. *vero* a. V.

y. *ſerantur et condantur* a. V. exceptis P. I. I.

z. *in tempore* add. I. B. R. I. I. *in terra* Ba- G. A.

a. *ſint* adiic. a. V.

b. *et* a. V.

pitiis, neque robigo [c] frumenta atque [cc] arbores corrumpit, neque non tempestiue florent. Itaque publicae [d] Robigo feriae robigalia; Florae ludi floralia instituti. Item adueneror Mineruam et Venerem, quarum vnius procuratio olipueti [e] alterius hortorum; quo nomine rustica vinalia instituta. Nec non etiam [f] precor Lympham, ac Bonum [g] Euentum, quoniam sine aqua omnis arida ac misera agricultura, sine successu ac bono euentu, frustratio est, non cultura. Iis [h] igitur deis ad venerationem aduocatis [i], ego referam sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper, ex quibus quid te facere oporteat animaduertere poteris, in queis quae non inerunt et quaeres, indicabo a quibus scriptoribus reperias [k] et Graecis, et nostris. Qui Graece [l] scripserunt dispersim, alius de alia re, sunt plus quinquaginta. Hi sunt, quos tu habere in consilio poteris, cum quid consulere voles, Hieron Siculus et Attalus Philometor: de philosophis, Democritus physicus, Xenophon Socraticus, Aristoteles et Theophrastus peripatetici, Archytas [m] pythagoreus, item Amphilochus [n] Atheniensis, Anaxipolis Thasius [o], Apollodorus Lemnius, Aristophanes Mallotes [p], Antigonus [q] Cymaeus [r], Agathocles [s] Chius, Apollonius [t] Pergamenus, Aristandrus [v] Atheniensis, Bacchius Milesius,

7

8

c. *robigo* I. B. R. Br. reliquae *rubigo*.
cc. *adque* P.
d. *publice* Pol. deest I. B. R. Br.
e. *oleti* a. V.
f. *etiam* deest I. B. R. Br. *et* Pol.
g. *Boneum ventum* marg. D.
h. *His* a. V. item H. St- D. *Iis* Vict.
i. *vocatis* A. I. I- G.
k. *reperitas* Codex antiquus Victor. qui malebat *repetas*.
l. *igitur haec* I. B. R. Br.
m. *Archias* I. B. R. Br. *Arcytas* Pol. *Architas* I. I- G. *item* H. St. Po. D.
n. *Amphilocus* I. B. R. Br.
o. *tasius* P. *tarsius* Iens. *tharsius* B. R. Br. *Apollonis pergameneus (pergamenus* Iens*)* inser. praeterea I. B. R. Br. A.
p. Vulgo *Maleotes* est. *malotes* I. B. R. *mallotes* P. et Ryck.
q. *Antigonius* I. B. R.
r. *cynicus* I. B. R. Br. *cymeus* P. I. I- G. A. it. H. St- D.
s. *Agatocles* a. V.
t. *Apollonius pergameneus supra posita nunc* omitt. a. V. *pergamenus* P.
v. *Aristandros* P. *Aristandius* B. R. Br.

leſius [x], Bion Soleus, Chaereſteus et Chaereas Athenienſes [y], Diodorus Prienaeus [z], Dion Colophonius, Diophanes Nicaeenſis [a], Epigenes Rhodius [b], Euagon Thaſius [c], Euphronii duo, vnus Athenienſis, alter [d] Amphipolites, Hegeſias [e] Maronites, Menandri duo, vnus Prienaeus, alter Heracleotes, Niceſius Maronites
9 Pythion Rhodius. De reliquis, quorum quae [f] fuerit patria non accepi, ſunt Androtion [g], Aeſchrion, Ariſtomenes, Athenagoras, Crates, Dadis [h], Dionyſius, Euphiton [i] Euphorion [k], Eubolus [l], Lyſimachus, Mnaſeas, Meneſtratus [m], Pleuthiphanes [n], Perſis, Theophilus [o]. Ii [p], quos dixi, omnes ſoluta oratione ſcripſerunt [q]. eaſdem res etiam quidam verſibus, vt Heſio-
10 dus Aſcraeus [r], Menecrates Epheſius. Hos nobilitate [s] Mago Carthaginienſis [t] praeteriit [v] Poenica [x] lingua, quod res diſperſas comprehendit [y] libris XXIIX [z]. quos Caſſius Dionyſius Vticenſis [a] vertit libris [b] XX. ac [c] Graeca lingua [d] Sextilio praetori miſit: in quae volumina de Graecis libris eorum, quos dixi, adiecit non pauca, et de Magonis dempſit inſtar librorum VIII. Hoſce ipſos vtiliter ad VI. libros redegit Diophanes in Bithy-

x. *meleſius* B. R. Deinceps *Dion* Bruſch. atque infra *Bion.*

y. *athenienſis* I. B. R. Br. Iuntt.

z. Vulgo *Priennaeus* legitur. *prienneus* I. B. R. Br.

a. *nicaeenſis* Pol. Vulgo *Nicenſis.*

b. *rhodios* P.

c. *taſius* I. B. R. Br.

d. *alter* om. P. Paulo antea vulgo eſt *Euphranii.*

e. *Hegeſias* P. H. St- D. *Ageſias* reliquae. correxit cum Vrſino Geſner. *Aegeſias* Br. Ald.

f. *quae* omitt. Heru.

g. *Androcion. Aeſcharion.* a. V.

h. *Dades* I. B. R. Br. *Oades* I. I- G. A.

i. *Eriphyton* I. B. R. Br. *περὶ φυτῶν* I. I- G. A.

k. *Eophorion* P.

l. *Creobolus* I. B. R. Br.

m. *Meneſtarcus* I. B. R. Br.

n. *Plentiphanes* P. *Pleuthephanes* I. B. R. Br. *Pleithipkanes* Heru.

o. *Theopilus* P.

p. *Hi* I. B. R. Br. vt alibi pluries.

q. *ſcripſerunt easdem res, et quidam etiam* a. V.

r. *et* inſ. a. V.

s. *nobilitates* P. *nobilitatos* I. B. R. Br.

t. *carthaginenſis* I. B. R. Br.

v. *praeterit* I. B. R. Br.

x. *punica* Heru.

y. *comprendit* Pol.

z. *duodetriginta* a. V.

a. *viticenſis* B. H. A.

b. *libros* I. B. R. Br.

c. *ac* deeſt a. V. it. H. St- D.

d. *quos* inſ. I. B. R. Br. *et* I. I- G. A. *ac* H. St- D.

Bithynia, et misit Deiotaro regi. Quo [e] breuius de ea re conor tribus libris exponere, vno de agricultura, altero de re pecuaria, tertio de villaticis pastionibus; hoc libro circumcisis rebus, quae non arbitror pertinere ad agriculturam. Itaque prius ostendam, quae secerni oporteat ab ea, tum de his rebus dicam, sequens naturales diuisiones. Ea erunt ex radicibus trinis, et quae ipse in meis fundis colendo [f] animaduerti, et quae legi, et quae a peritis audii [g]. 11

II. Sementiuis [a] feriis in aedem Telluris veneram rogatus ab aeditimo, vt dicere didicimus a patribus nostris: vt corrigimur a recentibus vrbanis, ab aedituo. Offendi [b] ibi C. Fundanium socerum meum, et C. Agrium equitem R. Socraticum [c], et P. Agrasium publicanum, spectantes in pariete pictam Italiam. Quid vos hic, *inquam*, num feriae sementiuae [d] otiosos [e] huc adduxerunt [f], vt patres, et auos solebant nostros? Nos vero (inquit Agrius) vt arbitror, eadem [g] causa, quae te, rogatio aeditimi. Itaque si ita est, vt annuis, morere [h] oportet nobiscum, dum ille [i] reuertatur. Nam accersitus ab aedile, cuius procuratio huius templi est, nondum [k] rediit, et nos, vt expectaremus se, reliquit qui rogaret. Vultis igitur interea vetus prouerbium, quod est, Romanus sedendo vincit, vsurpemus, dum ille [l] venit? Sane, inquit Agrius, et simul cogitans, portam itineri dici longissimam esse, ad subsellia sequentibus nobis procedit. Cum consedissemus, Agrasius, 2 3

e. *Quod* I. B. R. Br.
f. *colenda* Heru.
g. *audini* a. V.

Cap. II. a. *Sementinis* a. V. qui vbique scriptum in libris suis reperit *sementinae*.
b. *inueni* addit Ryck. Deinceps *Acrium* P.
c. *Socratitium* Pol. 2.
d. *Sementinae* a. V.
e. *ociosos* a. V. praeter Iuntt.
f. *adduxere* a. V.
g. *de* inf. I. B. R. Br.
h. *morare* I. B. Br. R. I. I. *merere* Heru.
i. *iste* I. B. R. Br.
k. *nundum* I. B. Br. R. *non dum diu.* I. I. Ba. *nos exp. se reliquit qui vt rogaret* Brusch.
l. *iste* I. B. R. Br.

3 ſius [m], Vos, qui multas perambulaſtis terras, ecquam [n] cultiorem Italia vidiſtis, inquit? Ego vero, Agrius [o], nullam arbitror eſſe, quae tam tota ſit culta. Primum cum orbis terrae diuiſus ſit in duas partes ab Eratoſthene [p], maxime ſecundum naturam ad meridiem verſus, 4 et ad ſeptentriones [q], et ſine dubio quoniam ſalubrior pars ſeptentrionalis [r] eſt, quam meridiana; et quae ſalubrior [s], illa fructuoſior [t]: dicendum magis eam [v] fuiſſe opportunam ad colendum quam Aſiam, ibique [x] Italiam. primum quod eſt in [y] Europa: ſecundo, quod haec temperatior pars eſt [z], quam interior. nam intus pene ſempiternae hyemes. neque mirum, quod ſunt regiones inter circulum ſeptentrionalem, et inter cardinem caeli, vbi ſol etiam ſex menſibus continuis non videtur. itaque in oceano in ea parte ne nauigari quidem poſſe dicunt propter mare congelatum. Fundanius. 5 Em [a] ibi tu quicquam naſci putas poſſe, aut coli natum? Verum enim eſt illud Pacuuii [b], Sol ſi perpetuo ſit, aut nox, flammeo [c] vapore, aut frigore terrae fructus [d] omnes interire. Ego hic, vbi nox et dies modice redit, et abit, tamen aeſtiuo diem ſi non diffinderem [e] meo inſititio ſomno meridie, viuere non poſſem [f]. illic in

m. *Agrius* I. B. R. Br.

n. *quam* I. B. Br. R. A. Ba- G. *et quam* P.

o. *inquit Agrius* I. I- G. A. item: H. St- D.

p. *Erathoſtene* P. I. B. R. Br.

q. *ſeptemtrionem* I. I- G. A.

r. *ſeptemtrionis* I. B. Br. R.

s. Ita I. B. Br. A. Ba. G. reliqui *ſalubriora* et *fructuoſiora.*

t. *fructuoſior* A. Ba- G. *fructuoſior dicendo: ibique Italiam magis eam* I. B. Br. R.

v. *Europam* I I- G. A.

x. *ibique Italiam* deſunt I. B. R. Br.

y. *in* om. I. B. R. Br.

z. *eſt* abeſt P. I. I.

a. *Eo* I. B. Br. R. *En* A. I. I- G. item H. St- D. *Emobi tu* Pol. I et 2. in antiquo Gloſſa. Deinceps *putes* Bruſch.

b. *Pacuſi* P.

c. *flammineo* I. B. R. Br.

d. *fructos* P. *omnis* Br.

e. *deſſenderem meo inſiciosſum: diem vinere* P. 2. *diffiderem in eo inſiticioſum muneri die vinere* I. B. R. *difficerem in eo inſticioſum muneri die viuere* Bruſch. *ſomnum* P. *ſomnu* in libris Vict. reperit. Vulgatum *die* correxi. Anonymus in margine Iunt. *meridie diem* coniecit. *defenderem me in aeſtuoſum meridiem* A. Iunt. G. *meo inſiticio ſum numeri diem viuere non poſſum* Pariſ. *in eo inſiticioſum numeri die vivere non poſſum* Pariſ. alter.

f. *poſſum* H. P. *poſſim* I. B. R.

in ſemeſtri die, aut nocte, quemadmodum quicquam 6 ſeri, aut aleſcere, aut meti poſſit? Contra quid in Italia vtenſile non modo non naſcitur, ſed etiam non egregium fit [g]? quod far conferam Campano? quod triticum Appulo? quod vinum Falerno? quod oleum Venafro? Non arboribus conſita Italia eſt, vt tota pomarium videatur? An Phrygia magis vitibus cooperta, 7 quam Homerus appellat *ἀμπελόεσσαν* [h], quam haec? aut Argos, quod [i] idem poeta *πολύπυρον* [k]? In qua terra iugerum vnum denos et quinos denos [l] culleos fert vini, quot [m] quaedam in Italia regiones? An non M. Cato ſcribit in libro Originum ſic? ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis [n] Ariminum datus eſt vltra agrum Picentium [o]. In eo agro aliquotfariam [p] in ſingula iugera dena [q] cullea vini fiunt. Nonne item in agro Fauentino; a quo ibi trecenariae [r] appellantur vites, quod iugerum trecenas amphoras reddat? Simul aſpicit me, Certe, inquit, L. [s] Martius praefectus fabrum tuus [t] in fundo ſuo Fauentiae hanc multitudinem dicebat ſuas reddere vites. Duo in primis ſpectaſſe 8 videntur Italici homines colendo, poſſentne [v] fructus pro impenſa ac labore redire [x], et vtrum ſaluber locus eſſet an non? quorum ſi alterutrum decollat [y]; et nihilominus quis vult colere, mente eſt captus, atque [z] ad

 agnatos

g. *ſit* a. V.

h. *ἀμπελόεσσαν* Ienſſ. *αμπελοεσσα* B. Br. R.

i. *quam* a. V.

k. *polipotom* Pol. 2.

l. *dènos* abeſt I. B. R. Iuntt. Br.

m. *quod* I. B. Br. R.

n. *viridi ceſarem inundatus* Ryck. *Caeſare iubente datus* a. V. praeter Iuntt. *Ceſarem inundatus c'* *Cis Areminum datus* Pol. *Caeſarem inundatus* etiam Codd. Victorii, cui debetur emendatio. *ceſennatibus datus* Iuntt.

o. *Picenum* a. V. *Picentinum* Zwing.

p. *aliqudfariam* P. *aliquot fariam* diu. I. I- G.

q. *deni cullei* Iuntt. *culea* I. B. R. Br.

r. *tricinariae* P. *tricen.* reliqui. Deinceps *tricenas* Ald. et Br. *a quo tibi* Bruſch.

s. *Libo* I. B. R. Br.

t. *tuos* I. B. R. Br.

v. *poſſe* I. B. R. Br.

x. *reddere* a. V. *collendo — annum* Bruſch.

y. *decolat* P.

z. *adque ad gnatos* P.

agnatos et gentiles eſt deducendus. Nemo enim ſanus [a] debet velle impenſam ac ſumptum facere in culturam [b], ſi videt non poſſe refici: nec, ſi poteſt reficere fructus, ſi videt eos fore, vt peſtilentia diſpereant. 9 Sed opinor qui haec commodius oſtendere poſſint, adſunt. Nam C. Licinium Stolonem, et Cn. Tremellium Scrofam video venire. vnum cuius maiores de modo agri legem tulerunt [c]. Nam Stolonis illa lex, quae vetat plus D. iugera habere ciuem R. et qui propter diligentiam culturae Stolonum confirmauit cognomen, quod nullus in eius fundo reperiri poterat ſtolo, quod effodiebat circum arbores [d], e radicibus, quae naſcerentur e ſolo, quos ſtolones appellabant. Eiusdem gentis C. Licinius, tribunus pleb. cum eſſet, poſt reges exactos annis CCCLXV. primus populum ad leges accipiundas [e] in 10 ſeptem iugera forenſia, e comitio [f] eduxit. Alterum collegam tuum [g], XX [h] vir qui fuit ad agros diuidundos [i] Campanos, video huc [k] venire, Cn. Tremellium Scrofam, virum omnibus virtutibus politum, qui de agricultura Romanus peritiſſimus exiſtimatur. An non iure *inquam?* Fundi enim eius propter culturam iucundiore ſpectaculo ſunt multis, quam regie polita aedificia aliorum, cum huius ſpectatum veniant villas, non vt apud Lucullum, vt [l] videant [m] pinacothecas [n], ſed oporothecas [o]. Huiuſce *inquam* pomaria [p] ſumma ſacra

a. *mente* addunt Br. A. Iunt. G.

b. *cultura* I. B. Br. R. deinceps *fare aut* Bruſch. Eadem cum Ald. vbique *Tremelium*.

c. *tulere* I. B. R. Br.

d. *arbores radices* I. B. R. Br.

e. *accipiendas* P.

f. *comitiis* a. V. *comito* H. St. D.

g. *tuum* abeſt I. B. R., abeſt I. B. R. Iuntt.

h. *viginti virum* P. *vigintiuirum* Iuntt. *triumuirum* I. B. Br. R. *triumuir* Ba- G. A.

i. *diuidendos* P.

k. *hunc* P. Deinceps *exiſtimatus* Bruſch. Poſtea *Fondi* eadem.

l. *vt* abeſt I. B. R. Br.

m. *veneant* B. R.

n. *pinocotheccas* I. B. *pinocothecas* R. Br.

o. *oporotheccas* I. B. *ſecoporothec-cas* Br.

p. *pomarii* I. B. Br. R. *pommaria* Heru.

ſacra via, vbi poma veneunt, contra auream [q] imaginem. Illi interea ad nos [r]. Et Stolo, Num coena comeſa [s] inquit venimus? nam [t] non L. videmus Fundilium [v], qui nos aduocauit [x]. Bono animo eſte [y], inquit Agrius [z]. Nam non modo ouum [a] illud ſublatum eſt, quod ludis circenſibus [b] nouiſſimi curriculi finem facit quadrigis, ſed ne illud quidem ouum vidimus, quod in ceriali [c] pompa ſolet eſſe primum. Itaque dum id [d] nobiſcum vna videatis [e], ac [f] venit aeditimus [g], docete nos, agricultura [h] quam ſummam habeat vtilitatemne an voluptatem, an vtrumque. ad te enim rudem [i] eſſe agriculturae nunc, olim ad Stolonem fuiſſe [k] dicunt. Scrofa [l], Prius, inquit, diſcernendum, vtrum quae ferantur in agro, ea ſola ſint in cultura, an etiam quae inducantur [m] in rura, vt oues, et armenta. Video enim qui de agricultura ſcripſerunt [n], et Poenice, et Graece, et Latine, latius vagatos, quam oportuerit. Ego vero, inquit Stolo [o], eos non in omni re imitandos arbitror, et eo melius feciſſe quoſdam, qui minore pomerio finierunt, excluſis partibus, quae non pertinent ad hanc rem. Quare tota paſtio, quae coniungitur

11 12 13

I 5

q. *aurea imago illi:* I. B. Br. R. *aureum imago* P. *aurum imago* in Codice vetuſtiſſimo reperit Victor. in Vaticanis libris Pontedera.

r. *nos et Stolonem coena* I. B. Br. R. *vos et Stolonum coena* Pol. 1. *nos et Stoloinem coena* Pol. 2. *nos cum Stolone coena* Iuntt. *vos cum Stolone coena comeſa, inquit, venimus* A. Ba- G.

s. *comeſſa* P.

t. *At non C videmus* A. Iunt. G.

v. *Fundanium* a. V. cum cuius Codd. faciunt Codd. Vrſini.

x. *anocauit* I. B. R. Br.

y. *eſtis* P. *eſſe* marg.

z. *Acrius* P.

a. *cum* I. B. Br. R. et Codd. Victorii *nondum* I. I- G. Pol. 2. nobiſcum. Scilicet deinceps Br. *ouom vidimus.* Ex ſcriptura *Ouom* factum eſt *Quom*, deinde *cum.*

b. *circienſibus* P.

c. *ceneali* P. *cereali* a. V. item H. St- D.

d. *hic* a. V. *ſe* P.

e. *ſedeatis* I. B. Br.-R. *ſedetis* A. Iunt. G.

f. *aduenietque* a. V. *ac venitque* P.

g. *editimus* I. B. Br. R. *editumus* P.

h. *agriculturam* a. V.

i. *rudes agric.* a. V.

k. *iniſſe* a. V.

l. *Scrofa inquit: prius* I. B. Br. R. *Scrofa, Prius* I. I- G. A. *dicunt, Scrofa. Prius* Com.

m. *inducuntur* a. V.

n. *ſcripſerunt* om. I. B. R.

o. *Stolon* I. B. R. Br.

tur a pleriſque cum agricultura, magis ad paſtorem, quam ad agricolam pertinere videtur. 14 Quocirca principes, qui vtrique rei praeponuntur, vocabulis quoque ſunt diuerſi, quod vnus vocatur vilicus, alter magiſter pecoris. Vilicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus a villa [p] quod ab eo in eam conuehuntur fructus, et euehuntur, cum veneunt. a quo ruſtici etiam nunc quoque viam, veam [q] appellant, propter vecturas; et vellam non villam, quo vehunt, et vnde vehunt. Item dicuntur, qui vecturis viuunt, vellaturam facere. 15 Certe inquit Fundanius, aliud paſtio, et aliud agricultura, ſed affinis. et vt dextera [r] tibia alia [s] quam ſiniſtra, ita vt tamen ſit quodam modo coniuncta, quod eſt altera eiuſdem carminis modorum incentiua, altera ſuccentiua. 16 Et quidem licet adiicias, *inquam*, paſtorum vitam eſſe incentiuam, agricolarum ſuccentiuam, auctore doctiſſimo homine Dicaearcho, qui Graeciae vita qualis fuerit ab initio, nobis [t] oſtendit, vt ſuperioribus temporibus fuiſſe doceat, cum homines paſtoriciam vitam agerent, neque ſcirent etiam arare terram, aut ſerere arbores, aut putare; ab his inferiore gradu aetatis ſuſceptam agriculturam. Quocirca et [v] ſuccinit paſtorali [x], quod eſt inferior, vt tibia ſiniſtra a dextrae [y] foraminibus. 17 Agrius [z], Tu, inquit, tibicen non ſolum adimis domino pecus, ſed etiam ſeruis peculium, quibus domini dant, vt paſcant, atque etiam leges colonicas tollis, in quibus ſcribimus, Colonus in agro ſurculario ne capra [a] natum paſcat: quas etiam aſtrologia in [b] caelum recepit, non longe ab Tauro. Cui

p. *villa. Villa quod* I. I. G. A.
q. *veham* a. V. Bonon. 1504. *veheam.* it. H. St. D.
r. *dextra* a. V.
s. *non alia* I. B. R. Br. *dextra tibia alia omnino q. ſ. ita tamen vt ſit* Cod. Vrſini.
t. *ita* add. Ald. cum Bruſch. Deinceps *arari terram* Polit.
v. *ei* I. B. R. Br.
x. *paſtoralis* I. B. Br. R. *paſtorali* L. P. 1: *paſtoralis* L. Pol. 2.
y. *deſtrae* Bon.
z. *Acrius* P.
a. *capras compaſcat* a. V. etiam P. 2. *capra tum paſcat* Pol. 1. et Codd. Victorii.
b. *in coelum* deeſt I. B. R. Br.

Cui Fundanius, Vide, inquit, Agri, ne [c] iſtuc ſit ab hoc, cum in legibus etiam ſcribatur, pecus quoddam. Quaedam enim pecudes culturae ſunt inimicae, ac [d] veneno, vt iſtae, quas dixiſti [e], caprae. eae [f] enim omnia nouella ſata carpendo corrumpunt, non minimum vites, atque oleas. Itaque propterea inſtitutum diuerſa de cauſa, vt ex [g] caprino genere ad alii dei aram hoſtia adduceretur, ad alii non ſacrificaretur, cum ab eodem odio alter videre nollet, alter etiam videre pereuntem vellet. Sic [h] factum, vt Libero patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde vt capite darent poenas; contra, vt Mineruae caprini generis nihil immolarent, propter oleam, quod eam, quam laeſerit, fieri dicunt ſterilem: eius enim ſaliuam eſſe fructuis venenum [i]. hoc nomine etiam Athenis in arcem non inigi [k], praeterquam ſemel ad neceſſarium ſacrificium, ne arbor olea, quae primum dicitur ibi nata, a capra tangi poſſit. Nec [l] vllae, *inquam* [m], pecudes agriculturae ſunt propriae, niſi quae agrum opere [n], quo [o] cultior ſit, adiuuare, vt eae, quae iunctae arare poſſunt [p]. Agraſius, ſi iſtuc ita eſt, inquit, quomodo pecus remoueri poteſt ab agro, cum ſtercus, quod plurimum prodeſt, greges pecorum miniſtrent? Sic, inquit Agrius, venalium greges dicemus agriculturam eſſe, ſi propter iſtam rem habendum ſtatuerimus. Sed error hinc, quod pecus in agro eſſe poteſt, et fructus [q] in [r] agro ferre. quod non ſequendum. Nam ſic etiam res aliae diuerſae ab agro

18 19 20 21

c. *ne agri iſtuc* A. Ba- G. V. Vulgo erat *ne Agri*, *iſtuc*. Deinceps *ſcribantur* eſt in Bruſch.
d. *vt venenoſae iſtae* Heru.
e. *dixi* I. B. R. Br.
f. *Hae* a. V.
g. *ex* om. P.
h. *Sicque* a. V.
i. Hoc loco vulgo *Licinius* inſertum legitur. In P. eſt ſimpliciter litera L. in Edd. I. B. R. Br. *vel.*

k. *iniungi* P. *iungi* a. V. *inigi* Codd. Victorii.
l. *Nec nullae* P. I. *Ne vllae* Pol. 2.
m. *inquit* I. I- G. A.
n. ita H. St- D. al. operae.
o. *quae* marg.
p. *poſſint* a. V.
q. Vulgo additum *non* om. P.
r. *eo* inſ. a. V. etiam ipſa V.

agro erunt aſſumendae: vt ſi habeas [s] plures in fundo textores, atque inſtitutos hiſtonas [t], ſic [v] alios artifices. Scrofa, Diiungamus [x] igitur, inquit, paſtionem a cul-
22 tura, et ſi quis quid vult aliud. Anne [y] ego, *inquam*, ſequar Saſernarum patris et filii libros? ac magis putem pertinere, figlinas [z] quemadmodum exerceri oporteat, quam argenti fodinas, aut alia et [a] alia metalla, quae
23 ſine dubio in aliquo agro fiunt? Sed vt [b] neque lapicidinae [c], neque arenariae ad agriculturam pertinent, ſic figlinae [d]. neque ideo non in quo agro idoneae poſſunt [e] eſſe, [non] exercendae, atque ex eis capiundi fructus: vt etiam ſi [f] ager ſecundum viam, et opportunus viatoribus locus, aedificandae tabernae diuerſoriae, quae tamen quamuis ſint fructuoſae, nihilo magis ſunt agriculturae partes. Non enim ſi quis [g] propter agrum aut etiam in agro profectus domino, agriculturae acceptum referre debet, ſed id modo, quod ex [h] ſatione terra ſit
24 natum ad fruendum [i]. Suſcipit Stolo, Tu, inquit, inuides tanto ſcriptori, et obſtrigillandi [k] cauſa figlinas [l] reprehendis, cum praeclara quaedam, ne laudes, praetermittas, quae ad agriculturam vehementer pertineant.
25 Cum ſubriſiſſet Scrofa, quod non ignorabat libros, et deſpiciebat, et Agraſius ſe ſcire modo putaret, ac Stolonem rogaſſet, vt diceret, coepit: Scribit cimices quemadmodum interfici oporteat his verbis. Cucumerem anguinum condito in aquam, eamque infundito quo voles, nulli accedent. vel fel bubulum cum aceto
26 mixtum [m], vnguito [n] lectum. Fundanius aſpicit ad Scrofam,

s. *habeat* P.
t. *hiſtrionas* Ienſſ. Br. *iſtonas* I. B. R.
v. *ſic et* a. V. item H. St. D.
x. *Diſiungamus* a. V.
y. *An* I. B. R. Br. *Aliud an ne* Pol.
z. *figilinas* I. B. R. Br.
a. *et alia* deeſt a. V. *aliam et aliam et alia* P. et Codd. Victorii.
b. *vt* deeſt I. I- G. A.
c. *lapidicinae* a. V.
d. *figilinae* I. B. R. Br.
e. *poſſint* a. V. deinceps *ex iis* Br.
f. *ſi eligitur ſecundum* I. B. R. Br.
g. *ſi quid* I. B. R. Ryck. Br.
h. *nec* a. V. Codd. Victor. Polit. et Ryck.
i. *fruendum ſuſcipit. Stolo* a. V. *Stolon* I. B. R. Br.
k. *obſtrigilandi* a. V.
l. *figilinas* I. B. R. Br.
m. *miſtum* I. I- G. A.
n. *vngito* I. B. R. Br.

Scrofam, Et, tamen verum dicit, inquit, hic, vt hoc ſcripſerit in agricultura? *Ille,* Tam hercle quam hoc ſi quem glabrum facere velis, quod iubet ranam luridam coniicere in aquam, vſque quo [o] ad tertiam partem decoxeris, eoque vnguere corpus. Ego quod magis, *inquam*, pertineat ad Fundanii valetudinem [p], et in eo libro eſt, ſatius [q] dicam: nam [r] huiuſce pedes ſolent dolere, et [s] in fronte contrahere rugas. Dic ſodes, inquit Fundanius: nam malo de meis pedibus audire, quam quemadmodum pedes betaceos ſeri oporteat. Stolo [t] ſubridens, Dicam, inquit, eiſdem, quibus ille verbis ſcripſit, vel [v] Tarquennam audiui. Cum homini pedes dolere coepiſſent, qui tui meminiſſet [x], ei mederi poſſe. Ego tui memini, medere [y] meis pedibus. TERRA PESTEM TENETO. SALVS HIC MANETO [*in meis pedibus.*] Hoc ter nouies cantare iubet, terram tangere, deſpuere [z], ieiunum cantare. 37

Multa, *inquam*, item alia miracula apud Saſernas inuenies, quae omnia ſunt diuerſa ab agricultura, et ideo repudianda [a]. Quaſi vero, *inquam*, non apud caeteros quoque ſcriptores talia reperiantur. An non in magni illius Catonis libro, qui de agricultura eſt editus, ſcripta ſunt permulta ſimilia? vt haec, quemadmodum placentam facere oporteat, quo pacto libum, qua ratione pernas ſalire [b]. Illud non dicis, inquit Agrius. quod ſcribit, Si velis in conuiuio multum bibere, coenareque [c] libenter, ante [d] eſſe oportet braſſicam crudam ex aceto, et [e] poſt aliqua [f] folia v [g]. 38

III.

o. *vſquequa* I. B. R. Br. Deinceps *eaque vngere* Ald.
p. *valitudinem* I. B. R. Br.
q. *latius* I. B. R. Br.
r. *et* inſ. a. V. item: H. St- - D.
s. *et* omitt. praeter Pol. 2.
t. *Stolon* I. B. R. Br.
v. *vel tantum quae iam audiui* I. B. R. Br. *valent quae iam* I. I- G. A.
x. *meminiſſent* I. B. R. Br.
y. *mederi* I. B. R. Br.
z. *diſpuere* I. B. R. Br.
a. *repudiunda* I. B. R. Br.
b. Hoc pro *ſallire* reſtitui ex Edd. ante Victor. et H. St- D. In Pol. eſt *ſalere.*
c. *coenare* B. R.
d. *ante* deeſt B. R.
e. *et poſt* deeſt I. B. R. Br.
f. *alia* lenff. I. I- G. A. H. St- D.
g. *quinque* deeſt I. B. R. Br.

III. Igitur, inquit Agrasius, quae diiungenda [a] essent a cultura [b] cuiusmodi sint, quoniam discretum, de [c] iis rebus dicendum, quae in scientia sint. Ecquis in colendo nos docet ars sit an quid aliud, et a quibus carceribus decurrat ad metas. Stolo [d] cum aspexisset Scrofam, Tu [e], inquit, et aetate, et honore, et scientia quod [f] praestas, dicere debes. Ille non grauatus, Primum, inquit, non modo est ars, sed etiam necessaria ac [g] magna. eaque est scientia, quae [h] docet, quae sint in quoquo agro [i] serunda [k] ac [l] faciunda [m], quaeque terra maximos perpetuo reddat fructus.

IV. Eius principia sunt eadem, quae mundi esse Ennius scribit, aqua, terra, anima, et [a] sol. Haec enim cognoscunda [b] prius, quam iacias semina, quod initium fructuum oritur. Hinc profecti agricolae ad duas metas dirigere debent, ad vtilitatem et voluptatem. Vtilitas quaerit fructum, voluptas delectationem. Priores partes agit, quod vtile est, quam quod delectat. Nec non ea quae faciunt [cultura] honestiorem agrum, pleraque non solum fructuosiorem [c] eundem faciunt; vt [d] cum in ordinem sunt consita arbusta atque oliueta, sed etiam vendibiliorem, atque [e] adiiciunt ad fundi pretium. nemo enim eadem vtilitate [f] non

Cap. III. a. *disiungenda* a. V.
b. *et* interser. I. B. Br. R.
c. Verba *de iis rebus — ad metas* h. l. om. I. B. R. Br sed deinceps post *grauatus* inserunt haec: *de iis rebus quae in scientia sint: quod in colendo nos docet: ars sit. An quid aliud et a quibus carceribus dec. ad metas.* Sic etiam Polit. nisi quod hic *quod* omittit et *id* ponit pro *sit*. Hinc igitur vulgatum *quae scientia sit — ars an sit*, emendaui. Pol. 2. *metam* habet pro *metas*. Postea vulgatam: *sit, et quid in colendo nos docet, ars an sit* correxi cum Pontedera.
d. *stolon* I. B. R. Br.
e. *Tu* deest I. B. R. Br.
f. *qua* I. B. R. Br.
g. *et* I. B. R. Br.
h. *quae docet* deest P.
i. *quoque* I. B. R. Br.
k. *seruanda* marg. *serenda* P.
l. *et* a. V.
m. *facienda quae aqua* Pol.
Cap. IV. a. *et* om. P.
b. Ita ex I. B. Br. R. scripsi pro *cognoscenda*.
c. *fructuosiora eadem.* P.
d. *vt* om. Br.
e. *vt quae adiiciant* A. Iunt. G.
f. *vtilitati* P.

non formosius quod est, emere mauult pluris, quam si est fructuosus [g] turpis. Vtilissimus autem is ager 3 qui salubrior est [h], quam alii, quod ibi fructus certus. contra [i] quod in pestilenti quamuis in feraci agro calamitas colonum ad fructus peruenire non patitur. Etenim vbi ratio cum orco [k] habetur, ibi non modo fructus est incertus, sed etiam colentium vita. Quare vbi [l] salubritas non est, cultura non aliud est, atque alea [m] domini vitae, ac rei familiaris. Nec haec [n] non 4 deminuitur scientia. ita [o] enim salubritas, quae ducitur [p] e caelo ac terra, non est in nostra potestate, sed in naturae, vt tamen multum sit in nobis; quod [q] grauiora quae sunt, ea diligentia leuiora facere possumus. Etenim si propter terram aut aquam, odoremue [r], quem aliquo loco eructat, pestilentior est fundus, aut propter caeli regionem ager calidior sit, aut ventus non bonus flet [s]: haec vitia emendari solent domini scientia ac sumptu; quod permagni interest, vbi [t] sint positae villae, quantae sint, quo spectent [v] porticibus, ostiis ac fenestris. An non ille Hippocrates medicus in 5 magna pestilentia non vnum agrum sed multa oppida scientia seruauit? Sed quid ego illum voco ad testimonium? Non hic Varro noster, cum Corcyrae [x] esset exercitus [y] ac classis, et omnes domus repletae essent aegrotis ac funeribus, inmisso [z] fenestris nouis aquilone, et obstructis pestilentibus, ianuaque permutata, caeteraque

g. *fructuosius turpe* a. V. et H. St- D. *fructuosius turpius* Ryck.
h. *est* om. Br.
i. *contraque in* A. Iunt- G. H. St- D. Vulgo erat *pestilenti calamitas quamuis*.
k. *Horco* I. B. Br. R.
l. *si* a. V.
m. *alia* Br. et Polit.
n. *Nec vero haec deminuitur* I. B. R. Br. *Hoc vero diminuitur* A. Iunt- G. Vulgo erat *diminuitur*.
o. *Ista* I. B. Br. R.
p. *dicitur* I. B. R. *ducitur* Br.
q. *quo* P.
r. *odorem* P.
s. *fiet* P.
t. *vti bene positae sint* I. B. Br. R. *vbe sint* P.
v. *spectant* P.
x. *orcyrae* Br.
y. *exercitus: et classis et* I. B. Br. R. *exercitus, ac* A. Iunt- G.
z. *immissis* P. Deinceps *ei generis* B. R.

raque eius generis diligentia, ſuos comites ac familiam incolumes reduxit?

V. Sed quoniam agriculturae, quod eſſet [a] initium et finis dixi, relinquitur quot partes ea diſciplina habeat, vt ſit videndum. Equidem innumerabiles mihi videntur, inquit Agrius, cum lego libros Theophraſti complures, qui inſcribuntur, φυτῶν [b] ἱστορίας, et alteri [c]
2 φυτικῶν [d] αἰτίων [e]. Stolo [f], Iſti, inquit, libri non tam idonei iis, qui [g] agrum colere volunt, quam qui ſcholas philoſophorum. neque eo [h] dico, quod non [i] habeant et vtilia, et communia quaedam. quapropter
3 tu potius agriculturae partes nobis expone. Scropha [k], Agriculturae, inquit, quatuor ſunt partes ſummae: e queis [l] prima cognitio fundi [m]; ſolum parteſque [n] eius quales ſint; ſecunda [o], quae in eo fundo opus ſint ac debeant eſſe culturae cauſa; tertia [p], quae in eo [q] praedio colendi cauſa ſint faciunda; quarta, quo quidquid [r]
4 tempore in eo fundo fieri conueniat [s]. De his quatuor generibus ſingulae minimum in binas diuiduntur ſpecies. quod habet prima ea, quae ad ſolum pertinent terrae, et quae [t] ad villas, et ſtabula. ſecunda pars, quae mouentur [v], atque in fundo debent eſſe culturae cauſa, eſt item bipartita: de hominibus, per quos colendum, et de reliquo inſtrumento. tertia pars, quae de rebus, diuiditur; quae ad quamque rem ſint praeparanda,

Cap. V. a. *id* inſ. I. B. Br. R.
b. *περὶ φυτῶν* A. Iunt- G *περὶ* caret Accentu in Ba. cum caetera verba non careant. *Phyton hiſtorias* I. B. R. Br.
c. *alteri* omitt. A. I. I- G. A.
d. *phyſicon:* I. B. Br. R. *περὶ φυτῶν* A. I. I- G.
e. *action* I. B. Br. R. *αἰτιῶν* I. I- G. Vict.
f. *Stolon* vt alibi ſemper I. B. R. Br.
g. *qui* omitt. I. B. R. habet Bruſch.
h. *condico quin habeant* I. B. R. Br.
i. *non* omitt. P.
k. *Scrofa* a. V.
l. *quibus* I. B. R. Br.
m. *ſoli fundi et partes* B. G. A.
n. *et partes* etiam Iuntt.
o. *Secundum* I. B. R. Br., Deinceps vulgo *ſunt*.
p. *Tertium* I. B. R. Br.
q. *eo* deeſt Iuntt.
r. Ita pro *quidque* dedi ex Ienſ. et Pol. *quaeque* A. Iunt- G.
s. *conueniant* A. Iunt. G.
t. *alterum quae* I. B. R. Br.
v. *mouentur* a. V. qui *moueantur* dedit. Deinceps vulgo *debeant*.

paranda [x], et vbi quaeque faciunda. quarta pars de temporibus, quae ad solis circumitum [y] annuum sint referenda, et quae ad Lunae menstruum cursum. De primis quatuor partibus prius dicam, deinde subtilius de octo secundis.

VI. Igitur primum de solo fundi videndum haec quatuor. Quae sit forma, quo in genere terrae, quantus, quam [a] per [b] se tutus. Formae cum duo genera sint, vna quam natura dat, altera quam sationes imponunt: prior, quod alius ager bene natus, alius male; posterior, quod alius fundus bene consitus est, alius male: dicam prius de naturali. Igitur cum tria genera sint a specie simplicia [c] agrorum, campestre, collinum, et [d] montanum, est ex [e] iis tribus quartum, vt in eo fundo, in [f] quo haec duo vel tria sunt [g], vt [h] multis locis licet videri. E quibus tribus fastigiis simplicibus, sine dubio infimis alia [i] cultura aptior, quam summis, quod haec calidiora quam summa: sic collinis, quod ea tepidiora quam infima, aut summa. Haec apparent magis ita esse in latioribus regionibus, simplicia cum sunt. Itaque vbi lati campi, ibi magis aestus. Et eo in Apulia loca calidiora ac grauiora. Et vbi montana, vt in Vesuuio, quod leuiora, et ideo salubriora. Qui colunt deorsum, magis aestate laborant: qui sursum, magis hieme [k]: verno tempore in campestribus maturius eadem illa seruntur, quam in superioribus: et celerius hic, quam illic coguntur. nec non sursum [l], quam deorsum [l], tardius seruntur ac metuntur. Quaedam in

2 3 4

x. *praeparandae* I. I.
y. *circuitum* a. V. et H. St-D.
Cap. VI. a. *quamque* a. V.
b. *prosecutus* I. B. Br. R. Pol.
c. *simplici* A. Ba. G. H. St-D.
d. *et* abest P.
e. *ex his* a. V. praeter Ba. quae et *ex tribus*.
f. *in quo* deest I. B. Br. R. I. I.
g. *sint* I. B. Br. R. I. I.
h. *aut* Pol. I. *haud* I. B. R. Br.
i. *aliqua* I. B. R. Br. Deinceps et *grauiora* Br. Ald.
k. *hieme et v. tempore. In* I. B. R. Br.
l. *susum deosum* P. et Codd. Victorii.

in montanis prolixiora naſcuntur ac firmiora, propter frigus, vt abietes ac ſappini [m]. hic [n], quod tepidiora [o], populi ac ſalices: ſurſum [p] fertiliora, vt arbutus ac quercus: deorſum [q], vt nuces Graecae ac mariſcae fici. In collibus humilibus ſocietas maior cum campeſtri fru-
5 ctu, quam cum montano: in altis contra. Propter haec tria faſtigia formae, diſcrimina quaedam fiunt [r] ſationum, quod ſegetes meliores exiſtimantur eſſe campeſtres, vineae collinae, ſiluae montanae: plerunque [s] hiberna [t] iis [v] eſſe meliora, qui [x] colunt campeſtria, quod tunc prata ibi herboſa, putatio arborum tolerabilior. Contra aeſtiua montana his [y] locis commodiora, quod ibi tum et pabulum multum, quod in campis aret: ac cultura arborum aptior, quod tum illic [z] frigi-
6 dior aër. Campeſter locus is [a] melior, qui totus aequabiliter in vnam partem vergit [b], quam is qui eſt ad libellam aequus, quod is [c], cum aquae non habeat [d] delapſum, fieri ſolet vliginoſus. eo magis ſi quis eſt inaequabilis, eo deterior, quod fit propter lacunas aquoſus. Haec atque huiuſcemodi [e] tria faſtigia agri ad colendum diſpariliter [f] habent momentum.

VII. Stolo, Quod ad hanc formam [a] naturalem pertinet, de eo non incommode Cato videtur dicere, cum ſcribit optimum agrum eſſe, qui ſub radice mon-
2 tis ſitus ſit, et ſpectet ad meridianam caeli partem. Subiicit Scrofa, De formae cultura hoc dico, quae ſpecie fiant

m. *ſapini* I. I- G.
n. *Hic vero* Pol. 2.
o. *tediora* Pol. 1.
p. *ſuſum* P.
q. *deoſum* P.
r. *fiunt* omitt. I. B. R.
s. *plurimumque* inſ. Pol. 2.
t. *hibernales* Pol. 2.
v. *eſſe ibi* I. B. R. Br. *iis* omitt. Pol. 1. *hiis eſſe ibi* P. 2.
x. *quam campeſtria* I. B. R. Pol. 2. Br.
y. *montana his* I. B. R. Br. *montanaque iis locis* P. Vulgo *montanis locis*. Deinceps *et cultura* Ald.
z. *hic* I. B. R. Br.
a. *eſt* inſer. I. B. R. Br.
b. *verget* I. B. R. Br.
c. *his* I. B R.
d. Vulgo *habent* legitur. *habeat* P. *habeant* I. B. R. Br.
e. *huiuſmodi* a. V.
f. *diſperiliter* P.
Cap. VII. a. *formam* deeſt I. B. R. Br.

ſiant venuſtiora, ſequi, vt maiore quoque fructu ſint: vt qui habent arbuſta, ſi ſata ſunt in quincuncem propter [b] ordines, atque interualla modica. Itaque maiores noſtri ex aruo aeque magno, ſed [c] male conſito, et minus multum, et minus bonum faciebant vinum et [d] frumentum, quod quae [e] ſuo quidque [f] loco ſunt poſita, ea minus loci occupant, et minus officit aliud alii ab ſole ac luna, et vento. Hoc licet coniectura videre ex 3 aliquot rebus, vt nuces integras, quas vno modio comprehendere [g] poſſis, quod putamina ſuo loco quaeque habet [h] natura compoſita, cum eaſdem ſi fregeris [i], vix ſeſquimodio concipere poſſis. Praeterea quae arbores 4 in ordinem [k] ſatae ſunt, eas aequabiliter ex omnibus partibus ſol ac luna coquunt. quo fit, vt vuae et oleae plures naſcantur, et [l] vt celerius coquantur; quas res duas ſequuntur [m] altera illa duo, vt plus [n] reddant muſti et olei, et pretii pluris. Sequitur ſecundum illud, 5 quali terra ſolum ſit fundi, a qua parte vel maxime bonus aut non bonus appellatur. Refert enim, quae res in eo ſeri naſcique, et cuiuſmodi poſſint. Non enim [o] eadem omnia in eodem agro recte poſſunt. Nam vt alius eſt ad vitem appoſitus, alius ad frumentum, ſic de caeteris alius ad aliam rem. Itaque Cretae ad Cor- 6 tyniam dicitur platanus eſſe, quae folia hieme non amittat. itemque in Cypro, vt Theophraſtus ait, vna. item Sybari [p], qui nunc [q] Thurii dicuntur, quercus ſimili eſſe natura, quae eſt in oppidi conſpectu. Item

K 2 contra

b. *prope ſint* A. Ba- G.
c. *ſed* deeſt I. B. R. Iuntt.
d. *et frumentum* omitt. a. V.
e. *quaeque* I. B. R. Br. Ald.
f. *quoque* I. B. Br. R. *quoque* Ba- G.
g. *comprendere* I. B. R. Br.
h. *ſuo quaeque habent loco* I. B. Br. R.
i. *frigeris* I. B. R. recte vero Bruſch.
k. *ordine* a. V. Deinceps *ſol et luna* Br.
l. *et* om. B. R. Iunt.
m. *ſequantur* B.
n. *plus ſ. reddant* P. Deinceps *vel a qua parte* I. B. Br. R. *et a qua parte* A. Iunt. G. Poſtea vulgo *appelletur*.
o. *enim* deeſt I. B. R. Br.
p. *Subari* P.
q. *Sybari* repetunt I. B. Br. R. Deinceps *contra et apud* Br.

contra atque apud nos fieri ad Elephantinen, vt neque ficus neque vites amittant folia. Propter eandem caussam multa ſunt bifera, vt vites apud mare Smyrnae [r]: 7 malus bifera [s], vt in agro Conſentino. Idem oſtendit, quod in locis feris plura ferunt: in iis quae ſunt culta, meliora. eadem de cauſa ſunt, quae non poſſunt viuere niſi in loco aquoſo, aut etiam aqua [t]. et id diſcriminatim, vt [v] alia in lacubus, vt arundines in Reatino [x]; alia in fluminibus, vt in Epeiro arbores alni [y]; alia in 8 mari, vt ſcribit Theophraſtus, palmas et ſquilla [z]. In Gallia tranſalpina intus ad Rhenum, cum exercitum ducerem, aliquot regiones acceſſi, vbi nec vitis nec olea nec poma naſcerentur; vbi agros ſtercorarent candida foſſicia creta: vbi ſalem nec foſſicium, nec maritimum haberent, ſed ex quibuſdam lignis combuſtis 9 carbonibus ſalſis pro eo vterentur. Stolo, Cato quidem, inquit, gradatim praeponens [a], alium alio agrum meliorem dicit eſſe in nouem diſcriminibus, quod [b] ſit primus, vbi vineae poſſint [c] eſſe bono vino et multo; ſecundus, vbi hortus irriguus; tertius, vbi ſalicta; quartus, vbi oliueta; quintus, vbi pratum; ſextus, vbi campus frumentarius; ſeptimus, vbi caedua ſilua; octa-10 vus, vbi arbuſtum; nonus, vbi glandaria † ſilua. Scrofa, Scio, inquit, ſcribere illum. ſed de hoc non conſentiunt omnes, quod alii dant primatum bonis [d] pratis, vt ego quoque [e]: a quo [f] antiqui prata parata appellarunt [g]. Caeſar Vopiſcus aedilicius, cauſam cum ageret apud Cenſores, campos Roſeae [h] Italiae dixit eſſe ſumen

r. *mirnae* I. B. Br. R. *zmyrnae* P.
s. *biferae* P. Deinceps *in his quae ſunt* Br.
t. *in aqua* a. V. et H. St- D.
v. *et* I. B. R. Br.
x. *Aretino* a. V. Deinceps *Epiro* Br.
y. *almi* P. *vlmi* I. B. R. Br.
z. *ſquillam* P.
a. *alium praeponens alio,* I. B. R. Br.
b. *et quod* I. B. Br. R. A. Ba- G.
c. *poſſunt* I. I- G. A.
†. *glandiaria* Heru.
d. *boni* I. B. R. Br.
e. *quoque* deeſt I. B. R.
f. *quoque* P.
g. *Nam* inſ. I. B. R. Br.
h. *rore aër* Ienſſ. Br. *roſeae aer* B. R. *Roſiae* I. I- G. A.

ſumen, in quo relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam.

VIII. Contra vineam ſunt qui putent [a] ſumptu fructum [b] deuorare. Refert, *inquam*, quod genus vineae ſit, quod ſunt multae ſpecies eius. aliae enim humiles ac ſine ridicis, vt in Hiſpania: aliae ſublimes, vt quae appellantur iugatae, vt pleraeque in Italia. quarum [c] nomina duo, pedamenta et iuga. quibus ſtat recta [d] vinea, dicuntur pedamenta. quae tranſuerſa iunguntur, iuga: ab eo quoque vineae iugatae. Iugorum genera fere quatuor, pertica, arundo, reſtes, vites [e]. pertica [f], vt in Falerno. arundo, vt in Arpino [g]: reſtes, vt in Brundiſino [h]. vites, vt in Mediolanenſi [i]. Iugationis ſpecies duae, vna directa [k], vt in agro Canuſino: altera compluuiata, in longitudinem et latitudinem iugata, vt in Italia pleraeque. Haec [l] vbi domo naſcuntur, vinea [m] non metuit ſumptum; vbi multa ex [n] propinqua villa [o], non valde. Primum genus quod dixi, maxime quaerit ſalicta. ſecundum, arundineta. tertium iunceta [p], aut eius generis rem aliquam. quartum arbuſta, vbi traduces poſſint fieri vitium, vt Mediolanenſes faciunt in arboribus, quas vocant opulos [q]; Canuſini [r] in harundulatione [s] in ficis. Pedamentum item fere quatuor generum. Vnum robuſtum, quod optimum ſolet afferri in vineam e quercu [t] ac iunipero [v], et vocatur

2 3 4

Cap. VIII. a. *ſunt qui propter ſumptum putent fr. deuor.* I. B. Br. R. quae haec verba capiti antecedenti adiungunt *ſumptu* Ald.

b. *fructus* A. Iunt. G.

c. *Cuius* P.

d. Ita a. V. qui dedit *rectis.*

e. *et vites* a. V.

f. *eſt in* I. B. Br. R.

g. *Arpeno* P.

h. *Brunduſino* a. V. In Br. tamen eſt lectio noſtra.

i. *agro* add. a. V.

k. *derecta* P. I. *Cannuſino* Br.

l. *Hae* I. B. R. Br.

m. *vineae non metuunt* a. V. *vineae: non met. ſumptum* Br.

n. *et* I. B. R. Br.

o. *villam* P. 2.

p. *vinceta* Pol. *vineta* I. B. R. Br. *viminceta* V. C. Vrſ.

q. *populos* I. B. R. Br.

r. *Cannuſini* I. B. R. Br.

s. *ardulatione* I. B. R. Br. *hardulatione* Pol. 1. Ryck.

t. *querco* I. B. R. Br.

v. *iunipiro* P.

tur ridica. alterum palus e pertica, melior [x] e dura, quod [y] diuturnior: quem cum infimum [z] terra voluit, puter euertitur, et fit folum fummum. tertium quod horum inopiae fubfidio mifit arundinetum. inde enim aliquot colligatas libris demittunt [a] in tubulos fictiles cum fundo pertufo, quos cufpides appellant, qua humor aduenticius tranfire poffit. quartum eft pedamentum natiuum eius [b] generis, vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit: quos traduces, quidam rumpos, appellant. Vineae altitudinis modus, longi-
5 tudo hominis. Interualla pedamentorum, qua boues iuncti arare poffint. Ea minus fumptuofa vinea, quae fine iugo miniftrat acratophoro [c] vinum. Huius genera duo, vnum, in quo terra cubilia praebet vuis, vt in Afia multis locis, quae faepe vulpibus et hominibus fit communis. nec non, fi parit humus mures, minor fit vindemia: nifi totas vineas oppleris mufcipulis, quod
6 in infula Pandataria [d] faciunt. Alterum genus vineti [e], vbi ea modo remouetur a terra vitis, quae oftendit [f] fe afferre vuam. Sub eam, vbi nafcitur vua, fubiiciuntur circiter bipedales e furculis furcillae [g], ne vindemia [h] pereat, et vindemia facta denique difcat pendere in palmam [i] aut funiculo aut vinctu, quod antiqui vocabant ceftum. Ibi dominus fimul ac vidit occipitium vindemiatoris furcillas reducit hibernatum in tecta, vt fine fumptu earum [k] opera altero anno vti poffit. Hac con-
7 fuetudine in Italia vtuntur Reatini [l]. Haec ideo varietas

x. *meliore* iunct. I. B. R. Br.
y. *qui* B. R. *quo* Ienff. Br.
z. *in fimum* diuif. I. B. R. Br. Iuntt
a. Ita a. V. qui *dimittunt* dedit. Deinceps *pertufos* Cod. Ryck.
b. *cuius generis vbi* I. B. Br. R.
c. *acratophoron* a. V. *acratoforo* P. Deinceps *mures, huius — oppleueris* Aldina.
d. *Pandatharia* a. V. *pandateria* P.
e. *viniti* P.
f. *oftenderit* a. V. Deinceps *affere* hic et faepe alibi in fimilibus verbis Brufch. Hic etiam Aldina confentit.
g. *furcularis: vindemia* Pol. 2.
h. *vindemia pereat, et* defunt I. B. R. Br.
i. *palma* P. Ryck.
k. *horum* P. *eorum* I. B. R. Br.
l. *vriatini* P.

tas maxime, quod terra cuiusmodi sit, refert. vbi enim natura humida, ibi altius vitis tollenda, quod in partu et alimonio vinum non, vt in calice, quaerit aquam, sed solem. itaque ideo, vt arbitror, primum e vinea in arbores ascendit vitis.

IX. Terra †, *inquam,* cuiusmodi sit refert, et ad quam rem bona, aut non bona sit. ea [a] tribus modis dicitur, communi [b], proprio, et mixto. Communi, vt cum dicimus orbem terrae, et terram Italiam, aut quam aliam [c]. in ea enim et lapis et arena et caetera eius generis sunt in nominando comprehensa [d]. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quae nullo alio vocabulo neque cognomine adiecto appellatur. Tertio 2 modo dicitur terra, quae est mixta [e], in qua [f] seri potest quid et nasci; vt argillosa, aut lapidosa, sic [g] aliae; cum in hac species non minus sint multae, quam in illa communi, propter admixtiones [h], in illa enim, cum sit [i] dissimili vi ac potestate, partes permultae, in queis lapis, marmor, rudus, arena, sabulo [k], argilla, rubrica, puluis, creta, glarea, carbunculus [l]: [id est, quae sole perferue [m] ita fit, vt radices satorum comburat.] ab iis, quae proprio nomine dicitur terra, cum est 3 admixta [n] ex his generibus aliqua re, tum [o] dicitur aut [p] cretosa, aut [q] glareosa, et sic ab aliis generum discriminibus mixta. et [r] vti horum varietates [s], ita genera haec, vt praeterea subtiliora sint [t] alia. nam [v] minimum

 in

Cap. IX. †. *Terram* Com. Sphalma credo.
a. *Et a.* I. B. R. Br.
b. *et* inf.
c. *alia in eam: cum et* I. B. R. Br.
d. *comprensa* I. B. R. *comprenhensa* Br.
e. *mista* I. I- G.
f. *quo* I. B. R. Br.
g. *sic et* a. V. H. St- D.
h. *admistiones* I. I- G. A.
i. *sint* I. B. R.
k. *sabulum* I. B. R. Br.
l. *ignis carb.* I. B. R. Br. *carbonculus* Br. deinde *Ab his.*
m. *perferuet ita, vt* a. V.
n. *admista* I. I- G. vt alias semper.
o. *vt cum* I. B. R. Br.
p. *aut* abest I. B. R. Br.
q. *aut glareosa* deest I. B. Br. R.
r. *et vti* omitt. I. B. R. Br.
s. *varietate* I. B. R. Br.
t. *sint. Alia minimum* I. B. Br. R. *sint alia. Nam ad minimum* Ald. in Corrigendis, Iunt. G.

in ſingula facies terna [x], quod alia terra eſt valde lapidoſa, alia mediocriter, alia prope pura. Sic de aliis generibus reliquis admixtae terrae tres gradus aſcen-
4 dunt [y] eoſdem. Praeterea hae ipſae ternae ſpecies ternas in ſe habent alias, quod partim ſunt humidiores, partim aridiores, partim mediocres. Neque non haec diſcrimina pertinent ad fructus [z] vehementer. Itaque periti in loco humidiore far adoreum potius ſerunt, quam triticum; contra in aridiore hordeum potius,
5 quam far, in mediocri vtrunque. Praeterea etiam diſcrimina omnium horum generum ſubtiliora alia, vt in ſabuloſa terra, quod [a] ibi refert, ſabulo albus ſit, an rubicundus: quod ſubalbus [b] ad ſerendos ſurculos alienus, contra rubicundior appoſitus. Sic magna tria diſcrimina terrae, quod refert vtrum ſit macra, an pinguis, an mediocris. quod [c] (ad culturam) pinguis foecundior ad multa, macra contra. Itaque in [d] iis, vt in Pupinia, neque arbores prolixas [e], neque vites feraces neque ſtramenta videre [f] craſſa poſſis [g], neque ficum [h] mariſcam, et arbores pleraſque, ac prata retor-
6 rida, et muſcoſa [i]. Contra in agro pingui, vt in Hetruria, licet videre ſegetes fructuoſas, ac reſtibiles, et arbores prolixas, et omnia ſine muſco. In mediocri autem terra, vt in Tiburti, quo [k] propius accedit, vt non ſit macra, quam vt ſit ieiuna, eo ad omnes res commodior, quam ſi inclinauit [l] ad illud [m] quod deterius [n]. Stolo, Non male, inquit, quae ſit idonea terra ad

x. *terrena* I. B. Br. R.
y. *aſcendunt. Eoſdem* praeterea I. B. Br. R.
z. *fructus Veh. itaque* I. B. Br. R. deinceps *vmido ſed far* Codex Guelferbyt. Nonii in voc. *ador.*
a. *quot* Heru.
b. *ſabulo albus* A. Iunt. G. deinceps *ſurculos* om. Iuntina.
c. Ita pro *quo* ſcripſi ex I. B. Br. R. Iunt. Deinceps *multa macra contra* Br.
d. *nux* I. B. Br. R. *nux in viis, vt* P. 2. *in Veiis* A. Iunt. G.
e. *prolixae* I. B. Br. R.
f. *in craſſa* Eaedem.
g. *poteris* a. V.
h. *neque* add. I. B. Br. R.
i. *raucoſa* Eaedem. Deinceps *Etruria* Br. et *reſtibilis* Br.
k. Vulgo *quod*. Heruag. *quot*.
l. *inclinauerit* a. V.
m. *aliud* I. B. Br. R.
n. *eſt* add. Eaedem.

ad colendum, aut non [o], Diophanes Bithynius ſcribit, 7 ſigna ſumi poſſe aut ex ipſa, aut ex [p] iis quae naſcuntur ex ea [q]. ex ipſa, ſi ſit terra alba, ſi nigra, ſi leuis, quae cum fodiatur, facile frietur [r], naturaque [s] non ſit cineritia [t] neue vehementer denſa. ex iis autem, quae enata ſunt fera, ſi ſunt prolixa, atque ea quae ex iis naſci debent, earum rerum feracia. Sed quod ſequitur, tertium illud de modis dice [v].

X. Ille, Modos, quibus metirentur rura, alius alios conſtituit. Nam in Hiſpania vlteriore metiuntur iugis, in Campania verſibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare poſſint. Verſum dicunt centum pedes quoquouerſum quadratum. Iugerum, quod quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui et latus eſt 2 pedes CXX, et longus totidem. is modus [a] acnua Latine appellatur. Iugeri pars minima dicitur ſcripulum, id eſt decem pedes in [b] longitudinem [c] et latitudinem quadratum. Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt in ſubſiciuum [d] eſſe vnciam agri, aut ſextantem, aut [e] quid aliud, cum ad iugerum peruenerunt: id [f] habet [g] ſcripula [h] CCLXXXVIII [i]. quantum [k] as antiquus noſter ante bellum Punicum pendebat [l]. Bina iugera quod a Romulo primum diuiſa [dicebantur] viritim, quae [quod] haeredem ſequerentur, haeredium appellarunt.

o. *an non* a. V.
p. *ex iis* om. I. B. Br. R.
q. *ex eis* I. B. Br. R.
r. *ſcritur* I. B. R. *feritur* Bruſch.
s. *natura quae* I. B. Br. R.
t. *cineraria* Eaedem. Deinceps *ex his* Br. A. *quae ex his* Ald.
v. *dici* P. 1. *dicie ille* P. 2.
Cap. X. a. *modius ac mina* a. V. *modidus acnua* Pol. 2. deinceps *ſcrupulum* Br. Ald.
b. *et* I. B. Br. R.
c. *longitudine et latitudine* a. V.
d. *ſubciſiuum* I. I- G. A.
e. *ſiquid* I. B. R. Br.
f. *quot* I. B. R. Br.
g. *iugerum* inſ. I. B. R. Br.
h. *ſcripula* P. et Codd. Victorii *ſcrupula* al.
i. *ducenta octoginta octo* a. V. CCLXXVIII eſt Sphalma Com.
k. *Quantum autem ad antiquos noſtros ante* I. B. R. Br. *Quantum attinet ad antiquos noſtros* I. I- G. A. *Quantus as antiquos noſter* P. *antiquos* etiam Codd. Victorii.
l. *pendebant bina iug.* a. V. In ſequentibus Nonii Codex Guelferbyt. antiquus habet *ſequentur* omiſſis *hered. appellarunt.*

runt. Haec poſtea [a] centum Centuria dicta [m]. Centuria [n] eſt quadrata in omnes quatuor partes, vt habeat latera longa pedum [o] ∞ ∞ C. Ɑ. Hae porro quatuor centuriae coniunctae, vt ſint in vtramque partem binae [p], appellantur in agris diuiſis viritim publice ſaltus.

XI. In modo fundi non animaduerſo lapſi ſunt multi, quod alii villam minus magnam fecerunt quam modus poſtulauit, alii maiorem, cum vtrumque [a] ſit contra rem familiarem ac [b] fructum. maiora enim tecta et aedificamus pluris, et tuemur [c], ſumptu maiore. minora cum [d] ſunt quam poſtulat fundus, fructus ſolent 2 diſperire [e]. Dubium enim non eſt, quin cella vinaria maior ſit faciunda in eo agro, vbi vineta ſunt [f] ampliora: vt horrea, ſi frumentarius ager eſt [g]. Villam [h] aedificandum potiſſimum, vt intra ſepta (villae) habeat [i] aquam: ſi non, quam proxime. primum, quae [k] ibi ſit nata; ſecundum, quae influat perennis. Si omnino [l] aqua non eſt viua, ciſternae faciundae ſub tectis, et lacus ſub dio, ex [m] altero loco vt homines, ex altero vt pecus vti poſſit.

XII.

m. *dicta* deeſt I. B. Br. R. I. I. *a iugeris centum centuria dicta* Ald.

n. *quae duplicata eſt* I. I- G. A.

o. *M. M. C. pedes* I. B. Br. R. *duo millia et quadringentos pedes* I. I- G. In Ald. eſt *longa II. CCCC. pedes;* ſed in Corr. eſt lectio Iuntina. ∞ ∞ *D.* Vict. praet. 1541. de quo errore ipſe deinde Victor admonuit, et in Codice antiquiſſimo eſſe ait ∞ ∞ C. Ɑ. quam notam reſtitui; centenarii enim numeri notam omiſit Geſner.

p. *binae. Et ſic app.* Bruſch. et, vt ſuſpicor, etiam I. B. R. nam in vtraque Geſneriana varietas excidit haec.

Cap. XI. a. *vtrunque* Br. Ald.

b. *et* Br.

c. *tuentur* I. B. Br. R. A.

d. *enim ſi ſint* I. B. Br. R. *enim ſi cum ſunt* P.

e. Vulgo erat inſertum: *Licinius.* In I. B. Br. R. litera L. ſola conſpicitur. C. L. in Pol. 2.

f. Ita a. V. qui dedit *ſint.*

g. Hic adeſt diuiſio cap. Iuntt. Pol. 2. cui titulus: *De horreo* Pol. 2. *De aqua villae* Iuntt.

h. *In villa aedificanda hoc potiſſimum* a. V. *Villam aedificandam* rel. *aedificandum* Codd. Vaticani teſte Ponted. *aedificandam potiſſimum infra — proxime, quae ibi ſit nata, vel perennis influat* Creſc. I. 5. vbi male Baſil. *influatur.*

i. *habeas* I. B. Br. R.

k. *quod* Eaedem bis habent.

l. *ſi vero* Cr.

m. *et* I. B. R. *dino — vti poſſint* Cr. vbi tamen antiqua mea *et pecus* habet. Bruſchiana bis habet *et* pro *ex* ſcriptum.

XII. Dandum [a] operam [b], vt potiſſimum ſub radicibus [c] montis ſilueſtris villam ponas [d], vbi paſtiones ſint latae [e], ita vt contra ventos, qui ſaluberrimi in agro flabunt [f]. Quae poſita eſt [g] ad exortus [h] aequinoctiales, aptiſſima [i], quod aeſtate habet [k] vmbram, hieme ſolem. Sin cogare ſecundum flumen aedificare, curandum ne aduerſum eum [l] ponas. hieme enim fiet [m] vehementer frigida, et aeſtate non ſalubris. Aduertendum [n] etiam ſi qua erunt loca paluſtria, et propter eaſdem cauſas, et quod areſcunt, creſcunt [o] animalia quaedam minuta, quae non poſſunt oculi conſequi, et per aera intus in corpus per os ac nares perueniunt, atque [p] efficiunt difficiles morbos. Fundanius, Quid potero, inquit, facere, ſi iſtiuſmodi mi [q] fundus haereditate [r] obuenerit, quo minus peſtilentia noceat? iſtuc vel ego poſſum reſpondere, inquit Agrius. Vendas quot aſſibus poſſis: aut ſi nequeas, relinquas. At [s] Scrofa, Vitandum, inquit, ne in eas [t] partes ſpectet villa, ex quibus [v] ventus grauior [x] afflare ſoleat [y]; neue [z] in conualli caua. et [a] vt potius in ſublimi loco aedifices. qui [b] quod perflatur, ſi

2

3

Cap. XII. a. *Dandam* I. B. Br. *Danda* R. A. Ba. G. H. St- D. *Dandum* Iunt.
b. *opera* A. Ba. G. H. St- D. *dandam operam* Creſc.
c. *radice* Creſc.
d. *ponat* P. Creſc. antiqua mea, vbi Baſil. *villa ponatur.*
e. *latae* I. B. Br. R. A. Ba. G. Gr. *laeta* Heruag. *laxae* reliquae cum Victorio. *laxae*, *aut vbi venti ſaluberrimi flabunt* Creſc. vbi Baſil. *latae* habet.
f. *flabunt*, *poſita ſit. Ad* I. I- G. A.
g. *ſit* I. B. R. Br.
h. *exortos* P. et Creſc. antiqua mea.
i. *apertiſſima* Cr.
k. *habeat* ante Victor.
l. *eurum* ante Victor. *earum* Ienſſ. *aduerſus eum* Cr. qui paulo antea habet *Si cogaris propc.*
m. *fit* Cr.
n. *Auertendum* P. *animaduertendum eſt ſi iuxta erunt* Cr. Baſil. ſed antiqua mea: *ſi aqua erunt.*
o. *creſcuntque* I. B. R. Br. *et quod in iis creſcunt* A. I. I- G. H. St- D. *et quod in iis aleſcunt* Popm. *et quia cum areſcant*, *creſcunt* Creſc.
p. *et nares — et efficiunt* Creſc.
q. *mihi* ante Victor. omitt. P.
r. *haeriditati* P.
s. *Item* Creſc.
t. *eam partem* I. B. Br. R. Cr.
v. *ex qua* Cr. *e quibus* Br.
x. *ex his partibus* inſ. I. B. R. Br. *ex iis partibus* P.
y. *ſolet* Cr. *efflare* ex edit. Louan. laudat Geſner.
z. *ne* Cr.
a. *ſed potius* Cr.
b. *eo quod cum perflatur* Creſc. editiones tres.

ſi quod eſt quod [c] aduerſarium inferatur, facilius diſcutitur. Praeterea, quod ab ſole toto die illuſtratur, ſalubrior eſt, quod [e] et beſtiolae ſi quae prope naſcuntur aut [f] inferuntur, aut efflantur [g], aut aritudine cito pereunt. 3 Nimbi repentini, ac [h] torrentes fiuuii periculoſi illis, qui in humilibus ac cauis locis aedificia habent, et repentinae praedonum manus, quod improuiſos facilius opprimere poſſunt [i]. Ab hoc [k] vtroque ſuperiora loca tutiora.

XIII. In villa faciunda [a] ſtabula, ita vt bubilia ſint [b] ibi, hieme quae poſſint eiſe caldiora. Fructibus [c] (humidis,) vt eſt vinum et oleum, loco plano potius cellas faciundum, item vbi vaſa vinaria et olearia (ſtent;) aridis vt eſt faba, lens [d] hordeum far (et triticum) in tabulatis. Familia [e] vbi verſetur prouidendum, ſi feſſi opere, aut [f] frigore, aut [g] calore, et vbi [h] commodiſſime

c. *ſi quod eſt ibi aduerſarium facilius diſc.* Creſc. Baſil. ſed antiqua mea *inſeratur*, addit poſt *aduerſarium.*

d. *Propterea locus qui a ſole tota die.* Creſc. Ex editione Louan. Geſner laudat haec verba *locus qui ab ſole.*

e. *quia et* Cr.

f. Ita I. B. R. Br. Vulgo *et.*

g. *aut flatu* Cr. Baſil. ſed antiqua mea *aut afflantur.*

h. *fluuii ac torrentes* A. I. B. R. Br. et *fiuuii ac torrentes* I. I- G. Deinceps *torrentes periculo ſunt ſi illis* Creſc. Baſil. ſed recte antiqua mea.

i. *poſſint* I. B. R. Br.

k. *hoc* om. I. B. R. Br. *hac vtraque* P. Poſt *habent* ita pergit Creſc. *Ob hoc et propter praedonum manus ſup. loc. tut.*

Cap. XIII. a. *ſunt* inſ. ante Victor.

b. *ſint vbi hieme poſſint* I. I- G. A. *ſtabula bubula quae in hieme poſſint eſſe calidiora* Creſc. *bubilia* ex Louan. laudat Geſner; eadem *in* omiſit.

c. *Item cellas in loco plano, vbi vaſa vinaria et olearia eſſe poſſint.* Creſc. ſed ex Louan. Geſner laudat *poſſunt.* Deinde pergit Creſc. *Item vbi condantur fructus aridi vt granum et foenum in tabulatis.* vbi antiqua mea cum Louan. *ſtent fructus* habet, et deinde Louan. *grana.* Vulgo h. l. legitur *Fructus, vt eſt vinum* et *oleum, loco plano in cellis, item vt vaſa vinaria et olearia potius faciundum.* Sed I. B. R. Br. ita habent: *olearia potius faciunda in locis aridis. Fructus vt eſt* et cet. I. I- G. ſic: *potius ſint in locis aridis, quam humidis, fructus, vt eſt.*

d. *lentes hordeum et far* Edd. ante Victorium, qui haec omiſit verba, vt Geſneriana.

e. *Item vbi verſetur familia providendum, vt feſſi* Creſc.

f. *vel* ante V.

g. *calore poſſint* Cr.

h. Ita I. B. R. Br. Vulgo *et* deeſt. *poſſint, commod. ſe in quietem recipere* Cr.

ſime poſſint ſe [i] quiete reciperare. Vilici proxime [k] ianuam cellam eſſe oportet, eumque ſcire, qui [l] introeat aut exeat noctu, quidue ferat [m]: praeſertim ſi oſtiarius eſt nemo. In primis culina videnda, vt ſit admota, quod ibi hieme antelucanis temporibus aliquot res conficiuntur, cibus paratur, ac capitur. Faciundum etiam plauſtris ac caetero inſtrumento omni, quibus [n] caelum pluuium inimicum, in cohorte [o] vt ſatis magna ſint tecta. haec enim ſi intra clauſum in conſepto, et ſub dio, furem non modo metuunt, ſed [p] aduerſus tempeſtatem nocentem non reſiſtunt. Cohortes [q] in fundo magno duae aptiores. vna, vt interius [r] compluuium habeat lacum, vbi aqua ſaliat, quae intra ſtylobatas [s] cum venit [t], ſit ſemipiſcina. Boues enim ex aruo [v] aeſtate reducti hic bibunt, hic perfunduntur. nec minus e [x] pabulo cum [y] redierunt anſeres, ſues, porci. In cohorte [z] exteriore lacum [a] eſſe oportet, vbi maceretur lupinum, item alia, quae demiſſa in aquam ad vſum aptiora fiunt [b]. Cohors [c] exterior crebro operta ſtramentis ac palea [d], occulcata [e] pedibus pecudum, fit [f] miniſtra fundo, ex ea quod euehatur. Secundum [g] villam

i. *ſeſe quieti recipere* ante Victor. cuius lectionem habet etiam Arundelianus, teſte Waſſe ad Salluſt. Catil. c. 49. p. 1491. et Ryckianus.

k. *proximum* Pol. *prope* Cr.

l. *quis* Cr. ſed antiqua mea *quid*.

m. *ferant* Cr.

n. Verba: *quibus coelum pluvium inimicum* ponuntur poſt *tecta* I. B. Br. R.

o. *chorte* A. Iunt. G. H. St-D.

p. Vulgo *modo non metuunt, aduerſus*. Ex I. B. R. et reliquis Edd. ante Victor. addidi *ſed*.

q. *Chortes* A. I. I-G. H, St-D.

r. *interdius* I. B. R. Br.

s. *ſtilobatas* a. V. Paulo antea vulgo eſt *qui*.

t. *velit* P.

v. *aratro* I. B. R. Br. *arbo* P.

x. *et a* Nonius A. Ba-G. *hoc loco reficiuntur anſeres* I. B. R. Br.

y. Ita P. et Iuntt. vulgo *dum* eſt.

z. Ita I. B. R. Br. Vulgo *chorte* eſt.

a. *locum* I. B. R.

b. *ſunt* I. B. R. Br. *fiant* A. I. I-G.

c. *Chors* A. I. I-G. H. St-D.

d. *paleis* I. I-G. A.

e. *conculcata* I. B. Br. R. A. Ba-G.

f. *ſit* I. B. R. Br.

g. *prope* Creſc.

villam duo habere oportet ſterquilinia [h], aut vnum [i] bifariam diuiſum. alteram enim in [k] partem ferri oportet [l] e villa nouum fimum [m], ex altera [n] veterem tolli in agrum. quod enim [o] infertur recens, minus bonum. id cum flacuit, melius. necnon ſterquilinium melius illud [p], cuius latera et ſummum virgis ac [q] fronde vindicatum ab ſole. Non enim ſucum [r] quem quaerit terra, ſolem ante exugere [s] oportet. Itaque periti qui poſſint [t] vt eo aqua influat, eo nomine faciunt [v]. Sic enim maxime retinetur [x] ſucus [y]; in eoque quidam ſellas familiaricas [z] ponunt. **5** Aedificium facere [a] oportet, ſub quod tectum totam fundi ſubiicere poſſis meſſem, quod vocant quidam nubilarium. Id ſecundum aream faciundum, vbi triturus [b] ſis frumentum, magnitudine pro modo fundi ex vna parti [c] apertum, et id ab area, quo et in [d] trituram proruere facile poſſis, et [e] ſi nubilare

h. *ſtercilina* P. *duo debent eſſe ſterq.* Creſc.

i. *ſterquilinia, videlicet bifariam diuiſa, et quod in vno nouum eſt debet dimitti, donec matureſcat, alterum vetus in agrum tolli* Creſc. editiones tres.

k. *in* addidi ex Edd. ante Vict.

l. *oportet villam* P. 1. *vallam nouum* P. 2.

m. Ita Edd. ante Victor. qui *nouam* dedit, omiſſo *fimum.*

n. Ita A. I. I- G. *altera*, omiſſo *ex*, I. B. R. Vulgo *alteram.*

o. *quod enim quam recens, quod cum faciunt melius* I. B. R. Br. Pro *cum faciunt* eſt in P. 1. et Codd. Victorii *confacuit;* in ſemivetere Victorii libro *conflauit.* Pol. 2. *confluunt.* Buchner Epiſt. 116. P. II. legit: *quod enim quam recens, quod* (ſtercus) *confricui, melius.* Cum Victorii Codd. facit Pariſ. alter vero *quod enim quam recens, quod cum faciunt melius.*

p. *nec non illud ſter. eſt melius* Creſc. ſed antiqua mea omittit ibi *eſt.*

q. *et fronde vindicatur* ante Vict. In Br. eſt *vĩdicaт̃. ac frondibus a ſole eſt defenſum* Creſc.

r. *ſuccum* ante Victor. et H. St- D. et ſic fere alibi. *ſuccus* Creſc.

s. *exurgere* I. B. R. Br. *exuggere* A. Ba- G. *per ſolem exugi oportet* Creſc. Baſil. ſed antiqua mea cum Louan. *exurgere* habet.

t. *poſſunt* A. Iunt- G. *periti procurant vt aqua in ſterquilinium fluat, quae maxime retinet ſuccus.* Creſc. vbi antiqua mea *quod aqua in eum fluat* habet.

v. *faciunt* I. B. R. Br.

x. *retineatur* I. B. R.

y. *ſuccus in eo. Quid amet* A. Iunt. G.

z. *familiares* I. B. Br. R. *cellas familiares* P. 2.

a. *etiam fieri* I. B. Br. R. *fieri* etiam habet P.

b. *ſit* Eaedem.

c. *parte* a. V. et H. St- D.

d. *intritura* P.

e. *et* om. I. B. Br. R.

lare coeperit [f], inde vt [g] rurſus celeriter reiicere. Feneſtras habere oportet ex ea parti [h], vnde commodiſſime perflari poſſit. Fundanius, Fructuoſior, inquit, eſt certe fundus propter aedificia, ſi potius ad antiquorum diligentiam, quam ad horum luxuriam dirigas aedificationem. Illi enim faciebant ad fructuum [i] rationem, hi [k] faciunt ad libidines indomitas. Itaque illorum villae ruſticae erant maioris [l] quam vrbanae, quae nunc ſunt pleraeque [m] contra. illic laudabatur villa, ſi habebat culinam ruſticam bonam, praeſepias [n] laxas, cellam vinariam et oleariam ad modum agri aptam, et pauimento procliui in lacum [o]. quod ſaepe, vbi conditum nouum vinum, orcae vt [p] in Hiſpania feruore muſti ruptae, nec non dolia vt [q] in Italia, ne vinum prolueret [r]. item caetera vt eſſent in villa huiuſcemodi, quae cultura [s] quaereret [t], prouidebant. Nunc contra [v] villam vrbanam [x] quam maximam ac politiſſimam habeant, dant operam: ac cum Metelli [y] ac Luculli villis peſſimo publico aedificatis certant. quo [z] hi laborant, vt ſpectent ſua aeſtiua triclinaria ad frigus orientis, hiberna ad ſolem occidentem, potius quam [a], vt antiqui, in quam partem cella vinaria aut olearia feneſtras haberet [b], cum [c] fructus in ea [d] vinarius quaerat ad [e] dolia aera

6

7

f. *aer* add. Eaedem. *coepit* P.
g. *et inde rurſus* I. B. Br. R.
h. *parte* a. V. H. St- D.
i. *fructum communem: hi* I. B. Br. R.
k. *Hae* P.
l. *precii* add. P.
m. *pleraeque. Contra illic* a. V. *pleraque* P. 2.
n. *praeſepes* I. B. Br. R. *praeſepiis* P.
o. *locum* Pol. 2. *in quo, ſi contigerit, defluens vinum excipiatur, ne pereat* inſer. A. Iunt- G.
p. *vt in Hiſp.* a. V. *in Hiſpaniam* P. Victor. *vt* omiſit.
q. Ita Edd. a. Victor. qui dedit *neque non et dolia in Italia.* Pol. *non dolea in* habet.
r. *ne vinum prolueret* addidi ex I. B. Br. R.
s. *cultum* Eaedem.
t. *quaererent* Eaedem P. 2. *quaeret* P. 1.
v. *vt* add. A. Ba- G.
x. *ſuburbanam* A. Iunt- G.
y. *Metalli* P. *et Luculli* Br. Ald.
z. *Quo circa hi* I. B. Br. R. *Quod hi laborent* P. *Quo elaborant* A. Iunt- G.
a. *quam orientem. Antiqui non curabant, in quam* I. B. Br. R.
b. *habere* Heru. *habeat* P. 2.
c. *dum* I. B. Br. R.
d. *eo* Eaedem et Victoriana.
e. *vt* A. Iunt- G.

aera [f] frigidiorem, ita [g] olearia caldiorem [h] [Item videre oportet, ſi eſt collis, niſi quid impedit [i], vt [k] ibi potiſſimum ponatur villa.]

XIV. Nunc de ſeptis, quae tutandi [a] cauſa fundi, aut partis [b] fiant, dicam. Earum tutelarum genera IIII [c]. vnum naturale, alterum agreſte, tertium militare, quartum fabrile. Horum vnumquodque ſpecies habet plures. Primum naturale ſepimentum viuae ſepis [d], quod obſeri ſolet virgultis aut ſpinis, quod habet radices, ac viatoris [e] praetereuntis laſciui non metuit [f] facem ardentem. 2 Secunda ſepes eſt ex agreſti ligno, ſed non viuit. Fit aut palis ſtatutis crebris, ac [g] virgultis implicatis [h]; aut latis perforatis, et per ea foramina traiectis longuriis fere [h] binis aut ternis: aut ex arboribus truncis demiſſis in [i] terram deinceps conſtitutis. Tertium militare ſepimentum eſt foſſa et terreus agger [k]. ſed [l] foſſa ita idonea [m], ſi [n] omnem aquam, quae e [o] 3 caelo venit [p], recipere poteſt [q], aut faſtigium habet [r], vt exeat e fundo [s]. agger [t] is bonus [v], qui intrinſecus [x] iunctus [y] foſſa [z], aut ita arduus [a], vt eum tranſcendere non

f. *aerem* P. 2. *ara* H. St. 2. D.
g. *item* I. B. Br. R. *item vt* A. Iunt. G.
h. *habeat* addit A. Iunt. G.
i. *impediat* I. B. Br. R. A. Ba. G.
k. *vbi potiſſimum* I. B. Br. R. unt.

Cap. XIV. a. *tut. fundi cauſa* a. V. *tuendi* P. 2.
b. *patris* B. R.
c. *quattuor* Br.
d. *viuae ſaepis* vulgo poſt *radices*, *ac* poſita leguntur.
e. *viatoris* addidi ex Edd. a. V. quae tamen *ac* omittunt.
f. Ita pro *metuet* ſcripſi ex A. Iunt. G. Ceterum *ſaepimentum* et *ſaepes* vbique Br.
g. Ita pro e ſcripſi ex Edd. a. V.
h. *implicitis* I. B. Br. R. Deinceps pro *fere binis* I. B. Br. R. *ferreis* Pol. *fereis*.
i. *et in* H. A. Gr. G. *et in apricis in terram* Ba..
k. *ager* I. B. R.
l. *ſed et* I. B. R. Br.
m. *fiat* add. I. I. G. A.
n. *yt* a. V.
o. *a.* B. R. *de* I. I. G. A.
p. *veniet* I. B. R. Br.
q. *poſſit* a. V.
r. *habeat* a. V.
s. *fundo aggeris bos* I. B. R. Br.
t. *aggeris* iunct. quoque Pol. 1. *aggeriis amnis*, *qui* P. 2.
v. *bonus* deeſt I. I. G. A.
x. *ſit* inſ. I. I. G. A.
y. *ſit lapſus in foſſam: ſed ita* I. B. R. Br.
z. *foſſae ita* I. I. G. A.
a. *ſit* add. I. I. G. A.

non ſit facile. Hoc genus ſepes [b] fieri ſecundum vias publicas ſolent [c], et ſecundum amnes. Ad viam ſalariam, in [d] agro Cruſtumino [e], videre licet locis aliquot coniunctos aggeres cum foſſis, ne flumen agris noceat. Aggeres qui faciunt ſine foſſa, eos quidam vocant muros, vt in agro Reatino [g]. Quartum fabrile ſepimentum eſt [h] nouiſſimum [i], maceria. huius fere ſpecies quatuor: quod fiunt [k] e lapide, vt in agro Tuſculano: quod e lateribus coctilibus, vt in agro Gallico: quod e lateribus crudis, vt in agro Sabino: quod ex terra et lapillis compoſitis [l] in [m] formis, vt in Hiſpania et agro Tarentino. 4

XV. Praeterea ſine ſeptis fines praedii, ſationis [a], notis arborum tutiores fiunt, ne familiae rixentur cum viciniſ, ac limites ex litibus iudicem quaerant. Serunt alii circum [a] pinos, vt habet vxor in Sabinis. alii cupreſſos, vt ego habui [b] in Veſuuio. alii vlmos, vt multi habent in Cruſtumino [c]: quod vbi [d] id pote, vt ibi, quod eſt campus, nulla potior arbor ſerunda [e], quod [f] maxime fructuoſa, quod et ſuſtinet [g] ſepem, ac [h] colit aliquot corbulas vuarum, et frondem iucundiſſimam mini-

b. *ſaepis* I. B. Br. R. *ſepis* I. I- G. A.
c. *ſolet* a. V.
d. *et in* a. V.
e. *cruſtuminio* a. V.
f *qui* deeſt I. B. R. Br.
g. *retino* P.
h. *et nouiſſimum eſt* I. B. R. Br.
i. *notiſſimum* I. I- G A. Deinceps *ſpecies fere quatuor* Br.
k. *ſit* a. V. pro e eſt *ex* I. B. R. Br. e plane omitt. Poi. *Tuſculano* pro *Thuſculano* ex Edd. ante Aldinam reſtitui. Vide III. 3. 8. et III. 4. 3.
l. *compoſitus* P. 2.
m. *informe* iunct. I. B. Br. R. *informis* I. I- G.

Cap. XV. a. *ſationibus notis arb.* Ald. et editio anni 1528 ſine loci nota: ſed Gryphiana 1535 hic deſeruit Aldinam. Deinceps poſt *circum* I. B. Br. R. addunt *ſaepes.*
b. *habeo* I. I- G. A.
c. *Cruſtuminio* a. V.
d. *vbi pullulat maxime: vel ſeritur: et vbi eſt campus etc.* I. B. Br. R. *ibi pullulat maxime, et vbi eſt campus* A. Iunt- G. Sed etiam Br. *ibi pullulat.*
e. Ita pro *ſerenda* addito indidem *arbor* ſcripſi ex I. B. Br. R. *arbor ſeritur* A. Iunt. G.
f *quo* I. B. R. ſed *quod* Br.
g. *ſuſtineat* a. V.
h: *accolit* iunct. I. B. R.

ministrat ouibus ac bubus, ac virgas praebet sepibus et foco ac furno. Scrofa, igitur primum haec, quae dixi, quatuor videnda agricolae, de fundi forma, terrae natura, de modo agri, de [i] finibus tuendis.

XVI. Relinquitur altera pars, quae est [a] extra fundum. Cuius appendices [b] vehementer pertinent ad culturam propter affinitatem. Eius species totidem: Si vicina regio est infesta. si quo neque fructus nostros exportare expediat, nequt inde quae opus sunt, apportare. tertium, si viae aut fluuii qua portentur [c], aut non sunt [d], aut idonei non sunt. quartum, si quid ita [e] est in confinibus fundis [f], vt nostris agris prosit aut no-
2 ceat. E queis quatuor, quod est primum, refert, infesta regio sit necne. multos enim agros egregios colere non expedit propter latrocinia vicinorum, vt in Sardinia quosdam qui sunt prope Celiem [g], et in Hispania prope Lusitaniam. Quae [h] vicinitatis [i] euectos [k] habent idoneos, quae [l] ibi nascuntur vbi [m] vendant, et illinc [n] euectos [o] opportunos ad [p] ea quae in fundo opus sunt, quod [q] propterea sunt [r] fructuosa. Multi enim habent in [s] praediis, quibus frumentum aut vinum aliudue quid desit importandum. contra non pauci, quibus ali-
3 quid sit exportandum. Itaque sub vrbe colere hortos late expedit, sic [t] violaria, ac [v] rosaria, item multa, quae

i. *et* I. B. R. Br.
Cap. XVI. a. *est* om. I. B. Br. R. Post fundum ponit Aldina.
b. *et* inf. I. B. R. Br.
c. *portetur* P.
d. *sunt* deest I. B. R. Br.
e. *ita* omitt. Cod. Arundell. ap. Wassium ad Sall. Iug. 45.
f. *fundi* a. V. Deinceps *egregios* omitt. Ryck.
g. *Ocliem* P. *et* Ryck. *qui sunt* om. Ald.
h. *secundum quae* I. I- G. A.
i. *vicinitates* I. B. Br. R. *vicinitatis* reliqui.
k. *inuectus* Heru. *in vectos* diu. Bo. *inuectos* reliqui omnes.
l. *Quae vbi* I. B. R. Br. *vt quae* luntt. *vt quae in agris nascuntur* A. I. I- G.
m. *ibi* a. V.
n. *illic* I. B. R. Br.
o. *auectus* Heru. *inuectos* rel.
p. *ad ea* deest I. B. R. Br.
q. *quod* deest I. B. R.
r. *sunt* abest I. B. R. Br.
s. *habent praedia* A. I. I- G. nobiscum Ryck.
t. *sicut* a. V. *sicubi* P.
v. *aut* I. B. R. Br.

quae vrbs [x] recipit, cum eadem in longinquo praedio, vbi non ſit quo deferri poſſit venale, non expediat [y] colere. Item [z], ſi ea oppida aut viciniae aut etiam divitum copioſi agri ac villae, vnde non care emere poſſis, quae opus ſunt in fundum, quibusque [a] quae ſuperſint venire poſſint; vt quibusdam [b] pedamenta, aut [c] perticae, aut arundo; fructuoſior ſit fundus, quam ſi longe ſint importanda, nonnunquam etiam, quam ſi colendo in tuo ea parare poſſis. Itaque in hoc genus 4 coloni potius anniuerſarios habent vicinos, quibus imperant [d] medicos, fullones, fabros, quam in villa ſuos habeant: quorum [e] nonnunquam vnius artificis mors [f] tollit fundi fructum. quam partem latifundii diuites domeſticae [g] copiae mandare ſolent. Si enim ab fundo longius abſunt oppida aut vici, fabros [h] parant [i], quos habeant in villa: ſic caeteros neceſſarios artifices, ne de fundo familia ab opere diſcedat, ac profeſtis diebus ambulet feriata potius, quam opere faciundo agrum fructuoſiorem reddat. Itaque ideo Saſernae liber prae- 5 cipit, ne quis de fundo exeat praeter vilicum et promum [k], et vnum, quem vilicus legat. ſi quis contra exierit, ne impune abeat. ſi abierit, vt in vilicum animaduertatur. Quod potius ita praecipiendum fuit, ne quis iniuſſu vilici exierit, neque vilicus iniuſſu domini longius, quam vt eodem die rediret [l], neque id crebrius, quam opus eſſet fundo. Tertio [m] eundem 6 fundum fructuoſiorem faciunt vecturae, ſi viae ſunt, qua plauſtra agi facile poſſint: aut flumina propinqua, qua nauigari poſſit. quibus vtriſque rebus euehi atque

inuehi

x. *vrps* P. Antea *alia multa* Aldin.

y. *expediet* I. B. R. Br. *expedit* I. I. G. A.

z. *Tertium eſt* inſ. I. B. Br. R. omitt. A. Iunt. G.

a. *quibus* I. B. Br. R. Iuntt.

b. *quibus* I. B. Br. R.

c. *et* I. B. Br. R.

d. *imperent* a. V. et H. St. D.

e. *quod* a. V. et H. St. D.

f. *mos* P.

g. *domeſtica copia* P.

h. *fabro* P.

i. *parant* P. *procurent* I. B. Br. R. Vulgo erat *parent*.

k. *patronum* I. B. Br. R. A. Ba. G.

l. Ita pro *redierit* P.

m. *Quarto* I. B. Br. R.

inuehi ad multa praedia ſcimus. Quarto [n] refert etiam ad fructus, quemadmodum vicinus in confinio conſitum agrum habeat. ſi enim ad limitem querquetum [o] habet, non poſſis recte ſecundum eam ſiluam ſerere oleam, quod vſque eo eſt contrarium natura, vt arbores non ſolum minus ferant, ſed etiam fugiant, vt introrſum in fundum ſe reclinent [p], vt vitis adſita [q] ad olus facere ſolet. vt quercus, ſic iuglandes [r] magnae et [s] crebrae finitimae, fundi [t] oram faciunt ſterilem.

XVII. De Fundi IIII partibus, quae cum ſolo haerent, et alteris IIII, quae extra fundum ſunt [a], et ad culturam pertinent, dixi. Nunc dicam agri quibus rebus colantur. quas res alii diuidunt in duas partes, in homines et adminicula hominum, ſine quibus rebus colere non poſſunt. Alii in tres partes inſtrumenti [b] genus vocale, et [c] ſemiuocale, et mutum. vocale, in quo ſunt ſerui. ſemiuocale, in quo ſunt boues. mutum in quo ſunt plauſtra. Omnes [d] agri coluntur hominibus ſeruis aut liberis aut vtriſque. Liberis, aut cum ipſi colunt, vt plerique pauperculi cum ſua progenie: aut mercenariis, cum [e] conducticiis liberorum operis [f] res maiores, vt vindemias, ac foeniſicia [g] adminiſtrant [h]: iique quos obaerarios [i] noſtri vocitarunt, et [k] etiam nunc ſunt in Aſia, atque Aegypto, et in Illyrico complures. De quibus vniuerſis hoc [l] dico: Grauia loca vtilius eſſe merce-

n. *Quarto* omitt. Eaedem et *fundi fructus* habent cum Aldina.

o. Ita pro *quercetum* P.

p. *declinent* I. B. Br. R.

q *adſiſta* P.

r. *iugulandes* P. teſte etiam Victorio. *quercus ſi iugl.* a. V. qui ex correctione ſua ſic dedit.

s. *et* deeſt I. I- G. A.

t. *foecundiorem faciunt* I. B. R. Br.

Cap. XVII. a. *ſunt*, *et* omitt. I. B. R. Br.

b. *ſcilicet in vocale* A. I. I- G. *tres in vocale* Codices Vrſini.

c. *et* deeſt I. B. R. Br.

d. *ii* inſ I. B. R. Br.

e. *et* a. V.

f. *operis: Res* I. B. R. *operis, res* I. I- G.

g. *foenicifia* Heru. *foeniſicia* Ba. et *foeniſ.* B. A. Deinceps *in Aegypto* A.

h. *adminiſtrantii*, *quos* a. V.

i. *obaeranos* P. 1. *ob ea aerarios* P. 2. *obuerarios* Codd. Victorii. Vulgo *obaeratos*. Pariſ. *obaerarios* et in margine *obaeratos*. alter Pariſ. *oberarios*.

k. *et* a V.

l. *hic* I. B. Br. R.

mercenariis colere [m], quam ſeruis, et in ſalubribus quoque locis opera ruſtica maiora, vt ſunt in condendis fructibus vindemiae aut meſſis. De his cuiuſmodi 3 eſſe oporteat, Caſſius ſcribit haec: Operarios parandos eſſe, qui laborem ferre poſſint, ne minores annorum XXII, et ad agriculturam dociles. Eam coniecturam fieri poſſe ex aliarum rerum imperatis, et vno [n] eorum e nouitiis requiſito [o], ad priorem dominum quid factitarent. Mancipia eſſe oportere neque formidoloſa [p], neque animoſa. Qui praeſint eſſe oportere, qui lite- 4 ris [q] et aliqua ſint humanitate imbuti, frugi, aetate maiore, quam operarios, quos dixi. Facilius enim his, quam [r] minore natu ſunt dicto audientes. Praeterea potiſſimum eos praeeſſe oportet, qui periti ſint rerum ruſticarum. non ſolum enim debere imperare, ſed etiam facere, vt facientem imitentur [s], et vt animaduertant eum cum cauſa ſibi [t] praeeſſe, quod ſcientia praeſtet et [v] vſu. neque illi [x] concedendum ita imperare, 5 vt verberibus coerceat [y] potius quam verbis, ſi [z] modo idem efficere poſſis. Neque eiuſdem nationis plures parandos eſſe. ex eo enim potiſſimum ſolere offenſiones domeſticas fieri. Praefectos [a] alacriores faciundum [b] praemiis [c]: dandaque opera, vt habeant peculium,

m. *quam ſeruis coli* I. B. Br. R.

n. *in eo eorum e.* P. Codd. Victorii; et duo Pariſini, quorum alter margini adſcriptam habet vulgatam *et more incolarum.* Codex vnus Vrſini additum habebat *more venalium.* alter cum Pol. ſentit.

o. *requiſitio* I. B. Br. R. Codices duo Vrſini et duo Pariſini. *reliquis itio* P. et Codd. Victorii. *a nouitiis* Cod. Vrſini.

p. *formiduloſa* P.

q. *litteris ſint aliqua* Br. *lit. ſint et aliqua* A. Ba. G. H. St. D. Vulgo deerat *et.*

r. *quamuis minores* I. B. Br. R. *quam maiore* P. *ii quam minore* Codd. Victorii. *hi quam minores natu* Cod. Caeſenas et Venetus ap. Ponted. Edd. reliq. omnes *his quam minoribus.* Deinceps *dicto ſ. audientes* Br. Ald.

s. *imitetur* P. deinceps *cauſas* P.

t. *ibi* I. B. R. Br.

v. *et vſu* deeſt I. B. Br. R. Ryck.

x. *illis* P. teſte etiam Victor.

y. Ita pro *coerceat* ſcripſi ex I. B. Br. R. *coerceant* P. teſte etiam Victorio.

z. *Et (ſi modo id efficere poſſis)* a. V. deinceps *pluris* Br.

a. *Praefactos* B. R.

b. *faciundos* I. B. R. Br. *premiis* Br.

c. *ad faciunda* inſer. P. I. B. R. Br.

lium, et coniunctas conseruas, e quibus habeant filios. eo enim fiunt firmiores, ac coniunctiores fundo. Itaque propter has cognationes Epiroticae familiae sunt 6 illustriores ac cariores. Ad [d] iniiciendum voluptatem his [e] praefecturae [f], honore aliquo habendi [g] sunt: et de operariis, qui praestabunt alios [h], communicandum quoque cum iis, quae faciunda sunt opera. quod ita cum fit, minus se putant despici, atque aliquo numero 7 haberi a domino. Studiosiores ad opus fieri liberalius tractando, aut cibariis, aut vestitu largiore, aut remissione operis, concessioneue, vt peculiare aliquid in fundo pascere liceat, aut [i] huiuscemodi rerum [k] aliis, vt quibus quid grauius sit imperatum, aut animaduersum, qui consolando eorum restituat voluntatem, ac beneuolentiam [l] in dominum.

XVIII. De [a] familia: Cato dirigit ad duas metas, ad certum modum agri, et genus sationis, scribens de oliuetis, et vinetis [b], vt duas formulas. vnam in qua praecipit [c] quomodo oliuetum agri iugerum [d] CCXL instruere oporteat. Dicit enim in eo modo haec mancipia XIII habenda, vilicum, vilicam, operarios V, bubulcos III, asinarium I, subulcum I, opilionem I. Alteram formulam scribit de vinearum iugeribus centum, vt dicat haberi [e] oportere haec XV mancipia, vilicum, vilicam, operarios X, bubulcum [f], asinarium [f], subul-2 cum [f]. Saserna scribit, satis esse ad iugera VIII hominem vnum: ea debere eum confodere [g] diebus XLV, tametsi quaternis operis singula iugera possit. sed relinquere

d. *Ad* deest P.
e. *his* deest P.
f. *Praefectorum* P.
g. *habendo: et* P.
h. Ita pro *aliqui* P. et Codex Vrsini. Deinceps *cum his faciunda sint* Brusch.
i. *aut* om. I. B. Br. R.
k. *rerum Aliis* I. B. Br. R. A.
l. *beniuol.* I. B. Br. R.

Cap. XVIII. a. *Familiam Cato* a. V. et Codex alter Paris. et H. St- D.
b. *vineis* I. B. R. Br.
c. *praecepit* Heru.
d. *iugera* P.
e. *habere* B. R.
f. *vnum* add. a. V.
g. *fodere* a. V. H. St- D.

quere ſe operas XIII, valetudini, tempeſtati, inertiae, indulgentiae [h]. Licinius, Horum neuter ſatis dilucide modulos reliquit [i] nobis. Quod Cato ſi voluit (vt debuit) vti [k] pro portione ad [l] maiorem fundum vel [m] minorem adderemus, vel [m] demeremus, extra [n] familiam debuit dicere vilicum et vilicam. Neque enim, ſi minus CCXL iugera olіueti colas, non poſſis minus vno vilico habere: nec ſi bis tanto ampliorem fundum aut eo plus colas, ideo duo vilici aut tres habendi fuere [o]. Operarii modo, et bubulci pro portione demendi [p], vel addendi, ad minores, maioreſue [q] modos fundorum. hi quoque ſi ſimilis eſt ager. ſin [r] eſt [s] ita diſſimilis, vt totus [t] arari non poſſit, vt ſi ſit confragoſus [v], atque arduus [x] cliuis, minus multi opus ſunt boues et bubulci. Mitto [y] illud, quod modum, neque vnum nec modicum propoſuit CCXL iugerum. Modicus [z] enim centuria, et [a] ea CC iugerum, e quo [b] quum [c] ſexta pars ſit ea XL, quae de CCXL demuntur [d], non video quemadmodum ex eius praecepto demam ſextam partem (et) de XIII mancipiis: nihilo magis, ſi vilicum et vilicam remouero, quemadmodum ex [e] XI ſextam partem demam. Quod autem ait in C iugeribus vinearum opus eſſe XV mancipia, ſi quis habebit centuriam, quae ſit [f] dimi-

3 4 5

h. *indiligentiae* I. B. R. Br. *valitudini* Br.

i. *relinquit* P.

k. *vt proportionem* I. B. Br. R. *vt pro portione* diu. Iuntt. *ſit proportione* Pol. 1. et Caeſen. *ſic* Pol. 2.

l. *vt ad* Ba- G. A.

m. *et* I. B. Br. R. I. I. *vt* Cod. Caeſenas, probante Pontedera, quaſi ſit pro *vel*.

n. *Praeterea extra* I. B. R. Br.

o. *fere* P.

p. *demendi vel* deeſt I. B. Br. R.

q. *ad maioris* P.

r. *nam ſi* Ba- G. A.

s. *autem* I. B. R. Br.

t. *totus* deeſt I. B. R. Br.

v. *Quod ſi confrag.* I. B. Br. R. et Codd. Victor.

x. *arduis* I. B. Br. R. et Codd. Victorii.

y. *Initio* I. B. Br. R. *Iniicio* I. I- G. Ald.

z. *Modica* a. V. *Modicus* P. *Modius* caeterae.

a. *et* deeſt I. B. R. Br.

b. *qua* I. I- G. A.

c. *ni* a. V.

d. *diminuitur* I. B. R. Br. *demitur* I. I- G. A.

e. *centum viginti ſextam* I. B. R. Br. ex quo ſic CXX ſcripto videtur noſtra lectio orta eſſe *vndecim item* Ald.

f. *ſit* abeſt I. B. R. Br.

dimidium vineti [g], dimidium oliueti, sequetur [h], vt duo [i] vilicos, et duas vilicas habeat [k]: quod est deridiculum. 6 Quare alia ratione modus mancipiorum generatim est animaduertendus [l], et magis in hoc Saserna probandus [m], qui ait singula iugera quaternis operis vno operario ad conficiendum satis esse. Sed si hoc in Sasernae fundo in Gallia satis [n] fuit, non continuo idem in agro Ligustico [o] montano [p]. Itaque de familiae magnitudine et reliquo instrumento commodissime scies, 7 quantum [q] pares, si tria animaduerteris diligenter. In vicinitate praedia cuiusmodi sint, et quanta [r], et quot quaeque hominibus colantur; et quot additis operis aut demtis melius, aut deterius habeas cultum [s]. Biuium enim nobis ad culturam dedit natura, experientiam et imitationem. Antiquissimi agricolae tentando pleraque constituerunt, liberi eorum magnam partem imitando. 8 Nos vtrumque [t] facere debemus, et imitari alios, et [v] aliter vt faciamus [x] experientia tentare quaedam; sequentes non aleam, sed rationem aliquam: vt si altius repastinauerimus, aut minus, quam alii, quod momentum ea res habeat. vt fecerunt ii in sariendo iterum et tertio, et [y] qui insitiones ficulnas [z] ex verno tempore in aestiuum contulerunt.

XIX. De reliqua parte instrumenti, quod semiuocale appellatur [a], Saserna ad iugera CC arui boum iuga duo

g. *et* inf. a. V. H. St- D.
h. *sequeretur* I. B. R. Br.
i. *duos* a. V. H. St- D. *duo* etiam Codex Vrsini.
k. *habere deberet* I. B. R. Br. *habere debeat* Ba- G. A.
l. *aduertendus* I. B. R. Br. *animaduertendum* P. Deinceps *maius* Br.
m. *aprobandus* P. *approbandus* I. B. R. Br.
n. *satis* deest I. B. R. Br.
o. *ligusco* P. teste etiam Victorio.
p. *nomentano* I. B. Br. R.
q. *quantam* I. B. R. Br.
r. *quanta quotque hominibus* I. B. R. Br.
s *cultum biuium. Nobis enim* I. B. Br. R. *habeas. Nobis enim cultum biuium* I. I- G. A. *demper-tis* pro *demtis* Br. *demptis* Ald.
t. *vtrunque* Br. A.
v. *taliter vt* A. Ba. G.
x. *et* add. A. Ba. G.
y. *vt* I. B R. Br.
z. *ficulneas* I. B. R. Br.
Cap. XIX. a. *appellamur* P.

duo ſatis eſſe ſcribit; Cato in oliuetis CCXL iugerum [b] boues trinos [c]. ita ſi Saſerna dicit [d] verum, ad centum iugera iugum opus eſt [e], ſi Cato, ad octogena. Sed ego [f] neutrum modum [g] horum ad omnem agrum convenire puto, et vtrumque ad aliquem. alia enim terra facilior aut difficilior eſt [h]. 2 Aliam terram [i] boues [k] proſcindere niſi magnis viribus non poſſunt, et ſaepe fracta bura relinquunt vomeres in aruo. Quo [l] ſequendum nobis in ſingulis fundis, dum ſumus nouicii, triplicem [m] regulam, ſuperioris domini inſtitutum [n], et vicinorum, et experientiam quandam [o]. 3 Quod addit aſinos, qui ſtercus vectent, treis, aſinum molarium; in vinea iugerum C iugum [p] boum, aſinorum [q] iugum, aſinum molarium [r]; in hoc genere ſemiuocalium, adiiciendum de pecore, ea [s] ſola, quae [t] agri colendi cauſa erunt, (vt ſolent eſſe pecuaria [v],) pauca habenda, quo facilius [x] mancipia, quae ſolent ſe tueri, et aſſidua eſſe [y] poſſint [z]. 4 In eo numero non modo qui prata habent, vt potius oues quam ſues habeant, curant [a], ſed etiam qui prata [b] non habent, quia non ſolum prato-

L 5 rum

b. *iugeris* P.

c. *ternos* A. Iunt. G. Deinceps vulgo erat *ita ſit vt Saſerna.*

d. Ita pro *dicat* Polit.

e. Ita pro *eſſe* ſcripſi ex Polit.

f. *ego* om. I. B. Br. R.

g. *Sed neutrum modum horum* I. B. Br. R. Vulgo deerat *modum.* Deinceps *vtrumque* Br. A.

h. *aliam Terram* P. Vulgo erat *alia. Terram.* Hinc.

i. *duram* addunt A. Iunt. G.

k. *proſcindere nonniſi boues magnis vir. poſ.* I. B. Br. R. *proſcindere niſi boues* A. Iunt. G.

l. *Quod* I. B. Br. R.

m. *triplex regula* A. Ba. G. Vulgo *triplici regula.*

n. *inſtitutio* Eaedem. Vulgo *inſtituto.*

o. *quaedam* Eaedem. Vulgo *experientia quadam.*

p. *iugus* P.

q. *aſinorum iugum, aſinum molarium* om. A. Iunt. G.

r. *molendarium* I. B. Br. R. et ſic Codex vetus Victorii, recentior *molendinarium* habebat et Victorio approbabat.

s. *quod ea* A. Ba. G.

t. *quae dixit* Eaedem.

v. *peculiaria* P. *quae* add. A. Ba. G.

x. *quo facilius tueri poſſint, quoniam mancipia, quae ſolent eſſe aſſidua, eſſe non poſſunt.* A. Ba. G.

y. *aſſidua eſſe, poſſint* Iunt.

z. *non poſſunt* I. B. Br. R.

a. *curent* I. B. Br. R. A. Ba. G.

b. *prata non habent, quia* om. I. B. Br. R. Iunt. et libri Victorii, cui non ſunt obſecutae Edit. Lugd. 1541 et R. Stephani 1543 quae receperunt Aldinum ſupplementum.

rum causa habere [c] debent, sed etiam propter stercus [d].

XX. Igitur de omnibus quadrupedibus [a] prima est probatio, qui idonei sint Boues, qui arandi causa emuntur, quos rudis, neque minoris trimos, neque maioris quadrimos parandum, vt viribus magnis [b] sint ac pares, ne in opere firmior imbecilliorem [c] conficiat: amplis cornibus, et nigris potius quam aliter: vt sint lata fronte, naribus simis, lato pectore, crassis coxendici-
2 bus. Hos veteranos ex campestribus locis non emendum [d] in dura ac montana: nec non, ita [e] si incidit vt [e] sit, vitandum. Nouellos cum quis emerit iuuencos, si eorum colla in furcas destitutas [f] incluserit, ac dederit cibum, diebus paucis erunt mansueti, et ad domandum proni. Tum ita [g] subigendum, vt minutatim assuefaciant, et vt tironem cum veterano adiungant [h]. imitando enim facilius domatur [i]. et primum in [k] aequo loco, et sine aratro, tum [l] eo leui [m] simul gradi faciant, vt principio per arenam aut molliorem
3 terram leniter procedant [n]. Quos ad vecturas item instituendum, vt inania primum ducant plaustra, et si possis, per vicum aut [o] oppidum [p]. Creber crepitus [q], ac

c. *habent, propter stercus* I. B. Br. R. Iunt.

d. *Decanibus vero vtile, quod villa sine iis parum tuta* P. addit.

Cap. XX. a. *quadripedibus* P. Deinceps *rudes — minores — maiores* Ald. *probatio est* Br. Ald.

b. *magni sint et* I. B. Br. R.

c. *imbeciliorem* Br. Gesneriana vtraque *imbelliorem*.

d. *emendum: non in* omnes ante Gesn. qui auctore P. omisit *non*.

e. *ita* om. I. B. Br. R. vt sequentia *vt sit* om. Eaedem, A. Ba. G. *si ita* A. Ba. G.

f. *destinata* A. Iunt. G. *et dederit* Br.

g. *ita ad sub. vt* continue I. B. Br. R.

h. *adiungunt* Eaedem.

i. *domantur* a. V. H. St. D.

k. *eos aequo in* I. B. Br. R. A. Ba. G.

l. *aut* I. B. Br. R.

m. *leni* Iunt. Verba *simul gradi facias* Editionum I. B. Br. R. reuocaui et *faciant* dedi de meo vt deinceps *vt* pro vulgato *et*. A. Ba. G. habent *simul arare faciant*.

n. Verba *leniter procedant* ex I. B. Br. R. reuocaui. A. Ba. G. horum vice habent addita: *dum consuescant*.

o. *aut per* A. Ba. G.

p. *oppidum, vbi creber* I. B. Br. R. A. Ba. G.

q. *sit* interponunt Eaedem.

ac varietas rerum consuetudine celerrima [r] ad vtilitatem adducit [s]. Neque pertinaciter, quem [t] feceris [v] dexterum, in eo manendum. Quod si alternis fit [x] sinister, fit laboranti in alterutra parte requies. Vbi terra leuis, 4 vt in Campania, ibi non bubus grauibus, sed vaccis aut [y] asinis quod arant, eo facilius ad aratrum leue [z] adduci possunt. Ad molas, et ad ea, si quae [a] sunt, quae [b] in fundo conuehuntur, [in qua re] alii asellis, alii vaccis ac mulis vtuntur, exinde vt pabuli facultas est. nam facilius asellus, quam vacca alitur; sed fructuosior haec. In [d] eo agricolae hoc spectandum [e], 5 quo [f] fastigio sit fundus. in confragoso enim [g] ac difficili haec valentiora parandum, et potius ea, quae plus [h] fructum reddere possint [i], cum idem operis faciant [k].

XXI. Canes potius cum dignitate et acres paucos habendum, quam multos. quos consuefacias potius noctu vigilare, et interdiu clausos dormire [a] catena vinctos, vt soluti acriores fiant. De [b] indomitis quadrupedibus [c], ac [d] pecore [faciundum [e].] Si prata sunt [f] in fundo, neque pecus dominus [g] habet, danda opera vt pabulo vendito, alienum pecus in suo fundo pascat, ac stabulet.

XXII.

r. *celeberrima* a. V. praeter Iunt. et P. quae *celeberrime*.
s. *adducito* I. B. R. A. Ba. G. *addutio* Br.
t. *quem* om. I. B. Br. R.
v. *dextrum* Eaedem, A. Iunt.
x. *fit* I. B. Br. R. Iunt.
y. *et* I. B. Br. R.
z. *lene* Eaedem. deinceps *et ad molas* Ald.
a. *si qua* a. V.
b. *quae* om. I. B. Br. R.
c. *conuehunt* Eaedem. Vulgo erat *conuehuntur. In qua re.*
d. *Cauto agricolae* A. Ba. G.
e. *spectant* I. B Br. R.
f. *quod* P.
g. *enim haec ac* Brusch. et forte I. B. R. *haec* transposuit Aldina, omisit Iunt.
h. *per se* I. B. Br. R. Iunt.
i. *possunt* A. Iunt. G.
k. *faciunt* Eaedem.

Cap. XXI. a. Verba *et catena vinctos, vt soluti acriores fiant* Edd. I. B. Br. R. omisit Victorius, Iuntina copulam *et* detraxit, Aldina *et cathena vinctos esse, vt* dedit cum Ba. G.
b. *Dein domitis* I. B. Br. R. P.
c. *quadripedibus* P.
d. *et pecore instructo, et canibus hoc faciundum* a. V.
e. *quod dixi* add. Ald. Gryph. Turicensis. *vt dixi* ex Ba. G. laudat Gesner.
f. *sint* I. B. Br. R.
g. restitui ex Edd. primis quod Vict. omisit *dominus*.

XXII. De reliquo inſtrumento muto, in quo ſunt corbulae, et [a] dolia et [b] alia, haec [c] praecipienda. Quae naſci in fundo ac fieri a domeſticis poterunt [d], eorum ne quid ematur, vt [e] fere ſunt, quae ex viminibus et materia ruſtica fiunt, vt corbes, fiſcinae, tribula, mallei [f], raſtelli. Sic quae fiunt de cannabi, lino, 2 iunco, palma, ſcirpo, vt funes, reſtes, tegetes. Quae e fundo ſumi non poterunt, ea ſi empta erunt potius ad vtilitatem, quam ob ſpeciem, ſumptu fructum non extenuabunt. eo magis, ſi inde empta erunt potiſſimum, vbi ea et bona, et proxime [g], et viliſſimo [h] emi poterunt. Cuius inſtrumenti varia [i] diſcrimina ac multitudo agri magnitudine finitur, quod plura opus ſunt, 3 ſi fines diſtant late. Itaque, Stolo inquit, propoſita magnitudine fundi, de eo genere Cato ſcribit. Oliueti iugera CCXL qui coleret, eum inſtruere [k] ita oportere [l], vt faceret vaſa olearia [m] iuga V, quae membratim enumerat. vt ex aere ahenea [n], vrceos, naſiternam [o], item alia. ſic e ligno et ferro, vt ploſtra [p] maiora tria, aratra cum vomeribus ſex, crates ſtercorarias quatuor, item alia. ſic de ferramentis quae ſint et quot opus ad multitudinem, vt furcas [q] ferreas octo, ſarcula [r] totidem, 4 dimidio minus palas, item alia. Item alteram formulam inſtrumenti fundi vinarii fecit, in qua ſcribit, Si ſit [s] centum iugerum, habere oportere vaſa torcularia inſtructa

Cap. XXII. a. *et* deeſt P.
b. *ſic* Com. ſola.
c. *ſic praecipiendum* a. V.
d. *potuerunt* vtraque Geſneriana errore.
e. *vt* om. Iunt. *iſta* A. Ba. G.
f. *malei et raſtelli* Br. *et* etiam reliquae a. V. addunt.
g. *precio viliſſimo* I. B. Br. R.
h. *villiſſimo* Iunt. *vtiliſſime* A. Ba. G.
i. *ad* addit Heru.
k. *inſtituere* A. Ba. G. omittit Iunt.
l. *oportet* I. B. Br. R.
m. *inſtruere* Iunt. *inſtructa* A. Ba. G. inſerunt.
n. *ahena* a. V. H. St. D.
o. *et naſiternam* a. V. niſi quod *et* om. Iuntin. Geſner cum Victor. *naſſiternam* dedit.
p. *plauſtra* Br. et deinceps *quattuor.*
q. *furcas* ex Edd. a. V. et Pol. libro reſtitui. In Pol. tamen eſt: *furcas rectas.*
r. *et ſarc.* a. V. *ſurcula* Victor.
s. *ſit ager* A. Iunt. G.

instructa trina [t], dolia cum operculis culleorum octingentorum, acinaria xx, frumentaria xx. item eiusmodi [v] alia. quae minus multa quidem alii, sed tantum numerum culleorum scripsisse puto, ne cogeretur quotannis [x] vendere vinum. Vetera enim quam noua, et eadem alio [y] tempore quam alio pluris. Item sic de ferramentorum varietate scribit permulta, et genere, et multitudine qua sint, vt falces, palas, rastros. sic alia, quorum nonnulla genera species habent plures, vt falces. nam dicuntur ab eodem scriptore vineaticae opus esse sex, sirpiculae [z] v, siluaticae v, arborariae III, et ruscariae [a] x. Hic haec. At Scrofa, instrumentum et supellectilem rusticam omnem oportet habere scriptam in vrbe [b] et rure dominum. vilicum contra ea ruri omnia certo suo quaeque [c] loco ad villam [debent [d] esse] posita. Quae non possunt esse sub claui [e], quam maxime facere vt sint in conspectu oportet. eo magis ea, quae in rariore sunt vsu, vt quibus in vindemia vtuntur, vt [f] corbulae, et sic alia. quae enim res quotidie [d] videntur, minus metuunt furem.

5

6

XXIII. Suscipit Agrasius, Et quoniam habemus illa duo prima ex diuisione quadripartita [a], de fundo, et de instrumento, quo coli solet; de tertia parte expecto. Scrofa, Quoniam [b] fructum, inquit, arbitror esse fundi eum, qui ex eo satus nascitur vtilis ad aliquam rem: duo consideranda restant [c], quae, et quo quidque loco maxime expediat serere. Alia enim loca apposita

sunt

t. *trima* P.
v. *eiusdem* I. B. Br. R. *alia*: *Duae Mirus* Br. deinceps *culeorum* vt antea Br.
x. *quod annis* P.
y. *alio eadem* Br.
z. *scirpiculae* a. V.
a. *rusticariae* a. V. qui ex libri sui *rustariae*, quod Gesneriana retinuit, effecit *ruscariae*.
b. *vrbe dominum et ruri villicum, atque ea omnia* A. Ba- G.
c. *quoque* P.
d. *debent* abest I. B. Br. R. Iuntt.
e. *elam* P.
f. *et* P.
g. *cotidie* P.

Cap. XXIII. a. *quadripertita* P.
b. *Quonium* Br.
c. *restant* addidi ex I. B. Br. R. A. Ba. G.

ſunt ad foenum, alia ad frumentum, alia ad vinum, alia ad oleum. Sic ad pabulum quae pertinent, in quo eſt ocimum, farrago, vicia, Medica, cytiſum, lupinum. 2 Neque in pingui terra omnia ſeruntur recte, neque in macra [d] nihil. Rectius enim in tenuiore terra ea [e] quae non multo indigent ſuco, vt cytiſum et legumina, praeter cicer: hoc enim quoque legumen, vt [f] caetera, quae velluntur [g] e terra, non [h] ſubſecantur: quae quod ita leguntur, legumina dicta. in pingui rectius, quae cibi [i] ſunt maioris, vt holus, triticum, ſiligo, linum. 3 Quaedam etiam ſerunda [k] non tam propter praeſentem fructum, quam in annum proſpicientem, quod ibi [l] ſubſecta [m] atque relicta [n] terram faciunt meliorem. Itaque lupinum cum necdum [o] ſiliculam cepit, et nonnunquam [p] fabalia [q], ſi ad ſiliquas [r] non ita peruenit vt fabam legere expediat, ſi ager macrior eſt, pro ſtercore inarare ſolent. 4 Nec minus ea diſcriminanda [s] in conſerundo, quae ſunt fructuoſa [t], propter voluptatem, vt quae pomaria ac floralia appellantur. Item illa quae ad hominum victum ac ſenſum delectationemque non [v] pertinent, neque ab agri vtilitate ſunt diiuncta [x]. Idoneus locus eligendus vbi facias ſalictum et arundinetum, ſic alia, quae humidum locum quaerunt. 5 Contra vbi ſegetes frumentarias, ibi [y] fabam potiſſimum feras. Item

d. *macras nihil* I. B. Br. R.

e. *quam ea* Eaedem et *ſucco*.

f. *et* A. Ba. G.

g. *euelluntur* I. B. Br. R.

h. *neque* A. Ba. G. Poſt *ſubſecantur* I. B. Br. R. addunt: *vt fruges*. Ald. Ba. G. *ſuccum tollunt*.

i. *ibi* I. B. Br. R. et Codd. Victorii, niſi quod recentior *virtutis* habebat ſcriptum, vnde *cibi* dedit ipſe. Ald. Ba. G. *ſucci*. Deinceps *olus* Br.

k. Ita Br. pro *ſerenda*. Deinceps *non iam* P.

l. *vbi* B. R.

m. *ſubſectam* P. *ſubiecta* A. Iunt. G

n. *relictam* P.

o. *dominus* I. B. Br. R. Codd. Victorii, Venetus et Caeſenas ap. Ponted. *nec dum* diuiſim A. Iunt. G. *coepit* Br.

p. *nunquam* I. B. Br. R.

q. *fabulia* P. teſte etiam Victor.

r. *ſilicas* P. 2.

s. *diſcriminunda* I. B. Br. R. *diſcrimenda* P.

t. *ab iis quae ſunt* addit A. Ba. G.

v. *non* om. I. B. Br. R.

x. *disiuncta* A. Iunt. G.

y. *vbi* P.

Item alia [z], quae arida loca ſequuntur [a]: ſic [b] vt vmbroſis locis alia [c] ſeras, vt corrudam [d], quod ita petit aſparagus: et [e] apricis [f], vt ibi ſeras violam et hortos facias, quod ea ſole nutricantur. Sic alia [g] et alio loco ſerunda [h], vt habeas vimina, vnde viendo [i] quid [k] facias, vt ſirpeas [l], vallos [m], crates. Alio loco vt ſeras ac colas ſiluam caeduam, alio vbi aucupare. 6 Sic vbi cannabim, linum, iuncum, ſpartum, vnde [n] nectas bubus paleas, lineas [o], reſtes, funes. Quaedam loca [p] eadem alia [q] ad ſerundum idonea. nam et in recentibus pomariis deſitis ſeminibus, in ordinemque arbuſculis poſitis primis annis ante quam radices longius procedere poſſint, alii conſerunt hortos, alii quid aliud. neque cum conualuerunt [r] arbores, idem faciunt, ne violent radices. Stolo ad haec [s], 7 Quod ad haec pertinet, Cato non male, quod ſcribit [t] de ſationibus, ager craſſus et laetus, ſi ſit ſine arboribus, eum agrum frumentarium fieri oportere. idem ager ſi nebuloſus ſit, rapa, raphanos [v], milium, panicum [x].

XXIV.

z. *oleta* Ienſ. Br. *olera* B. R.

a. *ſecuntur* P.

b. Ita B. Br. R. Vulgo *ſicut.*

c. *alta* I. B. Br. R. Iunt.

d. *corruda non noceat* I. B. Br. R. Vulgo erat *corruda.*

e. *et* om. Iunt. *et apricis* om. P.

f. *aprica ſit terra, vbi ſeras* I. B. Br. R.

g. *et alia* Eaedem. A. Ba. G. H. St. D.

h. *ſeranda* P.

i. *vtendo* I. B. Br. R. et Codd. Victor. qui literam L interſerunt cum Caeſen. et in margine mendi notam apponunt.

k. *aliquid* I. B. Br. R. Comm. *quid* P. teſte etiam Victorio.

l. *ſcirpeas* a. V.

m. *vallus* P. *qualos* Codd. Vrſini. Deinceps *et colas* Br. Ald.

n. *vnde nectar.* Br. Eadem *canabim. vnde lineas, reſtes, funes facias, quibus nectas boues, paleas, et alia quaedam etc.* Ba- G.

o. *lineas reſtis*, I. B. Br. R. I. I. ſed Br. poſt *lineas* duo puncta ponit.

p. *loco* Heru.

q. *et alia* A. Ba- G. deinceps *ſerundum* ex Br. Ald. reſtitui pro *ſerendum.*

r. *conualuerint* I. B. Br. R.

s. *ad haec* om. Br. A. deinceps *pertinent* P.

t. *de ſat. ſcribit* Br.

v. *raphanum* a. V. Deinceps *mulium* H. St. Zw. D.

x. *fert* additur a. V.

XXIV. In agro craſſo et calido oleam conditaneam, radium maiorem Sallentinam [a], orchitem [b], poſeam, Sergianam [c], colminiam, albicerem: quam earum in his locis optimam dicent [d] eſſe, eam maxime ſerere. Agrum [e] olíueto conſerundo, niſi qui in ventum fauonium ſpectet, et ſoli oſtentus ſit, alium bonum nullum
2 eſſe. Qui ager frigidior et macrior ſit, ibi oleam Licinianam ſeri oportere. Si in loco craſſo aut calido poſueris, hoſtum nequam fieri, et ferendo [f] arborem per-
3 ire, et muſcum rubrum moleſtum eſſe. Hoſtum vocant, quod ex vno facto olei reficitur. Factum dicunt, quod vno tempore conficiunt. quem alii CLX [g] aiunt eſſe modiorum, alii ita minus magnum, vt ad CXX deſcendat et [h] exinde, vt vaſa olearia quot et quanta habeant, quibus conficiunt illud. Quod Cato ait circum fundum vlmos et populos, vnde frons [i] ouibus et bubus ſit [k], et materies, ſeri oportere. ſed hoc neque in omnibus fundis opus eſt, neque in quibus eſt opus, propter frondem maxime. Sine detrimento ponuntur ab
4 ſeptentrionali plaga [l], quod non officiunt ſoli. Ille adiicit ab eodem [m] ſcriptore, Si locus humectus ſit, ibi cacumina populorum ſerunda et arundinetum. id prius bipalio verti [n], ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio ſeri, ibi [o] quoque corrudam, vnde aſparagi fiant; aptam eſſe vtrique eandem fere culturam. ſalicem Graecam circum arundinetum ſeri oportere, vti ſit, qui vitis alligari poſſit.

XXV.

Cap. XXIV. a. *Salentinam* a. V.
b. *orcitem* P. *horcitem* Nonii Codex Guelferbyt. qui antea etiam *oleo condit.* deinceps *pauſiam* Nonii Merceriana prior, *puſeam* ſec. *puſſeam* Codex Guelferb.
c. *ſargianam* B. R. *Serginam* Nonius. Poſtea *abicurem* Codex Guelferb.
d. *dicant* P.
e. *Agro* P. *caldo* deinc. Br. et A.
f. *foecundo* I. B. R. Br. *efferendo* P.
g. *centum quadraginta* I. B. R. Br.
h. *diſcedat Exinde* I. B. R. Br.
i. *frondes* Eaedem. *fros* Pop.
k. *ſint* Eaedem. et deinceps cum A. *eſt opus*.
l. *parte* Eaedem. et Caeſen. Codex.
m. *eo* Ienſ.
n. *vortito* I. B. Br. R.
o. *ibi quoque corrudam, vnde aſparagi fiant* deſ. I. B. Br. R.

XXV. Vinea, quo in agro ſerunda ſit, ſic obſervandum. Qui locus optimus vino ſit, et oſtentus ſoli, Amineum [a] minuſculum, et geminum eugeneum [b], helveolum [c] minuſculum ſeri oportere. qui locus craſſior ſit, aut nebuloſus, ibi Amineum [d] maius, aut Murgentinum, Apicium [e], Lucanum ſeri. caeteras vites, et de his miſcellas [f] maxime, in omne genus agri convenire.

XXVI. In omni vinea diligenter obſeruant [a], vt ridica vitis ab [b] ſeptentrione verſus tegatur [c]. et ſi cupreſſos viuas pro ridicis [d] inſerunt, alternos ordines imponunt: neque eas [e] creſcere altius, quam ridicas patiuntur [f]; neque propter olus [g] adſerunt vites, quod inter ſe haec inimica. Agrius Fundanio [h], vereor inquit, ne ante aeditimus veniat huc, quam hinc [i] ad quartum actum accedamus. vindemiam enim expecto. Bono animo es, inquit Scrofa: fiſcinas [k] expediet ac vrnam.

XXVII. Et quoniam tempora duorum generum ſunt, vnum annale, quod ſol circuito ſuo finit: alterum menſtruum, quod luna circumiens comprehendit: prius dicam de ſole. Eius curſus annalis primum fere circiter ternis menſibus ad fructus eſt diuiſus [a] in IIII partes [b], et idem ſubtilius ſeſquimenſibus in VIII. In quatuor,

Cap. XXV. a. *amnineum* Br. cum Ald. Victor. *aminaeum* dedit et Geſn.

b. *et* add. a. V. H. St. D.

c. *helutum* P.

d. *Ammineum* Ienſ. Br. *amineum* B. R. *aminneum* P. Vulgo *Aminaeum.*

e. *aut apicium luc.* A. Iunt. G.

f. *miſellas* a. V.

Cap. XXVI. a. *obſerua* I. B. Br. R.

b. *a ſept.* Br. *ad ſeptentrionem* A. Iunt. G. *vorſus* Br.

c. *figatur* A. Ba- G.

d. *ridicis: quas inſerunt* I. B. Br. R.

e. *ea* B. R. *eos* P. et Codd. Victorii.

f. *patiantur* I. B. Br. R.

g. Vulgo *eas* erat. *eos vt* P. Ryck. et Codd. Victorii.

h. *Fundani* A. Iunt. G.

i. Ita libri a. V. qui dedit *hic* et *accedamus* omiſit.

k. Ita libri a. V. qui dedit *ac fiſcinam expedi et vrnam.*

Cap. XXVII. a. *diuiſos* P. *quattuor* Br. bis h. cap.

b. *totus* add. a. V.

quatuor, quod [c] diuiditur in [d] ver, et [e] aestatem, et [e] autumnum, et hiemem. Vere sationes quaedam [f] fiunt, terram rudem proscindere oportet, quae sunt ex ea enata, prius quam ex iis quid seminis cadat, vt sint [g] exradicata; et simul glaebas [h] ab sole percalefactas aptiores facere [i] ad accipiundum imbrem, et ad opus faciliores, relaxatas [k]. neque eam [l] minus bis [m] arandum, ter melius. Aestate fieri messes oportere. Autumno [n] siccis tempestatibus vindemias, ac siluas excoli [o] commodissime: tunc [p] praecidi arbores oportere [q] secundum terram. Radices autem [r] prioribus imbribus vt effodiantur, ne quid ex his nasci possit. Hieme putari arbores duntaxat his temporibus cum gelu cortices et [s] imbribus careant, et glacie.

XXVIII. Dies primus est [a] veris in Aquario, aestatis in Tauro, autumni [b] in Leone, hiemis in Scorpione. Cum vniuscuiusque horum quatuor [c] signorum dies tertius et vicesimus quatuor temporum sit primus [d]; efficitur, vt ver dies habeat XCI, aestas XCIV [e], autumnus XCI [f], hiems XXCIX [g]. Quae [h] redacta [i] ad dies ciuiles nostros,

c. *tempora* a. V.
d. *in* deest Heru.
e. *et* deest I. B. R. Br. deinceps *auctumnum et hyemem* Br.
f. *quae* P. Antea *stationes* vulgo erat, quod ex Codice Vrsini cum Pontedera corrigi voluit Gesner; et in altera editione *sationes* posuit Ernesti.
g. *sit eradicata* P.
h. *cauis* ante Vict. *claeuis ac* P. *claebis* Codex Victorii. *glebis* Cod. Vrsini. Vulgo legitur *glaebis* — *percalefactis*.
i. *fieri* A. Iunt. G. Deinceps *accipiendum* vulgatum correxi ex Brusch.
k. *relaxatis* A. Iunt. G.
l. Ita pro *ea* ex Vrsini correctione scripserat Gesner.
m. *binis* P.
n. *auctumno* — *et siluas* Br.
o. *excoli. Commodissime tunc* I. B. Br. R.
p. *tunc vel* A. Iunt. G.
q. *sec. terram oportere* Br. et Ald.
r. *autem* om. I. B. Br. R *radices vt pr. imbr. effodiantur* Br. *Hyeme* eadem.
s *ex* P. Iunt. *imbribusĩ careant* Br.

Cap. XXVIII. a. *veris est* Br. Aldin.
b. *actumni* Br.
c. *quattuorum* I. B. R. *quattuor* Br.
d. *et* inser. P.
e. *nonaginta quinque* I. B. Br. R.
f. *nonaginta duos* A. Iunt. G. *auctumnus* Br.
g. *octoginta octo* A. Iunt. G. Ceterum vulgo erat *hyems* vt vbique in Brusch. est in hoc capite.
h. *Quae diuisio* I. B. Br. R. A. Ba. G.
i. *ad dies reddacta ciuilis* I. B. Br. R.

noſtros, qui nunc ſunt, primi verni temporis ex [k] a. d. VII Id. Feb. aeſtiui ex [l] a. d. VII Id. [m] Maii; autumnales [n] ex [o] a. d. III Id. Sext. hiberni ex [p] a. d. IV Id. Novemb. Subtilius diſcretis [q] temporibus obſeruanda quaedam ſunt, eaque [r] in partes VIII diuiduntur. Primum a fauonio [s] ad aequinoctium vernum dies XLV [t]. hinc ad Vergiliarum exortum dies XLVI [v]. ab hoc ad ſolſtitium dies XLIIX [x]. inde ad Caniculae ſignum dies XXIV [y]. dein ad aequinoctium autumnale dies LXVIII [z]. exin ad Vergiliarum occaſum dies XLV [a]. ab hoc ad brumam dies XLIV [b]. inde ad fauonium dies XLV. 2

XXIX. In primo interuallo, inter fauonium et aequinoctium vernum, haec fieri oportet. Seminaria omne genus vt ferantur, putari in primis [a], circum vites ablaqueari [b], radices [c], quae [d] in ſumma terra ſunt, praecidi, prata purgari, ſalicta ſeri [e], ſegetes ſariri [f]. Seges dicitur, quod aratum [g] ſatum eſt: aruum [h], quod aratum, nec dum [i] ſatum eſt. Noualis, vbi ſatum fuit

 ante

k. *extat ad ſeptem* Eaedem. *extant ad ſeptimum Idus* A. Iunt. G.
l. *ad ſeptem Idus* I. B. Br. R. *exſtant ad ſeptimum* A. Iunt. G. Vulgo IV.
m. *Idus* a. V. reliquae *Idib.*
n. *auctunnalis* I. B. Br. R. *autumnalis* A. Iunt G. praeter Ba.
o. *ad ſeptem Idus* I. B. Br. R. *extant ad tertium Idus* A. Iunt. G. Vulgo a. d. VII Idib.
p. *ad quartum Idus* I. B. Br. R. *extant ad tertium* A. Iunt- G.
q. *deſcriptis* I. B. Br. R. *deſcretis* Codd. Victorii.
r. *eaque* vulgat. ex Commel. in *ea quae* mutauit Geſner.
s. *ab fauon.* Br. Ald. *aequinotium* Br.
t. Vulgo XL ſunt. A. Iunt. G. *quadraginta duo.*
v. Vulgo XLIV.
x. Ante Victor. *quadraginta nouem.*
y. Vulgo XXIX. I. B. Br. R. *viginti ſeptem.* Pol. XXVII. Poſtea a. Victor. erat *Deinde.*
z. Vulgo LXVII. poſtea *exinde* a. V. *ab aequinotium auctunale.* Bruſch.
a. Vulgo XXXII.
b. Vulgo LVII.

Cap. XXIX. a. *in pratis* P. et Codices Victor. *aequinotium* Br.
b. *ablacuari* P.
c. *radiceſque ſumma terra praecidi* I. B. Br. R.
d. *quae* om. P.
e. *fieri* B. R.
f. *ſarrire* a. V. *ſartire* B. *ſarire* P. Victor.
g. *ſed necdum* add. I. B. Br. R.
h. *aruum quod aratum necdum ſatum eſt* om. I. B. Br. R. *Seges dicitur quod aratum nec dum ſatum eſt* Vatic. duo et Venetus liber.
i. *dum* deeſt A. Iunt- G.

2 ante quam secunda aratione [k] renouetur. Rursum [l] terram cum primum arant, proscindere appellant; cum iterum, offringere [m] dicunt; quod prima aratione glaebae grandes solent excitari, [cum iteratur, offringere vocant.] tertio cum arant iacto semine, [boues] lirare dicuntur: id est, cum tabellis additis [n] ad vomerem simul et satum frumentum operiunt in porcis, et sulcant [o] fossas, quo pluuia [p] aqua delabatur [q]. nonnulli postea, qui segetes non tam latas habent (vt in Appulia) id [r] genus praedii per saritores [s] occare solent, si quae in porcis relictae grandiores sunt glaebae. Qua [t] aratrum vomere lacunam [v] striam [x] facit [y], sulcus vocatur. Quod est inter duos sulcos, elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porricit [z]. Sic quoque exta deis cum [a] dabant, porricere [b] dicebant.

3

XXX. Secundo interuallo inter vernum aequinoctium [a], et vergiliarum [b] exortum haec fieri debent [c]. Segetes runcari [d], boues terram proscindere, salicem caedi, prata [e] defendi. quae superiore tempore fieri oportuerit, et non sunt absoluta; ante quam gemmas agant

k. *aratio renouatur* P. et Ryck.
l. *Rursus* I. B. R. Br.
m. *effringere* I. B. R. Br. *glebae* Br. Ald.
n. *additis* abest I. B. R. Br.
o. *in* inf. I. B. R. Br.
p. *pluuialis* I. B. Br. R. A. Ba- G.
q. *dilabatur* I. B. R. Br.
r. *Et id* I. B. R. Br.
s. *satores* I. B. Br. R. *sartores* P. *arritores* A. I. I- G. *relictae sunt glebae* Br. *relictae sunt* etiam A.
t. *Quae* I. B. Br. R. Nonii Codex Guelferbyt.
v. *lacunam* P.
x. *stiriam* Iunt. *striam* om. A. Ba- G. *istriam* Nonii Editio prior Merceriana et Codex Guelferbyt. Vrsinus in V. C. esse ait *striam* pro *lacunam*.
y. *fecit* a. G. omnes, sed *facit* Nonius.
z. *porrigat* I. B. Br. R. *porrigit* A. Iunt. G. Nonii Edit. prior Mercer. et Codex Guelferbyt. qui praeterea pro *seges* habet *secus*.
a. *cum exta deis* Br.
b. *porrigere* a. V. qui ex ingenio correxit.

Cap. XXX. a. *aequinotium* Br.
b. *et solstitium* add. I. B. Br. R.
c. *debent* ex Edd. a. V. reuocaui.
d. Vulgo sequebantur: *herbam e segetibus expurgari* quae Vrsinus damnauit, inclusit Gesner. In Codd. Vrsini erat: *id est herbam* et cet. In Br. A. est *ex seget.*
e. *pratum aqua* I. B. Br. R. deinceps *oportuerat* I. B. Br. R. A. Ba- G. Post *oportuerat* add. *de arboribus* A. Iunt. G.

agant ac florescere incipiant, seri [f] quod si, quae folia mittere [g] solent, ante frondem florere [h] inceperint, statim ad serendum idoneae [i] non sunt. Oleam seri interputarique oportet.

XXXI. Tertio interuallo, inter vergiliarum exortum et solstitium, haec fieri debent. Vineas nouellas fodere, aut arare, et postea occare, id [a] est comminuere, ne sit glaeba [b]. quod ita occidunt, occare dictum [c]. Vites pampinari, sed a sciente. nam id quam putare maius; neque in arbusto, sed in vinea fieri. Pampinare est ex [d] sarmento coles qui nati sunt, de iis, 2 qui plurimum valent, primum [e] ac [f] secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare sucum. Ideo in vitiario primitus cum exit vitis, tota resecari solet, vt firmiore sarmento e terra exeat, atque in pariendis colibus vires habeat maiores. Eiuncidum [g] enim 3 sarmentum propter infirmitatem sterile [h], neque ex se potest eiicere vitem. quam vocant minorem flagellum, maiorem etiam vnde vuae nascuntur, palmam [i]. prior,

 litera

f. *fiant* a. V. qui *fieri* dedit, quod cum Vrsino correxi.

g. Ita I. B. Br. R. Codd. Victor. Caesen. et Venetus *emittere* A. Iunt- G. Vulgo *amittere.*

h. Ita I. B. Br. R. *florere incoeperint* certe Br. ex I. B. R. *flore incoeperint* laudat Gesner. *ante frondere inciperunt* Codd. Victor. Caesen. Venet. *aut ante frondere quam florere inceperint* A. Iunt. G. Etiam Pol. *inciperunt.* Vulgo erat ante *frondere inceperint.*

i. *idonea* I. B. Br. R. et Codd. Victor. cum Caesen. et Veneto.

Cap. XXXI. a. *et deinde* I. B. Br. R. *et postea* P.

b. *gleba dura* I. B. Br. R.

c. Ita ex P. scripsi pro *dicunt.* Atque ita Codex optimus Varronis Bibl. Regiae Parisinae teste Mercerio ad Nonium p. 111. qui eandem lectionem ex libris scriptis Nonio restituit p. 61. lin. 31. vbi h. l. laudauit.

d. *ex* om. I. B. Br. R. *de his qui* Br.

e. *primum* omitt. Eaedem.

f. *ad* Eaed. et deinceps *succum.* cum Ald.

g. *Emucidum* I. B. Br. R. A. Ba- G. *Euincidum* Iuntt. *Eiuncidum* P. *Iuncidum* Gr. 2.

h. *sterilescit* A. Iunt- G.

i. *palmam priore littera mutata in d dalma a venti flatu dicta similiter flabellum prior: flagellum posterior. Et vitis eo quod innitetur ad vuas pariundas* I. B. R. *palmam declinata. A venti flatu flabellum prius, flagellum posterius. Et vitis eo, quod innitetur ad vuas* A. Ba- G.

litera vna mutata, declinata a venti flatu, ſimiliter flabellum [k] ac flagellum. poſterior quod ea vitis immittitur ad vuas pariundas, dicta primo videtur a [l] pariendo parilema: exin [m] mutatis literis, vt in multis, dici coe-

4 pta palma. Ex altera parte [n] parit capreolum. is eſt coliculus viteus intortus, vt cincinnus. is enim vites vt [o] teneat [p], ſerpit ad locum capiundum. ex [q] quo a [r] capiendo capreolus dictus. Omne pabulum, primum ocinum, farraginem, viciam, nouiſſime foenum ſecari [s]. ocinum [t] dictum a Graeco verbo ὠκὺς [v], quod venit cito. Similiter quod [x] ocimum in [y] horto. Hoc amplius dictum ocinum, quod citat aluum bubus, et ideo iis datur vt purgentur. id [z] ex fabuli ſegete [a] viride

5 ſectum ante quam genat [b] ſiliquas. Contra, ex ſegete, vbi ſata admixta ordeum et vicia et legumina pabuli cauſa, viridia [c] quod [d] ferro caeſa [e], ferrago [f] dicta [g], aut niſi [h] quod primum in farracia [i] ſegete ſeri coeptum [k]. Ea [l] equi et iumenta caetera verno tempore purgan-

k. *ac flabellum flagellum* P.

l. *et a* I. B. Br. R. A. Ba- G.

m. *eximmutatis* P. *ex immutatis* Iuntt. *dici ex immutatis* I. B. Br. R. *ex imminutis* A. Ba- G.

n. Vulgo interſerta *caprea dicta, quod* deſunt P. Caeſen. Ryck. nec in libris ſuis reperit Victorius.

o. *quibus teneat, et quas eripiat: et ad locum capiundum ſe erigit: Ex quo* I. B. R. *is enim vitis quibus teneat: id qua ſerpit — capiendum quo capiendo capreolus dictus.* ex libris ſuis affert Victorius. *teneat id quod ſerpit ad locum capiendum cum capiendo c. d.* Caeſenas.

p. *id: qua* inſ. P.

q. *ex* deeſt P.

r. *a* deeſt P.

s. *ſicari.* P.

t. *Ocimum* I. B. Br. R. H. St- D. *Ocymum* I. I- G. A.

v. Ita pro *ὠκέως*, *quod valet* dedi ex Nonio. *occos* P. *ochis* I. B. Br. R. *ὀκὺς* I. I. Ba. A. *ὠκὺς* H. A. (altera) Gr. G.

x. *quoque* a. V.

y. *i. cito. Hoc* I. B. R. Br. deinceps *ocimum* Br. *ocymum* A.

z. *id eſt pabuli* I. B. Br. R. Iuntt. *id eſt fabuli* P. teſte etiam Victorio idem *fabuli* Ryck. *id genus pabuli ſunt* A. Ba- G. *id ex pabuli* Vict.

a. *ſegetes virides ſectae* I. B. Br. R. Ba- G.

b. *generent* I. B. Br. R. *gerat* Iuntt. *gerant* A. Ba- G.

c. *viridea* P. *ſunt. Inde quod* Pol. 2. I. B. R. A. Ba- G. *ca ſunt* Br.

d. Vulgo legebatur *far ferro.* Sed *quo far et* Iuntt. *quo fare* P.

e. *caeſum* I. B. Br. R. A. Ba- G.

f. *ferrago* P. Vulgo legebatur *farrago.*

g. *dictum* I. B. Br. R. Ba- G.

h. *niſi* deeſt a. V. *ni ſe* P. *inde* Ryck.

i. *feracia* Br. *faracia* A. Ba. G.

k. *coepta* P. I. I.

l. *Eo* I. B. Br. R. I. I.

purgantur, ac ſaginantur [m]. Vicia dicta a vinciendo, quod item capreolos habet vt vitis, quibuſcum [n] ſurſum vorſum ſerpit ad [o] ſcapum lupini, aliumue [p] quem, vt [q] haereat, id [r] ſolet vincire [s]. Si prata irrigua habebis, 6 ſimulac foenum ſuſtuleris, irrigare. In [t] poma, quae inſita erunt, ſiccitatibus aquam addi quotidie [v] veſperi. a quo, quod indigent potu, poma dicta eſſe poſſunt.

XXXII. Quarto interuallo inter ſolſtitium et caniculam plerique meſſem faciunt, quod frumentum dicunt [a] quindecim diebus eſſe in vaginis, quindecim florere, quindecim exareſcere, cum ſit maturum [b]. Arationes abſolui [c], quae [d] eo fructuoſiores [e] fiunt [f], quo calidiore terra aratur [g]. Cum proſcideris [h], offringi [i] oportet, id eſt iterare, vt frangantur glaebae. prima enim aratione grandes glaebae ex terra ſcinduntur. Serendum viciam, lentem, cicerculam, eruiliam [k], caeteraque, quae alii legumina, alii (vt Gallicani quidam) legaria [l] appellant, vtraque dicta a legendo, quod ea non ſecantur, ſed vellendo leguntur. Vineas veteres iterum occare [m], nouellas etiam tertio, ſi ſunt [n] etiam tum glaebae.

XXXIII. Quinto interuallo inter caniculam et aequinoctium autumnale [a] oportet ſtramenta deſecari, et

 aceruos

m. *ſagenantur* P. Ienſſ. Br.
n. *quibus* a. V. *quibus cum ſuſum* P.
o. *et ad* I. B. R. Br.
p. *calamum, ad* inſ. a. V.
q. *vt* deeſt I. B. R. Br.
r. *eum* A. I. I- G.
s. *vincere* P.
t. *Item* I. B. Br. R. Ald.
v. *quotidie* deeſt I. B. R. *quotidie veſperi a quo* A. Ba- G. vnde et ex Nonio addidi *veſperi*, quod vulgo deerat. Etiam Codex optimus Bibl. regiae Pariſ. *veſperi* addit teſte Mercerio ad Nonium p. 111. qui et ibi *potui* edidit ex libris ſuis.
x. *poma* C. *dicta* P.

Cap. XXXII. a. *dicunt* a. V. qui *dicant* dedit.
b. *collige. Inde* inſ. I. B. Br. R.
c. *ad ſolui* P. *ad ſolum* I. B. Br. R. *abſoluere* I. I- G. A.
d. *quod* I. B. R. Br.
e. *fructuoſior* P.
f. *fuit* P. *ſunt* I. B. R. Br.
g. *arator. Si* P.
h. *proſcinderis* I. B. R. Br.
i. *effringi* Heru.
k. Ita a. V. qui dedit *eruilam.* Paulo antea *lentem viciam* Br.
l. *legarica* P.
m. *et* inſ. I. B. R. Br.
n. *ſint* I. B. R. Br. Ald. Ba- G.
Cap. XXXIII. a. *autumni* I. B. R. *auctunni* Br.

aceruos conſtrui [b], aratro offringi [c], frondem caedi, prata irrigua iterum ſecari.

XXXIV. Sexto interuallo ab aequinoctio autumnali incipere [ſcribunt] oportere ſerere, vſque ad diem XCI [a]. poſt brumam, niſi quae neceſſaria cauſa coegerit, non ſerere: quod tantum interſit, vt ante brumam ſata [b] ſeptimo die; quae [c] a bruma ſata, XL die vix exiſtant [d]. neque ante aequinoctium incipi oportere putant, quod ſi minus idoneae tempeſtates ſint conſecutae, puteſcere [e] ſemina ſoleant. 2 Fabam optime ſeri in vergiliarum occaſu. Vuas autem legere et vindemiam facere inter aequinoctium autumnale et vergiliarum occaſum. Dein [f] vites putare incipere, et propagare, et ſerere poma. Haec aliquot regionibus, vbi maturius frigora fiunt aſperiora, melius verno tempore.

XXXV. Septimo interuallo inter vergiliarum occaſum, et brumam, haec fieri oportere [dicunt [a].] Serere lilium, et crocum; quod iam egit radicem, roſetum [b] conciditur radicitus in virgulas palmares, et obruitur. haec eadem poſtea tranſfertur facta viuiradix [c]. Violaria in fundo facere non eſt vtile, ideo quod neceſſe eſt terra adruenda [d], puluinos fieri, quos irrigationes, et pluuiae [e] tempeſtates abluunt, et agrum faciunt macriorem [f]. 3 Ab fauonio vſque ad arcturi exortum recte ſerpullum [g] e ſeminario tranſferri: quod dictum

b. *conſtitur* P.
c. *effringi* Heru. *arata offringi* V. C. Vrſ.

Cap. XXXIV. a. *aequinotio auctunnali* Br. *incip. oport. ſcrib.* Br. Deinceps *nonageſimum vnum* P.
b. *quae* inſ. P.
c. *quae a* deeſt P.
d. *exeant* a. V.
e. *putreſcere* a. V. deinceps *auctunnale* Br.
f. *deinde* I. B. R. Ba- G.

Cap. XXXV. a. *dicunt* om. I. B. Br. R. et Codex Vrſini *dicant* P.
b. *Roſa etiam conciditur* a.' V. qui dedit *roſam. ea conciditur.* P. 1. *Roſa mea conditur.* P. 2. *Roſata conditur.* Caeſen. *et conciditur.*
c. *viuiradice* I. B. Br. R.
d. *e terra ad ea obruenda* Aldina et ſeqq. dederunt. In I. B. Br. R. eſt *obruenda*, in Pol. *abruenda*, Codd. Victorii *adruenda*. Ryck. *e terra ad obruendos puluinos.* Victorius *adruenda* dedit et ſeqq.
e. *et temp.* a. V.
f. *minorem* a. V.
g. *ſerpillum* I. B. Br. R. *ſerpyllum* A. Iunt. Ba.

ctum ab eo quod ſerpit. Foſſas nouas fodere, veteres tergere, vineas arbuſtumque putare, dum in xv diebus ante et poſt brutam vt pleraque ne facias: nec non tum aliquid recte ſeritur, vt vlmi.

XXXVI. Octauo interuallo inter brumam et fauonium haec [a] fieri oportet. de ſegetibus, ſi qua eſt aqua, deduci: ſin ſiccitates ſunt, et terra teneritudinem habet, ſarire [b]. vineas, arbuſtaque putare. Cum in agris opus fieri non poteſt, quae ſub tecto poſſunt, tunc conficienda antelucano tempore hiberno [c]. Quae dixi, ſcripta, et propoſita [d] habere in villa oportet, maxime vt vilicus norit.

XXXVII. Dies lunares quoque obſeruandi, qui quodammodo bipartiti [a]. Quod a noua luna creſcit ad plenam, et inde rurſus ad nouam lunam decreſcit, quoad [b] veniat ad intermenſtruum [c], quo die dicitur luna eſſe extrema et prima; a quo eum [d] diem Athenis appellant ἕνην [e] καὶ νέαν, τριακάδα [f] alii [g]. quaedam faciunda in agris potius creſcente luna quam ſeneſcente. quaedam contra, quae [h] metas, vt [i] frumenta, et caeduam [k] ſiluam. Ego iſta [l] etiam, inquit Agraſius, non ſolum in ouibus tondendis [m], ſed in meo capillo a patre acceptum ſeruo, vt [n] deſcreſcente luna tondens [o] caluus [p] fiam.

Cap. XXXVI. a. *hoc.* I. B. Br. R. A. Ba. G.

b. *ſarrire* a. V.

c. *hyberno* a. V.

d. Ita P. et Vrſini Codex pro vulg. *poſita.*

Cap. XXXVII. a. *bipertiti* P. Deinceps *a* ante *noua* omiſerat Geſneriana errore.

b. Ita a. V. qui dedit *quod.*

c. *intermeſtruum* I. B. Br. R. A. deinceps vbi *e quo die* vulgatur, praepoſitionem omiſi.

d. *Athenis eam diem* I. B. Br. R. A.

e. *ἐνη καὶ νέα* P. 2. *caenen cae nean* Pol. 1.

f. *triacada* Pol. 1. *τρϊακὰς* P. 2. *τριακάδος* a. V.

g. *alii* deeſt I. I- G. A. *Alii* praeced. puncto I. B. R. *facienda* Br. A.

h. *vt quae* I. I- G. A.

i. *vt* deeſt I. I- G. A.

k. *caeduas ſiluas* I. B. R. Br.

l. *iſtec inquit* P.

m. *tundendis* lenſſ. Br.

n. *vt* I. B. Br. R. *ne* I. I- G. A. Vulgo *ni.*

o. *tondes clauo* P. et Codd. Victor.

p. *caluefiam* I. I- G. A.

ſiam. Agrius, Quemadmodum, inquit, luna quadri-
3 partita [q]? et quid ea diuiſio ad agros pollet? Tremel-
lius, Nunquam rure audiſti, inquit, octauo Ianam [r]
[lunam] et creſcentem, et contra ſeneſcentem; et quae
creſcente luna fieri oporteret [s], [et] tamen quaedam
melius fieri poſt [t] octauo Ianam [v] [lunam,] quam ante?
et ſi quae ſeneſcente [x] fieri conueniret, melius quanto
4 minus [y] haberet ignis id aſtrum? Dixi de quadripartita
forma culturae [z] agri. Stolo, Eſt altera [a], inquit,
temporum diuiſio coniuncta quodammodo cum ſole et
luna, quae [b] in ſex partita [c], quod omnis fere fructus
quinto denique gradu peruenit ad perfectum, ac videt
in villa dolium ac modium [d]; vnde ſexto prodit ad
vſum. Primo [e] praeparandum, ſecundo ſerendum,
tertio nutricandum, quarto legendum, quinto conden-
dum, ſexto promendum. Ad [f] alia [g] in praeparando
faciendi ſcrobes, aut [h] repaſtinandum, aut ſulcandum,
5 vt ſi arbuſtum aut pomarium facere velis. ad [f] alia aran-
dum, aut fodiendum, vt ſi ſegetes inſtituas. ad [f] quae-
dam bipalio vertenda terra, plus aut minus. aliae enim
radices anguſtius diffundunt [i], vt cupreſſi, aliae latius,
vt platani, vſque eo, vt [k] Theophraſtus ſcribat, Athe-
nis [l] in Lyceo, cum etiam [m] tunc platanus nouella eſſet,
radices trium et triginta cubitorum egiſſe. Quaedam
ſi bubus et aratro proſcideris, et iterandum ante, quam
ſemen iactes [n]. Item praeparatio ſi quae [o] fit in pratis [p],
id

q. *quadripertita* P. ſic fere alias.
r. *lanam* P.
s. *oporteat* A. I. I- G.
t. *octauo poſt* I. B. Br. R.
v. *lanam* P.
x. *luna* add A. I. I- G.
y. *ſi minus* I. I- G. A.
z. *cultura* P.
a. *quidem* inſ. I. B. R. Br.
b. *Quin ſexpartita* I. B. Br. R.
Quin ſexpertita P.
c. *eſt* add. I. I- G. A.
d. *modum* Ienſſ. Br.

e. *Primum* I. B. R. Br.
f. *At* a. V.
g. *alia* deeſt A. I. I- G.
h. *ac* I. B. R. Br. Deinceps *pomarium aut arb.* Br.
i. *diffunduntur* A. I. I- G.
k. *(vt Theophr. ſcribit)* a. V.
l. *athenas* P.
m. *etiam num* a. V. alii diuid. alii iungunt.
n. *iactas* P.
o. *qua* a. V.
p. *partis* P.

id [q] eſt, vt defendantur a paſtione, quod fere obſervant a piro florente: ſi irrigua ſunt, vt tempeſtiue irrigentur.

XXXVIII. Quae loca in agro ſtercoranda videndum, et qui, et quo genere [a] potiſſimum facias: nam diſcrimina eius aliquot. Stercus optimum ſcribit [b] eſſe Caſſius volucrium, praeter paluſtrium ac nantium. De hiſce praeſtare [c] columbinum, quod ſit calidiſſimum, ac fermentare poſſit terram. Id vt ſemen aſpergi oportere [d] in agro, non vt de pecore aceruatim [e] poni. Ego arbitror praeſtare ex auiariis turdorum ac merularum, quod non ſolum ad agrum vtile, ſed etiam ad cibum ita bubus ac ſubus [f], vt fiant pingues. Itaque qui auiaria conducunt, ſi caueat [g] dominus, ſtercus vt in fundo maneat, minoris conducunt quam ii, quibus id accedit. Caſſius ſecundum columbinum ſcribit eſſe hominis. Tertio caprinum [h], et ouillum, et aſininum [i]. Minime bonum equinum, ſed in ſegetes. in prata enim vel optimum vt [k] caeterarum veterinarum, quae ordeo paſcuntur, quod multam facit herbam. Sterquilinium ſecundum villam facere oportet, vt quam pauciſſimis operis egeratur. In eo ſi in medio robuſta [l] aliqua materia ſit depacta, negant ſerpentem naſci.

XXXIX. Sationis autem gradus ſecundus hanc habet naturam, ad quod tempus cuiusque ſeminis apta ſit ad ſerendum. Nam [a] refert in agro ad quam partem caeli

q. *ea* A. Ba- G.
Cap. XXXVIII. a. *quo potiſſimum genere* Br. A.
b. *ſcribit Caſſius eſſe volucrum* a. V.
c. *praeſtat* I. B. Br. R.
d. *in agro oport.* Br. A.
e. *aceruatum* I. B. Br. R.
f. Ita P. et Codd. Victorii hic et infra libro 2. pro *ſuibus*. Ceterum *et ſuibus* Br. Ald.
g. *caueto* I. B. Br. R. *cauetur ſtercus* Cod. Vrſini. Deinceps *hi, quibus* Br. *ſecundum poſt* Ald. Tigurina 1528. Gryph. 1535.
h. *caprilum et ouilum* I. B. Br. R.
i. *aſinium* Iunt.
k. *vel* Br. *hordeo* Br.
l. *robuſtea* a. V.
Cap. XXXIX. a. *Nam vt* Heru.

caeli quisque locus ſpectet, ſic ad quod quaeque [b] tempus res facillime creſcat [c]. Nonne videmus alia florere verno tempore, alia aeſtiuo: neque eadem autumnali,
2 quae hiberno? Itaque alia ſeruntur, atque inſeruntur, et metuntur ante, aut poſt, quam alia, et cum [d] pleraque vere melius [e], quam autumno inſerantur [f], circiter ſolſtitium inſeri ficos [g], nec non brumalibus [h] diebus
3 ceraſos [i]. Quare cum ſemina fere quatuor [k] ſint generum, quae [l] per ſe fiunt a natura, alia ex induſtria, quae transferuntur e terra in terram, vt faciunt viuiradices [m]; quae ex arboribus dempta demittuntur [n] in humum; quae inſeruntur ex arboribus in arbores; de ſingulis rebus videndum, quae [o] quoque tempore locoque facias.

XL. Primum ſemen quod eſt principium genendi [a], id duplex; vnum, quod latet noſtrum ſenſum; alterum, quod apertum [b]. latet, ſi ſunt ſemina in aere, vt ait phyſicus [c] Anaxagoras; et ſi aqua [d] quae influit in agrum inferre ſolet, vt ſcribit Theophraſtus. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. quaedam

b. *quae* Br. Polit. *tempus quaeque* Ald.

c. *creſcant* I. B. Br. R. deinceps *auctunnali* Br. *hyberno* Br. Ald.

d. *compleraque* I. B. Br. R. *cumpleraque* iunctim P. *compluraque* A. Ba. G. *complura*, *quae* Iunt. Sed in Aldina eſt *vt compluraque*.

e. *melius* om. I. B. Br. R.

f. *inſeruntur* a. V. *auctunno* Br.

g. *ficus ſolet* A. Iunt. G.

h. *brumalis* B. R.

i. *ceraſus* A. Iunt. G.

k. *quattuor* Br.

l. Victor. et ſeqq. dederunt: *generum quae tranſferuntur e terra in terram, viui radices; quae ex arboribus dempta* et cet. Verba *per ſe a natura: alia ex induſtria: vt faciunt viui radices* poſt verba *quae tranſferuntur e terra in terram* poſita habent I. B. Br. R. Iunt. Sed Aldina, Ba. G. dederunt: *quae non tranſferuntur e terra in terram, ſed per ſe fiunt a natura, alia ex induſtria vt faciunt viuir.* In B. R. eſt *tranſferantur*.

m. *viuas radices* P. Codd. Victorii, Codex Vrſini et Caeſenas.

n. *dimittuntur* I. B. Br. R. *demittuntur* dedi ex Ald. et Codice Vrſini.

o. *quoquo tempore* I. B. Br. R. *quo quaeque temp.* A. Iunt. G.

Cap. XL. a. *oriendi* a. V. *cenendi* P. 1. et Codd. Victorii. *eruendi* P. 2.

b. *apertum latet:* I. B. Br. R.

c. *phyſicos* P.

d. *in aqua quae fluit et in* Ald. Ba. G.

quaedam enim ad cernendum [e] vſque adeo parua, vt ſint obſcura, vt cupreſſi. non enim galbuli, qui naſcuntur, id [f] eſt tanquam pilae paruae corticiae [g] id ſemen; ſed in [h] iis [i] intus. Primigenia ſemina dedit natura, 2 reliqua iuuenit experientia coloni. Nam [k] prima, quae [l] ſine colono, priuſquam ſata, nata [m]; ſecunda, quae ex iis collecta, neque priuſquam ſata [n] nata. Prima ſemina videre oportet, ne vetuſtate ſint exſucta, aut ne ſint admixta aut ne propter ſimilitudinem ſint adulterina. Semen vetus [o] tantum valet in quibuſdam rebus, vt naturam commutet. nam ex ſemine braſſicae vetere ſato [p] naſci aiunt rapa, et contra ex raporum braſſicam. Secunda ſe- 3 mina videre oportet, ne [q] vnde tollas, nimium [r] cito, aut tarde tollas. Tempus enim idoneum, quod ſcribit Theophraſtus, vere et autumno et caniculae exortu: neque [s] omnibus locis ac generibus idem. In ſicco [t] et macro loco, et argilloſo, vernum [v] tempus idoneum, quo minus habet humoris. In terra bona ac pingui, autumno, quod vere multus humor; quam ſationem quidam metiuntur fere diebus XXX. Tertium genus 4 ſeminis, quod ex arbore per ſurculos defertur in terram, [ſic [x] in humum demittitur [y], in quibuſdam tamen

e. *oriendum ſunt vſque* a. V. qui dedit: *genendum propterea vſque.* Vrſini Codex *adcernendum.* Codd. Victorii *ad cenendum.*

f. *id eſt* om. A. Iunt. G.

g. *corticae* Heru.

h. *in* om. I. B. Br. R.

i. *his* a V.

k. *Vnde* I. B. Br. R. *Num — quam ſata, nata?* Ald. et reliquae cum ſigno interrogandi, quod ponere voluit etiam Geſneriana ſed aberrauit. *Nonne* P. 2. ſed ſyllaba poſteriore ab alia manu adiecta. Ex Codice Veneto correxit h. l. Pontedera.

l. *quae* om. A. Iunt. G.

m. *ſunt* add. I. B. Br. R. Deinceps *ex his* Br. Ald.

n. *ſato* Heru. deinceps *exucta* Br. Ald.

o. *vetuſtum* I. B. Br. R.

p. *ſatae* Heruag.

q. *ne* deeſt I. B. R. Br.

r. *nimium cito aut tarde tollas* abſunt I. B. Br. R. *auctunno* Br.

s. *neque ex* I. B. R. Br.

t. *ſico* P. *argiloſo* Br. deinceps iterum *auctumno* Br.

v. *Vere* I. B. Br. R. *quo minus habet humoris, vernum tempus idoneum in etc.* A. I. I- G.

x. *ſi* I. B. Br. R. et Codd. Victor. Paulo ante *Differitur* Codex Vrſini. *ſurclos* Codd. Victor.

y. *dimittitur. In* I. B. Br. R. et Codd. Victorii. Aldus diſtinctione mutata *et* addidit, quam ſuſtuli.

men [z]] est [a] videndum, vt eo tempore sit deplantatum quo [b] oportet. id enim [c] fit ante quam gemmare [d] aut florere quid incipit: et quae de arbore transferas, vt ea deplantes potius quam defringas: quod plantae solum stabilius, quo latius, vt [e] radices facilius mittat [f]. ea celeriter antequam sucus exarescat, in terram demittendum [g]. In oleagineis seminibus [arbores] videndum, vt sit de tenero ramo ex vtraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clauolas [h], alii taleas appellant, ac faciunt circiter pedales. 5 Quartum [i] genus seminis, quod transit ex arbore in aliam, videndum, qua ex arbore in quam [k] transferatur, et quo tempore, et quemadmodum obligetur. non enim pirum recipit quercus; neque enim si malus pirum. Hoc [l] sequuntur multi, qui aruspices audiunt multum, a quibus proditum, in singulis arboribus quot genera insita sint, vno ictu tot fulmina fieri illud [m], quod fulmen concepit. si in pirum siluaticam inseueris [n] pirum quamuis bonam, non fore [o] tam iucundum [p], quam si in eam [q], quae siluestris non sit. 6 In quamcunque arborem inseras, si eiusdem generis est duntaxat, vt si [r] vtraque malus, ita inserere oportet referentem ad fructum, meliori [s] genere vt sit surculus, quam est, quo veniat, arbor. Est altera species ex arbore in arborem inserendi nuper animaduersa in

z. *cum* P. et Codd. Victorii.

a. Ita pro *fit* ex I. B. Br. R. et Codd. Victorii scripsi.

b. *quod* P.

c. *id fit enim* Br. *id tum fit* P.

d. *germinare* I. B. Br. R.

e. *aut* P.

f. *mittit* P.

g. Vulgo *demittunt*. *Demum in* Pol. liber pro *demum* habet *dum* vt libri Victor. et Vrs. paulo antea *succus* Br. Ald.

h. *sclauolas* I. B. Br. R. *aliis clauolas* in Codd. Victor. In antiquis Nonii Edd. ex h. l. *clabulas* laudatur.

i. *Quarum* I. B. Br. R.

k. *aquam* Br.

l. *Haec* a. V.

m. *fieri. Illud* Br. *in illud* A. Ba. G.

n. *inserueris* P.

o. *pyrum* addit A. Iunt. G.

p. *iucundam* I. B. Br. R.

q. *ea* P.

r. Vulgo *fit*. Paulo antea *quancumque* Br. *quancunque* Ald.

s. *meliore* Br.

in arboribus propinquis [t]. Ex arbore [v], e qua quis vult habere ſurculum, in eam, quam inſerere vult, ramulum traducit [x], et in eius ramo praeciſo, ac [y] difiſſo implicat. eum [z] locum qui contingit [a], ex vtraque parte [b], quod intro eſt, falce extenuatur [c], ita [d] vt ex vna parti [e], quod [f] caelum viſurum eſt; corticem cum cortice [g] exaequatum habeat. Eius [h] ramuli, quem inſeret, cacumen vt directum [i] ſit ad caelum, curat. Poſtero anno cum comprehendit [k], vnde propagatum eſt ab altera arbore praecidit.

XLI. Quo tempore quaeque [a] tranſferas, haec in primis videnda, quod quae prius verno tempore inſerebantur, nunc etiam ſolſtitiali, vt ficus, quod denſa materia non eſt, et ideo ſequitur caldorem [b]. A quo fit, vt in locis frigidis ficeta fieri non poſſint. Aqua recenti inſito inimica. tenellum enim cito facit putre. Itaque quod [c] inſeritur caniculae ſigno, commodiſſime exiſtimatur [d] inſeri. quae autem natura minus ſunt mollia, vas aliquod ſupra alligant, vnde ſtillet [e] lente [f] aqua,

t. Punctum om. I. B. Br. R.

v. *enim* add. A. Iunt. G. Deinceps *qua vult habere* omiſſo *e* et *quis* I. B. Br. R. Creſc. II. 22. et Caeſenas Codex *a qua quis* A. Iunt. G.

x. *traducat* I. B. Br. R. Creſc.

y. *et defiſſo* I. B. Br. R. *defixo* Cr. *ac diffiſſo* Iunt. P. Deinceps *implicare in locum, quod contingit* Cr.

z. *tum ramuli locus, qui* A. Iunt. G.

a. *contigerit* I. B. Br. R.

b. *qua fiſſuram intrat, falce* A. Iunt- G. *quod intus eſt* Creſc.

c. *extenuatum* I. B. Br. R. Cr.

d. *ita ex ima* I. B. Br. R.

e. Ita pro *parte* P.

f. *qua caelum viſurus* A. Iunt- G. *quo cael.* Cr.

g. *codice* I. B. Br. R. *aequatum* Cr.

h. *Eius autem* A. Iunt- G. deinceps *inſereret* Geſner. vtraque errore.

i. *detectum* I. B. Br. R. *derectum* P.

k. *comprendit* P. *poſtero curet anno, cum comprehenderit vnum propagatum ab altera — procedit* Cr.

Cap. XLI. a. *quaque* P. Deinceps *quodque prius* Br.

b. *calidiorem* I. B. Br. R. Creſc. *caldiorem* P.

c. *quae ſit* Br. *qui ſit* P. teſte etiam Victorio. *quod ſit* Cod. Caeſenas.

d. *exiſtimatur ea* I. B. Br. R. *exiſtimatur ea* P. Cr. *aeſtumatur* A. Iunt. G.

e. *ſtilet* B. R.

f. *lenta* Bon. *lente in iis aqua* A. Ba- G.

aqua, ne prius exarescat [g] surculus, quam coalescat [h]. cuius surculi corticem integrum seruandum, et eum [i] sic exacuendum, vt non denudes medullam. ne extrinsecus imbres noceant, aut nimius calor, argilla oblinendum [k], ac libro obligandum. 3 Itaque vitem [l] triduo ante quam inserunt [m], desecant, vt qui [n] in ea nimius est humor [o] diffluat ante, quam inseratur. aut [p] in qua inserunt, in ea paullo infra, quam insitum est, incidunt: vnde [q] humor [r] aduenticius effluere possit. contra in fico et malo Punica, et si qua etiam horum natura aridiora [s], continuo. In aliis translationibus videndum, vt quod transfertur [t] cacumen, habeat gemmam, vt in ficis. 4 De his [primis] quatuor generibus seminum, quaedam quod tardiora, surculis potius vtendum [v], vt in ficetis faciunt. Fici enim semen naturale intus in ea fico, quam edimus. quae sunt minuta grana, e quibus paruis, quod enasci coliculi vix queunt. Omnia enim minuta et arida ad crescendum tarda; ea [x] quae laxiora, et [y] foecundiora; vt foemina, quam mas. et [z] proportione in virgultis item. itaque ficus malus Punica et vitis propter foemineam [a] mollitiam [b] ad crescendum prona. 5 contra palma et cupressus et olea in crescendo tarda. in hoc enim [c] humidiora quam aridiora. quare ex terra potius in seminariis [d] surculos de ficeto, quam grana

g. *arescat* B. R. Cresc.

h. *colescat* P.

i. *cum sit* I. B. Br. R. Deinceps *imbres* Br.

k. *obliniendum* a. V. et Cresc.

l. *cum* inser. P.

m. Ita pro *inserant* I. B. R. Br.

n. *quod ea* P.

o. *vmor* P. *defluat* Ald.

p. *aut* Br. et Caesen. Codex et H. Vulgo *at*. deinceps *paulo* Br. A.

q. *in qua* I. B. R. Br.

r. *vmor* P. sic per hoc caput et alibi pluries.

s. *aridior. Continuo in* I. B. R. Br.

t. *transferatur: in* I. B. Br. R. *transfertur, in* A. Iunt- G. *transferat in* cum Victor. Gesner. Deinceps *quattuor* Br.

v. *quam semine* add. A. Iunt- G.

x. *et* Eaedem.

y. *ea et* Eaedem.

z. Ita pro *ex* scripsi ex Pol.

a. *foeminem* P.

b. *mollicium* P. Iens. *mollitiam* Libri Victorii. *molliciem* Br. Ald.

c. *enim* om Gy.

d. *seminario* I. B. Br. R.

grana de [e] fico expedit obruere: praeter si aliter nequeas: vt si quando quis trans mare semina mittere, aut inde petere volt. tum enim resticulas [f] per ficos, quas edimus, maturas perserunt [g], et eas cum inaruerunt [h], complicant, ac quo volunt mittunt, vbi obrutae in seminario pariant. Sic [i] genera ficorum, Chiae, ac 6 Chalcidicae, et Lydiae, et [k] Africanae: item caetera transmarina in Italiam [l] perlata. Simili de causa oleae semen cum sit nucleus [m], quod ex eo tardius enascebatur colis, quam e [n] taleis, ideo potius in seminariis taleas, quas dixi [o], serimus.

XLII. De [a] Medica in primis obserues, ne [b] in terram nimium aridam aut variam, sed temperatam semen demittas. in iugerum vnum, si est natura temperata terra, scribunt opus esse Medicae [c] sesquimodium. id seritur ita, vt semen iactatur quemadmodum scilicet cum pabulum et frumentum seritur.

XLIII. Cytisum seritur in terra bene subacta tanquam semen brassicae: inde differtur, et in sesquipedem ponitur. aut etiam de cytiso duriore [a] virgulae deplantantur, et ita pangitur in serendo.

XLIV. Seruntur fabae modii IIII [a] in iugero, tritici V, ordei VI, farris X. sed nonnullis locis paullo [b] amplius aut minus. si enim locus crassus, plus: si macer,

e. *ex* Eaedem.
f. *resticulam* P. *per resticulam ficos* I. B Br. R.
g. *perferunt* H.
h. *inaruerint* a. V.
i. *Sic* om. I. B. Br. R.
k. *et* abest I. B. R. Br.
l. *Italia* Heru.
m. *nucleus* P.
n. *ex aliis* I. R. Br. *ex cosis* Bon. *ex taleis* Ald.
o. *diximus* I. B. R. Br.
Cap. XLII. a. *De medica* lemma faciunt I. B. R. *melica* Br.
b. *vel* I. B. Br. R. *vt ne* A. Iunt. G.
c. *melicae* I. B. Br. R.
Cap. XLIII. a. *duriores* I. B. Br. R.
Cap. XLIV. a. *quattuor* Br. deinceps *hordei* Br.
b. *paulo* Br. A.

macer, minus. quare obſeruabis, quantum in ea regione conſuetudo erit [c] ſerendi: vt tantum facias, quantum valet regio ac genus terrae. vt ex eodem ſemine aliubi cum decimo [d] redeat, aliubi cum quintodecimo [e];
2 vt in Hetruria, et [f] locis aliquot in Italia. in Sybaritano [g] dicunt etiam cum centeſimo redire ſolitum. in Syria ad [h] Garada, et in Africa ad Byzacium [i] item ex modio naſci centum. Illud quoque multum intereſt in rudi terra, an in ea feras, quae quotannis obſita ſit, quae vocatur reſtibilis: an in veruacto, quae interdum re-
3 quierit [k]. Cui Agrius [l], In Olynthia quotannis reſtibilia eſſe dicunt, ſed ita [m] vt tertio quoque anno vberiores ferant fructus [n]. Licinius, Agrum alternis annis relinqui oportet, aut paullo [o] leuioribus ſationibus ferere [p], id eſt, quae minus ſugunt terram. Dicetur, inquit Agrius, de tertio gradu, De nutricationibus [q], at-
4 que alimoniis eorum. Licinius [r], Quae nata ſunt, inquit, in fundo aleſcunt, adulta concipiunt, praegnantia, cum [s] ſunt matura, pariunt poma, aut ſpicam: ſic [t] alia ſimile ei, a quo profectum reddunt ſemen. Itaque ſi florem, acerbumue pirum, aliudue quid decerpſeris, in eodem loco eodem anno nihil renaſcitur, quod praegnationis diem idem [v] bis habere non poteſt.
vt

c. *eſt* a. V.
d. *decem* B. R. *cum X.* Br.
e. *quindecim* B. R. XV. Br. Deinceps *Etruria* Br.
f. *et* om. I. B. Br. R.
g. *ſybiritano* I. B. *ſybritano* R. Vide ſupra ad cap. 7. ſect. 6. varietatem.
h. *agarada* I. B. Br. R. *ad Garadda* Gr. G.
i. *bizantium* B. R. *byrachium* Ienſ. Br. Iunt. *Dyrrhachium* Heru. *byrachium* Ald. in Corrig. in textu enim eſt *dyrrhachium*. Geſner tamen A. Ba. Gr. ait habere *byrrhachium*, G. *byrrachium*.
k. *requieuit* I. B. Br. R.
l. *Acrius* P.
m. *id aut* I. B. Br. R.
n. *fructos* P.
o. *paulo* Br. Ald.
p. *ſerere* om. I. B. Br. R.
q. *nutricionibus* Br. *nutritionibus* I. B. R.
r. *Ille* I. B. Br. R. et Codd. Victorii.
s. *vel cum* I. B. R. Br. *L cum* Cod. Victorii.
t. *ſi talia a quo* I. B. R. Br. Vulgo eſt *ſic alia, ſimile ei — redit.* Nobiſcum faciunt I. I- G. A. niſi quod *profectum eſt* habent.
v. Ita Edd. ante Victor. qui *diem* omiſit.

vt enim mulieres habent ad partum dies certos, ſic arbores ac fruges.

XLV. Primum plerumque [a] e terra exit ordeum diebus VII. nec multo poſt triticum. legumina fere quatriduo [a] aut quinque diebus, praeterquam faba. ea enim ſerius aliquanto prodit [b] ſeges. Oſtendit idem milium, et ſeſama [c], et caetera ſimiliter aequis fere diebus, praeterquam ſi quid regio aut tempeſtas vitii attulit, quo minus ita fiat. Quae in ſeminario nata, ſi loca erunt **2** frigidiora [d], quae molli natura ſunt, per brumalia tempora tegere oportet fronde aut ſtramentis: ſi erunt imbres ſecuti, videndum necubi aqua conſiſtat. venenum enim gelum [e] radicibus tenellis ſub terra, et ſupra virgultis [f], quae nec [g] eodem tempore aeque creſcunt. nam radices autumno aut hieme magis ſub terra, quam **3** quae [h] ſupra adoleſcunt, quod [i] tectae terrae tepore propagantur, ſupra terram aere frigidiore cinguntur [k]. idque [l] ita eſſe docent ſilueſtria, ad [m] quae ſator non acceſſit. nam prius radices, quam [n] ea quae ex iis ſolent naſci, creſcunt. neque radices longius procedunt, niſi quo tepor [o] venit ſolis. Duplex cauſa radicum [p], quod

Cap. XLV. a. *plerunque* Ald. Deinceps *quadriduo* P.

b. *prodit: ſeges oſtendit. Item* I. B. Br. R.

c. *ſeſima* I. B. Br. R.

d. *frigida* Ald. Deinceps *conſiſtet* Heruag.

e. *gelu* a. V. *propter gelu* Creſc.

f. *virgulta: nec* I. B. Br. R. Iunt. *virgultis ne eodem aquae creſcant* Creſc.

g. *ne* Polit. et Creſc.

h. *quae* inſerui cum Ponted. Deinceps *aleſcunt* a. V.

i. *Quo tecte* P. *Quo certe terra tempore tectae propagantur* I. B. Br. R. *quia ratione terrae tempore* Cr.

k. Ita ex Creſc. et Cod. Veneto ſcripſi. *tinguntur* I. B. Br. R. *ringuntur* cum Aldina reliquae.

l. *Itaque* P. *quod ita eſſe* Creſc. vbi antiqua mea: *ita quod ita eſſe.*

m. *at* P.

n. *quam ex iis, quae* I. B. Br. R. *quam ex iis, quod* P. *quam iis ex qua* Iuntr.

o. Vulgo eſt *tempore venit ſol: bis duplex.* Sed in Pol. libro eſt *ſol duplex.*

p. *His duplex cauſa radicum* I. B. Br. R. Prima Aldina *radicum* omiſit, deinceps reliquae cum Victorio.

quod et radices [q] materia alia, quam alia longius proiicit natura: et quod alia terra alia [r] facilius viam dat.

XLVI. Propter eiusmodi [a] res admiranda discrimina sunt [b] naturalia, quod ex quibusdam foliis propter eorum versuram, quod sit anni tempus, dici [c] possit, vt olea et populus alba et salix. Horum enim folia cum conuerterunt se, solstitium [d] dicitur fuisse. nec minus admirandum, quod fit in floribus quos vocant heliotropia, ab eo quod ad [e] solis ortum mane spectant, et eius iter ita sequuntur ad occasum, vt ad eum semper spectent.

XLVII. In seminario quae surculis consita, et eorum molliora erunt natura cacumina, vt olea ac ficus [a], ea summa integenda binis tabellis dextra et sinistra deligatis [b], herbaeque eligendae [c]: eae dum tenerae sunt vellendae. prius [d] enim [e] aridae factae [f] rixantur, ac celerius rumpuntur, quam sequuntur. Contra herba [g] in pratis ad spem foenisiciae nata non modo non euellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda. quo [h] pecus a prato ablegandum, et omne iumentum, (ac [i]) etiam homines [k]. solum enim hominis [l] exitium herbae, et semitae [m] fundamentum.

XLVIII.

q. Vulgo est *quod et radicum meteriam aliām quam aliam.* Sed I. B. Br. R. omittunt *radicum.*

r. *aliam viam facilius* I. B. Br. R.

Cap. XLVI. a. *cuiusmodi* P.

b. *sunt. Natura aliquod ex* Pol. *sunt. Nam aliquot ex* I. B. R. Br.

c. *vt dici* I. B. R. Br.

d. *solsticium* Br.

e. *ad* om. a. V.

Cap. XLVII. a. *ficus. Ea* omnes ante Gesn. Deinceps *ac sinistra* Br. Ald.

b. *alligata* I. B. Br. R. *deligata* P.

c. Ita I. B. Br. R. Vulgo est *elidendae*, et.

d. *prius* om. I. I- G.

e. *enim* om. I. B. Br. R. *Nam* A. I. I- G.

f. *Etenim* praec. puncto inf. I. B. R. *factc. Etenim* Br.

g. *herbam* P.

h. *Quoi* Bo. *Quin* I. I- G. A. *Quo et pecus* Br.

i. *ac* deest I. B. R. Br.

k. *hominem* I. B. R. Br.

l. *homine* Ienss. Br. *homines* B. R.

m. *saemitae* I. I.

XLVIII. In ſegetibus autem frumentum, in quo[a] culmus extulit[b] ſpicam: ea quae mutilata[c] non eſt, in ordeo et tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam: et etiam primitus ſpica cum oritur, vaginam. granum dictum, quod[d] eſt intimum ſolidum[e]. gluma, qui eſt folliculus eius. ariſta, quae vt acus tenuis longa eminet e gluma. proinde vt grani theca[f] ſit gluma, et apex[g] ariſta. Ariſta et granum omnibus fere notum: gluma paucis. Itaque id apud Ennium ſolum ſcriptum ſcio eſſe in Euhemeri[h] libris[i] verſis[k]. videtur vocabulum etymon[l] habere a glubendo, quod eo folliculo deglubitur[m] granum. itaque eodem vocabulo appellant fici eius, quam edimus, folliculum. Ariſta dicta, quod areſcit prima. granum a[n] gerendo. id enim vt gerat ſpica, ſeritur[o] frumentum non vt glumam aut ariſtam gerat: vt vitis ſeritur, non vt pampinum ferat, ſed vuam. Spica[p] autem, quam ruſtici, vt acceperunt antiquitus, vocant ſpecam[q], a ſpe videtur nominata. eam enim quod ſperant fore, ſerunt. Spica mutica dicitur, quae non habet ariſtam: eae[r] enim quaſi cornua ſunt ſpicarum, quae primitus cum oriuntur, neque plane apparent[s], qua[t] ſub latent[v] herba, ea vocatur vagina; vt in[x] qua latet conditum

Cap. XLVIII. a. *quo* I. B. Br. R. I. I. *quom* Codex Vrſini. Vulgo *quod*.

b. *extulit ſpicam*, I. B. Br. R. I. I. Vulgo erat *extulit. Spica ea.*

c. *multiloca* I. B. Br. R. *mutica* A. I. I- G. *multilata* P. I. quod ex ſuis libris poſuit etiam Victorius, qui in Gallicano Codice reperit *mutilata*.

d. *quod* abeſt I. B. R. Br.

e. *ſoldum* P. *glumam* Br.

f. *apex* I. B. R. Br.

g. *apex* abeſt I. B. R. Br.

h. *ephemeridis* Ienſ. Br.

i. *libris* om. I. B. R. Br.

k. *verſibus* I. B. R. Br.

l. *etymum* P.

m. *deglubatur* I. B. Br. R.

n. *a* om. I. B. Br. R. *prima granum gerendo* Br.

o. Ita ex I. B. Br. R. et Codice Caeſenate ſcripſi pro *id enim ſeritur vti ſpica gerat.*

p. *ſpicam* Br.

q. *ſpicam* I. B. Br. R. Iunt. deinceps *ſpecam*, *et a ſpe* A. Iunt. G.

r. *ea* I. B. Br. R. *Ariſtae* A. Iunt- G.

s. *apparet* I. B. Br. R.

t. *in qua* A. Ba. G.

v. *ſublatet* I. B. Br. R.

x. Ita pro *vti qua* ſcripſi ex I. B. Br. R. Iunt.

ditum [y] gladium. Illud autem ſumma in ſpica iam matura, quod eſt minus quam granum, vocatur frit. quod in [z] infima ſpica, ad culmum ſtramenti ſummum, item minus quam granum eſt, appellatur vrruncum.

XLIX. Cum [a] conticuiſſet nec interrogaretur, de nutricatu credens nihil deſiderari, Dicam [b], inquit, de fructibus maturis capiendis. Et [c] ille, primum de pratis ſummiſſis [d], herba cum creſcere deſiit, et aeſtu [e] areſcit, ſubſecari falcibus debet, et quoad [f] perareſcat, furcillis verſari. cum peraruit, de his [g] manipulos fieri ac vehi ad villam. tum de pratis ſtipulam raſtellis [h] eradi, atque addere foeniſiciae [i] cumulum. Quo facto ſicilienda prata, id eſt, falcibus conſectanda, quae foeniſeces [k] praeterierunt, ac quaſi herba [l] tuberoſum reliquerunt campum. A qua ſectione arbitror dictum ſicilire pratum.

L. Meſſis proprio nomine dicitur in iis, quae metuntur [a], maxime in frumento, et ab eo eſt [b] vocabulo declinata. Frumenti tria genera ſunt meſſionis, vnum, vt in Vmbria, vbi falce ſecundum terram ſuccidunt ſtramentum; et manipulum, vt quemque ſubſecuerunt [c], ponunt in terra. vbi eos fecerunt multos, iterum eos per-

y. *conditus gladius* a. V.
z. *in firma* I. B. Br. R. Polit. et Cod. S. Reparatae, teſte Ponted. Deinceps *vrrucum* P. 1. *veruncum* P. 2.

Cap. XLIX. a. *Cum tacuiſſet* I. B. Br. R. *Conticuiſſet* Codex Victorii. *Verum cum de nutricatu conticuiſſet Licinius, nec interrogaretur* I. I- G. A.
b. *dic inquit Agrius* I. I- G. A.
c. *Et ille* omitt. I. B R. Br.
d. *ſummis* Bon. Deinceps *cum herba* Ald.
e. *aeſtibus* a. V.
f. *quaad* P.
g. *ea* I. I- G. A.
h. *raſtelis* Br.
i. *foeniſitiae* Br.
k. *feniſicae* Br. *foeniſiciae* I. B. R. *foeniſecae* A. Iunt- G. *foeniſices* P. *foeniſeces* Codd. Victorii.
l. *barba* A. Ba- G. omiſit Iunt. ex Codd. ſuis reſtituit Victorius.

Cap. L. a. *metuntur* a. V. qui edidit *metimur*. Praeterea *his* a. V.
b. Ita pro *eſſe* ſcripſi ex Cod. Vrſini.
c. *quenque ſubſecuerint* a. V. *ſubſicuerint: ponent* P. Deinceps *multos eos fec.* Br. Ald.

percenſent, ac de ſingulis ſecant inter ſpicas et ſtramentum: ſpicas coniiciunt in corbem [d], atque in aream mittunt. ſtramenta relinquunt in ſegete, vnde tollantur in aceruum. 2 Altero modo metunt, vt in Piceno, vbi ligneum habent incuruum batillum [e], in quo ſit extremo [f] ſerrula ferrea. haec [g] cum comprehendit faſcem ſpicarum, deſecat, et ſtramenta ſtantia in ſegete relinquit, vt poſtea ſubſecentur. Tertio modo metitur, vt ſub vrbe Roma, et locis pleriſque, vt ſtramentum medium ſubſecent [h], quod manu ſiniſtra ſummum prehendunt [i]: a quo medio meſſem dictam puto. infra manum ſtramentum, quod terrae [k] haeret, poſtea ſubſecatur. 3 Contra quod cum ſpica ſtramentum haeret, corbibus in aream defertur. vbi [l] diſcedit in aperto loco palam: a quo poteſt nominata eſſe palea. Alii ſtramentum a ſtando, vt ſtamen [m] dictum putant. Alii ab ſtratu, quod id ſubſternatur pecori. Cum eſt matura ſeges, metendum, cum in ea iugerum fere vna opera [n] propemodum in facili agro ſatis eſſe dicatur [o]: meſſas ſpicas corbibus in aream deferre debent [p].

LI. Aream eſſe oportet in agro ſublimiori loco, quam [a] perflare poſſit ventus. hanc eſſe modicam pro magnitudine ſegetis, potiſſimum rotundam [b], et mediam paullo [c] extumidam, (vt ſi pluerit, non conſiſtat aqua, et [d] quam breuiſſimo itinere extra aream defluere [e] poſſit. omne porro breuiſſimum in rotundo [f] e medio

d. *orbem* Bon. Deinceps *metunt: in piceno* Br.

e. *bacillum* I. B. Br. R. Iunt.

f. *a* add. P.

g. *Hac* I. B. Br. R. Deinceps *metitur: ſub vrbe* Br.

h. *ſubſicent* P.

i. *prehendum* Heru.

k. *terra* P.

l. *ibi* P. Iunt. Deinceps *nominata poteſt eſſe* Br. Ald.

m. *ſtramen* a. V. et deinceps *a ſtratu* Br.

n. *meſſum eſt* add. A. Ba. G.

o. *dicitur vt* Eaedem. *vt* addit Iunt.

p. *debeant* A. Iunt. G.

Cap. LI. a. *qua* A. Ba- G.

b. *rutundam* P.

c. *quam paulo* marg.

d. *ſed vt* A. Ba- G.

e. *effluere* I. B. R. Br.

f. *rutundo* P. alias pluries.

ad extremum [g]) ſolidam terra pauita [h], maxime ſi eſt argilla [i], ne aeſtu paeminoſa [k] in rimis eius grana oblitescant, et recipiant aquam, et oſtia aperiant muribus ac [l] formicis. Itaque amurca ſolent perfundere. ea enim herbarum eſt [m] inimica, et formicarum, et talpa-
2 rum venenum. Quidam aream vt habeant ſolidam [n], muniunt lapide, aut etiam faciunt pauimentum. non nulli etiam tegunt [o] areas, vt in Bagiennis [p], quod ibi ſaepe id temporis anni [q] oriuntur nimbi [r]. vbi ea retecta [s], et loca calida, prope aream faciundum [t] vmbracula, quo ſuccedant [v] homines in aeſtu tempore meridiano.

LII. Quae ſeges grandiſſima atque optima fuerit, ſeorſum in aream ſecerni oportet ſpicas, vt ſemen optimum habeat. e ſpicis in area [a] excuti grana. quod ſit apud alios iumentis iunctis ac tribulo. id ſit e tabula lapidibus aut ferro aſperata [b], quo [c] impoſito auriga aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt [d] diſcutiat e ſpica grana: aut [e] ex aſſibus [f] dentatis cum orbiculis, quod vocant ploſtellum [g] poenicum. In eo quis ſedeat [h] atque agitet, quae trahant, iumenta, vt [i] in Hiſpania
2 citeriore, et aliis locis faciunt. Apud alios exteritur grege iumentorum inacto [k], et ibi agitato [l] perticis, quod vngulis e ſpica exteruntur grana. iis tritis, oportet e terra

g. *extremam* Iuntt.
h. *pauita* I. B. R. I. I. Vulgo *ſolida — pauitam.*
i. *argilloſa* a. V.
k. *perrimoſa* I. B. Br. R. Pol. 2. *rimoſa* A I: I. G. *peminoſa* P. 1. V.
l. *et formicis* Br. Ald. *perf. ſolent* Ald.
m. *de amurca et* P. teſte etiam Victorio.
n. *ſoldam* P.
o. *areas agunt* Br.
p. *Bagienis* I. B. Br. R.
q. *anni* om. B. R.
r. *nymbi* I. B. Br R.
s. *re tecta*, diuiſim, Ba. G.
t. *faciundam* I. B. R. *faciunda* Br. *faciunt ac* Ald. Ba. G.
v. *ſecedant* I. B. Br. R.
Cap. LII. a. Ita pro *aream* ſcripſi ex I. B. Br. R. Deinceps *et tribulo* Br.
b. *exaſperata* a. V.
c. *quae* A. Ba. G. H. St. D.
d. *aut diſcutit ex* I. B. Br. R.
e. *ſit* inſ. A. Ba. G.
f. *axibus* P.
g. *ploſtenum* I. B. R. Br.
h. *ſedet vt* a. V.
i. *aut* P.
k. *in acto* diuiſ. I. B. R.
l. *agitat e* diuiſ. I. B. R. Br. Deinceps *bis tritis* Br. Ald.

e terra ſubiactari [m] vallis aut ventilabris, cum ventus ſpirat lenis: ita fit, vt quod leuiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, euannatur [n] foras extra aream, ac frumentum quod eſt ponderoſum, purum veniat ad [o] corbem.

LIII. Meſſi [a] facta ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam: aut ſi ſunt ſpicae rarae, et operae carae, compaſci. Summa enim ſpectanda, ne in ea re ſumtus fructum [b] ſuperet.

LIV. In vinetis vua cum erit matura, vindemiam ita fieri oportet, vt videas a quo genere vuarum, et a quo loco vineti incipias legere. nam et praecox et miſcella [a], quam vocant nigram, multo ante coquitur; quo prior legenda: et quae pars arbuſti ac vineae magis aprica, prius debet deſcendere de vite. In vindemia diligentius [b] vua non ſolum legitur ad bibendum, ſed eligitur ad edendum. Itaque lectius [c] defertur in forum vinarium [d], vnde in dolium inane [e] veniat: electa in ſecretam corbulam, vnde [f] in ollulas addatur, et in dolia plena vinaceorum [g] contrudatur. alia, quae in piſcinam in amphoram picatam deſcendat. alia, quae in aream [h], vt in carnarium aſcendat [i]. Quae calcatae vuae erunt, earum [k] ſcopi cum folliculis [l] ſubiiciendi ſub prelum [m], vt ſi quid [n] reliqui habeant [o] muſti exprimatur

N 5

m. *ſubiectari* P.
n. *euaminatur* Ienſſ. Br. *euanatur* B. R. et ad marg. B. R. *euaminatur vel euanatur, euannuatur* P. *euannuatur* Victorii Codex vetuſtiſſimus.
o. Verba: *ad corbem*, ſunt *initium* ſequentis capitis I. B. R. Br.

Cap. LIII. a. *Meſſi* pro *meſſe* reſtitui ex I. B. Br. R. Iunt.
b. *fruſtum* Bon. *ſumptus* a. Vict. *ſpectandu* Br.

Cap. LIV. a. *miſella* a. V. *miſſella* Br.
b. *diligentibus* V. C. Vrſini. Vulgo h. l. erat *vindemiam*.
c. *lectae ius* A. Ba. G. *lecta* Cod. Vrſini *delium* Br.
d. *viniarium* P. 1. *viniaria* P. 2. *forum* om. Cod. Vrſini.
e. *immane* P. 2. *inanne* Bon.
f. *inde* I. B. Br. R.
g. *vinaciorum* Eaedem.
h. *horam in* I. B. Br. R. *aram vt in* Ald. et reliq. *aream vt in* Gr. I. G. Pop. *ara in* Polit.
i. *eſcendat* P.
k. *eorum* I. B. R. Br.
l. *follicolis* Heru.
m. *plerum* P. *praelum* Ald. Br.
n. *ſiqui* P.
o. *habeat* P. *circumciſlcitum* P. teſte etiam Victorio. *circumciſitium* marg. *circumciſ.* Br.

3 primatur in eundem lacum. Cum desiit sub prelo fluere, quidam circuncidunt extrema, et rursus premunt: et rursus cum expressum, circuncisitum [p] appellant, ac seorsum, quod expressum [q] est, seruant, quod resipit [r] ferrum. expressi acinorum folliculi in dolia coniiciuntur, eoque aqua additur: ea vocatur lora, quod lota acina, ac pro vino operariis datur hieme.

LV. De olivueto. oleam quam manu tangere possis e terra ac [a] scalis, legere oportet potius quam quatere; quod ea, quae vapulauit, macescit [b], nec dat tantum olei. quae manu stricta, melior ea, quae digitis nudis legitur [c], quam illa quae cum digitalibus [d]. duricies 2 enim eorum non [e] solum stringit bacam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos. Quae [f] manu tangi non poterunt, ita quati debent, vt arundine potius quam pertica feriantur. grauior enim plaga 3 medicum quaerit. Qui quatiet, ne aduersam caedat. saepe enim ita percussa olea secum defert [g] de ramulo plantam [h]. quo facto, fructum amittunt posteri anni. vt [i] haec non minima causa, quod olivueta dicant [k] alternis annis non ferre fructus, aut non aeque magnos. 4 Olea vt vua per idem biuium [l] redit [m] in villam, alia ad cibum eligitur [n], alia vt eliquescat, ac non solum corpus intus vnguat [o], sed etiam extrinsecus: itaque dominum et in [p] balneas, et [q] gymnasium sequitur [r].

Haec,

q. *expressum* deest I. B. R. Br.
r. *respicit* P.

Cap. LV. a. *aut* I. I- G. A.
b. *inarescit* a. V.
c. *legatur* Heruag. *laudabilior* I. B. R. I. I. Br. *laudabilior : l. quam* P.
d. *digitabulis* Pol. teste etiam Victorio; quod dedit Popma.
e. *quia non* I. B. R. Br. *quod non* P.
f. *Quae* a. V. qui *Qui* dedit.
g. *profert* I. B. R. Br.
h. *partem* A. I. I- G.

i. *nec* Vict.
k. *dicantur* a. V.
l. *bilnium* P. *diem biuium* Br.
m. *cedit* lenst. Br. *caedit* B. R.
n. *datur* I. B. R. Br. *ledatur (dedatur)* P. 1. *legatur* P. 2. *laedatur* Codex optimus Victorii, *legatur* Venetus, *ledatur* Caesenas.
o. *vngat* a. V.
p. Vulgo *in* deest. *et ad* A. Iunt. G.
q. *et ad* Eaedem. *gyminasium* P.
r. *insequitur* P. *inde sequitur* I. B. Br. R.

Haec, de qua fit oleum, congeri ſolet aceruatim per [s] 5 dies ſingulos in tabulata [t], vti ibi mediocriter fraceſcat, ac primus [v] quiſque aceruus demittatur [x] per ſerias [y] ac vaſa olearia ad [z] trapetas, quae res [a] molae oleariae e [b] duro et aſpero lapide. Olea lecta ſi nimium diu fuit [c] 6 in aceruis, caldore [d] fraceſcit, et oleum foetidum fit [e]. Itaque ſi nequeas mature conficere, in aceruis iactando ventilare [f] oportet. Ex olea fructus duplex; oleum, 7 quod omnibus notum, et amurca, cuius vtilitatem quod ignorant [g] plerique [h], licet videre [i] e torculis oleariis fluere in agros [k], ac non ſolum denigrare terram, ſed [l] multitudine facere [m] ſterilem: cum [n] is humor modicus, cum [o] ad multas res, tum ad agriculturam pertineat vehementer, quod circum arborum [p] radices infundi ſolet, maxime ad [q] oleam, et vbicunque in agro herba nocet.

LVI.

s. *per* om. Eaedem. *debet congeri et mundari ſeu aceruari* Creſc.

t. *tabulato* Cr.

v. *primitus* I. B. Br. R. *prius* Creſc.

x. *dimittitur* I. B. Br. R. Cr.

y. *ſena ad* P. 1. *ſeria ad* P. 2. Codex Victorii *ſena ad vaſa actrapetas.* Creſc. *dimittatur in ſex partibus ſeu vicibus ad vaſa ole. et trapetas.* Vaticani libri ap. Ponted. *demittitur per ſeria ad vaſa ol. et trapetas.* Codex Caeſen. cum Pol. 1. facit, praeterea *aceruos* habet. Cod. Victorii recentior *ſeria* habebat. Bruſchiana *ſeras.*

z. *trapetas* reſtitui ex I. B. Br. R. Creſc. et Codd. Aldina cum reliquis *trapeta.* In I. B. Br. R. eſt *et trapetas.*

a. Ita I. B. Br. R. Codices Victorii. Reliquae cum Aldina: *in quae eam terent molae.* Creſc. *et ſubmittitur molae oleariae.*

b. *e* om. I. B. Br. R. et errore Geſner. *quae eſt de duro* Cr.

c. *fuerit* a. V. et Cr.

d. *caldore ea* Ienſ. Br. *calore* Cr. omiſſis *et oleum foet. fit.*

e. *facit* A. Ba. G.

f. *ventilari* Cr.

g. *quia ignoratur a pleriſque* I. B. Br. R. *ignorantur a plerique* Polit. *quia ignoratur, a pleriſque deſpicitur. Licet enim videre, quod ſi e torculis* Ald. Ba. G. Gr. *Item ſcribit Varro quod amurca eſt huius virtutis, quodſi de ipſa nimis ponatur in agro, terram denigrat et ſterilem facit* Creſc. *quia ignoratur a pleriſque deſpicitur: licet enim videre. Quid ſi e torculis olcariis fluere permittitur* et cet. Codex Vrſini.

h. *Licet* praeced. puncto etiam Heruag.

i. *videre: ei* I. B. Br. R.

k. *agros permittitur, non ſolum denigrat* A. Ba. G. Gr.

l. *ſed etiam* I. B. Br. R. A. G. Gr.

m. *facit* A. Ba. G. Gr.

n. *cum tamen* A. Ba. G. *Si modicum, ad agriculturam vehementer pertinet, et circa radices arborum infundi ſolet, et maxime ad taleam* Creſc.

o. *tum* I. B. Br. R.

p. *arbori* Eaedem.

q. *et* Eaedem. *ad taleam* Creſc.

LVI. Agrius, Iam dudum, inquit [a], in villa ſedens expecto cum claui te Stolo, dum fructus in villam [b] referas. Ille [c], Em [d] quin adſum. venio, inquit, ad limen, fores aperi. primum faeniſiciae conduntur melius ſub tecto, quam in aceruis, quod ita ſit iucundius pabulum. ex eo intelligitur [e], quod pecus vtroque poſito libentius eſt.

LVII. At [a] triticum condi oportet in granaria ſublimia, quae perflentur vento ab exortu ac ſeptentrionum [b] regione, ad quae nulla aura humida ex propinquis locis adſpiret. parietes et ſolum opere tectorio marmorato loricandi: ſi minus, ex argilla mixto acere [c] e frumento et amurca, quod murem et vermem non patitur eſſe, et grana facit ſolidiora ac firmiora. quidam ipſum triticum conſpergunt, cum addant in [d] circiter mille modium [e] quadrantal [f] amurcae. Item alius aliud adfriat [g], aut [h] aſpergit [i], vt Chalcidicam aut Caricam cretam, aut [k] abſinthium [l]. item huius generis alia.
2 Quidam granaria habent ſub terris [m], ſpeluncas, quas vocant σειρὲς [n], vt in Cappadocia, ac [o] Thracia [oo]. alii, vt in Hiſpania citeriore, puteos, vt in agro Carthaginienſi [p], et Oſcenſi. Horum ſolum paleis ſubſternunt: et curant ne humor, aut aer tangere poſſit, niſi cum promitur ad vſum. quo enim ſpiritus non peruenit, ibi non oritur curculio [q]. Sic conditum triticum manet vel

Cap. LVI. a. *inquit* abeſt I. B. R. Br.
b. *villa* I. B. R. Br.
c. *Ille enim* P. I. B. R. Br.
d. *Emquin* Iunct. Pol. 1. *Ecquid* I. B. R. Br. *en quin* Iuntt. Ryck. *en adſum* A. Ba- G. *en adſum* iunct. Pol. 2.
e. *intellegitur* P.

Cap. LVII. a. *Et* P. Deinceps *et ſept.* Bruſch. et *e propinquis.*
b. *ſeptentrionem* Heru.
c. *aggere* I. B. R. *agere* Bruſch.
d. *circiter in* a. V.
e. *modios* I. B. R. Br.
f. *quadrantem* I. B. R. Br.
g. *afriat* a. V.
h. *aut id* I. B. R. Br.
i. *quod vt* Bruſch.
k. *ac* I. B. Br. R.
l. *abſenthium* P. *abſynthiique decoctum* add. I. I- G. A.
m. *vti* inſer. A. I. I- G.
n. *ſyros* a. V.
o. *aut* I. B. R. Br.
oo. *thrachia* P.
p. *carthaginenſi et oſtienſi* I. B. R. Br. deinceps *ſuſternunt* Br.
q. *curgulio* Bo. *gurgulio* Reg.

vel [r] annos quinquaginta: milium vero plus annos centum. Supra [s] terram granaria in agro quidam ſublimia faciunt, vt in Hiſpania citeriore, et in [t] Appulia [v] quidam, quae non ſolum a lateribus per feneſtras, ſed etiam ſubtus a ſolo ventus refrigerare [x] poſſit. 3

LVIII. Faba et [a] legumina in oleariis vaſis oblita cinere perdiu incolumia ſeruantur. Cato ait vuam Amineam [b] minuſculam et maiorem et Apiciam in ollis commodiſſime condi. eadem in ſapa et muſto in lora [c], recte. quas ſuſpendas opportuniſſimas eſſe duracinas et Amineas [d] Scantianas [e].

LIX. De [a] pomis, conditiua mala ſtruthea [b], cotonea, Scantiana, Quiriniana [c], orbiculata, et quae antea muſtea vocabant [d], nunc melimela appellant, haec omnia in loco arido et frigido ſupra paleas [e] poſita ſeruari recte putant. Et ideo oporothecas qui faciunt, ad aquilonem vt feneſtras habeant, atque vt eae [f] perflentur, curant. neque tamen ſine foriculis: ne cum humorem amiſerint, pertinaci vento vieta fiant. Ideoque in iis, camaras [g] marmorato, et parietes, pauimentaque [h] faciunt, quo frigidius [i] ſit: in quo etiam quidam 2

r. *ad* I. B. R. Br.
s. *ſupra terram* deeſt A. Ba- G.
t. *in* omitt. I. B. R. Br.
v. *Apulia* P. I. B. R. Br. *Appulia, ita vt non ſolum* I. I- G. A.
x. *regyrare* Ienſſ. Br. Heru. *regirare* a. V. *regerare* H. St. Zw. D. *regitare* marg.
Cap. LVIII. a. *et* ex Edd. a. V. reſtitui.
b. Ita Edd. a. V. qui *Aminneam* et poſt *Aminneas* dedit.
c. *in lora* ex Codice Vrſini addidi.
d. *et* vulgo additum om. I. B. Br. R.
e. *Scancianas* I. B. Br. R.
Cap. LIX. a. *De pomis* deeſt a. V.
b. *ſtructea, cotonia* I. B. R. Br.
c. *ſcandiana* I. B. R. Br. et Codd. Victorii.
d. *atque quae — vocabantur* Br. *vocabantur* etiam A. Iunt. G.
e. *palea* P. *poſita palea* I. B. Br. R.
f. *eae* om. I. B. Br. R. *aere* Ald. Ba. G.
g. *cameras* I. B. R. Iunt. *in his cameras* Br. *qui cameras* A. Ba- G.
h. *L. laudabiliter* addunt I. B. Br. R. et Codices Victorii qui deinde literam L. omiſit, *laudabiliter* reliquit, quod eieci a Geſnero iam incluſum. *pauimentaque inducunt, laudabiliter faciunt* A. Ba. G.
i. *frigidior locus* A. Iunt. G. Deinceps *quidam etiam* Ald.

dam triclinium ſternere ſolent coenandi cauſa. Etenim in [k] quibus luxuria conceſſerit, vt [l] in pinacothece faciant [m], quod ſpectaculum datur ab arte, cur non quod natura datum vtantur [n] in venuſtate diſpoſita pomorum? praeſertim quidem, cum id non ſit faciendum, quod quidam fecerunt, vt Romae coemta poma [o] rus intulerint in oporothecen inſtruendam conuiuii cauſa. 3 In oporothece [p] mala manere putant ſatis commode alii in tabulis [q], vt in [r] opere marmorato, alii ſubſtrata palea, vel etiam floccis: mala Punica demiſſis ſuis ſurculis in dolio arenae: mala cotonea [s], ſtruthea in penſilibus iunctis [t]: contra in ſapa condita manere pira Aniciana [v], et [x] ſementiua [y]. ſorba quidam [z] diſſecta [a], et in ſole macerata, vt pira; et ſorba per ſe vbicunque ſint poſita in arido facile durare. 4 Seruare rapa confecta [b] in ſinape, nuces iuglandes in [c] arena, Punica mala et in arena iam decerpta, ac matura, (vt [d] dixi,) et etiam immatura cum haerent [e] in ſua virga, ſi [f] demiſeris in ollam [g] ſine fundo, eamque [h] ſi conieceris in terram, et obteris [i] circum [k] ramum, ne [l] extrinſecus ſpiritus afflet, ea non modo integra eximi [m], ſed etiam maiora, quam in arbore vnquam pependerint [n].

LX.

k. *ſi ii quibus* A. Ba. G. *in, quibus* Iunt.

l. *id* A. Ba. G. *pinacothecae* Br.

m. *faciunt* I. B. Br. R. A. Ba. G.

n. *imitantur* Eaedem.

o. *pomariis intul.* I. B. Br. R. *pomarus* P. *coempta* Br. Ald.

p. *oporotheca* P.

q. *tubulos* I. B. Br. R. *tubulis* A. Br. Gr. G.

r. *in* om. I. B. Br. R. Ryck.

s. *cotonia ſtrutea* I. B. Br. R.

t. *iunctas* A. Ba. G. *vinctis* Cod. Victorii.

v. *antiana* Iuntt. *anitiana* a. V.

x. *et* deeſt I. B. R. Br.

y. *ſementina* a. V.

z. *quaedam* P.

a. *diſecta* I. B. Br. R. A. Ba. G.

b. *confecta* I. B. R. Br.

c. *in arena, punica mala et* deſunt I. B. R. Br.

d. *vt dixi* omitt. I. B. R. Br.

e. *haereant* I. B. R. Br.

f. *et* I. B. R. Br.

g. *olla* I. B. R. Br.

h. *Eaque* P.

i. *obteres* I. I- G. A.

k. *circa* B. R.

l. Ald. *ramum. Si extrinſ.* Iunt. G. *ſic ne.* Creſc. *ramum, ne.* Vulgo erat *ſi.* Deinceps *aflet* Br. cum Cod. vtroque Florent. teſte Ponted.

m. *exſimi* P.

n. *pependerit* A. Ba- G. *de olivitate* add. P.

LX. De [a] oliuitate, oleas eſui optime condi ſcribit Cato, orchites [b], et pauſeas aridas [c], vel virides in muria, vel in [d] lentiſco contuſas. Orchites nigras, ſale ſi ſint [e] confriatae [f] dies quinque, et tum [g] ſale excuſſo, biduum ſi in ſole poſitae [h] fuerint, manere idoneas ſolere: eaſdem ſine ſale in defrutum condi.

LXI. Recte amurcam periti agricolae tam in doliis [a] condunt, quam oleum, aut vinum. Eius conditio, cum expreſſa olea [b], quod ſtatim [c] effluxerit de ea, decoquuntur [d] duae partes, et [e] refrigeratum conditur in vaſa [f]. Suut [g] item aliae conditiones, vt ea, in qua adiicitur [h] muſtum.

LXII. Quod nemo fructus [a] condit, niſi vt promat, de [b] eo quoque vel ſexto gradu animaduertenda pauca. Promunt [c] condita aut propterea, quod ſint [d] tuenda, aut quod vtenda, aut quod vendenda. Ea quae diſſimilia [e] ſunt inter ſe, aliud alio tempore tuendum et vtendum.

LXIII. Tuendi cauſa promendum id frumentum, quod curculiones [a] exeſſe incipiunt. id enim cum promptum eſt, in ſole ponere oportet [b], atque aquae catinos, quod

Cap. LX. a. *De oliuitate* deeſt a. V. *exui* Br.
b. *orcites et puſeas* P.
c. *aridas, vel - - - contuſas. Orchites* deſunt I. B. R. Br.
d. *in* inſ. A. Iunt. G.
e. *ſunt* A. I. I. G. *ſi ſale ſint* Br.
f. Ita pro *confricatae* Codex Vrſini. *confricata* I. B. R. Br.
g. *cum* I. B. R. Br.
h. *poſita* I. B. R. Br.
Cap. LXI. a. *oleis* P. *ollis* a. V.
b. Ita A. I. I. G. Vulgo *expreſſa effluxit, quod ſtatim.*
c. Etiam I. B. R. Br. *effluxerit.*
d. I. B. R. Br. *decoquitur.*
e. *ac* Br. A.
f. *Vaſis* I. B. Br. R.
g. Hic nouum caput incipit in I. B. Br. R. P.
h. *adiiciunt* ante V. Litteram L hic inſerit P. teſte etiam Victorio.
Cap. LXII. a. *condit fructus* Br. Ald.
b. *promat. De eo* Br.
c. *Primum autem propterea* I. B. R. *primum aut propt.* Br. *Primum* etiam P.
d. *ſunt* I. B. Br. R. Iunt.
e. *diſſimilia ſunt — vtendum et tuendum* Br.
Cap. LXIII. a. *curguliones* I. B. *gurguliones* R.
b. Vulgo *oportet aquae catinos, quod.* I. B. Br. R. *oportet. Atque.*

quod eo conueniunt, vt ipſi ſe necent, curculiones [c]. Sub terra qui habent frumentum in iis, quos vocant σειρὺς [d], quod [e] cum periculo introitur recenti apertione, ita [f] vt quibuſdam ſit intercluſa anima, aliquanto

2 poſt promere, quam aperuerint [g], oportet. Far, quod in ſpicis condideris per meſſem, et ad vſus cibatus expedire velis, promendum hieme, vt in piſtrino [h] pinſatur [i] ac torreatur.

LXIV. Amurca cum ex olea [a] expreſſa, qui eſt humor aquatilis ac retrimentum [b] conditum in vas fictile, id quidam ſic ſolent tueri, diebus xv ex eo [c], quod eſt leuiſſimum ac ſummum, deflatum [d] vt traiiciant in alia vaſa, et hoc iiſdem [e] interuallis, duodecies ſex [f]

2 menſibus proximis, item [g] faciant. Cum id nouiſſime [h], potiſſimum traiiciant, cum ſeneſcit luna. tunc decoquunt [i] in ahenis leui [k] igni duas partes quoad regerunt, tum [l] denique ad vſum recte promitur.

LXV. Quod [a] muſtum conditur in dolium, vt habeamus vinum, non promendum dum feruet, neque

2 etiamdum proceſſit [b] ita, vt ſit vinum factum. Si vetus bibere velis. quod non ſit ante, quam acceſſerit [c] annus,

c. vt littera a.
d. *ſyros* a. V. *ſerus* P.
e. *quo* A. Iunt- G.
f. *vt in* I. B. R.
g. Ita pro *aperueris* ſcripſi cum A. Iunt. G.
h. *priſtino* Ienſ. *piſtino* P.
i. Ita pro *piſetur* ſcripſi ex Iunt. *Piſatur* P. *pinſetur* A. Ba- G.
Cap. LXIV. a. *eſt* add. a. V. H. St- D.
b. *recrimentum et* P. *recrimentum* etiam Cod. antiquus Victorii. Vulgo diſtinguitur: *retrimentum conditum — fictile, id. —* Deinceps poſt *tueri* interpunxi cum Ald.
c. Ex A. Iunt. G. ex addidi.
d. *depletur* A. Iunt. G.
e. Ita pro *idem* ſcripſi ex A. Iunt- G.
f. *duodecies. In ſex* A. Iunt- G.
g. *proximis id faciunt* Eaedem.
h. *faciunt* add. Eaedem.
i. *decocunt* P.
k. *leni* ·(· *ignis* P.
l. *tum denique — promitur* om. I. B. Br. R. et Pol. ſed adiungunt capiti ſequenti.

Cap. LXV. a. *Tum ad vſum denique recte promitur: quod* P. *Muſtum ad vſum denique recte pr. quod m. in dol. conditur.* I. B. Br. R. *recte* tamen omitt. B. R.
b. *proceſſet* P. *proceſſit, niſi prius ſit* I. I- G. A.
c. *acceſſerunt* P. I. *acceſſerunt, anniculum promito* ex libris ſuis laudat Victor. *aceſcit anniculum* rel. defic. I. B. R. Br.

annus, tum, cum fuerit anniculum, promito [d]. Si vero eſt [e] ex eo genere vuae, quod [f] mature coaceſcat [g], ante vindemiam conſumi, aut venire oportet. Genera ſunt vini, in quo Falerna, quae quanto plures annos condita habuerunt, tanto cum prompta ſunt fructuoſiora.

LXVI. Oleas albas, quas condideris [a], nouas ſi [b] celeriter promas, niſi condieris [c], propter amaritudinem illas [d] reſpuit palatum. Item nigras, niſi prius eas ſale maceraris, vt [e] libenter in os recipiantur [f].

LXVII. Nucem iuglandem, et palmulam, et ficum Sabinam quanto citius promas, iucundiore vtare, quod vetuſtate ficus fit pallidior, palmula carioſior, nux aridior.

LXVIII. Penſilia, vt [a] vuae, mala, et ſorba [b], ipſa oſtendunt, quando ad vſum oporteat promi: quod colore [c] mutato et contractu acinorum, ſi non demſeris [d] ad edendum, ad abiiciendum deſcenſurum [e] ſe minitantur. Sorbum [f] maturum mite conditum citius promi oportet: acerbum enim ſuſpenſum lentius eſt [g]. quod prius domi maturitatem aſſequi vult, quam [h] nequit in arbore, quam [i] miteſcat.

LXIX.

d. Male Victor. et ſequentes *prodit*.
e. *Si eſt vero ex eo vuae genere* Br.
f. *quae dam mature coaceſcunt* I. B. Br R. *quae dum matureſcit, coaceſcat* A. *quae cum* ex Iunt. G. laudat Geſner.
g. *coaceſcant* P. *quod mature coaceſcant* Codd. Victorii.
Cap. LXVI. a. *condire vis* A. Ba. G.
b. *ſic* Br. *ſic celer. condito vt promas* A. Ba. G. Vulgo erat: *condideris nouas, ſi celer.*
c. Ita pro *condideris* ſcripſi cum A. Iunt. G.
d. *illas* om. I. B. Br. R. Iunt.
e. *non* A. G. Ba.
f. *recipientur* A. Ba. G.
Cap. LXVII. a. *et nux* Br.
Cap. LXVIII. a. *aut* P. vterque.
b. *ſorua* P. paulo antea *promi oporteat* Br.
c. *colerem* P.
d. *dempſeris* Br. *demiſeris* A. Iunt. G.
e. *deſcenſura* a. V.
f. *Sorno* P
g. *lentius miteſcit* A. Iunt. G.
h. quod in *arbore nequit* I. B. Br. R.
i. *vt inde promatur ad eſcam* A. Iunt. G.

LXIX. Meſſum far promendum hieme in priſtino ad torrendum, quod ad cibatum [a] expeditum eſſe velis. Quod ad ſationem, tum promendum, cum ſegetes maturae ſunt ad accipiendum. Item quae pertinent ad ſationem, ſuo quoque [b] tempore promenda. Quae vendenda, videndum, quae quoque [b] tempore oporteat promi. alia enim, quae [c] manere non poſſunt, ante quam ſe commutent, vt [d] celeriter promas, ac vendas: alia [e] quae ſeruari poſſunt, vt tum vendas, cum caritas eſt. ſaepe enim diutius ſeruata non modo vſuram adiiciunt; ſed etiam fructum duplicant, ſi tempore pro-
2 mas. Cum haec diceret Stolo [f], venit libertus aeditumi ad nos flens, et rogat vt ignoſcamus quod ſimus [g] retenti [h], et vt ei in funus poſtridie prodeamus. Omnes conſurgimus, ac ſimul exclamamus, quid? in funus? quod funus? quid eſt factum? Ille flens narrat ab [i] neſcio quo percuſſum cultello concidiſſe, quem qui eſſet, animaduertere in turba non potuiſſe, ſed tantummodo
3 exaudiſſe vocem, perperam feciſſe. Ipſe, cum patronum domum ſuſtuliſſet, et pueros dimiſiſſet [k] vt medicum requirerent, ac mature adducerent; quod potius illud adminiſtraſſet, quam ad nos veniſſet, aequum eſſe ſibi ignoſci. Nec ſi eum ſeruare non potuiſſet, quin non multo poſt animam efflaret, tamen putare [l] ſe feciſſe recte. Non [m] moleſte ferentes deſcendimus de aede, et de caſu humano magis querentes, quam admirantes [n] id Romae factum, diſcedimus [o] omnes.

Cap. LXIX. a. *cibarium* a. V.
b. *quoquo* I. B. R. et altero loco Br.
c. *quo* P. Iuntt.
d. *vt* abeſt Heru.
e. *quae dimiſiſſet* inſ. H. A. Gr. G.
f. *Stolo* deeſt I. B. R. Br.
g. *ſumus* a. V.
h. *detenti* I. B. R. Br. Deinceps *et ei vt in funus* Br.
i. *ab* abeſt I. B. R. Br.
k. *dimiſiſſet* I. B. Br. R. I. I. A. *demiſſ. al.*
l. *putaret* I. B. Br. R.
m. *I. non* P. *Id non* I. B. R. Br. *Id nos* I. I- G. A
n. *mirantes* I. B. R. Br.
o. *deſcendimus omne* B. R.

M. TE-

M. TERENTII VARRONIS
RERVM RVSTICARVM
DE
RE PECVARIA

LIBER II.

Viri magni noſtri maiores non ſine cauſa praeponebant ruſticos Romanos vrbanis. vt ruri enim, qui in villa viuunt ignauiores [a], quam qui in agro verſantur in aliquo opere faciundo: ſic qui in oppido ſederent, quam qui rura colerent, deſidioſiores [b] putabant. Itaque annum ita diuiſerunt, vt nonis modo diebus vrbanas res vſurparent, reliquis VII vt rura colerent. Quod dum ſeruauerunt inſtitutum, vtrumque ſunt conſecuti, vt et cultura agros foecundiſſimos haberent, et ipſi valetudine firmiores eſſent: ac ne Graecorum vrbana deſiderarent gymnaſia, quae nunc vix ſatis ſingula ſunt: nec putant ſe habere villam, ſi [c] non multis vocabulis retineant Graecis, quum [d] vocent particulatim loca, *προκοιτῶνα* [e], *παλαίστραν*, *ἀποδυτήριον*, *περίστυλον* [f], *ὀρνιθῶνα* [g], *περιστερεῶνα* [h], *ὀπωροθήκην*. Igitur quod nunc 2 3

VARIETAS LECTIONIS.

a. *igniauiore* Ienſſ. *igniauiores* P.
b. *deſidiores* Ienſſ. Br.
c. *niſi mult.* I. I- G.
d. *quin* I. I- G. Br. Eadem Br. paulo antea *valitudine* habet.
e. *procoeconam* I. B. R. Br. *procoectona* P.
f. *peryſtilon* I. B. R. Br. *priſtylon* P.
g. *ornytona* I. B. R. *ornythonn* Br.
h. *periſtereon* I. B. R. Br. *peripteron* P. I. *peripetron* Pol. 2.

nunc intra murum fere patres familiae correpserunt relictis falce et aratro, et manus mouere maluerunt in theatro ac circo, quam in [i] segetibus ac vinetis [k], frumentum locamus, qui nobis aduehat, qui [l] saturi fiamus ex Africa [m], et Sardinia: et nauibus vindemiam condi-
4 mus [n] ex insula Coa [o], et Chia. Itaque in qua terra culturam agri docuerunt pastores progeniem suam, qui condiderunt vrbem, ibi contra progenies eorum, propter auaritiam contra leges ex segetibus fecit prata, ignorantes non idem esse agriculturam et pastionem. alius enim opilio, et [p] arator: nec si possit [q] in agro pasci, armentarius non aliud ac bubulcus. Armentum enim id, quod in agro natum non creat, sed tollit dentibus. contra, bos domitus causa fit, vt commodius nascatur frumentum in segete, et pabulum in nouali.
5 Alia, *inquam*, ratio ac scientia coloni, alia pastoris. coloni, vt [r] ea [s] quae in agricultura nascantur [t] e terra fructum faciant. contra pastoris, vt [v] ea quae nata ex pecore. quarum [x] quoniam [y] societas [z] inter se magna, propterea quod pabulum in fundo compascere [a], quam vendere plerumque magis expedit domino fundi; et stercoratio ad fructus terrestres aptissima [b], et maxime ad id pecus [c] appositum: qui habet praedium, habere vtramque [d] debet disciplinam, et agriculturae [e], et pecoris pascendi, et etiam villaticae [f] pastionis. Ex ea enim quoque fructus tolli possunt non mediocres, ex orni-

i. *in* deest Heru.
k. *vinetis. Ac frum.* I. B. R. Br.
l. *qui saturi - - - vindemiam condimus* desunt I. B. R. Br.
m. *aphryca* P.
n. *condamus* P.
o. *cea* I. B. R. Br. et Cod. Vrsini.
p. *et alius ar.* I. B. R. A. Ba- G. Br.
q. *possunt* I. B. R. Br.
r. *vt* om. I. B. R. Br. Pol. et Codd. Victor.
s. *aeque agr.* Pol. *aequae agr.* Codd. Victorii.
t. *factum vt nascerentur e terra. Contra* I. B. R. Pol. Codd. Victor. Br.
v. *vt* om. I. B. R. Br. Codd. Victorii.
x. *Quare* I. I- G. A.
y. *quoniam* deest I. B. R. Br.
z. *consocietas* I. B. R. Br.
a. *compescere* Heru.
b. *apt. est, max. si ad* I. I- G. A.
c. *sit* ins. I. I- G. A.
d. *vtrumque debet*: P. I. B. R. Br.
e. *agriculturam* P.
f. *villaticae* Heru.

ornithonibus, ac leporariis, et piſcinis. E queis quoniam de agricultura librum Fundaniae vxori propter eius fundum feci: tibi Niger Turrani [g] noſter, qui vehementer delectaris pecore, propterea quod te emturientem in campos Macros ad mercatum adducunt crebro pedes, quo facilius ſumtibus multa poſcentibus miniſtres, quod eo facilius faciam, quod et ipſe pecuarias habui grandes, in Appulia ouiarias, et in [h] Reatino equarias: [Qua] de re pecuaria breuiter ac ſummatim percurram, ex [i] ſermonibus noſtris collatis cum iis, qui pecuarias habuerunt in Epeiro magnas, tum cum piratico bello inter Delum et Siciliam Graeciae claſſibus praeeſſem, incipiam hinc. 6 7

Cap. I. Cum [a] Menas [b] diſceſſiſſet, Coſſinius mihi, Nos [c] te non dimittemus [d], inquit, ante [e] quam tria illa explicaris, quae coeperas nuper dicere, cum [f] ſumus [g] interpellati. Quae tria, inquit Murrius? An ea, quae mihi [h] heri dixiſti de paſtoricia [i] re? Iſta [k], *inquit* [l] *ille*, quae coeperat [m] hic diſſerere, quae eſſet origo, quae dignitas, quae ars: cum Petam [n] feſſum [o] viſere veniſſemus, ni [p] medici [q] aduentus nos interrupiſſet [r]. Ego 2

O 3 vero,

g. *Turanni* a. V.
h. *in* omitt. I. B. R. Ba. G. Br. A.
i. *et* I. B. Br. R. Deinceps *his qui* — *Epiro* Br.

Cap. I. a. In antiquo ſic extat: HIC INTERMISIMVS. *Cum* Pol. Ita in omnibus ſuis Codd. literis maioribus ſcriptum reperit etiam Victorius, qui inde lacunae indicium colligebat cum Scaligero et Vrſino.
b. Vulgo *Menates* A. Ba. G. *Mennas*.
c. *noſte* iunct. Pol. 2. *noſſe* P. I. *ignoſce* I. B. R. I. I. Br.
d. *demittemus* P.
e. *te ante* I. B. R. Br.
f. *cum* deeſt P.
g. *fuimus* I. B. R. A. Ba. G. Br. Deinceps *Murius* Br. Ald.
h. *tria here dix. mihi* I. B. R. *here* quoque P. Vulgo *heri*.
i. *paſtoria* a. V.
k. *Inſta* P. I. B. R. Br.
l. *anquid* P. 1.
m. *coeperas* I. B. R. Br.
n. *poetam ſeſum* P. 1. *ſenſum* P. 2. *poetam ſeſum* ex Codd. ſuis laudauit Victor. in optimo nota mendi appoſita erat.
o. *ſeſſum* I. B. Br. R.
p. *ne* P. teſtante etiam Victorio, I. B. Br. R.
q. *medica* P. 2.
r. *inrediſſet* P. teſte etiam Victor. *irreptiſſet* I. B. Br. R.

vero, *inquam*, dicam duntaxat, quod est ἱστορικὸν [s], de duabus rebus primis [t], quae accepi, de origine, et dignitate. de tertia parte, vbi est de arte, Scrofa suscipiet [v]: vt semigraecis pastoribus dicam Graece, - - - ὅσπερ [x] μὲ πολλὸν ἀμείνων [y]. Nam is magister C. [z] Lucilii [a] Hirpi generi tui, cuius nobiles pecuariae in Brutiis habentur. Sed haec [b] ita a nobis accipietis, inquit Scrofa, vt vos, qui estis [c] Epirotici [d], pecuarii [e] athletae, remuneremini nos, ac quae scitis, proferatis in medium. Nemo enim omnia potest scire. Cum

3 accepissem conditionem, vt [f] meae partes essent primae, non quo non ego pecuarias in Italia habeam, sed non omnes qui habent citharam, sunt citharoedi: igitur, *inquam*, et homines et pecua [g] cum semper fuisse sit necesse natura. (siue enim aliquod fuit principium generandi animalium, vt putauit Thales Milesius, et Zeno Cittieus [h]: siue contra principium horum extitit nullum, vt credidit Pythagoras Samius, et Aristoteles [i] Stagerites [k] necesse est humanae vitae [l] a summa memoria [m] gradatim descendisse ad hanc aetatem, vt scribit

s. *historicon* I. B. R. Br.

t. *primum* I. B. R. Br. Deinceps *ac dignit.* Br. A.

v. *suscipiet: ὅς πέρ* etc. *vt semigraecis* I. I- G. A.

x. Graeca verba absunt I. B. R. Br. *ὅς. πέρ* diuis. I. I- G. *ὅς ὑπέρ* Zwing.

y. *ἄμεινον* Iuntt. *ἀμείνω* P.

z. *Sc.* P. *est* a. V.

a. *Luculli* P. Ienss. *Lucilli* a. V. Vulgo *Hipri.*

b. *hoc* I. B. R. Br.

c. *aestis* H. A. Gr. G. *esus* Pol. 2.

d. *epitrotici* Gr. G.

e. *thietate remine reminice. Haec quae scitis* a. V. quibus verbis praepositum erat stellae signum in I. I- G. A. *thiete remuneremini etc.* P. 1. *pecuaria thietate* P. 2. *Qui estis pecuria thietae remune reminimos ac* in Codd. suis reperit Victorius, vnde effinxit *Athletae*. Ita enim infra III. 5. 8. pro eo vocabulo Codex Victorii habebat scriptum *Nos athietae.*

f. *et* P.

g. *pecu* P, *pecus* I. B. Br. R. *pecudes* I. I- G. Victorius in libris suis reperit *pecua.*

h. *Cythieus* I. B. R. Br. Ba- G. A. *Cytheius* Iuntt. *cytieus* Pol.

i. *Aristotiles* B. R.

k. *Stagirites* B. R. A. I. I- G. H. St- D.

l. *humanam vitam* Cresc. a Gesnero laudatus. Sed in Basil. et antiqua mea IX. c. 1. haec verba non reperio.

m. *ad summam memoriam* I. B. R. Br. *ad summam memoria* P. 1. a. *summam memoriam* P. 2.

bit Dicaearchus: et summum gradum fuisse naturalem, 4 cum viuerent homines ex iis rebus [n], quae inuiolata [o] vltro ferret terra: ex [p] hac vita in secundam descendisse pastoriciam [q], e feris atque agrestibus, vt ex [r] arboribus ac virgultis [s] decerpendo glandem, arbutum [t], mora, pomaque [v] colligerent ad vsum; sic ex animalibus, cum [x] propter eandem vtilitatem quae possent [y] siluestria deprehenderent [z], ac concluderent, et mansuescerent. In queis [a] primum non sine causa putant oues assumtas, et propter vtilitatem, et propter placiditatem. maxime enim hae [b] natura quietae, et aptissimae ad vitam hominum. ad cibum enim lacte [c] et caseum adhibitum, ad (corpus) vestitum et pelles (et lanam [d]) attulerunt. Tertio [e] denique gradu a vita pa- 5 storali ad agriculturam descenderunt. in qua ex duobus gradibus superioribus retinuerunt multa. et [f] quo descenderant, ibi processerunt longe, dum ad [g] nos perveniret. Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot, vt [h] in Phrygia ex ouibus, vbi

O 4 greges

n. *his rebus* Cr. *rebus* deest margo D.

o. *quas inculta terra ferebat* Cr.

p. *et ex* Ba- G. A.

q. *agriculturam videlicet et pastoricam, et propter vtilitatem coeperunt colere agros et fructus percipere, plantare arbores vtiles et colligere fructus, item deprehendere animalia concludere et mansuefacere ipsa.* Cresc. Basil. vbi antiqua mea *mansueescere* habet.

r. *ex* om. I. B. R. Br.

s. *ac* addunt I. B. R. Br.

t. *arbustum* I. B. R. Br.

v. *poma* I. B. R. Br.

x. *mox* Cresc. Louan.

y. *possunt* I. B. R. Br.

z. *dependerent* Br. Voluit *deprenderent.*

a. *et primo coeperunt oues propter vtilitatem et facilitatem. haec namque m. n. quietae sunt, ad vitam h. apt.* Cresc.

b. *hae natura* om. I. B. R. Br.

c. *lac* I. B. R. Br. Ba- G. A. *lac et caseum competunt* Cr. Basil. sed antiqua mea *caseus.*

d. *ad vestitum vero pelles et lana. Deinde* cet. Cresc. Vulgo *lanam* deest *vestium et pelles* Brusch.

e. *Deinde autem coeperunt et domesticauerunt animalia caetera quae humano generi vtilia esse perpenderunt, et ad haec ex omnibus generibus domesticatis multa siluestria esse affirmantur in locis diuersis.* Ita pergit Cresc. *Deinque* Br.

f. *etiam quae* I. B. R. Br. *et in quae* Cresc. Louan.

g. Libri omnes editi et scripti *annus.* Emendauit Victorius; et sic habet *ad nos* Cresc. Louan.

h. *ab ouibus, vt in Phrygia* I. B. R. Br. *nam in Phrisia multi dicuntur esse ouium ferarum greges. In Samotrace caprae. In Italia multas esse sues feras nemini est ignotum.* Cresc.

greges videntur complures; vt in Samothrace caprarum, quas Latine rotas appellant. ſunt enim in Italia circum Fiſcellum [i] et Tetricam montes multae. De ſuibus [k] nemini ignotum, niſi qui apros non putat [l] ſues vocari. Boues perferi etiam nunc ſunt multi in Dardania, et Medica [m], et Thracia. Aſini feri [n] in Phrygia, et Lycaonia. Equi feri in Hiſpaniae [o] citerioris regionibus aliquot. Origo, quam dixi [p]: digni-
6 tas, quam dicam. De antiquis illuſtriſſimus quiſque paſtor erat, vt oſtendit [q] Graeca et Latina lingua, et veteres poetae, qui alios vocant πολύαρνας [r], alios πολυμήλους [s], alios πολυβούτας [t], qui [v] ipſas pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles tradiderunt [x], vt Argis Atreus, quam ſibi Thyeſtem ſubduxe [y] queritur: vt [z] in Colchide Aeeta [a], ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicuntur [b] Argonautae: vt in Libya [c] (ad) Heſperidas, vnde aurea mala, id eſt, ſecundum antiquam conſuetudinem, capras et oues,
7 [quas] Hercules ex Africa in Graeciam exportauit. Ea enim (a) ſua voce Graeci [d] appellarunt μῆλα [e]: Nec multo ſecus noſtri ab eadem voce, ſed [f] alia litera bela [g] vocarunt.

Creſc. Baſil. et antiqua mea. Pergit: *In Dardania Media et Thracia multi boues ferae. Aſini feri* et cet.

i. *Fiſcelium* I. I- G. A.

k. *ſubus* Pol.

l. *putant* ante Victor.

m. *Medica* P. Vulgo *Media.*

n. *feri* om. I. B. R. Cod. Vrſ. *Chaonia* Ienſſ. Br. et Creſc. *Lychaonia* B. R. *Lichaonia* I. I- G. A.

o. *Hiſpania exteriore* I. B. R. Br. *Hiſpaniae exteriore* Pol. *Hiſpania citriore* Creſc. Codex Vrſini *Equi in Hiſpania citeriore* habebat, ipſo probante.

p. *dixi*, *et* a. V.

q. *et* inſ. P.

r. *polyarnas* I. B. R. Br.

s. *polymelas* I. B. R. Br. *polymelos* P.

t. *polybutas* I. B. R. Br. πολυβούτας Iuntt.

v. *quod* P. I. I.

x. *prodiderunt* I. B. Br. R.

y. *ſubduxiſſe* a. V. *Thieſtem* Br. *Thyeſten* A.

z. *et* I. B. R. Br.

a. *Oeta* a. V. except. Heru. *ſic: aetum (aeaetam)* Pol.

b. *dicunt* Heru. *ducuntur* Ald.

c. *libro* P.

d. *Graece* P.

e. *mala* I. B. R. Br. *mela* P.

f. Vulgo interſertum *ab* deeſt I. B. R. Br.

g. Ita ſcripſi ex A. I. I- G. Vulgo erat: *litera. vox earum non me.*

vocarunt. non enim me, ſed bee ſonare videntur[h] oues[i] vocem efferentes: a[k] quo[l] belare[m] dicunt, extrita litera[n], vt in multis. Quod ſi apud antiquos non magnae dignitatis pecus eſſet, in caelo deſcribendo aſtrologi non appellaſſent eorum vocabulis ſigna, quae non modo non dubitarunt ponere, ſed etiam ab his principibus XII ſigna multi numerant: vt[o] ab ariete et tauro, cum ea praeponerent Apollini, et Herculi. ii[p] enim dii ea ſequuntur, ſed[r] appellantur Gemini. Nec ſatis putarunt de XII ſignis ſextam partem obtinere pecudum nomina, niſi adieciſſent, vt quartam tenerent[s], capricornum[t]. Praeterea a pecuariis addiderunt capram, hoedos[v], canes. An non[x] item in mari terraque ab his regionum[y] notae? [a pecore] in mari, quod nominauerunt a capris Aegeum pelagus: ad Syriam montem Taurum: in Sabinis Canterium[z] montem: Boſphorum[a] vnum Thracium, alterum Cimmerium[b]. Nonne in terris multa, vt oppidum in Graecia ἵππιον ἄργος? Denique[c] Italia a vitulis, vt ſcribit Piſo. Romanorum vero populum a paſtoribus eſſe ortum quis non dicit? quis Fauſtulum neſcit paſtorem fuiſſe nutricium, qui Romulum et Remum educauit? non ipſos quoque[d] fuiſſe paſtores obtinebit, quod Parilibus potiſſimum condidere vrbem? non item[e], quod multa etiam nunc ex vetere inſtituto bubus[f] et ouibus dicitur? et quod aes anti-

8

9

h. Ita ſcripſi cum A. I. I- G. pro *videtur: oues beelare vocem.*

i. Victorius primus addidit *beelare.* In P. 1. eſt *balare* in P. 2. *belare.*

k. *e* P.

l. *poſt* inſ. a. V.

m. *balare* I. B. R. Br.

n. *e litera, vt ſit in* I. I- G. Ita etiam A.

o. *vt* abeſt I. B. R. Br.

p. *hi* Br. Ald.

r. *et* A. Iunt. G. Paulo antea *eam ſequuntur* Br.

s. *teneret* I. B. Br. R. P.

t. *capricornus* I. B. Br. R.

v. *hoedos* A. et ſic infra Geſneriana; itaque reſtitui.

x. Vulgo additum *etiam* cum I. B. Br. R. omiſi, et damnauit Vrſinus.

y. *regionibus* Eaedem.

z. *cantherium* P.

a. *Boſp.* om. V.

b. *Cimerium* Br. Ald.

c. *in* add. P.

d. *quoque* omitt. I. B. Br. R. *ipſoſque* P.

e. Vulgatum *idem* cum Vrſino correxi. Deinceps *mulcta* B. R. Iuntt.

f. *bobus* I. B. R. Br.

antiquiſſimum, quod eſt [g] flatum [h], pecore eſt notatum? Et quod vruo vrbis [i], cum condita eſt, tauro, et vacca (iunctis), qui [k] eſſent muri [l] et portae definitum? Et quod populus Rom. cum luſtratur [m], ſuouitaurilibus [n] circumaguntur verres, aries, taurus? Et quod nomina multa habemus ab vtroque pecore, a maiore et a minore? A [o] minore, Porcius, Ouinius, Caprilius: ſic a maiore Equitius, Taurius [p] . . . . cognomina adſignificari, quod dicuntur vt [q] Annii [r] Caprae, Statilii Tauri, Pomponii Vituli: ſic a pecudibus alii multi. Reliquum eſt de ſcientia paſtorali, de qua quod [s] eſt dicendum, Scrofa noſter, cui haec aetas defert rerum ruſticarum omnium palmam, quo melius poteſt [t], dicet. Cum conuertiſſent in eum ora omnes, Scrofa, Igitur, inquit, eſt ſcientia pecoris parandi, ac paſcendi, vt fructus quam poſſunt [v] maximi capiantur ex ea, a quibus ipſa pecunia [x] nominata eſt. nam omnis pecuniae [y] pecus fundamentum. Ea partes habet nouem [z] diſcretas, ter ternas; vt ſit vna de minoribus pecudibus: cuius genera tria, ouis [a], capra, ſus. altera de pecore maiore [b], in

(margin: 10 at "tum?"; 11 at "Pomponii"; 12 at "cus fundamentum")

g. *eſt* om. I. I- G. A.

h. *flatum pecore*, *pecore* ante Geſnerum erat, qui prius *pecore* cum Codice Vrſini omiſit, ſuadente Buchnero Epiſt. P. 2. n. 116. et Pontedera. *conflatum* I. I- G. Ald.

i. Vulgo eſt *quod vrb. cum.* In Cod. Pol. eſt *vrbis.* In Codice Vrſini eſt *quod vrbis* in margine vero eadem manu ſcriptum eſt: *Taurus et vacca in vruo vrbis condendae* vnde Vrſinus *vruo vrbis* ſcribendum eſſe vidit, quod poſui, inſerto deinceps verbo *iunctis.*

k. *quae* P. vnde malebat Geſner *qua.*

l. *muris portae* I. B. R. Br.

m. *luſtraretur* I. B. R. Br.

n. *ſolitaurilibus* ante Victor. Vrſinus in Codd. eſſe ait *Suouetaur.* Vide ad Caton. 141.

o. *A minore* om. I. B. R. Br.

p. Ita cum I. I. ſcripſi probante Victorio Var. Lect. 32. c. 11. Vrſino et Geſnero. Vulgo erat *Taurus.* Deinceps lacunae ſigna appoſui.

q. *vt* om. I. I- G.

r. *Anni* I. I- G. *Anini coprae* Codd. Victorii. *Amni* Pol. Deinceps *Pomponi vitulus* Pol. In Bruſch. eſt *quot dicuntur vt Anni caprae Statili tauri.* et ſic Ald.

s. Vulgo eſt *qua eſt dicendum. quod*, *Scrofa.*

t. Ante Geſnerum omnes *poteſt dici*, *cum.* Geſner. *potes*, *dice.*

v. Ita pro *poſſint* ſcripſi ex A. Iunt. G. *poſſit* ſenſ. P.

x. *pecuaria* I. B. Br. R.

y. *pecuariae* Eaedem.

z. *diſcretas nouem* I. B. Br. R.

a. *oues* P.

b. *maiori pecore* Br. Ald.

in quo ſunt item ad [c] tres ſpecies natura diſcreti [d], boves, aſini, equi. tertia pars eſt in pecuaria [e], quae non paratur, vt ex iis [f] capiatur fructus, ſed propter ea, vt [g] ex ea ſint, muli, canes, paſtores. Harum [h] vnaquaeque in ſe generales [i] partes habet [k] nouenas, quarum in pecore parando neceſſariae quatuor; alterae in paſcendo totidem; praeterea communis vna. Ita fiunt omnes [l] partes minimum octoginta et vna, et quidem neceſſariae, nec paruae. 13 Primum vt bonum pares pecus, vnum ſcire oportet, qua aetate quamque pecudem parare, habereque expediat. Itaque in bubulo pecore minoris [m] emitis [n] anniculam et [o] ſupra decem annorum, quod a bima, aut trima fructum ferre incipit, neque longius poſt decimum annum procedit. 14 Nam prima aetas omnis pecoris et extrema ſterilis. E quatuor altera pars eſt cognitio formae vniuſcuiuſque pecudis, qualis ſit. Magni enim intereſt, cuiuſmodi quaeque ſit, ad fructum. Ita [p] potius bouem emunt cornibus nigrantibus, quam albis: capram amplam, quam paruam: ſues procero corpore, capitibus vt ſint paruis. Tertia pars eſt, quo ſint [q] ſeminio quaerendum. Hoc nomine enim [r] aſini Arcadici [s] in Graecia nobilitati, in Italia Reatini, vſque eo, vt mea memoria aſinus venierit ſextertiis millibus LX, et vnae quadrigae Romae conſtiterint quadringentis [t] millibus. 15 Quarta pars eſt de iure in [v] parando, quemadmodum quamque pecudem emi oporteat

c. *aliae* A. Iunt. G.
d. *diſcreta* I. B. Br. R. *diſcretae* A. Iunt- G.
e. *pecuario* I. B. Br. R.
f. *ex ea* A. Ba- G.
g. Ita ex Cod. Vrſini ſcripſi pro *eam aut ex ea ſint.* A. Ba- G. *eam vt muli.* I. B. Br. R. *ſicut muli.*
h. *Horum* I. B. Br. R.
i. *generalis* Br.
k. *omnium* I. B. Br. R. *hominum* P.
l. *omnium* Eaed. Edd.
m. *nec minor* A. Ba- G.
n. *emitur annicula* Eaedem. *emptis* P. 1. *emptio eſt* P. 2. *emptam* Ryck.
o. *et quae eſt ſupra X quod* I. B. Br. R. *nec quae eſt ſupra decem annos* A. Ba- G.
p. *Itaque* I. B. Br. R. A. Ba. G.
q. *ſint* om. B. R.
r. *hoc enim nomine* Br. Ald.
s. *Archadici* I. B. Br. R. *Arccadi* Codd. Victor. *Archadi* P.
t. *quadringenti* P.
v. *imperando* I. B. Br. R. *imparando* P.

oporteat ciuili iure. Quod enim alterius fuit, id vt fiat meum, neceſſe eſt aliquid intercedere. Neque in omnibus ſatis eſt ſtipulatio, aut ſolutio numorum ad mutationem domini [x]. In emtione alias ſtipulandum ſtatim, eſſe e [y] valetudinario, alias e ſano pecore, alias e neu-16 tro. Alterae partes quatuor ſunt, cum iam emeris, obſeruandae, de paſtione, de foetura, de nutricatu, de ſanitate. Paſcendi primus [z] locus qui eſt, eius ratio triplex. In qua regione quamque potiſſumum paſcas, et quando, et [a] queis? vt capras in montuoſis [b] potius locis et [c] fruticibus [d], quam in herbidis campis; equas contra. neque eadem loca, aeſtiua et hiberna idonea [e] omnibus ad paſcendum. Itaque greges ouium longe abiguntur ex Appulia in Samnium aeſtiuatum, atque ad publicanum [f] profitentur, ne, ſi inſcriptum pecus pauerint [g], lege cenſoria committant [h]. Muli e Roſea campeſtri aeſtate [i] exiguntur in Gurgures [k] altos montes.

17 Qui potiſſimum quaeque pecudum paſcatur, habenda ratio [l]. nec ſolum, quod foeno fit [m] ſatura equa, aut bos, cum ſues hoc vitent, et [n] quaerant [o] glandem: ſed quod ordeum, et faba interdum ſit quibuſdam obiiciendum, et dandum bubus lupinum, et lactariis Medica, et cytiſum. praeterea quod ante admiſſuram diebus xxx arietibus, ac [p] tauris datur plus cibi, vt vires habeant: foeminis bubus demitur, quod maceſcentes melius

x. *dominii* a. V.

y. *eſſe ſtatim alias e ſano* I. B. Br. R. Etiam Codd. Victorii om. *e valetudinario.*

z. *primum* P.

a. *E queis* vel *E quis* omnes praeter P. *et qui* Codex optim. Victor. *et queis* Cod. Vrſini.

b. Ita ex P. pro *montoſis* ſcripſi.

c. *quam* I. B. Br. R.

d. *fructibus* Iuntt.

e. *in* inſ. B. R.

f. *publicatum* Heru.

g. *pauerit* I. B. R. Br.

h. *committant mulietos, et a campeſtri*, a. V. *committant mulieros, et a* P. 1. *committunt mulieres* Pol. 2. ſuper vltima vocis *Muli e.* Codex vetuſtiſſimus Victorii: *Mulieros et a campeſtri.* alii *Mulieres* habebant.

i. *aetate* Iuntt.

k. *burbures* P. Victorius ait in libris ſuis eſſe *Gurgures* in editis *Burbures.*

l. *eſt* add. I. B. R. Br.

m. *ſatura ſit* A.

n. *et* om. I. B. Br. R.

o. *quaerunt* Eaedem.

p. *et* Br.

melius concipere dicuntur. Secunda pars eſt de foetura. Nunc [q] appello foeturam a conceptu ad partum: hi enim praegnationis primi [r] et extremi fines. quare primum videndum de admiſſione, quo quaeque tempore vt ineant facere oporteat [s]. nam, vt ſuillo pecori [t] a fauonio ad aequinoctium vernum putant aptum, ſic ouillo [v] ab arcturi occaſu, vſque ad aquilae occaſum. Praeterea habenda ratio, quanto [x] ante quam incipiat admiſſura fieri, mares a [y] foeminis ſecretos habeant: quod fere in omnibus binis menſibus ante faciunt et armentarii, et opiliones [z]. Altera pars eſt in foetura, quae ſint [a] obſeruanda, quod alia [b] alio tempore parere ſolet. equa enim ventrem fert XII menſes, vacca [c] decem, ouis et capra quinque [d], ſus quatuor. In foetura res incredibilis eſt in Hiſpania, ſed eſt vera, quod in Luſitania ad oceanum in ea regione, vbi eſt oppidum Olyſippo [e], monte Tagro, quaedam e vento certo tempore concipiunt equae, vt hic gallinae quoque ſolent, quarum oua ὑπηνέμια [f] appellant [g]. Sed ex his equis, qui nati pulli, non plus triennium viuunt. Quae nata ſunt matura, et chorda [h], vt pure et [i] molliter ſtent, videndum, et ne obterantur. Dicuntur agni chordi [k], qui poſt tempus naſcuntur, ac remanſerunt in voluis intimis. vocant χορίον [l], a quo chordi appellati. Tertia res eſt, de [m] nutricatu quid [n] obſeruari oporteat, in quo, quot diebus matris ſugant mammam, et

18 19 20

q. *Vnde* I. B. Br. R.
r. *primi praegn.* Br.
s. *oportet* I. B. Br. R.
t. *pecore* P.
v. *ouilo* I. B. R. *ouili* Br. A. Iunt. G. *ouilli* Vict. quod mutavit Geſner.
x. *quando* I. B. Br. R.
y. *ac* I. B. R.
z. *cipilones* P.
a. *ſunt* I. B. Br. R.
b. *alii* Br.
c. *vaca* Br.
d. Ita pro *quinos* Edd. a. V.
e. *Obſippo* P. et Cod. Victor. *Vlyſippo* H. *Oliſippo* Br. et Codex Beſſarionis teſte Surita ad Antonini Itiner. p. 416. ed. Weſſel. *Oliſyppo* Ald.
f. *hippenemia* a. V.
g. *appellabant* P.
h. *corda* P.
i. *et* abeſt I. B. R. Br.
k. *cordi* P.
l. *chorion* I. B. R. Br.
m. *de* abeſt I. B. R. Br.
n. *quae* I. B. R. Br. *qua adſervari* P.

et id quo tempore, et vbi: et si parum habet lactis mater, vt subiiciat sub [o] alterius mammam, qui appellantur subrumi [p], id est sub mamma. antiquo enim vocabulo mamma rumis [q], vt opinor. Fere ad quatuor menses a mamma non diiunguntur [r] agni, hoedi tres, porci duo [s] e queis, quom [t] puri [v] sunt ad sacrificium, vt immolentur, olim appellati [x] sacres, quos appellat Plautus, cum ait, Quanti sunt porci sacres? sic boues altiles, ad sacrificia publica [y] saginati, dicuntur opimi [z].

21 Quarta pars est de sanitate: res multiplex, ac [a] necessaria. quod morbosum pecus, et [b] vitiosum, et quando † non valet, saepe magna [c] gregem afficit calamitate. Cuius scientiae genera duo: vnum vt in hominem, ad quem adhibendi [d] medici [e]; alterum [f], quo ipse etiam pastor [g] diligens mederi possit. Eius partes sunt tres. nam animaduertendum, quae cuiusque morbi sint [h] causae, quaeque signa earum causarum sint, et quae

22 quemque morbum ratio [i] curandi sequi debeat. Fere morborum causae erunt [k], quod laborant propter aestus, aut propter frigora [l], nec non etiam propter nimium laborem, aut [m] contra [n], propter nullam exercitationem, aut si cum exercueris, statim sine interuallo cibum aut potionem dederis. Signa autem sunt, vt eorum, qui siue [o] ex aestu, siue [p] e labore febrem habent, adaper-

tum

o. *subalternis* iunct. I. B. R. Br.
p. *subruini* Ienss. Br. *Subgruni* P.
q. *ruinis* Ienss. Br.
r. *disiunguntur* a. V.
s. *duos* I. I- G. A.
t. *qui iam* Heru.
v. *pori* P.
x. *appellatis* Ienss. Br.
y. *puplica* Bon.
z. *optimi* I. B. R. Br.
a. *et* Br.
b. *est* P.
†. *quoniam* Br. I. B. R. et Codd. Victor.
c. *magna afficiuntur* P. Codd. Victor. I. B. R. Br.
d. *ahibendi* I. B. R. *vt in hom. vnum ahib.* Br.
e. *medices* P. Ienss.
f. *altera quae* I. B. Br. R.
g. *fastor* P.
h. *sit causa* I. B. Br. R. Deinceps *causarum earum* Br.
i. *curatio sequi* I. B. Br. R. Pol.
k. *in bobus hae sunt* Cresc.
l. *frigura* P.
m. *vt* P.
n. *contrarium nullam* I. B. Br. R.
o. *siue ex aestu* om. I. B. Br. R. Polit.
p. *siue e* om. P. *sine labore* I. B. Br. R.

tum os [q], humido ſpiritu crebro, et corpore calido. Curatio autem, cum hic eſt [r] morbus, haec. perfunditur aqua, et perunguitur oleo et vino tepefacto, et item [s] cibo ſuſtinetur, et iniicitur aliquid ne [t] frigus caedat [v], ſitienti aqua tepida [x] datur. Si hoc genus [y] rebus non proficitur, demitur [z] ſanguis, maxime e [a] capite. Item ad alios morbos aliae cauſae, etiam [b] alia ſigna in omni pecore, quae ſcripta habere oportet [c] magiſtrum pecoris. Relinquitur nonum [d], quod dixi, de numero, vtriuſque partis commune. Nam et qui parat pecus, neceſſe eſt conſtituat numerum, quot [e] greges, et quantos [f] ſit paſturus, ne aut ſaltus deſint, aut ſuperſint, et ideo fructus diſpereant. Praeterea ſcire oportet in grege quot foeminas habeat, quae parere poſſunt [g], quot arietes, quot vtriuſque generis ſoboles [h], quot reiiculae ſint alienandae. In alimoniis, ſi ſunt [i] plures nati, vt quidam faciunt, ſequendum, vt quoſdam ſubducas. quae res facere ſolet [k], vt reliqui melius creſcant. Vide, inquit Atticus, ne te fallat [l], et nouenae iſtae partes non exeant extra pecoris minoris ac maioris nomen. Quo pacto enim erunt [m] in mulis et paſtoribus nouenae partes, vbi nec admiſſurae, nec foeturae obſeruantur? In canibus enim [n] video poſſe dici. Sed do etiam in hominibus poſſe nouenarium retineri [o] numerum, quod in hibernis habent in villis mulieres,

23 24 25 26

q. *os* om. Eaedem. et Codd. Victorii.
r. *eſt haec perfund.* I. B. Br. R.
s. *idem* Eaed. *et item cibus* Ryck. *item* om. Creſc.
t. *ni* Br. A. Ba. G. ſed in Ald. diſtinguitur: *ni frigus cedat, ſitienti — datur.*
v. *cedat* I. B. Br. R. A. Ba. G. *caedat* Iunt. Vict. *frigidus cedat* Cr. edit. tres.
x. *frigida* Cr.
y. *genus rebus* om. Cr.
z. Ita pro *dimmittitur* I. B. Br. R.
a. *a* Eaedem et Cr. ſed Creſc. Louan. *demittitur ex* habet.
b. *et* Br.
c. *op. habere* Br.
d. *nonum* Ienſ. Br. Heru.
e. *quod gr. et quando* P. I.
f. Vulgo *quanto.*
g. *poſſint* a. V.
h. *ſoboles, quod epulae* P. *quot epulae* Codd. Victorii.
i *ſint* a. V.
k. *ſolent* I. B. Br. R.
l. *numerus fallat et ne* A. Iunt. G.
m. *ferunt* P.
n. *enim* defic. I. B. R. Br.
o. *retinere* I. B. R. Br.

mulieres, quidam [p] etiam in aestiuis, et id pertinere putant, quo facilius ad greges pastores retineant, et puerperio [q] familiam faciant [r] maiorem, et rem pecuariam fructuosiorem. Si, *inquam*, numerus non est, vt [s] sit ad amussim, vt non est, cum dicimus mille naves iisse [t] ad Troiam, centumuirale esse iudicium Romae: deme [v] (si vis) duas res de mulis, admissuram,
27 et parturam [x]. Vaccius [y], Parturam [z], inquit? proinde [a] vt non aliquoties [b] dicatur Romae peperisse mulam. Cui *ego* vt succinerem, subiicio, Magonem et Dionysium scribere, mulam [c], et equam, cum conceperint, duodecimo mense parere. Quare non, si hic in Italia cum peperit mula sit portentum, adsentiri omnes terras. Neque enim hirundines, et ciconiae, quae in Italia pariunt, in omnibus terris pariunt. Non scitis palmulas caryotas [d] in Syria parere in [e] Iudaea, in Italia
28 non posse? Sed Scrofa, Si exigere mauis sine mularum [f] foetura [g] et nutricatu numerum octoginta et vnum, est qui expleas duplicem istam lacunam: quod [h] extraordinariae fructuum [i] species duae accedunt magnae. quarum vna est tonsura, quod oues ac capras detondent [k], aut vellunt: altera, quae latius patet, est [l] de lacte, et caseo, quam scriptores Graeci separatim τυρο-ποιίαν

p. *et qu.* a. V.
q. *puerperiis* a. V.
r. *faciunt* P.
s. *vt sit* absunt I. I. G. A.
t. *isse* P
v. *Quare deme* P. *Qu. demes* I. B. R. Br.
x. *parituram* I. B. R. Br.
y. *Vactius a Commel.*
z. *Parituram* I. B. R. Br.
a. *prouide* I. B. R. Br. *perinde* Heru.
b. *aliquotiens* I. B. R. Br.
c. *mula et equa* P. Deinceps *ciconeae* Br.
d. *cariotas Syriam* I. B. R. Br.
e. *inuectas in Italiam* a. V. Codd. Victorii *In iurea.* vnde ipse vulgatam nunc effecit secutus Plinii locum 13 f. 6. *Iudaea inclyta est vel maxime palmis. Item sunt quidem in Europa, vulgoque Italia, sed steriles* Scaliger malebat inde efficere *Iturea.* Codex Vrsini *in Suria.* Ald. habet *palmas cariotas.*
f. *mulorum* I. B. R. Br.
g. *admissura et foetura num.* I. I. G. A. sed Ald. post *foetura* additum *é* habet.
h. *quae* I. B. R. Br.
i. *fructum* P.
k. *detondunt* I. B. R. *dentondunt ac* Br. *detundent* Iuntt. *et capras* A.
l. *est* abest. I. B. R., I. I. Br.

ποιΐαν [m] appellauerunt, ac ſcripſerunt de ea re permulta.

II. Sed quoniam nos [a] noſtrum penſum abſoluimus, ac limitata eſt pecuaria quaeſtio: nunc rurſus vos reddite nobis, o [b] Epeirotae, de vna quaque re, vt videamus, quid paſtores a [c] Pergamide, Malédoue [d] potis [e] ſint. Atticus, qui tunc [f] T. Pomponius, nunc Q. 2 Caecilius cognomine [g] eodem, Ego opinor, inquit, incipiam primus, quoniam in [h] me videre [i] conieciſſe oculos: et dicam de [k] primigenia pecuaria [l]. E feris enim [m] pecudibus primum dicis oues comprehenſas ab hominibus, ac manſuefactas. has primum oportet bonas emere. Quae [n] ita (cognoſcuntur) ab aetate, ſi neque vetulae ſunt, neque merae agnae: quod alterae iam nondum, alterae iam non poſſunt dare fructum. ſed ea melior aetas, quam ſequitur ſpes, quam ea quam mors. De 3 forma, ouem eſſe oportet corpore amplo, quae lanâ multa ſit et molli, villis altis, et denſis toto corpore, maxime circum ceruicem et collum, ventrem quoque vt habeat piloſum. itaque quae [o] id non haberent [p], maiores noſtri apicas appellabant, ac [q] reiiciebant. eſſe oportet cruribus humilibus, caudis obſeruare [r], vt ſint in Italia prolixis, in Syria breuibus. In primis videndum, vt 4 boni ſeminis pecus habeas. id fere [s] ex duabus rebus poteſt animaduerti, ex forma, et [t] progenie. Ex forma,

m. ſic *τυροποιΐαν* (TYPOTCIAN) P. deeſt plane I. B. Br. R.

Cap. II. a. *eos* B. R.

b. *o* deeſt I. B. R. Br.

c. *a pergamidae* I. I. H. A. Gr. G. A. *quibus verbis praepoſ. eſt ſtellae ſignum in* A. Ba- G. *apergamidae* iunct. I. B. R. Br.

d. *Maledone* I. B. R. Br. *in Aledone* I. I- G. A.

e. *poti* I. B. R. Br.

f. *nunc* Ba- G. A.

g. *cum nomine* a. V.

h. *vos in* I. I- G. A.

i. *video* a. V.

k. *de* abeſt I. I- G. A.

l. *pecuariae* I. I- G. A. *pecuariae feris* P. I. B. R. Br.

m. *cum* I. B. R. Br.

n. *quaeſita aet.* I. I- G. A.

o. *quo* P.

p. *habent* P.

q. *ac reiiciebant* deſunt I. B. R. Br.

r. *obſeruate* P.

s. *fere* omitt. P.

t. *ex* I. B. R. Br. *et ex* I. I- G. A.

ma, ſi arietes ſint fronte lana veſtiti bene, tortis [v] cornibus pronis [x] ad roſtrum, rauis oculis, lana opertis [y] auribus, amplo [z] pectore, ſcapulis et clunibus latis, cauda lata et longa. animaduertendum quoque linguane [a] nigra, aut varia ſit, quod fere qui eam [b] habent, nigros aut varios procreant agnos. Ex progenie autem
5 animaduertitur, ſi agnos procreant formoſos. In emtionibus iure vtimur eo, quod lex praeſcripſit. in ea enim alii plura, alii pauciora excipiunt. Quidam enim pretio facto in ſingulas oues, vt agni chordi [c] duo pro vna oue annumerentur, et ſi cui [d] vetuſtate [e] dentes abſunt, item binae pro ſingulis vt procedant [f]. de reliquo antiqua fere formula vtuntur. cum emtor dixit, Tanti ſunt mi [g] emtae? et ille reſpondit [h], Sunt, et expromiſit [i] numos: emtor ſtipulatur priſca formula ſic,
6 Illaſce oues, qua de re agitur, ſanas recte eſſe, vti pecus ouillum, quod recte ſanum eſt, extra luſcam, ſurdam [k], minam, (id eſt, ventre glabro,) neque de pecore morboſo eſſe [l], habereque recte licere, haec ſic recte fieri ſpondeſne [m]? Cum id factum eſt, tamen grex dominum non mutauit [n], niſi ſi [o] eſt adnumeratum. Nec non emtor pote [p] ex emto vendito [q] illum damnare, ſi non tradet [r], quamuis [s] non ſoluerit numos: vt ille emtorem ſimili iudicio [t], ſi non reddit [v] pretium.

v. *intortis* a. V.
x. *promis* P. 1.
y. *opertis*, *auribus amplis*, *pect.* *et a* Commel.
z *ampli* P. Ryck. Vulgatam *amplis pectore et ſcapulis*, ex Creſc. correxi.
a. *lingua ne* diu. a. V.
b. *eam* I. B. R. Br. *talem* A. I. I- G. Vulgo erat *ea*.
c. *cordi* P.
d. *quae* P. *qui* I. B. R. Br.
e. *veteres abſint* P. 2.
f. *prodant* I. I- G. A.
g. *mii* I. B. R. Br. *mihi* I. I- G. A.
h. *reſpondet* a. V.
i. *exprompſit* a. V. Deinceps *illaſque* Br. *ouilum* Eadem.
k. *ſurdem* Iuntt.
l. *etiam hab.* I. B. R. Br.
m. *ſpondes?* *Nec cum* omnes praeter Pol. qui *Ne cum.* *Haec ſi recte* Br.
n. *mutat* I. I- G. A.
o. *ſit aes* alii praeter Ryck. I. B. R. Br.
p. *poteſt* a. V.
q. *venditorem damn.* I. I- G. A.
r. *tradat* a. V.
s. *quam* P. *cum is* I. I- G. A.
t. *indici* Heru.
v. *reddidit* I. I- G. A.

pretium. De alteris quatuor rebus deinceps dicam, De pastione, foetura, nutricatu [x], sanitate. Primum prouidendum, vt totum annum recte pascantur intus, et foris. stabula idoneo loco vt sint: ne ventosa: quae spectent magis ad orientem, quam ad meridianum (tempus.) vbi stent, solum oportet esse eruderatum, et procliuum, vt euerri facile possit, ac fieri purum. non enim solum ea vligo lanam corrumpit ouium, sed etiam vngulas, ac [y] scabras fieri cogit. Cum [z] aliquot dies steterunt [a], subiicere oportet virgulta [b] alia [c], quo mollius requiescant, purioresque sint. libentius enim ita pascuntur. Faciendum [d] quoque septa secreta ab aliis, quo incientes [e] secludere possis, item quo corpore aegro. haec magis ad villaticos greges animaduertenda. Contra illi [f] in saltibus qui pascuntur, et a tectis absunt longe, portant secum crates [g], aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, caeteraque vtensilia. longe enim, et late in diuersis locis pasci solent, vt multa millia absint saepe hibernae pastiones ab aestiuis. Ego vero scio, *inquam*, nam mihi greges in Appulia hibernabant, qui in Reatinis montibus aestiuabant [h]. Cum inter haec bina loca, vt iugum continet sirpiculos [i], sic calles [k] publicae [l] distantes pastiones; easque [m] ibi, vbi pascuntur in eadem regione, tamen temporibus distingunt, vt aestate, quod cum [n] prima luce exeunt [o] pastum, propterea quod tunc herba roscida [p] meridianam [q],

7 8 9 10

 quae

x. *et* inf. I. B. R.
y. *ac eas* I. I- G. A.
z. *Cumque* I. I- G. A.
a. *ita steterint* I. I- G. A.
b. *virculta* P.
c. *et alia* I. I- G. A.
d. *Faciendumque se* I. B. R. Br.
e. *inicientes* P. quod etiam in libris suis repertum correxit Victorius. *enitentes* a. V.
f. *illa* I. B. R. Br. *ille* P. A. I. I- G. Vulgo erat *illae — quae*.
g. *grates* P.
h. *aestuabant* Ienss. Br.
i. *scirpiculos* I. I- G. A.
k. *colles* a. V.
l. *publice* A. I. I. et post has omnes.
m. *eaeque* vulgatum correxit Gesner. Deinceps *distinguunt* praeter P. Br. Ald. et Victor. aliae.
n. *tum* omn. praeter I. B. R. Br.
o. *in* inf. I. I- G. A.
p. *rosida* P. 2. Ie. Br. I. I- G. A. *ruscida* Pol. I.
q. *meridiana* I. B. Br. R. *meridianae* Iunt.

quae eſt aridior, iucunditate praeſtat: ſole exorto potum [r] propellunt, vt redintegrantes rurſus ad paſtum alacriores [s] faciant. 11 Circiter meridianos aeſtus, dum deferueſcant [t], ſub vmbriferas rupes, et arbores patulas [v] ſubiiciunt, quoad refrigeratur [x] aer, et veſpertino, rurſus paſcunt [y] ad ſolis occaſum. ita paſcere pecus oportet, vt auerſo [z] ſole agat. caput enim maxime [a] ouis molle eſt. Ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad bibendum appellunt, et rurſus paſcunt, quoad [b] contenebrauit. iterum enim tum iucunditas in herba redintegrabit [c]. Haec ab vergiliarum exortu ad aequinoctium autumnale maxime obſeruant. 12 Quibus in locis meſſes ſunt factae, inigere eſt [d] vtile duplici de [e] cauſa, quod et caduca ſpica ſaturantur, et obtritis ſtramentis, et ſtercoratione faciunt in annum ſegetes meliores. Reliquae paſtiones hiberno ac verno tempore hoc mutant, quod pruina iam exhalata, propellunt in pabulum, et paſcunt diem totum, ac meridiano tempore ſemel agere potum ſatis habent. 13 Quod ad paſtiones attinet, haec fere ſunt: quod ad foeturam, quae dicam. Arietes, quibus ſis vſurus ad foeturam, bimeſtri tempore ante ſecernendum, et largius pabulo explendum. Cum redierunt [f] ad ſtabula e paſtu, ordeum [g] ſi eſt datum, firmiores fiunt ad laborem ſuſtinendum. Tempus optimum ad admittendum ab arcturi occaſu ad aquilae occaſum, quod quae poſtea concipiuntur [h], fiunt vegrandes,

r. *puro* a. V. qui dedit ex libris ſuis *puto*. Ego Pontedera ſequor.
s. *algriores* P.
t. *deferueſcat* B. R. *deferueſcunt* A. Iunt- G.
v. *putulas ſubiciciunt: quoad* P.
x. Vulgo eſt: *refrigerato aere veſp.* P. 1. *refrigeratu.* P. 2. *refrigerata.*
y. Vulgo *paſcant.* P. 1. *paſcunt* mecum.
z. Vulgatum *aduerſo* omittere praeter P. I. I- G. monet Geſner. Habet Br. et Ald.
a. *c. en. ouis molle maxime eſt* Br. Ald.
b. *quaad* P. vt fere alibi.
c. Ita P. pro *redintegrauit.*
d. Omnes *intereſt* ante Geſn.
e. *de* om. I. B. Br. R.
f. *redierint* a. V.
g. *Si hordeum eſt d. fiunt firm.* Br. *fiunt firm.* etiam Ald.
h. Vulgatum *concipiunt* corr. Vrſin.

des, atque imbecillae [i]. Ouis praegnans [k] eſt diebus 14
CL. itaque fit partus exitu [l] autumnali, cum aer eſt modice temperatus, et primitus oritur herba imbribus primoribus euocata. Quamdiu admiſſura fit, eadem aqua vti oportet, quod commutatio et lanam facit variam, et [m] corrumpit vterum. Cum omnes conceperunt, rurſus arietes ſecernendi: ita factis praegnantibus quod (ſi) [n] ſunt moleſti, obſunt [o]. Neque pati oportet minores, quam bimas [p] ſaliri, quod neque natum ex his idoneum eſt, neque [q] non ipſae fiunt (etiam [r]) deteriores: et non meliores, quam trimae admiſſae. deterrent ab ſaliendo fiſcellis [t] e iunco, aliaue qua re, quod [v] alligant [x] ad naturam. Commodius ſeruantur, ſi ſecretas 15
paſcunt. In nutricatu cum parere coeperunt [y], inigunt in ſtabula ea [z], quae habent ad eam rem ſecluſa, ibique nata recentia [a] ad ignem prope ponunt [b], quoad conualuerunt [c], biduum aut [d] triduum retinent; dum agnoſcant [e] matrem agni, et pabulo ſe ſaturent. deinde dum [f] matres cum grege paſtum [g] prodeunt, retinent agnos, ad [h] quos cum reductae ad [i] veſperum, aluntur lacte, et rurſus diſcernuntur [k], ne noctu a matribus conculcentur. Hoc item [l] faciunt mane ante quam matres in pabulum exeant, vt agni ſatulli [m] fiant lacte. Cir- 16
citer decem [n] dies cum praeterierunt, palos offigunt [o], et ad eos alligant libro, aut qua alia re leui diſtantes [p], ne

i. *imnecillae* P. I.
k. *praegnas* P. vt alibi.
l. *exitus* P. an vt *interdius?*
m. *corrumpit et* Br.
n. *ſi* addidi de meo.
o. *abſunt* I. B. Br. R.
p. *trimas* A. Ba. G.
q. *nec non* Br. Ald.
r. *etiam* a. P. omiſſum incluſi.
s. *Minores quam trimae deter.* A. Ba. G.
t. *fiſcellas* I. B. R. *et fiſcellas* Br.
v. *quam* A. Iunt. G.
x. *alligent* I. B. Br. R.
y. *coeperint, iniiciunt* a. V. et Cr. Louan.
z. *eaque hab.* I. B. Br. R.
a. *recent. nata* Br.
b. *ponant* P.
c. *conualuerint* a. V.
d. *ad* P.
e. *adcognoſcant* P.
f. *dum* om. I. B. Br. R. Iunt.
g. *in paſtum* A. Ba. G.
h. *qui cum* a. V. *qui, cum* Ald.
i. *ſunt ad* A. Ba. G.
k. *diſcernentur* P.
l. *idem* I. B. Br. R.
m. *ſaturi* a. V. et Cr. Louan.
n. *dies decem* Br.
o. *affig.* a. V. et Cr. Lou.
p. *deſtantes* P.

ne toto die curſantes inter ſe teneri, delibent aliquid membrorum. Si ad matris mammam non accedet [q], admouere oportet, et labra agni vnguere [r] butyro aut adipe ſuilla [s], et olfacere labra lacte. Diebus poſt paucis obiicere his viciam molitam [t], aut herbam teneram, 17 ante quam exeunt [v] paſtum, et cum reuerterunt. Et ſic nutricantur quoad [x] facti ſunt quadrimeſtres. interea matres eorum his temporibus non mulgent [y] quidam [z], melius [a] qui omnino perpetuo, quod et lanae plus ferunt, et agnos plures. Cum depulſi ſunt agni [b] a matribus, diligentia adhibenda eſt, ne deſiderio ſeneſcant. itaque deliniendum in nutricatu pabuli bonitate: et a 18 frigore et aeſtu ne quid laborent, curandum. Cum obliuione iam lactis non deſiderant [c] matrem, tum denique compellendum in gregem ouium. Caſtrare oportet agnum non minorem [d] quinque menſium, neque ante quam calores aut frigora ſe fregerunt [e]. Quos arietes ſubmittere volunt, potiſſimum eligunt ex matribus, quae geminos parere ſolent. Pleraque ſimiliter faciendum in ouibus pellitis, quae propter lanae bonitatem, vt [f] ſunt Tarentinae et Atticae [g], pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici recte 19 poſſit vellus [h], vel lauari, ac putari [i]. Harum praeſepia ac ſtabula vt ſint pura, maiorem adhibent [k] diligentiam,

q. *accedit* A. Iunt. G.
r. *vngi* I. B. Br. R. *vngere* A.
s. *ſuillo* A. Iunt. G. *et ſquilla* Cr. Louan.
t. *mollitiam* Ienſ. *molitiam* P. *mollitam* a. V.
v. *exeant* I. B. R. Br. A. Iunt. *in paſtum* A. Ba- G. Pro *teneram* Cod. Vict. optimus habebat *tenentiam*, in quo latere *tenellam* putabat.
x. *quodad* P.
y. *mulgeant:* I. B. Br. R.
z. *quidem* Heru.
a. Vulgo *qui vt melius.* Sed a. V. deerat *vt* medium.

b. *a matribus agni, adh. dil. eſt* Br.
c. *deſiderat* P.
d. *minores. menſum* P.
e. *exegerint* a. V. *eregerunt (c. ſe regerunt)* P. Victorius librorum ſuorum *eregerunt* mutauit *in fregerunt.*
f. *non ſunt. Tarent.* I. B. Br. R.
g. *Antiaſicae* Eaedem. *Altinates* A. Iunt- G.
h. *vellus* addidi ex Br. et Pol.
i. Hanc Codicum ſuorum et Pol. lectionem pro *parari* recte probauit Victor. et Scaliger.
k. Vulgo *adhibeant.*

tiam, quam hirtis [l]. itaque faciunt lapide ſtrata, vt [m] vrina necubi in ſtabulo conſiſtat. His quaecunque iubentur, veſcuntur, vt folia ficulnea [n], et palea, et [o] vinaceae [p]. furfures obiiciuntur modice, ne parum, aut nimium ſaturentur. vtrumque enim ad corpus alendum inimicum. at [q] maxime amicum cytiſum, et Medica. nam et pingues facit facillime [r], et genit [s] lac [t]. De 20 ſanitate ſunt multa, ſed ea (vt dixi) in libro ſcripta [v] magiſter pecoris habet: et quae opus ad medendum, portat ſecum [x]. Relinquitur de numero, quem faciunt alii maiorem, alii minorem. nulli enim huius moduli naturales. illud fere omnes in Epeiro [y] facimus, ne minus habeamus in centenas oues hirtas [z] ſingulos homines: in capras [a] binos.

III. Cui Coſſinius, Quoniam ſatis [a] balaſti, inquit, o Fauſtule noſter, accipe a me cum Homerico Melanthio chordo [b] de capellis, et quemadmodum oporteat [c] breuiter dicere [d], diſce. Qui caprinum gregem conſtituere vult, in eligendo animaduertat oportet, primum aetatem, vt eam paret, quae iam ferre poſſit fructum, et de iis [e] eam potius, quae diutius: nouella enim quam vetus vtilior [f]. De [g] forma videndum, vt ſint firmae, 2 magnae, corpus lene vt habeant, crebro pilo [h], niſi ſi glabrae ſunt. duo enim genera earum. ſub roſtra duas

 vt

l. *hircis* I. B. Br. R.
m. *et* P.
n. *figulnea* P.
o. *et* om. I. B. Br. R. Pol.
p. *vinacia* I. B. Br. R.
q. *Vt* P.
r. *facilime* Br.
s. *generat* I. B. Br. R. *gignit* A. Iunt. G.
t. *lacte San.* P. *genit lacte San.* iam Codd. Victor.
v. *libro mag. pec. ſcripta ha-* et Br.
x. *ſec. portat* Br. Ald.
y. *Epiro* Br.
z. *hircas* P.

a. Vulgo *in pellitas binos.* I. B. Br. R. et Pol. 1. *in pellitas caprae binos* P. 2. *in pel. captae binos.*
Cap. III. a. *ſatis* om. I. B. Br. R.
b. *cordo* P. Ba. G. cum Aldina, quae tamen in reliquis locis eandem ſcripturam corrigi iuſſit in Emendandis.
c. *oportet* I. B. Br. R.
d. *dicere* om. Eaedem. *br. op.* Ald.
e. *his* Br.
f. *melior* A. Iunt. G.
g. *De* om. I. B. Br. R.
h. *pilo crebro* Br. A.

vt mammulas [i] pensiles habeant: quod eae [k] foecundiores sunt [l]. vbere sint [m] grandiore, vt et lac multum [n], et pingue habeant pro portione. Hircus melior [o] is et potissimum pilo albo, ac ceruice et collo breui [p], gurgulione [q] longiore. Melior fit grex, si non est ex col-
3 lectis comparatus, sed ex consuetis vna. De seminio [r] dico eadem, quae Atticus in ouibus. hoc aliter, ouium semen tardius esse, quo hae sunt [s] placidiores; contra caprile mobilius esse. De quarum velocitate in Originum libro Cato scribit [t] haec: In Sauracti [v], Fiscello [x] caprae ferae sunt, quae saliunt e saxo pedes plus sexagenos. Oues enim, quas pascimus, ortae sunt ab ouibus feris, sic caprae [y], quas alimus, a capris feris sunt [z] ortae, a queis propter Italiam Caprasia insula est nomi-
4 nata. De capris quod meliore semine eae, quae [a] bis pariant, ex his potissimum mares solent submitti ad [b] admissuras. quidam etiam dant operam, vt ex insula Media capras habeant, quod ibi maximi ac pulcherrimi
5 existimantur [c] fieri hoedi. De emtione aliter dico [d] atque fit, quod capras sanas sanus nemo promittit. nunquam enim sine febri sunt. Itaque stipulantur paucis exceptis verbis: ac Mamilius [e] scriptum reliquit sic, Illas capras hodie recte esse, et bibere posse, habereque recte [f] licere [g], haec spondesne? De quibus admirandum illud, quod etiam Archelaus scribit, non vt reliqua

i. *mammillas* a. V.
k. *hae* Br. A.
l. *sunt* om. P.
m. *sint* om. I. B. Br. R.
n. *lac pingue habeant et multum* Br.
o. *mulior* P. *melior is et* I. B. Br. R. *molliori pilo et pot.* A. Iunt. G. Vulgo *molliori et pot.* legitur.
p. Ita pro *breue* Heru.
q. *curculione* I. B. Br. R.
r. *siminio* P.
s. Ita pro *sint* I. B. Br. R.
t. *scripsit* Eaedem.
v. *Soracti* a. V.
x. *Fiscelio* A. Iunt. G.
y. *caprae* om. Br. I. B. R.
z. *sunt* om. Eaedem.
a. *eaeque* I. B. R.
b. *summitti admissuris* I. B. Br. R. *summitti* etiam Ald. *admissuras* sine *ad* P. 1. *ad admissuris* P. 2.
c. *fieri exist.* Br. Ald. *haedi* Br.
d. *adque fiet* Codd. Victorii. *fiet* etiam I. B. Br. R. *aliter atque de ouibus dico, quod* A. Iunt. G. atque de *omnibus* margo.
e. *Manilius* a. V. *Manilibus* P.
f. *recte* abest I. B. R. Br.
g. *licet* B. R.

qua animalia naribus, ſed auribus ſpiritum [h] ducere ſolere paſtores curioſiores aliquot [i] dicunt [k]. 6 De alteris quatuor, quod eſt de [l] paſtu hoc dico. ſtabulatur pecus melius ad hibernos exortus [m] ſi ſpectat, quod eſt alſioſum [n]. Id vt pleraque [o] lapide, aut teſta ſubſterni oportet, caprile quo minus ſit vliginoſum, ac lutulentum. Foris cum eſt pernoctandum, item in eandem partem caeli quae ſpectent [p], ſepta oportet ſubſterni virgultis, ne oblinantur. nec [q] multo aliter tuendum hoc pecus in paſtu, atque ouillum [r], quod tamen habet [s] ſua propria quaedam, quod potius ſilueſtribus ſaltibus delectantur [t], quam pratis. 7 Studioſe enim de agreſtibus fruticibus [v] paſcuntur, atque in locis cultis virgulta carpunt: itaque a carpendo caprae nominatae. ob [x] hoc in lege locationis fundi excipi ſolet, ne colonus capra natum in fundo paſcat. Harum enim dentes inimici ſationis, quas etiam aſtrologi ita receperunt in caelum, vt extra limbum [y] XII ſignorum excluſerint. [Sunt duo hoedi, et capra non longe a tauro.] 8 Quod ad foeturam pertinet, deſiſtente autumno exigunt a grege in [z] campos, hircos in caprilia, item vt in arietibus dictum. Quae concepit [a], poſt quartum [b] menſem reddit [c] tempore verno. In nutricatu hoedi, trimeſtres cum ſunt facti, tum ſubmittuntur, et in grege incipiunt eſſe. Quid dicam de earum ſanitate, quae [d] nunquam ſunt ſanae? niſi tamen illud vnum, quaedam [e] ſcripta habere

 magiſtros

h. *ſi tritum* P.
i. *aliqui* I. B. R. Br.
k. *hoc dic.* a. V.
l. *idem* I. B. R. Br.
m. *exortos* P.
n. *alſiomum* P. 2.
o. *plerique* I. B. R. Br. Pol. 2.
p. *ſpectant ſepta ſubſternimus* I. B. R. Br.
q. *Non* P.
r. *ouilum* Br.
s. *habent* P. *ſua quaedam* Br.
t. *del. ſalt.* Br.
v. *fructibus* I. B. Br. R. Heru.
x. *Ab* P.
y. *lembum* P.
z. *in campo* Ienſ. Br. *e campis* A. Ba. G.
a. *concipit* P.
b. *quattuor menſes* I. B. Br. R.
c. *redit* Heru. Deinceps vulgo *ſint.*
d. *quia* a. V.
e. *quod quaedam remedia ſcr. op. habere* A. Ba. G.

magiſtros pecoris, quibus remediis [f] vtantur ad morbos quoſdam earum, ac vulneratum [g] corpus, quod vſu venit iis [h] ſaepe, quod inter ſe cornibus pugnant, 9 atque in ſpinoſis locis paſcuntur. Relinquitur de numero, qui in gregibus eſt minor caprino, quam in ouillo [i], quod caprae laſciuae, et quae diſpergant [k] ſe. contra oues, quae ſe congregant et [l] ac condenſant in locum vnum. Itaque in agro Gallico greges plures potius faciunt, quam magnos, quod in magnis cito exiſtat [m] pe- 10 ſtilentia, quae ad perniciem eos [n] perducat [o]. Satis magnum gregem putant eſſe circiter quinquagenas. quibus aſſentiri putant id, quod vſu venit Gaberio equiti R. Is enim, cum in ſuburbano mille [p] iugerum haberet, et a caprario quodam, qui adduxit capellas ad vrbem x [q], ſibi in dies ſingulos denarios [r] (ſingulos [s]) dare audiſſet [t], coegit mille caprarum [v], ſperans ſe capturum [x] de praedio in dies ſingulos denarium [y] mille. Tantum enim fefellit [z], vt breui omnes amiſerit mor- 11 bo. Contra in Sallentinis [a] et in Caſinati ad centenas paſcunt. De maribus et foeminis idem [b] fere diſcrimen, vt alii ad denas capras ſingulos parent hircos, vt ego: alii etiam [c] ad xv, vt Menas: nonnulli etiam, vt Murrius [d], ad viginti.

IV.

f. *remediis* om. A. Ba- G.
g. *vulnera. Tum* I. B. Br. R.
h. *his quod ſaepe inter* Eaedem. *quod vſu ſaepe venit his* Ald.
i. *ouilo* Br.
k. *diſpergunt* a. V.
l. Ita pro *congregent ac condenſent* I. B. Br. R. A. Ba- G. *et condenſent* P.
m. *exiſtit* I. B. Br. R. *exiſtunt peſtilentiae* A. Iunt- G.
n. Ita pro *eum* A. Iunt. G.
o. *perducit* I. B. R. *perducitis* Bruſch. *perducunt* A. Iunt. G.
p. *haberet agrum iugerum mille* A. Ba- G.
q. *decem* Br. Iunt. P. *denarios ſibi in dies ſingulos dare* A. Ba-G.
r. *denarios* om. A.
s. *ſingulos* om. I. B. Br. R. A. Ba- G. igitur incluſi.
t. *audiſſe* P.
v. *gregem* add. A. Ba. G.
x. *capturam* P.
y. *denarios* A. Ba- G.
z. Ita pro *fefellerit* Edd. a. Victor.
a. *Salentinis* a. V. H. St- D.
b. *id* P.
c. *et* I. B. R. Br.
d. *Murius* a. V.

IV. Sed quis [a] e porculatoribus Italicis prodit, ac de ſuillo pecore expedit [b]? tametſi Scrofam potiſſimum de ea re dicere oportere [c], cognomen eius ſignificat. Cui Tremellius, Ignorare, inquit [d], videre, cur appeller Scrofa. Itaque vt etiam hi [e] propter te ſciant, cognoſce meam gentem ſuillum cognomen non habere, nec me eſſe ab Eumaeo [f] ortum. Auus meus primum appellatus eſt Scrofa, qui quaeſtor cum eſſet Licinio Neruae [g] Praetori in Macedonia prouincia relictus [h], qui praeeſſet exercitui, dum praetor rediret, hoſtes [i] arbitrati occaſionem ſe habere victoriae, impreſſionem facere coeperunt in caſtra. Auus [k], cum cohortaretur [l] 2 milites, vt caperent arma, atque exirent contra, dixit, celeriter ſe illos vt Scrofa porcos disiecturum. id [m] quod fecit. nam [n] eo praelio hoſtes ita fudit, ac fugauit, vt eo Nerua [o] praetor Imperator ſit appellatus, auus [p] cognomen inuenerit, vt diceretur Scrofa. Itaque proauus [q], ac ſuperiores, de Tremelliis nemo appellatus Scrofa; nec minus ſeptimus ſum deinceps praetorius in gente noſtra. Nec tamen defugio [r], quin dicam quae ſcio [s] de ſuillo [t] pecore. Agri enim culturae ab initio 3 fui ſtudioſus: nec de pecore ſuillo mihi [v] et vobis, magnis pecuariis, ea res non [x] eſt communis [y]. Quis enim fundum colit noſtrum, quin ſues habeat, et qui non

Cap. IV. a. Vulgo *quis e portu poſt Italico.* I. B. Br. R. *qui ſe portu.* P. 2. *qui portu.* Poſui Geſneri coniecturam, quae poteſt intelligi.
b. *expetit* I. B. Br. R.
c. *oportet* Br.
d. *Igitur inq. videris* A. Iunt. G.
e. *id* I. B. Br. R.
f. *eo auo* I. B. Br. R. *at auis eius cognominis* A. Iunt. G. *ab eum aeno ortum* Codd. Victorii, qui hinc vulgatam effecit.
g. *Nerua praetore* A. Iunt. G.
h. *eſſet* add. P.
i. *hoſtes ſe arbitrari* Br.
k. *Auos* P.
l. *hortaretur* a. V. *ac exirent* Br. A.
m. *idque fecit* a. V.
n. *nam ſi* Heru.
o. *parte* add. I. B. Br. R.
p. *et auus* A. Iunt. G.
q. *proauos* I. B. R. I. I. A. Gr. G. *inter proauos* Heruag.
r. *diffugio* a. V.
s. *ſciam* a. V.
t. *ſullo* P.
v. *mihi minor cura eſt, quam vobis ma. pec. Cui enim ea res* I. I. G. A.
x. *necnon* I. B. R. Br.
y. *communis?* I. I. G. A.

non audierit patres noſtros dicere, ignauum, et ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario [z] ſuſpenderit potius ab [a] laniario, quam ex domeſtico fundo? Ergo qui ſuum gregem vult habere idoneum, eligere oportet primum bona aetate, ſecundo bona forma. Ea eſt, cum [b] amplitudine membrorum, praeterquam pedibus et [c] capite, vnicoloris [d] potius quam varias [e]. Cum haec eadem vt habeant [f] verres videndum, tum vtique

4 ſint ceruicibus amplis. Boni ſeminis ſues [g] animaduertuntur [h] a facie, et progenie, et regione (caeli.) A facie, ſi formoſi ſunt [i] verris, et ſcrofa. a [k] progenie, ſi porcos multos pariunt. a regione, ſi potius ex his locis,

5 vbi naſcuntur, amplae [l] quam exilis [m] pararis. Emi ſolent ſic, Illaſce [n] ſues ſanas eſſe, habereque recte licere, noxiſque [o] praeſtari [p], neque de pecore morboſo eſſe, ſpondeſne? Quidam adiiciunt perfunctas eſſe a [q] febri, et a foria [r]. In paſtu locus huic pecori aptus vliginoſus, quod delectatur non ſolum aqua, ſed etiam luto. itaque ob eam rem aiunt lupos cum ſint nacti ſues, trahere vſque ad aquam, quod dentes feruorem carnis

6 ferre nequeant. Hoc [s] pecus alitur maxime glande, deinde faba, et ordeo, et caetero frumento. quae [t] res non modo pinguitudinem efficiunt [v], ſed etiam carnis iucundum ſaporem. Paſtum exigunt [x] aeſtate [y] mane, et antequam aeſtus incipiat, (meridie) ſubigunt in vmbroſum locum, maxime vbi aqua ſit. poſt meridiem rurſus

z. *carnarios* P.
a. *e* I. B. R. Br.
b. *cum excellit* A. Ba- G.
c. *et* inſer. I. I- G. A.
d. *vnius coloris* Ba- G. A.
e. *varii* a. V.
f. *habent* Ienſſ. *habet* P.
g. *Sues enim* I. I- G. A.
h. *animaduertantur* I. B. R. Br.
i. Ita Polit. pro *ſint verres*.
k. *A* deeſt P.
l. *ampli* a. Vict. qui dedit *amplas*.
m. *exiles. Parari et emi* a. V. *exilis, parari emi* P.
n. *Vt haſce* P.
o. *noxiiſque* I. I- G. A.
p. Ita pro *praeſtare* I. B. R. I. I. Br.
q. *a* omitt. I. B. R. Br.
r. *furia* I. B. R. Br.
s. *Hoc autem* a. V.
t. *Quodque* P.
v. *faciunt* I. B. R. Br.
x. *exſigunt* P.
y. *mane in aeſt*. I. B. R. Br. Deinceps addidi *meridie*.

rurſus lenito feruore paſcunt. hiberno tempore non prius exigunt paſtum, quam pruina euanuit, ac colliquefacta eſt glacies. Ad foeturam verres duobus menſibus ante ſecernendi. Optimum ad admiſſuram tempus a fauonio ad aequinoctium vernum: ita enim contingit, vt aeſtate pariat. quatuor enim menſes [z] eſt praegnans [a]. et tunc parit, cum pabulo abundat terra. Neque minores admittendae quam anniculae. melius xx menſes expectare, vt bimae pariant. Cum coeperunt [b], id facere dicuntur vſque ad ſeptimum annum [c] recte. Admiſſuras cum faciunt [d], prodigunt in lutoſos [e] limites ac luſtra, vt volutentur in luto, quae [f] eſt [g] illorum requies, vt lauatio hominis [h]. Cum omnes conceperunt [i], rurſus ſegregant [k] verres. Verris [l] octo menſium [m] incipit ſalire: permanet [n], vt id recte facere poſſit, ad [o] primum. deinde it [p] retro, quoad [q] perveniat [r] ad lanium. hic enim conciliator ſuillae [s] carnis datus [t] populo. Sus Graece dicitur ὗς [v] olim θῦς [x] dictus, ab illo verbo quod dicunt [y] θύειν [z], quod eſt immolare. Ab [a] ſuillo enim genere [b] pecoris immolandi initium primum ſumptum videtur, cuius veſtigia, quod initiis

7 8 9

z. *menſibus* I. B. R. Br.
a. *praegnax* P.
b. *coeperint.* a. V.
c. *annum. Recte adm.* I. B. R. Br.
d. *et* inſ. P.
e. *lutuoſos* I. B. R. Br. *lutoſus* P.
f. *quod eſt illarum* Ba- G. A.
g. *enim* I. B. R. Br.
h. *homini* I. I- G. A.
i. *conceperint* I. B. R. Br.
k. *ſegregat* P. Br.
l. *Verres* a. V.
m. *menſum* P.
n. *permanetque, et vt* I. B. R. Br. *permanet, et vt* P. *permanetque vt* I. I- G. A.
o. Victorianum *primum* recte deſeruit Popma et *trimum* dedit, ſed ſolus. *vſque ad quartum annum, deinde caſtratur, ſaginaturque, quoad peru.* A. I. I- G.
p. *id* I. B. Br. R. idem in libris ſuis repertum correxit Victorius.
q. *id* inſ. B. R.
r. *peruenit* I. B. R. Br.
s. *ſuinae* I. B. R. Br. *ſuinae (c. ſuillae)* P. 1.
t. *datur* a. V.
v. *ys* Pol. (c. ὗσ olim θὺς Sus. nam τὸ υ pro aſpiratione poni apud antiquos ſolet).
x. θύτης a. V. qui *thyſus* dedit. θῦς *is dictus* P. 2. θύτης *ab illo verbo dictus quod dicitur* Br.
y. *dicitur* a. V.
z. θήειν Iunt. θυεῖν Ienſ.
a. *A ſuillo* Br.
b. *pecore et genere* I. B. Br. R. *gen, pecore* P. *pecoris genere* Ald.

initiis Cereris [c] porci immolantur, et quod initiis pacis foedus cum feritur, porcus occiditur, et quod nuptiarum initio antiqui reges ac ſublimes viri in Hetruria in coniunctione nuptiali noua nupta et nouus maritus pri-
10 mum porcum [d] immolant. Priſci quoque Latini, et [e] etiam Graeci in Italia idem factitaſſe videntur. Nam et noſtrae mulieres, maxime nutrices, naturam, qua [f] foeminae ſunt, in virginibus appellant porcum [g], et Graecae [h] χοῖρον [i], ſignificantes eſſe dignum inſigni [k] nuptiarum. Suillum pecus [l] donatum ab natura dicunt [m] ad epulandum. Itaque iis animam datam [n] eſſe proinde [o] ac ſalem, quae ſeruaret carnem. E queis ſuccidias Galli optimas et maximas facere conſueuerunt [p]. Optimarum ſignum, quod etiam nunc [q] quotannis e Gallia apportantur Romam pernae tomacinae [r], et taniacae [s],
11 et petaſiones. De magnitudine Gallicarum [t] ſuccidiarum Cato ſcribit his verbis: in Italia in ſcrobes terna atque quaterna millia aulia ſuccidia. Vere ſus vſqueadeo pinguitudine creſcere ſolet, vt ſe ipſa ſtans ſuſtinere non poſſit, neque progredi vſquam. Itaque eas [v] ſi quis quo traiicere vult [x], in ploſtrum [y] imponit. In Hiſpania vlteriore in Luſitania [z] ſus cum [a] eſſet occiſus, Attilius Hiſpanienſis minime mendax, et multarum rerum peritus in doctrina, dicebat L. Volumnio Senatori miſſam eſſe [b] offulam cum duabus coſtis [c] quae [d] penderet

III

c. *Ceris* P.
d. *portum* Heru.
e. *ct* om. I. B. Br. Iunt.
f. *quam* P.
g. *porcam* A. Iunt. G.
h. *Graeci* a. V.
i. *echoeron* P.
k. *inſigne* I. B. Br. R. *in ſignum* A. Ba. G.
l. *pecu* P. deinceps *a natura* Br.
m. *iis* add. P.
n. *datam pro ſale*, *qui* a. V.
o. *pro in ac.* P.
p. *conſuerunt* P.
q. *num quod annis Gal.* P.
r. *comatinae* P.
s. *taniaciae* I. B. R. *cauarae* P. *canatae* ex libro ſuo laudat Victorius.
t. *Galliarum* I. B. R. Br.
v. *ſi quis eas* Br.
x. *velit* a. V. *volet* P.
y. *plaſtrum* P.
z. *vlteriore* repetit I. B. R. Br.
a. *cum ſus eſſet* A.
b. *eſſe* om. A. Iunt. G. *offullam* Br.
c. *coctis* P.
d. *quam* I. B. Br. R.

III et XX pondo: eiusque suis a cute ad os pedem et III digitos [e] fuisse. Cui *ego:* non minus res admiranda, quum [f] mi [g] esset dicta, in Arcadia [h] scio me [i] esse spectatum [k] suem, quae prae pinguitudine carnis non modo surgere non posset, sed etiam [l] vt in eius corpore sorex exesa carne [m] nidum fecisset, et peperisset mures. Hoc etiam in vineta [n] factum accepi. Sus ad foeturam 13 quae [o] sit foecunda, animaduertunt fere ex primo partu, quod non multum in reliquis mutat. In nutricatu quam porculationem appellabant, binis mensibus porcos sinunt cum matribus. secundum ea [p] cum iam pasci possunt, secernunt. Porci qui nati [q] hieme, fiunt exiles propter frigora, et quod matres aspernantur, propter exiguitatem lactis, et [r] quod dentibus sauciantur [s] propterea mammae [t]. scrofa [v] in sua quaeque [x] hara [y] suos alat [z] oportet porcos, quia [a] alienos (non) aspernantur [b]: et ideo si conturbati sunt in foetura, fit deterius. Natura [c] diuisus earum [d] annus bifariam [e], quod 14 bis parit in anno. quaternis mensibus fert ventrem, binis nutricat. Haram facere oportet circiter trium pedum altam, et latam amplius paulo, ea altitudine abs [f] terra [g] ne [h] dum exilire velit [i] praegnans, abortet [k]. Altitu-

e. *digitos* om. I. B. Br. R.
f. *quam quae nunc est dicta* A. Iunt- G.
g. *mihi* I. B. Br. R.
h. *Archadia* Br.
i. *me* om. A. Iunt- G.
k. *spectactum* Br. *spectatam* A. Iunt- G.
l. *etiam vt* om. I. B. Br. R. *et in* P.
m. *carne* om. Eaedem Edd.
n. *iuuenca* A. Iunt. G. Pol. 2.
o. *quam* A. Iunt- G.
p. Vulgo *sedeos, cum* P. *Secundo ea cum.* cum libro Victorii.
q. *sunt* add. A. Iunt. G.
r. *et* om. I. B. Br. R. Iunt.
s. Interpungunt I. B. R.
t. *matrem scrofam sua* I. B. Br. R. *quaque* Br.
v. *scrofus* P. *scrofam* A. Iunt- G.
x. *quamque* A. Ba- G.
y. *hora* P.
z. *vt alat* A. Iunt- G.
a. Vulgo *quo.* I. B. Br. R. *quae.* A. Ba- G. *quoniam.*
b. Vulgo *non* deest, et post Victorium *aspernantur* editum est.
c. *Natura* om. I. B. Br. R. Cr.
d. *eorum* I. B. Br. R. *eius* H. St- D. *est eius* A. Iunt- G.
e. *bifaria* P.
f. *ab* I. B. Br. R.
g. *terram* P.
h. *nedum* iunct. I. B. R. Heru.
i. *velis* Heru.
k. *abortiat* Heru.

Altitudinis modus ſit vt ſubulcus facile circumſpicere [l] poſſit, ne qui [m] porcellus a matre opprimatur; et vt facile purgare [n] poſſit cubile, in haris oſtium eſſe oportet, et limen inferius altum palmipedale, ne porci ex hara,
15 cum mater prodit [o], tranſilire poſſint. Quotieſcunque haras ſubulcus purgat, toties in ſingulas [p] arenam iniicere oportet, aut quid aliud [q] quod exugat [r] humorem [s] et cum pepererit [t], largiore cibatu ſuſtentare, quo facilius lac ſuppeditare poſſit. in quibus hordei circiter binas libras aqua madefactas dare ſolent, et [v] hoc quoque conduplicant, vt ſit [x] mane et veſperi, ſi alia quae
16 obiiciant non habuerint. Cum porci depulſi ſunt a mamma, a quibuſdam delici [y] appellantur [z], neque iam lactentes [a] dicuntur. qui a partu decimo die habentur puri, et [b] ab eo appellantur ab antiquis ſacres, quod tum ad ſacrificium [c] idonei dicuntur primum. Itaque apud Plautum in Menaechmis [d], cum [e] inſanum quem [f] putat, vt pietur in oppido Epidamno [g], interrogat,
17 Quanti hic porci ſunt ſacres? Si fundus miniſtrat, dari ſolent vinacea [h], ac ſcopii [i] ex vuis. Amiſſo nomine lactentis [k], dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere poſſunt [l], id eſt, frangere. Porcus [m] Graecum eſt nomen antiquum, ſed obſcuratum, quod nunc

l. *deſpicere* A. Iunt. G.
m. *nequis* a. V.
n. *purigare* P. 1. *purgari* P. 2.
o. *prodiit* I. B. R. Br. Deinceps *quotiensc.* — *totiens* Br.
p. *in ſingulas* addidi ex A. Ba. G. *ſingulas* ſolum inſerit Iuntina.
q. *item* I. B. Br. R. Iunt.
r. *exſiccato humore* I. B. Br. R.
s. Vulgo inſerta verba *in ſingulas iniicere debet*, a Geſnero incluſa, omiſi cum A. Iunt. G. *in ſing. haras* habent I. B. Br. R.
t. *peperit* Baſ.
v. *quodque cond.* I. B. Br. R. *quod cum depublicant* P.
x. *ſit* Iunt.
y. *deliti* P.
z. *appellant* I. B. R.
a. *lactantes* a. V.
b. *et* addidi ex I. B. Br. R.
c. *ſacrificia* a. V.
d. *Menaechinis* Br. *Menaechimis* P.
e. *eum* I. B. Br. R.
f. *qui* Eaed.
g. *Epidamdo* P.
h. *vinacia* a. V.
i. Vulgo *ſcopi.* P. *ſcopei.* | *ſcropei* Cr. Lou. *ſcapi* a. V.
k. *lactantis* a. V.
l. *poſſint* a. V.
m. *Porcus enim* a. V.

nunc eum vocant χοῖρον [n]. In eorum foetu [o] ſcrofae bis die vt bibant, curant, lactis cauſa. Parere tot [p] oportet [q] porcos, quot [r] mammas habeat. ſi minus pariat, fructuariam idoneam non eſſe. ſi plures pariat, eſſe portentum. In quo illud antiquiſſimum fuiſſe ſcri- 18 bitur, quod ſus Aeneae [s] Lauinii xxx porcos pepererit [t] albos. Itaque quod portenderit, factum xxx [v] annis, vt Lauinienſes [x] condiderint [y] oppidum Albam [z]. Huius ſuis, ac porcorum etiam [a] nunc veſtigia apparent Lauinii [b]: quod et ſimulacra eorum ahenea [c] etiam nunc in publico poſita, et corpus matris ab ſacerdotibus, quod in ſalſura fuerit, demonſtratur [d]. Nutricari [e] octo- 19 nos porcos paruulos primo poſſunt: incremento facto, a peritis dimidia pars remoueri ſolet, quod nec [f] mater poteſt ſufferre lac, neque congenerati aleſcendo roborari. A partu decem diebus proximis non producunt ex haris matrem praeterquam potum. praeteritis decem diebus ſinunt exire paſtum in propinquum locum villae, vt crebro reditu lacte [g] alere poſſit [h] porcos. Cum cre- 20 verunt [i], cupiunt [k] ſequi matrem [l] paſtum: domique ſecernunt a matribus, ac ſeorſum paſcunt, vt deſide-

rium

n. *choeron* P.

o. *potu* a. V. *petu* P. et Codex antiq. Vict. recentior *pecu*. vnde effecit *foetu*.

p. *nunc* I. B. Br. R.

q. *oportere* P.

r. *quo* Br.

s. *lauini Aeneae* I. B. R. *Lauini Aeneae* Br. *Aeneae lauini* A. Iunt. G. Pol.

t. *peperit* Br. A. Ba- G.

v. *trigeſimum annum* I. B. Br. R.

arbuſculis [r] humilibus ordinatae, cum a ſumma maceríe ad epiſtylium [s] tecta porticus ſit rete cannabina [t], et ab epiſtylio ad ſtylobaten. hae ſunt auibus omne [v] genus oppletae [x], quibus cibus adminiſtratur [y] per retem [z], et aqua riuulo tenui affluit. Secundum [a] ſtylobatis interiorem partem, dextra et [b] ſiniſtra, ad ſummam aream quadratam [c], e medio diuerſae duae non latae, ſed [d] oblongae ſunt piſcinae ad porticus [e] verſus. Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemita in tholum [f], qui eſt vltra [g] rotundus [h] columnatus, vt eſt in aede Catuli, ſi pro parietibus feceris [i] columnas. Extra eas columnas eſt ſilua manu ſata, grandibus arboribus tecta, vt infima perluceat tota [k], ſepta maceriis altis. Intra tholi [l] columnas exteriores lapideas et totidem interiores ex abiete tenues, locus eſt P. V. latus. Inter columnas exteriores pro pariete reticuli [m] e neruis [n] ſunt, vt proſpici [o] in ſilua poſſit, et quae [p] ibi ſunt, neque auis [q] ea [r] tranſire. Inter interiores columnas pro pariete rete auiarium [s] eſt obiectum. Inter has et [t] exteriores gradatim ſubſtructum [v] vt θεατρίδιον auium [x]. mutuli crebri

12

13

r. *artibuſculis* W. P. 1. *atribuſculis* P. 2.
s. *epiſtilum* I. B. R. *epiſtylum* Br. *epiſtilium* Wr.
t. *canabina* a. V. Deinceps verba *et ab epiſtylio ad ſtilobaten* om. I. B. Br. R. *ab epiſtylo ad ſtilobate* P. et Wrat.
v. *omnigenus* P. 1. *omnis generis* P. 2.
x. *completae* Wr.
y. Ita pro *miniſtratur* ſcripſi ex I. B. Br. R. A. Iunt. G. et Polit. libro.
z. *rete* I. B. Br. R. A. Iunt. G. Wr.
a. *Sed* Wr.
b. *ac ſiniſtra* Br. Ald.
c. *quadrato iam e medio. Diverſae* Bruſch.
d. *ſed* om. P.
e. *porticulas* I. B. Br. R. *porticuas* W. P.
f. *colum* Wr.
g. *intra* Wr.
h. *rutundus* P. *rhotundus* Wr.
i. *ferreis colundas* Wr.
k. Vulgo diſtinguitur; *perluceat tota ſepta.*
l. *tholis* Bruſch. et Wr.
m. *reticule, neru.* (ſic) Wr.
n. *veruis* P.
o. Ita pro *perſpici* ſcripſi ex I. B. Br. R. Wr.
p. *qui* P. *quam* Wr.
q. *animus* Wr.
r. Ita pro *eas* ſcripſi ex I. B. Br. R. Ald. Wr. et deinceps *Inter interiores* pro *Intra* cum Turnebo.
s. *auiarum* Wr.
t. *et* om. I. B. Br. R. Wr.
v. *ſunt ſtructa* A. Iunt. G.
x. *auium mutulis crebris* Eaedem.

14 bri omnibus [y] columnis impositi [z], sedilia auium. Intra retem [a] aues [b] sunt omne genus, maxime cantrices [c], vt lusciniolae [d], ac [e] merulae, quibus aqua ministratur per canaliculam [f], cibus obiicitur sub retem [g]. Subter [h] columnarum [i] stylobatem est lapis a falere pedem et dodrantem alta, ipsum falere ad duo pedes altum a stagno, latum ad quinque, vt in culcitas [k] et columellas [l] conuiuae pedibus circumire possint. Infimo intra [m] falere est stagnum cum margine pedali, et insula in medio parua. Circum falere et [n] naualia [o] sunt excauata
15 anatium [p] stabula. In insula est columella, in qua intus axis [p], qui pro mensa sustinet rotam radiatam, ita vt ad extremum, vbi orbile [q] solet esse acutum [r], tabula [s] cauata sit, vt tympanum in latitudinem duo pedes et semipedem, in altitudinem palmum. Haec [t] ab vno puero, qui ministrat, ita [v] vertitur, vt omnia vna ponantur et ad bibendum, et ad edendum [x], et
16 admoueantur [y] ad omnes conuiuas. Ex suggesto faleris, vbi solent esse περιπετάσματα [z], prodeunt [a] anates [b] in stagnum, ac nant, e quo riuus peruenit [c] in [d] duas, quas dixi, piscinas, ac pisciculi vltro ac citro [e] commeant:

y. *in omnibus* a. V.
z. *impositis* A. Iunt- G. omittit Wr.
a. *rete* a. V.
b. *sunt auium* I. B. Br. R. deinceps *omnigenus* P.
c *chantatrices* Wr.
d. *luscinolae* P. Wr. Iens. *lusiniolae* B. R.
e. *ac* om. I. B. Br. R.
f. *canaliculum* a. V.
g. *rete* a V.
h. *Subtus* P. et Brusch.
i. *volumnarium* Wr. deinceps *stilobatus* Wr. *stillobatem* Heruag. Postea *a farre* Brusch. *altus, ipsum* A. Iunt- G. Denique *duos pedes* Br. et Ald.
k. *culcitris* I. B. R. Br.
l. *collumellas* W. *columnellas* a. V.
m. *in falere* Codex Vrsini.
n. *vti* Codex Vrsini probante Gesnero.
o. *natatilia* A. Iunt- G.
p. *anatum* I. B. Br. R. A. *ad natandum* Wr.
p. *assis* I. B. R. Br.
q. *oribile* W.
r. *acuitum* P.
s. *vna* inf. I. B. R. Br.
t. *Hoc* W.
v. *inuertitur* W.
x. *comedendum* W.
y. *admonentur* W.
z. *peristetasinata* Ienss. Br. *peripatasinata* W.
a. *proderint* W.
b. *anatas* W. *aues* I. B. R. Br.
c. *prouenit* I. B. R. Br.
d. *ad* W.
e. *cito* W.

commeant [f]: cum et aqua calida et frigida ex orbi [g] ligneo mensaque, quam dixi in primis radiis esse, epitoniis [h] versis ad vnumquemque [i] factum sit [k] vt fluat conuiuam. Intrinsecus sub tholo stella lucifer interdiu, 17 noctu hesperus ita circumeunt ad infimum hemisphaerium [l], ac mouentur, vt indicent quot sint horae. In eodem hemisphaerio [m] medio circum cardinem est orbis ventorum octo, vt Athenis in horologio, quod fecit Cyrrhestes [n]. ibique eminens radius a cardine ad orbem ita mouetur, vt eum [o] tangat ventum, qui flet [p], vt intus scire possis [q]. Cum haec loqueremur clamor 18 fit in campo. Nos athletae [r] comitiorum vna [s], cum id fieri non miraremur [t] propter studia suffragatorum [v], et tamen scire vellemus, quid esset, venit ad nos Pantulaeius [x] Parra. Narrat ad [y] tabulam, cum dirimerent [z], quendam deprehensum [a] tesserulas coniicientem in loculum, eum ad consulem tractum a fautoribus competitorum [b]. Pauo surgit, quod eius candidati custos dicebatur deprehensus.

VI. Axius, De pauone, inquit, libere licet dicas, quoniam discessit Fircellius, qui secus si quid diceres [a] de

f. *cometant* W. *commetant* P.
g. *orbe* I. B. Br. R. A. I. I- G.
h. *epiconiis* W. *epistomiis* P. *epistomiis* I. B. R. Br. et Ald.
i. *vnumquodque* P. 2.
k. *sic vt fluat* omnes Edd. annotante Gesnero. Sed in Brusch. est *sic vt fluat conuiuam.* Etiam in Codice Wrat. *sic vt flat conuiua.* vnde correxi Gesnerianam lectionem *vnumquemque, factum sit, vt fluat in conuiuam.*
l. *emisperium* W. *hemispaerium* Iensf. *hemisperium* B. R. Br. et Aldin.
m. *emisperio* W. *hemisperio* B. R. A. *hemispaerio* Iensf. Br.
n. *Cyprestes* ante Commel. omnes.
o. *cum stagnat* W.
p. *flat* W. I. B. R. Br.
q. *possit* W.
r. *a thiete* I. B. R. Br. *anethe* P. 2. *athlaetae* A. Iunt. G.
s. *ima* P.
t. *mirarer* W.
v. *suffragaturum* W.
x. *pantula eius* diu. W. *Pantuleius* I. B. R. Br.
y. *ac* W. *at* P.
z. *diriperent* W. I. B. R. Br. et Cod. Vrsini *decumberet* A. Iunt. G. *diriberent* Vict. et Gesneriana.
a. *depressum* W. *deprensum* P.
b. *compeditorum* W.

Cap. VI. a. *diceret* Ald. Victor. *de his* Br. Ald.

de iis, gentilitatis cauſa fortaſſe an [b] tecum [c] duceret ſerram. Cui [d] Merula, de pauonibus noſtra memoria, inquit, greges haberi [e] coepti, et venire [f] magno. Ex iis M. Aufidius Lurco [g] ſeſtertiûm [h] ſexagena millia numûm in anno dicitur capere. Ii [i] aliquanto pauciores eſſe debent mares quam foeminae, ſi ad fructum ſpectes; ſi ad delectationem, contra: formoſior enim mas.
2 Pauonum [k] greges agreſtes tranſmarini eſſe dicuntur in inſulis, Sami in luco [l] Iunonis, item in Planaſia inſula M. Piſonis. Hi ad greges conſtituendos parantur bona aetate et bona forma. huic enim natura formae e volucribus dedit palmam. Ad admiſſuram hae [m] minores
3 bimae non idoneae, nec iam maiores natu. Paſcuntur omne genus obiecto frumento, maxime ordeo. itaque ſenis his [n] dat in menſes ſingulos ordei ſingulos modios, ita vt in [o] foetura det [p] vberius, et [q] ante quam ſalire incipiant. Is [r] a procuratore ternos pullos exigit, eosque cum creuerunt [s], quinquagenis denariis vendit, vt
4 nulla ouis hunc aſſequatur fructum. Praeterea oua emit ac ſupponit gallinis, ex quibus ex iis excuſos [t] pullos refert [v] in teſtudinem [x] eam, in qua pauones habet: quod

b. *fortaſſe ante eum* omnes. Edd. In optimo Codice et aliis reperit Victorius *ante cum*. Eandem in Veneto Codice reperit ſcripturam Pontedera.

c. *cumduceret* iunct. P. *conduceret* I. B. R. *eum duc.* alii. In Bruſch. eſt: *fortaſſis ante conduceret.*

d. *Qui* I. B. Br. R.

e. *habere coepit* I. B. Br. R. A. Ba- G.

f. *ventre* Br. *veniere* A. Iunt- G. Deinceps *Ex his* Br. A.

g. *Lyrcho* P. teſte etiam Victorio. *Lurcho* I. B. Br. R.

h. *S̈ ſexagena* Br. *H. S. ſexagena* A. Ba- G. Geſner cum Victorio dedit *ſupra ſexagena. nummum* Br.

i. *Hi* Br. *Ex his* Ba- G. A.

k. *Paſcendi* I. B. Br. R.

l. *loco* Br. Deinceps *in inſula Piſ.* I. B. Br. R.

m. *hac* P.

n. Ita vulgatum *Seius iis* correxi ex I. B. Br. R. quae tamen *dant* habent.

o. *in* omitt. I. B. R. Br.

p. *detur* A. Ba- G.

q. *et* omitt. I. B R. I. I. Br.

r. *Hos* I. B. R. Br. *Has* P.

s. *creuerint* a. V.

t. *excuſſos* a. V. *ex his* Br. Ald.

v. *refert. In* I. B. R. Br.

x. *tectum id, in quo* I. B. R. Br. *in id tectum quo* rel. a. V. *in id tectum in quo* Ald. *teſtudinem eam* etc. Pol. 2. *in teſtabilem* Pol. I. et Vict.

quod tectum [y] pro multitudine pauonum fieri debet, et habere cubilia discreta, tectorio leuata, quo neque serpens, neque bestia accedere vlla possit. Praeterea habere locum ante se, quo pastum exeant diebus apricis. Vtrumque locum purum esse volunt hae volucres. itaque pastorem earum [z] cum batillo [a] circumire oportet, ac stercus tollere ac conseruare; quod et [b] ad agriculturam idoneum est, et ad substramen pullorum [c]. Primus hos [d] Q. Hortensius augurali aditiali [e] coena posuisse dicitur. quod potius [f] factum tum [g] luxuriosi [h], quam seueri boni viri laudabant. quem cito secuti multi extulerunt eorum pretia, ita vt oua eorum denariis veneant quinis, ipsi facile quinquagenis, grex centenarius facile quadragena millia sextertia vt reddat, vt quidem [i] Albutius [k] aiebat, si in singulos ternos exigeret [l] pullos, perfici sexagena posse.

VII. Interea venit apparitor Appii a consule, et augures ait citari. Ille foras exit e villa. At in villam intro [a] inuolant columbae. de quibus Merula [b] Axio [c], si vnquam περιστεροτροφεῖον constituisses, has [d] tuas esse putares, quamuis ferae essent. Duo enim genera earum in περιστεροτροφείῳ [e] esse solent. Vnum agreste, vt alii dicunt saxatile, quod habetur in turribus ac columinibus villae, a quo appellatae columbae, quae

T 2 propter

y. *magnum* A. I. I- G. *vlla acced. possit* A. et Br. et deinde *locum habere ante se* Br. et Ald. et *vtrunque*.
z. *eorum* I. B. R. Br.
a. *bacillo* I. B. R. Br. *vatillo* P. 1. et 2.
b. *et* omitt. I. B. R. Br.
c. punct. om. Heruag.
d. *hoc* H. A. vtrumque posuere Gr. G.
e. *adiiciali* abest A. Ba- G. *adiciali* Pol. Gesner cum Victorio dederat *adiiciali*, quod est etiam in Edd. primis.
f. *potius* I. B. Br. R. I. I. reliqui *protinus*.
g. *tam* alii praeter Pol.
h. *luxoriosi* Ba. Heru.
i. *quidam* A. Iunt. G.
k. *Abuccius* P.
l. *exigent* I. B. R. Br.

Cap. VII. a. *in vitro* P. 2.
b. *me de columbis aula Axios inquam experisterotrophio constit.* Pol.
c. *Axi* a. V.
d. *has* abest I. B. R. Br.
e. *peristeotrophio* I. B. Br.

propter timorem naturalem ſumma loca in tectis captant. quo fit, vt agreſtes maxime ſequantur turres, in quas ex agro euolant ſuapte ſponte ac remeant. 2 Alterum genus illud [f] columbarum eſt clementius [g], quod cibo domeſtico contentum intra limina ianuae ſolet paſci. hoc genus maxime eſt colore albo. illud alterum agreſte ſine albo, vario. Ex his duabus ſtirpibus fit miſcellum tertium genus fructus cauſa, atque incedunt in [h] locum vnum, quod alii vocant περιςερεῶνα [i], alii περιςεροτροφεῖον. in quo vno ſaepe vel quinque millia ſunt incluſae. 3 Περιςερεὼν [k] fit, vt teſtudo magna, camara [l] tectus, vno oſtio anguſto, feneſtris Punicanis [m], aut latioribus reticulatis, vtrinque vt locus omnis ſit illuſtris, neue quae [n] ſerpens, aliudue quid [o] animal maleficum introire queat. Intrinſecus quam leuiſſimo [p] marmorato toti parietes ac camarae [q] oblinuntur, et extrinſecus circum feneſtras, ne mus, aut lacerta qua adrepere ad columbaria poſſit. nihil enim timidius columba. 4 Singulis paribus columbaria fiunt rotunda in ordinem [r] crebra. ordines quam plurimi eſſe poſſunt a terra vſque ad camaram [s]. Columbaria ſingula eſſe oportet, vt os habeant [t], quo [v] introire et exire poſſint [x]; intus ternorum [y] palmorum ex omnibus partibus. Sub ordines ſingulos tabulae fictae vt ſint bipalmes, quo vtantur veſtibulo [z], ac prodeant. 5 Aquam puram [a] eſſe oportet, quae

f. *illud* om. Br. A. Iunt- G. Paulo antea *Quo fit agreſtes* Br. *vt maxime agr.* Ald.

g. *dementius* Ienſſ. Br.

h. *in* omitt. I. B. R. Br.

i. *periſterona* I. B. R. Br.

k. *periſteron* I. B. R. Br.

l. Ita dedi pro *camera* ex I. B. R. Br. Deinceps *hoſtio* Br.

m *pumicatis* B. R. *punicatis* Ienſſ. Br.

n. *quae* om. a. V. *neque ſerpens* Br.

o. *quod* a. V.

p. *quaſi leniſſ.* Ienſſ. Br. *quaſi laeniſſ.* B. R.

q. *camerae* vulgo. *Camarae obliniuntur* I. B. Br. R. Deinceps *et intrinſecus circ. fen.* Br.

r. *ordine* a. V.

s. Ita pro *cameram* I. B. Br. R. *eſſe* omitt. Br. A.

t. Victor. *habeat.*

v. *quomodo* P.

x. Ita a. V. qui dedit *poſſit.*

y. *ternarum palmarum* I. B. Br. R.

z. *veſtabulo* P.

a. *puram* addidi ex A. I. I- G.

quae [b] influat, vnde et bibere, et vbi lauari [c] possint. permundae enim sunt hae volucres. Itaque pastorem columbarium [d] quotquot mensibus crebro oportet euerrere. est enim quod eum inquinat locum appositum [e] ad agriculturam, ita vt hoc optimum esse scripserint [f] aliqui [g]. siue quae [h] columba quid offenderit, vt medeatur. si qua perierit, vt efferatur. si qui pulli idonei sunt [i] ad vendendum, promat. Item quae foetae sunt, vt [k] **6** certum locum [l] disclusum ab aliis rete [m] habeant, quo transferantur [n], et [o] quo foras [p] euocare possint matres [q]. Quod [r] faciunt duabus de causis. vna, si fastidiunt aut inclusae consenescunt, quo libero aëre cum exierint in agros, redintegrentur. altera de causa propter pulliciem [s]. ipsae enim propter pullos, quos habent, vtique redeunt, nisi a coruo occisae aut ab accipitre interceptae. Quos columbarii interficere solent, duabus vir- **7** gis viscatis defixis [t] in terram inter se curuatis, cum inter eas posuerint obligatum animal, quod impetere [v] soleant accipitres, qui [x] ita decipiuntur, cum se obleuerunt [y] visco. Columbas redire solere ad locum licet animaduertere, quod multi in theatro e sinu missas faciunt, [atque [z] ad locum redeunt] quae nisi reuerterentur, non emitterentur. Cibus [a] apponitur circum pa- **8** rietes

b. Ita pro *quo* scripsi ex A. I. I- G.
c. *se lauare* A. I. I- G.
d. *columbarum* P. et Brusch. *columbaria* A. I. I- G.
e. *oppositum* P.
f. *scripserunt* P.
g. Ita pro *aliquot* scripsi ex I. B. Br. R.
h. *siue si columbam* a. V. *si columba* margo.
i. *sint idonei* I. B. Br. R.
k. *vt* A. I. I- G. Vulgo *in.*
l. Vulgo interpositum *vt* omisi cum A. Iunt- G.
m. *recte habent* I. B. Br. R. *habeat* etiam P.
n. *transferatur* P.
o. Ita pro *e* I. B. Br. R.
p. *e peristerone* inser. I. B. R. Br.
q. *matresque* Victor. itemque Durd.
r. *Quod quidem* a. V.
s. *publicum* I. B. R. Br. *illitium* Heru. *in licium* P. Victorius *illicium* dedit et eum secutae Edd. *Pullicium* V. C. Vrsini.
t. *defictis in terra* P.
v. *intercipere* Ryck. A. I. I- G. Vulgo *item petere* legitur.
x. *qui quidem* I. B. R. Br.
y. *oppleuerint* I. B. R. Br. *obleuerint* I. I- G. A.
z. *atque* omitt. I. B. R.
a. *Et cibus* I. I- G.

rietes in canalibus, quas extrinſecus per fiſtulas ſupplent. Delectantur milio, tritico, ordeo, piſo, faſeolis, eruo. Item feras [b] has in turribus ac ſummis villis qui habent, agreſtes columbas, quoad poſſunt, immittendum [c] in περιστερεῶνας [d]. Aetate bona parandum [e], neque pullos, neque vetulas, totidem mares quot foeminas [f].

9 Nihil columbis foecundius. itaque diebus quadragenis concipit, et [g] parit, et incubat, et educat. Et hoc fere totum annum faciunt: tantummodo interuallum faciunt a bruma ad aequinoctium vernum. Pulli naſcuntur bini, qui ſimulac creuerunt et habent robur, cum matribus pariunt. Qui ſolent [h] ſaginare pullos columbinos, quo pluris vendant, ſecludunt eos, cum iam pluma ſunt tecti. deinde manducato candido farciunt pane: hieme hoc bis, aeſtate ter, mane, meridie, ve-

10 ſperi. hieme demunt cibum medium. Qui iam pinnas incipiunt habere, relinquunt in nido illiſis cruribus, et matribus vberius vt cibo vti poſſint obiiciunt, eo enim totum diem ſe, et pullos paſcunt. qui ita educantur, celerius pinguiores fiunt quam alii, et candidiores [i]. Parentes eorum Romae, ſi ſunt formoſi, bono colore, integri, boni ſeminis, paria ſingula vulgo veneunt ducenis numis, nec non eximia ſingulis millibus numum, quas nuper cum mercator tanti emere vellet a L. Axio equite Rom. minoris quadringentis denariis daturum ne-

11 gauit. Axius, Si poſſem [k] emere, inquit, περιστερεῶνα factum, quemadmodum in aedibus eum [l] habere vellem [m], fictilia

b. *fere haec* I. B. Br. R. *tribus* pro *turribus* Br.

c. *imittandum. In periſteronas aet. bona par.* I. B. Br. R. *immittunt* A. I. I- G.

d. Ita recte H. St. D. περιστερῶνας cum Victor. Geſner.

e. *parantque vt nec* A. I. I- G. *aetate bona* cum praecedentibus verbis copulat Geſneriana et aliae.

f. *totidemque — feminas habeant* Ald. Iunt. G.

g. *et* om. I. B. Br. R.

h. *ſagin. ſolent* Ald. deinceps *vendantur* I. B. Br. R. Poſtea *habere incipiunt, in nido relinquunt* Br. Ald.

i. *pinguiores q. alii fiunt* Br. Ald. deinceps *candidae fiunt* P.

k. *ſi poſſem, inquit, emere* Br. A. deinceps vulgatum περιστερῶνα correxi ex H. St. D.

l. Ita recte pro *cum* I. I- G. A.

m. Vulgo interpoſitum *emi* omiſi cum I. I- G. Ald.

fictilia columbaria iam iissem emtum, et [n] misissem ad villam. Quasi vero, inquit Pica, non in vrbe quoque sint multi [o], columbaria qui in tegulis habent. an tibi non videntur habere περιστερεῶνας [p], cum aliquot supra centum millium sextertium habeant instrumentum? e queis alicuius totum emas censeo, et ante quam aedificas [q] rure [r] magnum, condiscas hic in vrbe quotidie lucrum assem [s] semissem condere in loculos [t].

VIII. Tum [a] Merula, Perge deinceps. *Ille*, Turturibus item [b], inquit, locum constituendum proinde [c] magnum, ac multitudinem alere velis; eumque [d] item, vt de columbis dictum est, vt habeat ostium [e] ac fenestras et aquam puram, ac parietes, ac camaras [f] munitas tectorio. Sed pro columbariis in pariete mutulos [g], 2 aut palos in ordinem [h], supra quos tegeticulae cannabinae [i] sint [k] impositae. Infimum ordinem oportet abesse a [l] terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, a summo ad camaram [m] ad semipedem, aeque latum [n] ac mutulus a pariete extare potest [o], in quibus dies noctesque pascuntur. Cibatui quod sit [p], obii- 3 ciunt triticum siccum in centenos vicenos turtures fere sesmodium, quotidie euerrentes eorum stabula, a stercore ne offendantur, quod item seruatur ad agrum colendum.

n. *emissem* I. B. R. Br. Vulgo distinguebatur h. l. ita; *emi fictilia columbaria, iam iissem emtum, et.*
o Ita dedi ex A. Iunt. G. Vulgo legitur *multi. An tibi — habent. non videntur.* Edd. I. B. R. Br. Col. *multi an tibe.* Polit. *an tibe columbari.*
p. περιστερεῶνας H. St- D. Vulgo περιστερῶνας.
q. *aedifices* a. V. H. St- D.
r. *recte* P. 2.
s. *ex asse* I. I- G.
t. *lucos* I. B. R.

Cap. VIII. a. Verba: *Tum Merula sic* claud. praec. cap. I. B. Br. R. *Axius tu M. deinceps perge.* A. Iunt. G.
b. *item* deest a. V.
c. *perinde* I. B. R.
d. *Cumque* I. B. R. Br.
e. *hostium* Br.
f. *cameras* Br. A.
g. *multos* P.
h. *ordine* a. V.
i. *canabinae* I. B. Br. R. Ba- G.
k. *sunt* lenss. Br.
l. *ab terra* Br.
m. *cameram* Br. A.
n. *late mutili* I. I- G. Ald.
o. *possunt* I. I- G. A.
p. *sic* I. B. R. Br. *sit* H. A. Gr. G.

lendum. Ad ſaginandum appoſitiſſimum [q] tempus circiter [r] meſſem. Etenim [s] matres eorum tunc optimae ſunt; tunc [t] pulli plurimi gignuntur, qui ad farturam meliores. Itaque eorum fructus id temporis maxime conſiſtit.

IX. Axius, Ego [a] quae requiro farſurae [b] (aſſurae) membra de palumbis, et [c] gallinis dic ſodes *Merula*: tum de reliquis, ſi quid idoneum fuerit, racemari [d] licebit. Igitur [e] ſunt gallinae quae vocantur, generum 2 trium, villaticae, et [f] ruſticae, et Africanae. Gallinae villaticae ſunt, quas deinceps rure habent in villis. De his qui ὀρνιθοβοσκεῖον [g] inſtituere volunt [h], iidem adhibita ſcientia ac cura, vt [i] capiant magnos fructus (vt maxime factitauerunt Deliaci) haec quinque maxime [k] animaduertant oportet: de emtione, cuiuſmodi, et [l] quam multas parent, de foetura, quemadmodum admittant [m] et pariant. de ouis, quemadmodum incubent et excudant [n]. de pullis, quemadmodum et a quibus educentur. Hiſce appendix adiicitur pars [o] quinta, 3 quemadmodum ſaginentur. E queis tribus generibus proprio nomine vocantur foeminae quae ſunt villaticae, gallinae; mares galli; capi ſemimares, quod [p] ſunt caſtrati.

q. *potiſſimum* I. B. R. Br. *ad potiſſimum* P.
r. *circa* I, B. R. Br.
s. *Et enim* diu, I. B. R. Ba- G.
t. Vulgo *cum*.

Cap. IX. a. *Eho* Iuntt. *Egoque req.* I. B. R. Br. *Ego gaue requiro ſarſurae aſſurae* Codex vetus Victorii. In ſemiuetere reperit *ſalſurae*. Equidem Victorianam lectionem *ſarſurae aſſurae* poſtpoſui antiquae.
b. *farturae a ſura* I. B. R. Br. Ba- G. A. *a farctura aſſanda*, Iuntt.
c. Vulgatum *de* abeſt P. et Iuntt.
d. Hoc ex Codicis ſui *racimari* dedit Victor. *raciocinari* P. *ratiocinari* a. V. *rationari* Br. *roncinari* Aldin.
e. *Ille*, *ig.* I. I- G.
f. *et* abeſt I. B. R. Br.
g. *ornithoboſtion* P. *ornithonoſtion* Ienſſ. Br. *ornithonoſcion* B. R.
h. *vult*, *id eſt adh.* P. 1. *vult vt adh.* P. 2.
i. *vt* deeſt I. B. R. Br.
k. *maxime* om. A. I. I- G. Deinceps *emptione* Br. Ald.
l. *aut* I. B. R. Br.
m. *admutriant* I. B. R. Br.
n. *excludant* Heru.
o. *ſcilicet quem ſag. pars V.* I. B. Br. R. Deinceps *Ex quibus* Br.
p. *qui ſint* I. B. Br. R.

ſtrati. Gallos caſtrant, vt ſint capi, candenti ferro inurentes calcaria [q] ad infima crura, vſque dum rumpantur [r]. at [s] quod extat vlcus, oblinunt [t] figlina creta. Qui ſpectat vt ὀρνιθοβοσκεῖον perfectum habeat, ſint [v] 4 licet genera [x] tria paranda, maxime villaticas gallinas [y]. e queis in parando eligat [z] oportet foecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, criſta erecta, amplas [a]. hae enim ad partiones ſunt aptiores. Gallos ſalaces; qui animaduer- 5 tuntur ſi ſunt lacertoſi, rubenti criſta, roſtro breui, pleno [c], acuto, oculis rauis, aut nigris, palea rubra ſubalbicanti, collo vario, aut aureolo, feminibus piloſis, cruribus breuibus, vnguibus longis, caudis magnis, frequentibus pinnis. Item qui elati ſunt, ac vociferant ſaepe, in certamine pertinaces, et qui animalia, quae nocent gallinis, non modo non pertimeſcant, ſed etiam pro gallinis propugnent. Nec tamen ſequendum in ſeminio 6 legendo Tanagricos [d], ac Medicos [e], et Chalcidicos, qui ſine dubio ſunt pulchri, et ad praeliandum inter ſe maxime idonei, ſed ad partus ſunt ſteriliores. Si ducentas [f] alere velis, locus ſeptus attribuendus, in quo duae caueae coniunctae magnae conſtituendae, quae ſpectent ad exorientem verſus, vtraeque in longitudinem circiter decem pedum [g], latitudine dimidio minores [h], in altitudine paullo humiliores. vtriſque [i] feneſtrae

q. *calcaria* ex A. I. I. G. adieci.
r. Ita a. V. qui cum Geſner. *rumpatur.*
s. *atque exſtet vlcus, quod* A. Ba. G.
t. *illiniunt* I. B. Br. R. *obliniunt* I. I. G.
v. *ſic* P.
x. vulgo interpoſitum *ei* omiſi cum I. B. Br. R. *ſint licet ei tria* Aldin.
y. *oportet* add. A. Iunt. G.
z. *eligit* Heru. Deinceps *oportet* om. A. Iunt. G. *plerunque* Br. Ald.
a. Ita pro *ampla* P.
b. Vulgo *animaduertunt.* Cod. Vrſini *quod animaduertunt.*
c. *pleno* om. A. Iunt. G.
d. *tam agricos* Reg.
e. *melicos* I. B. R. Pol. *melicos ac* Br.
f. *ducentos* I. B. Br. R.
g. Ita pro *pedes* P. et Creſc.
h. Vulgo interſertum *quam* omiſi cum A. Iunt. G. et Creſc. qui praeterea etiam *in* omittunt.
i. Ita pro vulgato: *vtraque feneſtra lata tripedali* ſcripſi ex A. Iunt. G. Deinceps vulgo *et eo pede.* Correxi ex Creſc.

ſtrae latitudine tripedali, vno pede altiores e viminibus factae raris, ita vt lumen praebeant multum, neque per eas quidquam ire intro poſſit, quae [k] nocere 7 ſolent gallinis. Inter duas oſtium ſit, qua gallinarius curator earum ire poſſit. In caueis crebrae perticae traiectae ſint, vt omnes ſuſtinere poſſint gallinas. Contra ſingulas perticas in pariete (exſculpta [l]) ſint cubilia earum. ante [m] ſit (vt dixi) veſtibulum ſeptum, in quo diurno tempore eſſe poſſint, atque in puluere volutari. Praeterea ſit cella grandis, in qua curator habitet, ita vt in parietibus circum omnia poſita [n] ſint cubilia gallinarum, aut exſculpta, aut affixa firmiter. motus enim 8 cum incubant [o] nocet. In cubilibus, cum parturient, acus ſubſternendum [p]. cum pepererunt [q], tollere ſubſtramen, et recens aliud ſubiicere, quod pulices et caetera naſci ſolent, quae gallinam conquieſcere non patiuntur; ob quam rem oua aut inaequabiliter [r] matureſcunt, aut conſeneſcunt [s]. Quae velis incubet, negant plus XXV oportere oua incubare, quamuis propter 9 foecunditatem pepererit plura. Optimum eſſe partum aequinoctio verno, ad [t] autumnale. Itaque quae ante [v] aut poſt [x] nata ſunt, et etiam prima eo tempore, non ſupponenda: et ea quae ſubiicias [y] potius vetulis [z], quam pullaſtris [a], et quae [b] roſtra aut vngues non habeant acutos, quae debent potius in concipiendo occupatae eſſe, quam incubando. Appoſitiſſimae [c] ad partum ſunt aniculae,

k. *quod — ſolet* a. V. et Creſc.

l. *exculpta* Br. A. *excluſta* P. *excluſa* Codd. Victorii.

m. *aut* I. B. Br. R.

n. *plena* I. B. Br. R. et Codd. Victorii. Ego ex A. Iunt- G. *poſita* dedi.

o. *incubat* I. B. Br. R.

p. *ſubſternenda* P.

q. *pepererint* a. V.

r. *inaequaliter* I. B. Br. R. Cr.

s. *corrumpuntur* Creſc.

t. *Ab auctumnali itaque* I. B. Br. R. *aut auctumnali* A. Ba- G.

v. *antea* I. B. Br. R.

x. *poſtea* I. I- G.

y. *ſubiiciat* poſt Commel. quod correxi.

z. *et vet. quam e p.* A. I. I- G.

a. *pulliſtris* P. 1. *pullitris* P. 2. quod cum nota mendae in libris ſuis Victor. reperit.

b. *quibus ſubiicias roſtra* A. I. I- G.

c. *aptiſſimae* I. B. Br. R. Cr.

niculae, aut bimae. Si oua gallinis pauonina [d] subiicies [e], cum iam decem dies pauonina [f] fouere coepit, tum [g] denique gallinacea [h] subiicere, vt vna excudant [i]. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus sunt, pauoninis ter deni [k]. Eas includere oportet, vt diem et noctem incubent, praeter quam mane [l] et vespere, dum cibus ac potio [m] eis [n] datur. Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ac vertat [o] oua, vti [p] aequabiliter concalefiant [q]. Oua [r] plena sint, atque vtilia, necne? animaduerti [s] aiunt posse, si demiseris [t] in aquam. quod inane [v], natat [x]; plenum, desidit [y]. Qui, vt hoc intelligant, concutiant [z], errare, quod in [a] eis vitales [b] venas confundant [c]. In iisdem [d] aiunt, cum ad lumen sustuleris, quod perluceat [e], id esse ob inane. Qui haec volunt diutius seruare [f], perfricant sale minuto, aut muria, tres [g] aut quatuor horas; eaque abluta condunt [h] in furfures, aut acus. In supponendo oua obseruant, vt sint numero imparia. Oua, quae incubantur, habeantne [i] semen pulli, curator quatriduo, postquam incubari [k] coepit [l], intelligere potest, si contra lumen tenuit, et purum vniusmodi esse animaduertit,

10 11 12

d. *pauonia* H. A. Gr. G.
e. *subiicias* P.
f. *pauonia* H. A. Gr. G. *gallinacea* Br.
g. *gallinacea tum denique* I. B. R.
h. *gallinacea* om. Br.
i. *excudat* P.
k. Vulgo *noueni.*
l. Vulgatum *a mane* correxi ex I. I- G. A.
m. *potus* I. B. Br. R.
n. Vulgo *his detur.* Pol. *is.* Cresc. *die et nocte — praeterquam mane — cum cibus et potio eis datur.*
o. Ita pro *vertere* dedi ex Cresc. Edit. tribus.
p. *vt* Br. A.
q. *aequaliter calefiant* Cr.
r. *si plena atque vtilia sint* Cr.
s. *aduertere potes* Cr.
t. *dimis.* Cr.
v. *est* add. Cr.
x. *natet* P.
y. *desedit* I. B. Br. R. *desidit, quod intelligere potes si concutias* Cr.
z. *concutiunt* a. V.
a. *inanes* I. B. R. *innanes* Br.
b. *venales* H.
c. *confundunt* a. V.
d. Ita pro *iis idem* I. B. Br. R. *Item si ad lumen* Cr.
e. *perlucet* a. V. *perlucet, inane est* Cr.
f. *seruari* P.
g. *atque ita sinunt tres* et cet. A. I. I- G.
h. *condiunt* I. B. Br. R. *condiant* P.
i. *si habeant in se semen* a. V.
k. Ita pro *incubari* I. B. Br. R.
l. *coeperint* I. I- G. A.

aduertit [m], putant eiiciendum, et aliud ſubiiciendum.
13 Excuſos [n] pullos ſubducendum ex ſingulis nidis, et ſubiiciendum ei, quae habeat paucos. ab eaque, ſi reliqua ſint oua pauciora, tollenda, et ſubiicienda aliis, quae nondum excuderunt [o], et minus habent xxx pullos [p]. hoc enim gregem maiorem non faciendum. Obiiciendum pullis diebus xv primis mane ſubiecto puluere (ne roſtris noceat terra dura) polentam mixtam cum naſturtii ſemine, et aqua aliquanto ante facta intrita, ne [q] tum [r] denique [s] in eorum corpore turgeſcat. aqua prohibendum.
14 Quando [t] de clunibus coeperint habere pinnas, e capite, et [v] e [x] collo eorum crebro [y] eligendi pedes. ſaepe enim propter eos conſeneſcunt. Circum caueas eorum incendendum cornum [z] ceruinum, ne quae [a] ſerpens accedat: quarum beſtiarum ex odore ſolent interire. Prodigendi [b] in ſolem et in [c] ſterquilinium, vt ſe [d]
15 volutare [e] poſſint, quod ita alibiliores [f] fiunt. neque pullos tantum [g], ſed omne ὀρνιθοβοσκεῖον [h], cum aeſtate, tum vtique cum tempeſtas eſt [i] mollis ...... atque [k] in apricum [l], intento ſupra rete, quod prohibeat eas extra ſepta euolare [m], et in eas inuolare extrinſecus accipitrem, aut quid aliud; euitare item [n] caldorem et frigus [o], quod vtrumque his aduerſum. Cum iam pinnas habebunt, conſuefaciendum, vt vnam aut duas ſectentur gallinas,

m. *animaduerterit* I. I- G. A.
n. *excuſſos* ante Commel. omnes.
o. *excuderint* A. I. I- G. *illis quae nondum* Cr.
p. *triginta: hunc enim* Cr.
q. *et ne* I. I- G. A.
r. *denique tunc* I. B. Br. R.
s. *deinde* H. A. Gr. G.
t. *Qua* P.
v. *et* om. P.
x. *e* om. I. B. Br. R.
y. *crebre* Br.
z. *cornu* a. V. *cornum* P.
a. *qua* P. Br. A.
b. *Prodigere deinde ſotent in* I. B. Br. R. *prodigendae in ſole* P.
c. *in* om. A. I. I- G.
d. *ſe* om. I. B. R. *volutare poſſit* omiſſo *vt* Bruſch.
e. *volitare* P. *vt volitare* Codd. Victorii.
f. *alibiliora* I. B. Br. R.
g. *tantum* om. I. B. Br. R.
h. *ornitonoſtion* I. B. R. *ornithovoſtion* Br. hic et alibi.
i. Vulgo *ſit mollis* A. I. I- G. *eſt, molle.*
k. Ex I. B. Br. R. addidi *in.*
l. *eligi debet* addunt I. I- G. A.
m. *volare* a. V.
n. Ita a. V. qui dedit *euitantem.*
o. *oportet* add. A. Iunt. G.

gallinas, ceterae vt potius ad pariendum ſint expeditae, quam in nutricatu occupatae. Incubare oportet inci- 16 pere ſecundum nouam lunam, quod fere quae ante, pleraque non ſuccedunt. Diebus fere xx excudunt. De quibus villaticis, quoniam vel nimium dictum, breuitate reliqua compenſabo. Gallinae ruſticae ſunt in vrbe rarae, nec fere [p] manſuetae ſine cauea videntur Romae, ſimiles facie non his villaticis gallinis noſtris, ſed Africanis, aſpectu ac facie incontaminata [q]. In or- 17 natibus publicis ſolent poni cum pſittacis [r] ac merulis albis, item aliis id genus rebus inuſitatis. Neque fere [s] in villis oua ac pullos faciunt, ſed in ſiluis. Ab his gallinis dicitur inſula Gallinaria appellata [t], quae eſt in mari Thuſco [v] ſecundum Italiam contra montes Liguſticos [x], Intemelium [y], Albium Ingaunum. alii [z] ab his villaticis inuectis a nautis ibi feris factis procreatis. Gal- 18 linae Africanae ſunt grandes, variae, gibberae [a], quas μελεαγρίδας [b] appellant Graeci. Hae [c] nouiſſimae in triclinium ganearium [d] introierunt e culina, propter faſtidium hominum. Veneunt [e] propter penuriam magno. 19 De tribus generibus gallinae ſaginantur maxime villaticae. eas includunt in locum tepidum et anguſtum et tenebricoſum [f], quod motus earum [g] et lux pinguitudini [h] inimica, ad hanc rem electis maximis gallinis, nec continuo his, quas Melicas appellant falſo, quod antiqui vt Thetin Thelim [i] dicebant, ſic Medicam Meli-

cam

p. *ferae. Man.* I. B. R. Br.
q. *incontaminatae* P.
r. *pſitacis* a. V.
s. *ferae* I. B. R. Br.
t. *appellata* deeſt I. B. R. Br.
v. *tuſco* P.
x. *liguſcos* P. et Codices Vrſini.
y. *intimininm ablumingaunum* P. *Intiminium*. *Album*. *Ingaunum* ex libris ſuis laudat Victorius. *vintimilium albuminganium* I. B. R. Br. *vintimillium albinganuium* A. I. I- G.
z. *aliis* I. B. R. Br.

a. *gilberiae* I. B. R. Br.
b. *meleagridas* P. *meleagrides* I. B. R. Br.
c. *Haee* P.
d. *genanium* P. quod etiam ex libris ſuis laudat Victorius. *genauium* I. B. R. Br.
e. *Vaenerunt* Heru.
f. *tenebroſum* A. I. I- G.
g. *eorum* Br.
h. *pinguitudinis vindicta* Pol. Ryck. et Codd. Victorii. Deinceps *electis ad hanc rem* Ald.
i. *thelim* deeſt I. B. R. Br.

cam vocabant. Hae primo dicebantur, quia ex Media [k] propter magnitudinem erant allatae, quaeque ex iis [l] generatae poſtea propter ſimilitudinem amplae
20 omnes [m]. Ex iis [n] euulſis ex [o] alis pinnis et e [p] cauda farciunt turundis ordeaceis; partim admixtis ex farina loliacea [q], aut ſemine lini ex aqua dulci. Bis die cibum dant, obſeruantes ex quibuſdam ſignis, vt prior ſit concoctus, quam ſecundum dent. Dato cibo, quum [r] perpurgarunt [s] caput, ne quos habeant [t] pedes, rurſus eas concludunt. Hoc faciunt vſque ad dies xxv. tunc [v]
21 denique pingues fiunt. Quidam et [x] triticeo pane intrito in aquam mixto vino bono et [y] odorato farciunt, ita vt diebus xx pingues reddant ac teneras. Si in farciendo nimio cibo faſtidiunt, remittendum in datione pro portione, ſicut [z] decem primis proceſſit [a], in poſterioribus vt diminuant [b] eadem ratione, vt vigeſimus dies et primus ſit par [c]. Eodem modo palumbes farciunt [d], ac reddunt pingues.

X. Tranſi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod [a] vos philograeci vocatis ἀμφίβιον, quod non eſt vlla villa ac terra contentum, ſed requirit piſcinas, in [b] quibus vbi anſeres aluntur, nomine χηνοβοσκεῖον appellatis. Horum greges Scipio Metellus, et M. Seius habent magnos aliquot. Merula, Seius, inquit, ita greges comparauit anſerum, vt hos quinque gradus obſeruaret,

k. *medica* I. B. Br. R.
l. *his* Br. A.
m. vulgo. *magnitudinem. Amplas omnes ex iis.*
n. *his* Br. A.
o. *ex* om. P. *et* Br.
p. *e* om. I. B. Br. R. A.
q. *lolleacea* P. *loliaca* Br.
r. *quam* P. *tum* A. I. I- G.
s. *perpurgant* A. V.
t. *habeat* I. B. Br. R.
v. *Tum* a. V.
x. Ita pro *ex* P.
y. *et* om. I. B. Br. R.
z. Ita pro *ac* I. B. Br. R. A. I. I- G.
a. *praeceſſit* I. B. Br. R.
b. Ita pro *diminuat* I. B. Br. R. *deminuat* P. recte!
c. *pari* P.
d. *faciunt* I. B. R.

Cap. X. a. Verba: *quod vos — amphibium* poſ. poſt *piſcinas* I. B. R. Br.
b. *quas quia ibi* A. Iunt. G.

ſeruaret, quos in gallinis dixi. Hi ſunt de genere, de foetura, de ouis, de pullis, de ſagina. Primum iubebat ſeruum in legendo obſeruare, vt eſſent ampli et albi: quod plerumque pullos ſimiles ſui faciunt. Eſt enim alterum genus varium, quod ferum vocatur, nec cum iis libenter congregatur [c] nec [d] aeque ſit manſuetum [e]. Anſeribus ad admittendum [f] tempus eſt aptiſſimum [g] a bruma: ad pariendum et incubandum a [h] Kal. Martii vſque ad ſolſtitium. Saliunt fere in aqua, dein [i] merguntur in flumine [k] aut piſcina. Singulae non plus quam ter [l] in anno pariunt. Singulis vbi pariant [m], faciundum haras quadratas circum binos pedes, et ſemipedem eas [n] ſubſternendum palea. Notandum earum oua aliquo ſigno, quod aliena non excudunt. Ad incubandum ſupponunt plerumque [o] IX aut XI. qui hoc minus, VII [p]: qui hoc plus, XV [q]. Incubat tempeſtatibus dies XXX, tepidioribus XXV. Cum excudit, quinque diebus primis patiuntur eſſe cum matre. deinde quotidie ſerenum cum eſt, producunt in prata, item [r] piſcinas, aut paludes: iiſque [s] faciunt haras ſupra terram aut ſubtus, in quas [t] non inducant [v] plus vicenos pullos. eaſque

2

3

4

c. *congregantur* P. *cum his* Br. A. et ante *plerunque*

d. *nec non* I. B. R. Br.

e. *inconſuetus* I. B. R. Br. *manſuetus* P. A. I I- G.

f. *admittendum his* P. I. B. Br. R. *admittendum iis* ex libris ſuis laudat Victorius. Ex alio Codice Vrſinus affert. *anſeribus ad admittendum iis. ad admittendum* A. I. I- G. Victorius edidit ex correctione ſua: *anſeribus admittendis.*

g. *idoneum* I. I- G. Br.

h. *a Cal. Martii* deſunt I. B. R. Br.

i. Vulgo *inungentur in flumen aut piſcinam.* P. *inunerguentur.* I. B. Br. R. *merguntur* A. I. I- G. *dum ſe mergunt.* Victorius in libris ſuis *inungentur* reperit.

k. Ita Pol. 2. Ceterum *inigentur* Anonymus in margine Iuntinae. Commelianam ſequitur etiam Buchner Epiſt.

l. Vulgo *quater.*

m. *pariunt* a. V.

n. *Eis* a. V.

o. *plerique* I. B. R. Br. *plerunque* Ald.

p. *quinque* I. B. Br. R.

q. *viginti quinque* I. B. Br. R.

r. *in piſcinas* I. B. R. Iunt. *partis iuxta piſcinas* A. Ba- G. *in piſcinas* vet. Br. et *piſc.* Creſc.

s. *eis* Br. *hiſque* Ald. *aras eis fac. ſupra terram, in qua non inducant* Cr.

t. *quae* I. B. Br. R. P. Vulgo *queis*

v. *inducant* P. Cr. Vulgo *includant.*

easque cellas [x] prouident [y], ne habeant in solo [z] humorem, et [a] vt [b] molle habeant substramen e palea [c], aliave qua re, neue qua [d] eo accedere possint [e] mustelae [f], 5 aliaeue bestiae [g], quae noceant. Anseres pascunt in humidis locis, vbi [h] pabulum serunt, quod aliquem fructum ferat [i], seruntque [k] his herbam, quae vocatur seris [l], quod ea aqua tacta etiam cum est arida, fit viridis. Folia eius decerpentes dant, ne si eo inegerint [m] vbi nascitur, aut obterendo perdant, aut ipsi cruditate pereant. voraces enim sunt natura. quo temperandum iis [n], qui propter cupiditatem saepe in pascendo, si radicem prenderunt [o], quam educere velint e terra, abrumpunt [p] collum. perimbecillum [q] enim id, vt caput molle. Si haec herba non est, dandum ordeum, aut 6 frumentum aliud. Cum est tempus farraginis, dandum vt in seri [r] dixi. Cum incubant, ordeum iis [s] intritum in aqua apponendum. Pullis primum biduo polenta, aut ordeum apponitur, tribus proximis nasturtium viride confectum [t] minutatim ex aqua in vas aliquod. Cum autem sunt inclusi in haras, aut speluncas, vt dixi, victui [v] obiiciunt his polentam ordeaceam, aut farraginem, herbamue teneram aliquam concisam. 7 Ad saginandum eligunt pullos quatuor sexue [x] menses qui sunt [y] nati [z], eos includunt in saginario ibique polentam,

x. *aras* Cr.
y. *prouideant* Cr.
z. *in solo* om. Cr.
a. *sed* I. I- G. A.
b. *vt* om. a. V. Cr.
c. *ex palea* Cr. *palia* H. A.
d. *qua* om. I. I- G. A. *Studendum est ne accedere ad eos possint must. nec aliae bestiolae* Cr. vbi antiqua mea: *palea alba qua re neue accidere.*
e. *possit* I. B. Br. R.
f. *mustela* I. B. Br. R.
g. *quae bestiae* I. B. Br. R.
h. *et* I. B. Br. R.
i. *ferant* P.
k. *feruntque* I. B. Br. R.
l. *beris* I. B. Br. R.
m. *iniecerint* I. B. Br. R. *inecerint* libri Victorii. *comederint, vbi* I. I- G. A.
n. *his* Br.
o. *prenderint* I. B. Br. R. A.
p. *obrumpunt* I. I- G. A.
q. *Per imbecill.* diuisim H. A.
r. *suprascriptis* I. B. Br. R. *seni* P. 1. *fetu anseri* P. 2. *satu seris* I. I- G. A.
s. *his* Br. A.
t. *confectum* Heruag.
v. *ad cibum* I. B. Br. R. *vicini* P.
x. Vulgo *circiter sexquimense.* Edd. I. B. Br. R. *sexquimenses.*
y. *sint* I. I- G. A.
z. Ita pro *natu* a. V.

lentam, et pollinem aqua madefacta [a] dant cibum [b], ita vt ter die [c] ſaturent. ſecundum cibum large vt bibant faciunt poteſtatem. ſic curati circiter duobus menſibus fiunt pingues [d]. Quotieſcunque ſumſerunt, locus ſolet purgari: quod ipſi [e] amant [f] locum purum, neque ipſi [g] vllum, vbi fuerint [h], relinquunt purum.

XI. Qui autem volunt greges [a] anatium [b] habere, ac conſtitüere νησσοτροφεῖον [c], primum locum, cui [d] eſt facultas, eligere oportet paluſtrem, quod eo maxime delectantur. ſi id non, potiſſimum ibi, vbi ſit naturalis aut lacus, aut ſtagnum, aut manufacta piſcina, quo gradatim deſcendere poſſint. Septum altum eſſe **2** oportet vbi verſentur, ad pedes xv, vt vidiſtis ad villam [e] Sei, quod vno oſtio claudatur. circum totum parietem intrinſecus crepido lata, in qua ſecundum parietem ſint [f] tecta cubilia: ante eas [g] veſtibulum earum [h] exaequatum tectorio opere teſtaceo [i]. In eo perpetua canalis, in quam et cibus ponitur iis [k], et immittitur aqua. ſic enim cibum capiunt. Omnes parietes tecto- **3** rio leuigantur, ne faeles [l], aliaue quae beſtia introire ad nocendum poſſit, idque [m] ſeptum totum [n] rete [o] grandibus maculis integitur, ne eo inuolare aquila poſſit,

a. *madefactam* I. B. R. Br.
b. *cibum* om. Codex Vrſini.
c. Vulgo eſt *per dies. per* de Ryck. *perinde ſe ſaturent* A. I. I. G.
d. *pingues quotcunque* I. I. G. A.
e. *ipſae* I. B. Br. R. cum libris Victorii, qui bis ita habent.
f. *ament* a. V.
g. *ipſae.* Br.
h. *fuerunt* I. B. Br. R.

Cap. XI. a. *gregem* I. B. Bt. R.
b. *anatum* a. V. *et conſt.* Br. A.
c. *neſſotrophion* I. B. Br. R. νεοσσοτροφεῖον reliq. Vrſinus ex Codice νησοτροφεῖον, ex aliis *neſotrophium* laudat.
d. *quis* vel *queis* a. V. *qui* P.
e. *villam. Sit quod* et cet. I. B. Br. R.
f. *ſunt* I. B. R. Br.
g. *ea* I. I. G. A.
h. *earum* abeſt I. I. G. A.
i. *teſtato* P.
k. *iis* deeſt I. I. G. A. *in his* P. I. B. Br. R.
l. *feles* a. V.
m. *Atque* I. B. R. Br. *id* I. I. G. A. *idque* ---- *aquila poſſit* omitt. Zuing.
n. *tutum* Commel. Sphalma.
o. *rete* omitt. I. B. R. Br.

ſit, neue ex [p] ea euolare anas. Pabulum iis datur triticum, ordeum, vinacei vuae. nonnunquam etiam ex aqua cammari [q], et quaedam eiuſmodi [r] aquatilia. Quae in eo [s] ſepto erunt piſcinae, in eas aquam large influere oportet, vt ſemper recens ſit. 4 Sunt item non diſſimilia alia genera, vt querquedulae, phalerides [t]. ſic perdices, quae, vt Archelaus ſcribit, voce maris audita, concipiunt. quae, vt ſuperiores, neque propter foecunditatem, neque propter ſuauitatem ſaginantur, ſed [v] ſic paſcendo fiunt pingues. Quod ad villaticarum paſtionum [x] primum actum pertinere ſum ratus, dixi.

XII. Interea redit Appius, et percunctati [a] nos ab illo, et ille a nobis, quid eſſet dictum ac factum, Appius, Sequitur inquit, actus ſecundi generis, affictitius ad villam qui ſolet eſſe, ac nomine antiquo a parte quadam, leporarium appellatum. Nam neque ſolum lepores eo [b] includuntur ſilua, vt olim in iugero agelli, aut duobus, ſed etiam cerui aut capreae in iugeribus multis. Q. Fuluius Lupinus [c] dicitur habere in Tarquinienſi ſepta [d] iugera XL, in quo ſunt incluſa [e] non ſolum ea, quae dixi, ſed etiam oues ferae, etiam hoc maius hic in Statonienſi [f], et quidam in locis aliis. 2 In Gallia vero tranſalpina T. [g] Pompeius tantum ſeptum venationis, vt circiter ∞ [h] ∞ ∞ ∞ paſſuum locum incluſum habeat. Praeterea in eodem conſepto fere [i] habere ſolent [k] [de animalibus] coclearia, atque aluearia, atque

p. *ex* omitt. P. Deinceps *bis datur* Br. A.

q. *grammari* P. *gramari* Ienſſ. *gamari* B. Br. R.

r. *huiuſmodi.* a. V.

s. *eodem* I. B. R. Br.

t. *phalerides* I. B. R. Br. Reliquae *phalarides.*

v. *et* I. B. R. Br.

x. *paſtionem* H. A. Gr. G.

Cap. XII. a. *percunctanti* Iuntt.

b. *in ea* Heru. *in eo* I. I-G. A.

c. Ita pro *Lippinus* ſcripſi ex I. B. Br. R. *leporarium* A. I. I-G.

d. *ſeptum, iugerum* A. I. I-G.

e. *incluſae* I. B. Br. R.

f. Ita pro *Statonenſi* ſcripſi ex I. B. Br. R.

g. *Cn.* I. B. Br. R.

h. XXXX. *milia* I. B. Br. R. *triginta millia* I. I-G. A.

i. *ferae* I. B. R. deeſt I. I-G. A.

k. *ſolet* a. V.

atque etiam dolia, vbi habeant[l] conclusos glires. Sed horum omnium custodia, incrementum, et pastio aperta, praeterquam de apibus. Quis enim ignorat 3 septa e maceriis ita esse oportere in leporario, vt tectorio tacta[m] sint, et sint alta? alterum ne faelis[n], aut maelis, aliaue quae bestia introire[o] possit[p], alterum ne lupus transilire: ibique esse latebras, vbi lepores interdiu delitescant in virgultis, atque herbis: et arbores patulis ramis, quae aquilae impediant conatus. Quis 4 item[q] nescit paucos si lepores, mares vt[r] foeminas intromiserit, breui tempore fore vt impleatur[s]? tanta foecunditas huius quadrupedis. (Quatuor enim modo intromissis[t] in leporarium, breui solet repleri.) Fit[v] enim saepe cum habent catulos recentes, alios vt[x] in ventre habere reperiantur[y]. Itaque de his Archelaus scribit, annorum quot sint[z] si[a] quis velit scire, inspicere oportere[b] foramina naturae, quae[c] sine dubio alius alio habet plura. Hoc quoque nuper institutum vt sagi- 5 narentur[d] lepores, cum exceptos[e] e leporario condunt[f] in caueis, et loco clauso faciunt[g] pingues. Eorum[h] ergo tria genera fere sunt. Vnum Italicum hoc nostrum pedibus primis humilibus, posterioribus altis, superiore parte pulla, ventre albo, auribus longis. qui lepus dicitur, cum praegnans[i] sit, tamen concipere.

V 3 In

l. *habeat* I. I. G. A. *glires concl.* A.
m. *tecta* a. V. *tacta* V.
n. *feles aut meles* a. V.
o. *intrare* A. Iunt. G.
p. *possint* I. B. Br. R. deinceps *vbi interdiu lepores* Ald.
q. *enim* Br.
r. *aut* I. B. Br. R. *in* I. I. G. A.
s. *repleatur* I. B. Br. R.
t. Ita ex I. B. Br. R. scripsi pro *Quat. modo enim intromisit.* A. I. I. G. *si intromiseris.*
v. *Vt* I. B. Br. R.
x. *vt* om. I. B. Br. R.
y. *reperiuntur* eaed. Edd.
z. *sit* P.
a. *si* om. I. B. Br. R.
b. Ita pro *oportet* I. B. Br. R. A. Iunt. Ba.
c. *quod* a. V. *alius habet alio pl.* Br. A.
d. Vulgo *Hos — saginarent.* Sed I. B. Br. R. *saginarentur.* Pro *lepores* libri omnes *pleraque.* Sequor Macrobium.
e. *exceptis* Heruag.
f. *condant* I. B. Br. R. Reliquae *concludant.*
g. Vulgo *faciant.*
h. *Quorum* P.
i. *praegnas* P.

In Gallia transalpina et Macedonia fiunt permagni: in
6 Hispania et in Italia mediocres. Alterius generis est,
quod in Gallia nascitur ad [k] Alpes, qui hoc [l] fere mutant,
quod toti candidi sunt. hi raro perferuntur Romam.
Tertii generis est, quod in Hispania nascitur,
similis nostro lepori ex quadam parte, sed humile, quem
cuniculum appellant. L. [m] Aelius putabat ab eo dictum
leporem, [a celeritudine,] quod leuipes esset.
Ego arbitror a Graeco vocabulo antiquo, quod eum [n]
Aeoles [o] Boetii [p] λέποριν [q] appellabant. Cuniculi dicti
ab eo, quod sub terra cuniculos ipsi facere soleant [r],
7 vbi lateant [s] in agris. Horum omnium [t] tria genera,
si possis, in leporario habere oportet. duo quidem [v]
vtique te habere puto, et quod in Hispania annis ita [x]
fuisti multis, vt inde te cuniculos persecutos credam.

XIII. Apros quidem posse habere in leporario, nec
magno negotio ibi [a] et captiuos, et cicures, qui ibi nati
sint [b], pingues solere fieri, scis *inquam* Axi [c]. Nam
quem fundum in Tusculano emit hic Varro a M. Pupio [d]
Pisone, vidisti ac buccinam [e] inflatam certo tempore
apros et capreas [f] conuenire ad pabulum, cum e
superiore loco e palaestra apris effunderetur [g] glans, ca-
2 preis vicia aut quid aliud. Ego vero, *inquit ille*, apud
Q. Hortensium cum in agro Laurenti essem, ibi istuc [h]
magis τραγικῶς [i] fieri vidi. Nam silua erat (vt dicebat)

k. *adadpis* P. *adadapis* I. B. R. Br.
l. *haec* I. B. Br. R. *candi* Br.
m. *Lelius* I. B. Br. R. *Laelius* P. *Lucius Aelius* A. I. I- G.
n. *eo* Br. I. I- G.
o. *Aeolis* Victor.
p. *et bene* P. *Aeolis et bonum leporum* ex libris suis laudat Victor. *Boetii* Br.
q. *leporum* P. *leporem* a. V.
r. *solent* I. B. Br. R..
s. *latent* I. B. Br. R.
t. *omnium* om. Edd. eaedem.
v. *quidem* om. Edd. eaedem. *enim* I. I- G. A.
x. *tu* I. B. Br. R.

Cap. XIII. a. *habere posse* Br. A. Deinceps *negotio tibi est capt.* A. Iunt. G.
b. *sunt* I. B. Br. R. *et* add. A. Iunt. G.
c. *Agri Axi* I. B. Br. R. deinceps *Thusculano* A.
d. *Pupio* om. A. Iunt. G.
e. *bucinam* cum Victor. Gesn.
f. *capros* I. B. Br. R.
g. *effunderetur* P. *eff. apris* Br. A. deinceps *capris* I. B. Br. R.
h. *istuc* om. I. B. Br. R.
i. *tragicos* Eaed.

bat) ſupra quinquaginta iugerum maceria ſepta, quod non leporarium ſed θηριοτροφεῖον appellabat [k]. Ibi erat locus excelſus, vbi triclinio [l] poſito coenabamus. Quintus [m] Orphea vocari iuſſit. qui cum eo veniſſet 3 cum [n] ſtola et cithara, et [o] cantare eſſet iuſſus, buccinam inflauit, vbi [p] tanta [q] circumfluxit nos [r] ceruorum aprorum et caeterarum quadrupedum multitudo, vt non minus formoſum mihi viſum ſit ſpectaculum, quam in circo maximo aedilium ſine [s] Africanis beſtiis cum fiunt venationes.

XIV. Axius, Tuas partes (inquit) ſubleuauit Appius, o Merula noſter. Quod ad venationem pertinet, breuiter ſecundus tranſactus eſt actus. Nec de cocleis [a], ac gliribus quaero, quod reliquum eſt. neque enim magnum emolumentum eſſe poteſt. Non iſtuc tam ſimplex eſt, inquit Appius, quam tu putas, o Axi noſter. nam et idoneus ſub dio ſumendus [b] locus coceariis, quem circum [c] totum aqua claudas, ne quas ibi poſueris ad partum, non liberos earum, ſed ipſas [d] quaeras. Aqua [e], *inquam*, finiendae, ne fugitiuarius ſit parandus [f]. Locus is melior [g], quem et [h] non coquit ſol, et 2 tangit ros. Qui ſi naturalis non eſt (vt fere non ſunt in aprico loco) neque habeas in opaco, vt [i] facias, vt ſunt ſub rupibus ac montibus, quorum alluant [k] radices lacus ac fluuii, manu facere oportet roſcidum. qui fit, ſi

 eduxeris

k. *appellabant* Eaedem.
l. *tricilinio* P.
m. *apud quod* I. B. Br. R.
n. *cum* om. Eaedem.
o. *et* om. Eaedem.
p. *vt* P. et Codd. Victorii.
q. *tantum* I. B. R. *tantum circum fluxerit* Br. et Codd. Victorii.
r. *mox* I. B. Br. R. *nos* Codd. Victorii.
s. *non ſine* A. Iunt. G.

Cap. XIV. a. *cochleis* Br.
b. *eſt* additur a. V. et P.
c. *totum circum* a. V. H. St. D.
d. *ipſa* Heru.
e. *Aquam inquam fundendae* I. B. Br. R. *cludendae* A. Iunt. G.
f. *parandus locus. Is* a. V.
g. *mollior* I. B. Br. R.
h. *et* om. Eaedem.
i. *vbi* a. V. deinceps *roſidum* Br. Ald.
k. *abluant* I. B. Br. R.

eduxeris [l] fiſtulam, et in eam mammillas [m] impoſueris tenues, quae eructent aquam, ita vt in aliquem lapidem incidat ac late diſſipetur. Paruus iis [n] cibus opus eſt, 3 et is ſine miniſtratore [o]. Et hunc, dum ſerpit, non ſolum in area reperit, ſed etiam ſi riuus non prohibet, in parietes [p] ſtantes inuenit. Denique ipſae ex ſe ruminantes [q] ad propolam [r] vitam diu producunt [s], cum ad eam rem pauca laurea [t] folia interiiciant, et aſpergant [v] furfures non multos. Itaque cocus [x] has viuas an mor- 4 tuas coquat, plerumque neſcit. Genera coclearum ſunt plura [y], vt minutae albulae, quae afferuntur e [z] Reatino, et maximae [a], quae de Illyrico apportantur, et mediocres, quae ex Africa afferuntur. Non quo non [b] in his regionibus quibuſdam locis eae [c] magnitudinibus [d] ſint diſpariles: nam et valde amplae ſunt quaedam [e] ex Africa, quae vocantur ſolitanae [f], ita vt earum calices quadrantes octoginta capere poſſint [g]. et ſic in aliis regionibus eaedem [h] inter ſe collatae [i] et mino- 5 res ſunt [k], ac maiores. Hae in foetura pariunt innumerabilia. Earum ſemen minutum ac teſta molli, diuturnitate obdureſcit. Magnis inſulis in areis factis, magnum

l. *adduxeris* a. V. deinceps *fiſtula* P.

m. *papillas* a. V. deinceps *exvctent* Br.

n. *his* Br. Ald.

o. *adminiſtratore* a. V.

p. *pariete* Ryck. I. B. R. In Bruſch. eſt: *parietes ſtantes* ſine *in*. Caeterae omnes *in parietes* habent, annorante Geſnero.

q. Vulgo *exgruminantes*.

r. Ita pro *propalam* ſcripſi ex Commelin.

s. *perducunt* P.

t. *laureae* P.

v. *aſpergunt* I. B. Br. R.

x. *cocus* Br. A. vulgo *coquus*.

y. *multa vel plura* I. B. Br. R.

z. *a* I. B. Br. R.

a. *maxime* A. I. I- G. et Geſner, ſed vitio.

b. *non quod in his* a. V.

c. *ac* I. B. Br. R.

d. Vulgo interpoſitum *non* incluſerat Geſner, omiſi cum I. B. Br. R.

e. Ita pro *ſunt*, *quanquam* ſcripſi cum A. I. I- G.

f. Male Victor. et ſeq. *Solitannae*.

g. Ita Edd. a. Victor. qui dedit *vt in eas LXXX quadrantes coniici poſſint*. In Codd. eius erat: *vt eas LXXX quadr. coici poſſint*.

h. *eiſdem* I. B. Br. R.

i. *collata* Eaedem.

k. *ſunt* om. Eaedem. Deinceps *et maiores* Ald.

gnum bolum deferunt aeris [l]. Has quoque ſaginare ſolent ita, vt ollam cum [m] foraminibus incruſtent ſapa et farre, vbi paſcantur; quae foramina habeat, vt intrare aer poſſit. Viuax enim haec natura.

XV. Glirarium autem [a] diſſimili ratione habetur, quod non aqua, ſed maceria locus ſepitur. Tota leui [b] lapide, aut tectorio intrinſecus incruſtatur, ne ex ea erepere poſſit. In eo arbuſculas eſſe oportet, quae ferunt glandem. quae, cum fructum non ferunt, intra maceriam iacere oportet glandem et caſtaneam, vnde ſaturi fiant. Facere his cauos [d] oportet laxiores, vbi pullos parere poſſint. aquam eſſe [e] tenuem, quod ea [f] non vtuntur multum, et aridum locum quaerunt. Hi [g] ſaginantur in doliis, quae etiam in villis habent multi, quae figuli faciunt multo [h] aliter atque alia; quod in lateribus eorum ſemitas faciunt, et cauum, vbi cibum conſtituant. In hoc dolium addunt glandem, aut nuces iuglandes, aut caſtaneam. Quibus in tenebris, cum cumulatim poſitum eſt in doliis, fiunt pingues [k].

XVI. Appius [a], igitur relinquitur, inquit, de paſtione villatica tertius actus de piſcinis. Quid tertius? inquit Axius. An quia tu ſolitus es in adoleſcentia tua domi mulſum non bibere propter parſimoniam, nos mel negligemus [b]? Appius, Nobis verum dicit [c], inquit. Nam cum pauper cum duobus fratribus et duabus ſororibus eſſem relictus; [quarum] alteram ſine dote

V 4 dedi

l. *aeris* omitt. I. B. Br. R.
m. *eam* Eaedem.
Cap. XV. a. *autem* deeſt I. B. R. Br.
b. *laeui* Com.
c. *ferant* I. I- G. A.
d. *caueas* I. I- G. A. Deinceps *pulos* Br. hic et alibi.
e. *oportet eſſe* a. V.
f. *eam* Br.
g. *Hae* Br.
h. *Multa* I. B. Br. R.

i. *cumularim* P. In libro Victorii erat: *tenebris cumularim — doleis*. In altero. *cliuulatim poſitum* ſupraſcripto *bylarim*.
k. *pinguiores* I. B. Br. R.

Cap. XVI. a. *Axius* I. B. R. *Agrius* Br.
b. *negligimus:* I. B. Br. R.
c. *Appius nobis, verum* A. cum in prioribus nullum comma eſſet. Deinceps *dic* margo Dordr.

dedi Lucullo, a quo haereditate me [d] ceſſa primum, et primus mulſum domi meae bibere coepi ipſe, cum interea nihilo minus pene quotidie in conuiuio omnibus darem mulſum. 3 Praeterea meum erat non tuum, eas nouiſſe volucres, quibus plurimum natura ingenii atque artis tribuit: itaque eas melius me noſſe quam te, vt ſcias, de incredibili earum auium natura audi. Merula, vt [e] caetera fecit, ὑλικῶς, quae ſequi melitturgi [g] ſoleant [h], demonſtrabit. 4 Primum apes naſcuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in epigrammate ait eas eſſe --- *βοὸς φθιμένης* [i] *πεποτημένα τέκνα.* Idem: *Ἵππων μὲν σφῆκες γενεαὶ, μόσχων* [k] *δὲ μέλισσαι* [l]. Hae apes non ſunt ſolitaria natura, vt aquilae, ſed vt homines. Quod ſi hoc [m] faciunt etiam graculi, at non idem: quod hic ſocietas operis et aedificiorum, quod illic non eſt. Hic ratio atque ars; ab his opus facere diſcunt, ab his aedificare, ab his cibaria condere. 5 Tria enim harum, cibus, domus, opus: neque idem quod cibus cera, nec quod ea mel, nec quod mel [n] domus. (non [o]) in fauo ſex angulis [p] cella, totidem, quot habet ipſa [q] pedes. quod geometrae *ἑξάγωνον* [r] fieri in orbi rotundo oſtendunt,

d. *mi* A. Ba- G. Deinceps *natura plurimum* Br Ald. poſtea *me noſce quam te* Br. Ald.

e. *audi: Merula quae* I. B. Br. R.

f. Ita Codex Vrſini. *hyliſcus* I. B. Br. R. reliquae cum Aldina *ἱϛορικῶς.*

g. *melituргi* a. V. H. St. D.

h. *id eſt, quae exercent (exercet Ienſ.) mellaria* add. I. B. R. *qui exercet* Bruſch.

i. Vulgatum antea *φθινομένης* ex libris ſuis corrigi iuſſit Victor quod fecit Comel. prima. Deinceps Edd antiquae *πεποιημένα* habent; libri Victorii *pepianem mina.* Correxit primus Turnebus Aduerſ. VIII. 8. Scaliger malebat *πεπλανημένα*

k. *μοσχων δε μεδιεθαι.* I. B. R. *ιπ ων — μασκων δε ελισται* Br.

l. *ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις. μόσχοι δὲ μελισσῶν* add. A. I. I- G.

m. *in hoc* I. B. R. Br.

n. *mel* om. I. B. Br. R. *quod id. domus* ex Codice Vrſinus corrigit.

o. *Nam* I. I- G. A.

p. *Sex angulis cellam tot.* I. B. R. Br. *cella ex angulis totidem* I I- G. A. *et margo* Durdr. *ſexangulis* Victor.

q. *ipſa* deeſt I. B. R. Br.

r. *hexagon* B. R. *orbi* Br. Ald. *orbe* cum Victor. reliquae.

dunt, vt plurimum loci includatur [s]. Foris paſcuntur, intus opus [t] faciunt: quod, dulciſſimum quod [v] eſt, et diis et hominibus eſt [x] acceptum. quod fauus venit in altaria, et mel ad principia conuiuii, et in ſecundam menſam admininiſtratur. Hae [y] vt hominum ciuitates, 6 quod hic eſt et rex et imperium et ſocietas, quod ſequuntur omnia pura. itaque nulla harum aſſidit in loco inquinato, aut eo, qui male oleat, neque etiam in eo, qui bona olet vnguenta. itaque his vnctus qui acceſſit [z], pungunt. non vt muſcae liguriunt [a]. quod nemo has videt, vt illas, in carne aut ſanguine aut [b] adipe. ideo modo [c] conſidunt in quo eſt ſapor dulcis. Minime 7 malefica, quod nullius opus vellicans facit deterius: neque ignaua, vt non, qui [d] eius [e] opus conetur diſturbare, reſiſtat. Neque tamen neſcia ſuae imbecillitatis *; quae cum cauſa muſarum eſſe dicantur volucres, quod et ſiquando diſplicatae ſunt, cymbalis et plauſibus numero reducunt [f] in locum vnum. Et vt his diis Helicona atque Olympon attribuerunt homines, ſic his floridos et incultos natura attribuit montes. Regem ſuum 8 ſequuntur quocunque it, et feſſum ſubleuant; et, ſi nequit volare, ſuccollant [g], quod eum ſeruare volunt. Neque ipſae ſunt inficientes [h], nec non oderunt inertes. itaque impetentes [i] a ſe eiiciunt fucos, quod hi neque adiuuant, et mel conſumunt: quos vocificantes [k] plures perſequuntur etiam paucae. Extra oſtium aluei obturant omnia, qua venit inter fauos ſpiritus, quam

s. *includant* A. Iunt. G.
t. *fauos melle farciunt* Eaedem.
v. *quidem* a. Vict.
x. *eſt* om. A. Iunt. G.
y. *Haec* I. B. Br. R.
z. *acceſſerit* a. V.
a. *ligurriunt* P. et ſic in optimis libris ſcriptum hoc verbum hic et in Terentii Eunucho reperiri, teſtatur Victor.
b. *et adipe* Br.
c. *modo eo* I. B. Br. R.
d. *ei qui* a. V.
e. *eius opus* om. I. B. Br. R.
f. *redducunt* P. et Codd. Vict.
g. *ſuccolant* Br. *ſubuolant* A. Ba. G.
h. *inficiantes* A. Ba. G.
i. Ita libri a. V. qui ex *impectantes* P. et Codd. ſuorum effecit *inſectantes*. Deinceps *conſumunt mel*. Br. Ald.
k. *vociferantes* margo Durd. et Gymn.

9 ἐριθάκην [l] appellant Graeci. Omnes vt in exercitu viuunt, atque alternis dormiunt, et opus faciunt pariter, et vt colonias mittunt. Hique duces conficiunt quaedam ad vocem vt imitatione tubae. tum id faciunt, cum inter se signa pacis ac belli habeant. Sed o Merula, Axius noster ne, dum haec [m] audit, physica fatiscat, quod de fructu nihil dixi, nunc cursu lampada tibi [n]
10 trado. Merula, De fructu, inquit, hoc dico, quod fortasse an tibi satis sit *Axi*, in [o] quo auctorem habeo non solum, qui aluearia sua locata habet quotannis quinis millibus pondo mellis, sed etiam hunc Varronem nostrum, quem audiui dicentem, duo milites se habuisse in Hispania fratres Veianios ex agro Falisco locupletes, quibus cum a patre relicta esset parua villa, et agellus non sane maior iugero vno, hos circum villam totam aluearium fecisse, et hortum habuisse, ac reliquum thymo et cytiso obseuisse [p], et apiastro, quod alii *μελίφυλλον* [q], alii *μελισσόφυλλον*, quidam *μέλι-*
11 *νον* appellant. Hos nunquam minus, vt peraeque ducerent, dena millia sextertia ex melle recipere esse solitos. tum eos et velle expectare, vt suo potius tempore mercatorem admitterent, quam celerius alieno. Dic igitur, *inquit* [r], vbi et cuiusmodi me facere oporteat
12 aluearium, vt magnos capiam fructus. *Ille*, *μελιττῶνας* ita facere oportet, quos alii *μελιττοτροφεῖα* [s] appellant, eandem rem quidam mellaria. Primum secundum villam, potissimum vbi non resonent imagines. hic enim sonus harum fugae [causa [t]] existimatur esse. Proce-

l. *rhithacem* I. B. R. *rhithacen* Br. *obthurant* Ald. paulo antea.

m. *hoc* I. B. Br. R. Deinde vulgo *physicam addiscat.* legitur. Sed *dum haec audit: physicam ac hiscat* Pol.

n. *tibe* I. B. R. Br.

o. *in quo* omitt. A. Iunt. G.

p. *oppleuisse* I. B. R. *opseuisse* Pol.

q. *meliphilon*, *al.* *melisophilon*, *qu.* *mellinom* I. B. R. Br. *mellinem* Pol. Deinceps *pleraeque* Br.

r. *inq. Merula* I. I- G. A.

s. *melitrophia* I. B. R. Br. *μελιτροφεῖα* Vict. et Gesn. *μελιττοτροφεῖα* I. I- G. A.

t. *causa* om. I. B. Br. R. et Cod. vterque Flor. et Vener. monente Ponted. *causam* A. Iunt. G.

Procerum [v] esse oportet aere temperato, neque aestate feruido, neque hieme non aprico, vt spectet potissimum ad hibernos ortus, quae [x] prope se loca habeat ea, vbi pabulum sit frequens et aqua pura. Si pabulum naturale non est, ea oportet dominum serere, quae maxime sequuntur apes. ea sunt, rosa, serpyllum, apiastrum, papauer, faba, lens, pisum, ocimum [y], cyperum, Medica, et maxime cytisum, quod minus [z] valentibus vtilissimum est. Etenim ab aequinoctio verno florere incipit, et permanet ad alterum aequinoctium autumni. Sed vt hoc aptissimum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymum. Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum et frequens est. Itaque quidam thymum contundunt [a] in pila, et diluunt in aqua tepida: eo [b] conspergunt omnia seminaria consita apium causa. Quod ad locum pertinet, hoc genus potissimum eligendum iuxta villam; non quo [c] non in villae porticu quoque [d] quidam (quo tutius essent) aluearia collocarint. Aluos [e], vbi sint, alii faciunt ex viminibus rotundas, alii e ligno ac corticibus, alii ex arbore caua, alii fictiles, alii etiam ex ferulis quadratas longas circiter pedes ternos [f], latas pedem, sed ita vti cum [g] parum sit [h] qua compleant, eas [i] coangustent, ne in vasto loco et inani despondeant animum. haec omnia vocant a mellis alimonio aluos: quas ideo videntur medias facere angustissimas, vt figuram imitentur earum. Vitiles [k] fimo bubulo oblinunt [l] intus et extra, ne aspe-ritate

13 14 15 16

v. *Praeterea proc.* a. Vict. *Praeterea* solum habet Caesenas, omittit vterque Flor. et Venetus, teste Pontedera.

x. *qui* corr. Gesn.

y. *oc. medicae max.* I. B. Br. R. *ocimum* omitt. A. Iunt. G. *ocymum apium medicam* Caesen. Cod.

z. *minus* vulgo deest.

a. *contondunt* Br.

b. *ea* I. I- G. A.

c. *quod* I. I- G. A.

d. *quoque* om. I. B. Br. R.

e. *Aluos* ex Edd. ante Victor. restitui.

f. *tres* I. B. Br. R.

g. *cum* om. Edd. eaed.

h. *sint quae* eaed. Edd. Paulo antea *pedes circiter* Br. Ald.

i. *ne eas* I. B. Br. R.

k. *fictiles* a. V.

l. *obliniunt* a. V.

ritate abſterreantur. eaſque aluos ita collocant in mutulis [m] parietis, vt ne agitentur, neue inter ſe contingant, cum in ordinem ſint poſitae, ſic interuallo interpoſito [n], alterum et tertium ordinem infra faciunt, et aiunt potius hinc demi oportere, quam addi [o] quartum. Media [p] aluo, (in [q]) qua introeant apes, faciunt foramina parua
17 dextra ac ſiniſtra. Ad extrema, qua mellarii [r] fauum eximere poſſint [s], opercula imponunt aluis. Optimae fiunt corticeae [t], deterrimae fictiles, quod et [v] frigore hieme et aeſtate calore vehementiſſime [x] commouentur. Verno tempore et aeſtiuo fere ter in menſe mellarius inſpicere debet fumigans leuiter eas [y], et a ſpurcitiis pur-
18 gare aluum, et vermiculos eiicere. Praeterea vt animaduertat, ne reguli plures exiſtant: inutiles enim fiunt propter ſeditiones. et [z], vt quidam dicunt, tria genera cum ſint ducum in apibus, niger, ruber, varius, vt Menecrates ſcribit duo, niger, et varius: qui ita, melior; vt expediat mellario [a], cum duo ſint [b] eadem alvo, interficere nigrum, quem ſcit cum altero rege eſſe ſeditioſum, et corrumpere aluum, quod fuget, aut
19 cum multitudine fugetur, De reliquis apibus optima eſt parua, varia, rotunda [c]. Fur, qui vocatur ab aliis fucus, ater [d] eſt, lato ventre. Veſpae [e] quae ſimilitudinem habet apis, neque ſocia eſt operis [f], et nocere ſolet morſu, quam apes a ſe ſecernunt. Eae [g] differunt inter ſe, quae ferae et cicures ſunt. Nunc feras dico, quae in ſilueſtribus locis paſcitant; cicures, quae in [h] cultis.

m. *mutilis* a. V.
n. *poſito* I. B. Br. R.
o. *addi. Quartum med.* Eaedem.
p. *Medio* Heru.
q. *in* om. margo Durdr.
r. *melliarii* I. B. Br. R.
s. Ita libri a. V. qui *poſſunt* inuexit.
t. *cortice* a. V.
v. *ex* I. B. Br. R..
x. *hic* vulgo interſertum omiſi cum A. Iunt. G.
y. *eas* om. I. B. Br. R.
z. *et* om. Eaedem.
a. *melliario* I. B. Br. R. *melliarii* P.
b. *ſunt* a. V.
c. *rutunda* P.
d. Vulgo *alter.* I. B. Br. R. *eſt alter* : *eſt*.
e. Vulgo *Veſpa.*
f. *operi* I. I- G. A.
g. *Haec* I. B. Br. R. *Hae* P.
h. *in* om. I. B. R. habet Bruſch.

cultis. Silueſtres minores ſunt magnitudine et piloſae, 20
ſed opifices magis. In emendo emtorem videre oportet, valeant an ſint aegrae. Sanitatis ſigna, ſi ſunt frequentes in examine, et ſi nitidae; et ſi opus, quod faciunt, eſt aequabile ac leue. Minus valentium ſigna, ſi ſunt [i] piloſae et horridae, aut [k] puluerulentae, niſi opificii eas vrget tempus. tum enim propter laborem aſperantur, ac maceſcunt [l]. Si tranſferendae ſunt alui [m] 21
in alium locum, id facere diligenter oportet, et tempora, quibus id potiſſimum facias, animaduertendum; et loca, quo tranſferas, idonea prouidendum. Tempora, vt verno potius quam hiberno, quod hieme difficulter conſueſcunt, quo [n] ſunt translatae, manere: itaque fugiunt plerumque. Si e bono loco tranſtuleris eo, vbi idonea [o] pabulatio non eſt, fugitiuae fiunt. Nec ſi ex aluo in aluum in eodem loco traiicias, negligenter faciendum. ſed et aluus, in quam [p] tranſiturae ſunt 22
apes [q], apiaſtro perfricanda [r], quod illicium hoc illis: et faui melliti intus ponendi, a faucibus non longe, ne cum animaduerterint, aut inopiam eſcae [s] habuiſſe dicantur [t], aut cum ſunt apes morbidae propter primores vernos paſtus, qui ex floribus nucis Graecae et cornu fiunt. coeliacas fieri, atque vrina pota [v] refici. De his 23
propolim vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectum in aluum maxime aeſtate. Quam [x] rem etiam nomine eodem medici vtuntur in emplaſtris. propter quam rem etiam carius in ſacra via, quam [y] mel venit.

i. *ſint* I. I- G.

k. Vulgo *vt*, etiam in Br. *aut* I. B. R.

l. *et mac.* Br. A. *marceſcunt* P.

m. *aluos* P.

n. *quod transl.* I. B. Br. R.

o. *bona* add. I. B. Br. R.

p. Vulgo *ſed ſi tranſiturae.* Sed Heruag. *ſed et aluus, in quam tranſ.* Iuntt. *Sed et ea aluus in qua.* Polit. *Sed et tranſiturae ſint.*

q. Vulgo interpoſitum *ea* om. I. B. Br. R. I. I. H. *ex* P.

r. *perfricandum* a. V. Cod. Caeſen. et Pop.

s. *eſſae babuiſſe dicitis: ait eum* P. *eſſe babuiſſe dicitis ait cum ſint apes* Codex Victorii.

t. *dicatur* Br.

v. *poſtas* P.

x. *Quam ob* margo.

y. *qua* I. B. Br. R.

venit. Erithacen [z] vocant, quo [a] fauos extremos inter [b] ſe conglutinant, quod eſt aliud melle [c], propoli: itaque in hoc vim eſſe illiciendi. quo circa examen vbi volunt conſidere, eum ramum aliamue quam rem oblinunt [d]
24 hoc, admixto apiaſtro. Fauus eſt, quem fingunt multicauatum e cera, cum ſingula caua ſena latera habeant, quot ſingulis pedes dedit natura. Neque quae afferuntur ad quatuor res faciendas, propolim, erithacen [e], fauum, mel, ex iiſdem omnibus rebus carpere [f] dicuntur. ſimplex miniſterium [g], quod e [h] malo punico et aſparago cibum carpant ſolum, ex olea arbore ceram
25 e fico mel, ſed non bonum. duplex miniſterium praeberi, vt e faba, apiaſtro, cucurbita, braſſica; ceram, et cibum. nec non aliter duplex, quod fit e malo et piris [i] ſilueſtribus, cibum et mel. item aliter duplex, quod e [k] papauere, ceram [l] et mel. triplex miniſterium quoque [m] fieri, vti ex nuce Graeca, et e lapſana [n], cibum, mel, ceram. item ex aliis floribus ita carpere [o], vt alia
26 ad ſingulas res ſumant, alia ad plures. nec non etiam aliud diſcrimen ſequuntur [p] in carptura, (aut eas ſequatur,) vt in melle quod ex alia re faciunt [q] liquidum mel, vt ex ſiſerae [r] flore: ex [s] alia contra, ſpiſſum, vt e rore marino. Sic ex alia re, vt e fico mel inſuaue,
27 e [t] cytiſo bonum, e [v] thymo optimum. Cibi pars, quod

z. *erhithacen* P. *rhithacen* Br. *rhitacem* I. B. R. *erythacen* I. I-G Ald.

a. *quibus* I. B. R. Br.

b. *ſimul cong.* I. B. R. Br. *ſimul inter ſe* P.

c. *mel e* diuiſ. I. B. R. Br. *melius* A. Iunt- G.

d. *obliniunt: hoc.* I. B. Br. R. A. Deinceps *quod ſingulis* Bruſch. Eadem vbique *caera* ſcriptum habet.

e. *erhithacen* P. *rhithacen* Br. *rhithacem* I. B. R. *erythacen* A. I. I- G. et ſic fere alibi.

f. *capere dicunt* I. B. Br. R.

g. *miniſterium* addidi ex A. I. I- G. *dicuntur. Simplex miniſt.* margo Durdr.

h. e om. I. B. Br. R.

i. *piro ſilueſtri*, *caeram* a. V.

k. e om. I. B. Br. R.

l. *caera* I. B. Br. R.

m. *cum* Eaedem. *vt ex* Br.

n *lapſana* P. *et ex lapſ.* Br.

o. *capere* I. B. Br. R.

p. Vulgo *ſequantur.*

q. *faciant* P.

r. Ita pro *ſiſere* dedi ex I. B. Br. R. *ſiſeris* A. I. I-G. *ſiſarae* Po.

s. *et alig.* I. B. Br. R.

t. e om. I. B. R. Br.

v. *et* I. B. R. Br.

quod [x] potio, et ea iis aqua liquida; vnde bibant, esse oportet, eamque propinquam, quae praeterfluat, aut in aliquem locum influat, ita [y] vt [z] ne altitudine ascendat [a] duo, aut tres digitos: in qua aqua iaceant testae aut lapilli, ita vt extent paulum, vbi assidere, et bibere possint. In qua diligenter habenda cura, vt aqua sit pura, quod ad mellificium bonum vehementer prodest. Quod non omnis tempestas ad pastum prodire longius 28 patitur, praeparandus his cibus, ne tum melle cogantur solo viuere, aut relinquere exinanitas aluos. Igitur ficorum pinguium circiter decem pondo decoquunt in aquae congiis sex, quas coactas [b] in offas prope apponunt. Alii aquam mulsam in vasculis prope vt sit curant. in quae [c] addunt lanam perpuram [d], per quam sugant [e]: vno tempore [f] ne potu nimium impleantur, aut ne incidant in aquam. Singula vasa ponunt ad aluos [g] singulas, et hac supplentur. Alii vuam passam, et ficum, cum pinserunt [h], affundunt sapam [i], atque ex eo factas offas apponunt [k] ibi, quo [l] foras (hieme) in pabulum procedere tamen [m] possint. Cum examen 29 exiturum

x. *quoque* A. I. I- G. deinceps *ea his* Br. Ald.

y. *ita* omitt. P.

z. *vt* omitt. I. B. R. Br.

a. *escendat* P. *descendat* A. Iunt. G. *duos* Br. Ald. Postea *melle solo cogantur* Ald. et Brusch.

b. Vulgo *coctas*.

c. *quam* a. V.

d. Vulgo *purpuream*. Mecum Columella et Cresc. Editiones tres.

e. *fugunt verno* I. B. Br. R.

f. *tenore* I. I- G.

g. *aluos. Haec* I. B. Br. R. *alueos* Cres. *et hac supplentur* om. Cresc. edit. tres.

h. *pisierunt* I. B. Br. R. *pistauerunt* Cr. Louan. *pistauerint* meae Cresc. Editiones duae. *pinsierunt* Cod. Vrsini.

i. *sapa* A. I. I- G. *effundant in sapam* Cresc.

k. *apponunt. Id tempestatibus et hieme, cum in pab.* A. I. I- G. *adponunt* Codd. Victorii.

l. *quo horas* I. B. Br. R. *cum foras* aliae. *quo oras — tamen possunt* Codices Victorii, vnde ipse effecit: *quum foras*. Gesner restituit *quo foras*. Codex Vrsini *quo foras hieme*: in alio; *apponunt illis quo foras*. Cresc. *apponunt, ad quas in hyeme ad pab. accedere possint* Ita ex editione sua laudat Pontedera; mea Basileensis habet: *procedere*. antiqua mea: *apponunt ibi ad quas — procedere*. Ex Louan. editione verba *quo foras* laudat Gesner.

m. *non possunt* A. I. I- G. *possunt* Codd. Victorii.

exiturum [n] eſt, quod fieri ſolet cum adnatae proſpere [o] ſunt multae, ac progeniem veteres [p] emittere volunt in coloniam, vt olim crebro Sabini factitauerunt propter multitudinem liberorum; huius [q] quod [r] duo ſolent praeire ſigna ſcitur [s]. Vnum, quod ſuperioribus diebus, maxime verſpertinis, multae ante foramen vt
30 vuae aliae ex aliis pendent conglobatae. Alterum, quod cum iam euolaturae ſunt, aut etiam inceperunt, conſonant vehementer, proinde [t] vt milites faciunt, cum caſtra mouent. Quae primo tum [v] exierunt, in conſpectu volitant, reliquas quae nondum congregatae ſunt reſpectantes [x], dum conueniant. Cum a mellario id feciſſe ſunt animaduerſae, iaciundo in eas puluerem et circumtinniendo [y] aere perterritas [z] quo voluerit per-
31 ducet. Non longe inde ramum vel quid aliud [a] oblinunt [b] erithace atque apiaſtro, caeteriſque rebus, quibus delectantur. Vbi conſederunt, afferunt aluum prope eiſdem [c] illiciis illitam [d] intus: et prope appoſita, fumo leni [e] circumeundo [f] cogunt eas intrare: vt quae [g] in nouam coloniam cum introierunt [h], permanent adeo libenter, vt etiam ſi proximam poſueris illam aluum, vnde exierunt, tamen nouo domicilio potius ſint [i] con-
32 tentae. Quod ad paſtiones pertinere ſum ratus, quoniam

n. *excitatum* I. B. R. Br.

o. *proſperae* Eaedem. *cum apes natae proſpere ſunt nutritae* Creſc. Louan. IX. 101. ſed Baſil. *apes natae ſunt multae — volunt incolumem.*

p. *veteres* om. Bruſch.

q. *huius quod* om. A. I. I- G. et Cr. Louan. *huius* om. Cr. Baſil.

r. *quae* I. B. Br. R.

s. *ſunt* Eaedem. *ſcitur* om. A. I. I- G. et Cr. edit. tres.

t. *perinde* a. V. *perinde vt milites et populi faciunt* Cr.

v. *cum* I. B. Br. R. Cr. et Cod. Vrſini.

x. *expectantes* A. I. I- G. *nondum exiuerunt expectantes donec omnes conueniant* Cr. Baſil.

y. *circum tinn.* diuiſim ante Victor.

z. *perterritae, quo volunt perducere* P.

a. *ramum vel quid aliud* addidi ex I. I- G. A.

b. *obliniunt* Br. *rhithace* Br.

c. *eaſdem* I. B. Br. R.

d. *illitam* om. Br.

e. *leni* a. V.

f. *circumdato* I. B. Br. R. *circuendo* A.

g. *vtque* Eaedem. *Vt in* A. Iunt. G.

h. *introierint, permaneant* A. I. I- G.

i. *ſunt* I. B. Br. R.

niam dixi, nunc iam, cuius [k] cauſa adhibetur ea cura, de fructu dicam [l]. Eximendorum fauorum ſignum ſumunt ex ipſis [m], cum plenas aluos habent, et cum illos geminauerint. ex apibus coniecturam capiunt, ſi intus faciunt bombum [n], et cum intro eunt ac foras, trepidant, et ſi opercula alui [o] cum fauorum foramina remoueris, obducta videntur (mellis) membranis: quoniam tunc ſunt [p] repleti melle. In eximendo quidam dicunt oportere [q] nouem partes tollere, decimam relinquere. quod ſi omne [r] eximas, fore vt diſcedant. Alii hoc plus relinquunt, quam dixi. vt in aratis, qui faciunt non [s] reſtibiles ſegetes, plus tollunt frumenti ex interuallis: ſic in aluis, ſi non quotannis eximas, aut non quoque multum, et magis [t] (his) aſſiduas habeas apes, et magis fructuoſas. Eximendorum fauorum primum putant eſſe tempus vergiliarum exortu [v], ſecundum aeſtate acta [x], ante quam totus exoriatur [y] arcturus. tertium poſt vergiliarum occaſum, et ita ſi foecunda [z] ſit aluus, vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum [a] hiemationi relinquatur [b]. ſi [c] vero aluus non ſit

33

34

k. *quoius* I. B. R. B. *cauſa* om. Br.

l. Lacunae ſignum hic poſuit Commel.

m. *viris aluos habeant: et nem.* P. *aluos hab. nam cum* P. 2. Victorius in libris ſuis reperit: *ex ipſis viris aluos habeat rem congerminarit coniecturam.* Codex Caeſenas: *ipſis curis aluos habeat. nam cum germinarit, coniecturam.* Venetus. *ipſis viri ſaluos habeat nem congerminarit coniecturam.* I. B. Br. R. *ipſis: vti aluos habeant, et vti congerminauerint: coniect.* Ponted. ex Polit. laudat: *viris aluos habent rem cong.* ex Cod. S. Reparatae: *viris aluos habeat nem cong.*

n. *globum. item ſi fauorum — obducta ſunt quaſi membranis, quia tunc ſunt melle pleni* Creſc.

o. *aluum cum remoreiſſi* P. *aluum cum remoueris* P. 2. *etſi opercula alui cum remorciſſi* Cod. Caeſenas, et Venetus, niſi quod hic *remoreiſſi* habet, teſte Pontedera. *etſi opercula aluum cum remoreis ſi fauorum* Cod. S. Reparatae. Vulgo erat *remota ſint.*

p. Vulgo *Cum ſint repleti melle.*

q. *ita vt* add. I. B. Br. R.

r. *omnes* B. R.

s. *non* addidi cum Vrſino.

t. *magnis* Br.

v. *exortum* I. B. Br. R.

x. *exacta* a. V.

y. *exoritur* I. B. Br. R.

z. *ſecunda* Eaedem.

a. *et* add. Eaedem. *ex hiematione* P.

b. *relinq.* om. P.

c. *ſiue aluis* I. B. Br. R. *ſiue aluus* P. *ſiue aluulis non ſit* Caeſenas liber.

ſit [d] fertilis, vbi [e] quid eximatur, exemtio cum eſt maior, neque vniuerſam [f], neque palam facere oportet, ne deficiant [g] animum [h]. Faui qui eximuntur, ſiqua pars [i] nihil habet, aut habet inquinatum [k], cultello [l]
35 praeſecatur [m]. Prouidendum ne infirmiores a valentioribus opprimantur. eo enim minuitur fructus. Itaque imbecilliores ſecretas ſubiiciunt ſub alterum regem. Quae crebrius inter ſe pugnabunt, aſpergi [n] eas oportet aqua mulſa. quo facto non modo [o] deſiſtunt pugna, ſed etiam conferciunt ſe lingentes [p], eo magis, ſi mulſo ſunt aſperſae, quo [q] propter odorem auidius applicant
36 ſe, atque obſtupeſcunt potantes. Si ex aluo minus frequentes euadunt, ac ſubſidit aliqua pars, ſuffumigandum, et prope apponendum aliquid [r] bene olentium
37 herbarum, maxime apiaſtrum [s] et thymum. Prouidendum vehementer ne propter aeſtum, aut propter frigus diſpereant. Si quando ſubito imbri in paſtu ſunt oppreſſae, aut frigore ſubito, ante quam ipſae prouiderint id fore [t], (quod accidit raro, vt decipiantur) et imbris guttis vberibus [v] offenſae iacent proſtratae et afflictae, colligendum eas in vas aliquod, et reponendum in tecto loco [x], ac tepido [y]. Promendum [z] deinde quam maxime tempeſtate bona, et [a] cinere facto [b] e ficulneis lignis infriandum [c] paulo plus caldo quam tepi-

d. Vulgo *ſit* legitur.
e. *niſi quod* I. B. Br. R. Cod. Caeſenas.
f. *numeroſam* I. B. Br. R.
g. *deficiniant* B. R.
h. *amnis* P. *animum faui* I. B. Br. R. *animum fauorum qui* I. I- G. A.
i. *pars mellis* I. I- G.
k. *incunatum* P.
l. *e cult.* I. B. Br. R.
m. *praeſicatur* P.
n. *aſpargi* P. *aſparagi* B. R.
o. *non* add. Bruſch.
p. *ingentes* P.
q. *quod* I. B. Br. R.
r. *aliquid* addidi ex Creſc. *fumus apponendus* I. I- G. Ald.
s. *apiaſtri et thymi* I. I. G. A.
t. *fere* I. B. Br. R. *id fere quod* et cet. I. I- G. A.
v. *vberius* I. I- G. A.
x. *loco* om. Heruag.
y. *tepido* om. Heruag.
z. *prono ad meridiem quam* a. V. *pronum ad mer.* ſiue *pronum e die* Pol. Victorius in libro ſuo reperit, quod deinde editum fuit: *promum e die.*
a. *et* om. I. B. Br. R. *et vas ipſum cinere* A. Iunt- G.
b. *facta* P.
c. *infricandum* A. Iunt. G. Codd. Victorii vulgatam, Codd. Vrſini *infriandum* vel *infriando* habent. Deinceps *paullo* dedit cum Victor. Geſner.

tepidiore [d]. deinde concutiendum leuiter ipſas vaſe [e], vt manu non tangas, et ponendum [f] in ſole. Quae 38 enim ſic [g] concaluerunt, reſtituunt ſe, ac reuiuiſcunt, vt ſolet ſimiliter fieri in muſcis aqua necatis. Hoc faciundum ſecundum aluos, vt reconciliatae [h] ad ſuum quaeque opus et domicilium redeant.

XVII. Interea redit ad nos Pauo, Et, ſi vultis, inquit, ancoras [a] tollere, latis tabulis ſortitio ſit tribuum, ac coepti ſunt a praecone renuntiari [b], quem quaeque tribus fecerint [c] aedilem. Appius confeſtim ſurgit, vt ibidem candidato ſuo gratularetur, ac diſcederet [d] in hortos [e]. Merula, Tertium actum de paſtionibus villaticis poſtea, inquit, tibi reddam Axi. Conſurgentibus illis, Axius mihi, reſpectantibus nobis, quod et [f] candidatum noſtrum venturum ſciebamus, non laboro [g], inquit, hoc loco diſceſſiſſe Merulam. reliqua enim fere mihi ſunt nota. Quod cum [h] piſcinarum genera ſint [i] 2 duo, dulcium et ſalſarum: alterum apud plebem, et [non] ſine fructu, vbi lymphae aquam piſcinis noſtris villaticis miniſtrant, illae autem maritimae piſcinae nobilium, quibus Neptunus vt aquam ſic [k] et piſces miniſtrat, magis ad oculos pertinent quam ad veſicam, et potius marſupium [l] domini [m] exinaniunt quam implent [n]. Primum enim aedificantur magno, ſecundo [o] implentur magno, tertio aluntur magno. Hirrius [p] circum

 piſci-

d. Lacunae notam poſuit Commelin

e. *ipſo vaſe* I. B. Br. R. *ipſo vaſo* P. 1. *ipſum vaſo* P. 2. Codex Caeſenas *ipſo vaſe*, alter S. Recanatae *ipſum vas*, teſte Pontedera. Verba haec h. l. omiſit cum Aldina Victor. et Geſner.

f. Vulgo *ponendae*.

g. *conciliatae* add. I. B. Br. R. *concinnatae* A. Iunt. G.

h. *reconcinnatae* A. Iunt. G.

Cap. XVII. a. *anchoras* Br. Aldin.

b. *recinii* P. eandem lectionem annotat Victor.

c. *fecerunt* I. B. R. Br.

d. *deſcenderet* a. V.

e. *hortulos* I. B. R. Br.

f. *et* deeſt I. B. R. Br.

g. *labores* a. V.

h. *enim* I. B. R. Br.

i. *ſunt* I. B. R. Br.

k. *aquam et piſcibus min.* I. B. R. Br.

l. *maſſippium* P.

m. *Domini* omitt. I. B. R. Br.

n. *replent* a. V.

o. *ſecundu* Br.

p. *Hirius* I. B. Br. R. C. *Hirrius* A. I. I. G.

piſcinas ſuas ex aedificiis duodena millia ſextertia [q] capiebat. eam omnem mercedem eſcis [r], quas dabat piſcibus, conſumebat. Non mirum. vno tempore enim memini hunc Caeſari ſex [s] millia muraenarum mutua dediſſe in pondus, et propter piſcium multitudinem quadragies ſextertio villam veniſſe. Quare [t] noſtra piſcina ac mediterranea plebeia recte dicitur dulcis, et illa amara. Quis enim noſtrum non vna contentus eſt hac piſcina? quis contra maritimas non ex piſcinis ſingulis 4 plures coniunctas habet? [Pluris [v].] nam vt Pauſias et caeteri pictores eiuſdem generis loculatas magnas habent arculas [x], vbi diſcolores [y] ſint cerae [z], ſic hi loculatas habent piſcinas, vbi diſpares diſcluſos habeant [a] piſces, quos, proinde [b] vt ſacri ſint, ac ſanctiores quam illi in Lydia, quos ſacrificanti [c] tibi, Varro, ad tibicinem [d] Graecum gregatim veniſſe [e] dicebas ad extremum litus atque aram, quod eos capere auderet nemo, cum eodem tempore inſulas Ludinorum [f] ibi choreuuſas [g] vidiſſes, ſic hos piſces nemo cocus [h] in ius vocare audet. 5 Q. Hortenſius [i] familiaris noſter cum piſcinas haberet magna pecunia aedificatas ad [k] Baulos, ita ſaepe cum eo ad villam fui, vt illum ſciam ſemper in coenam 6 piſces Puteolos mittere emtum ſolitum. Neque ſatis erat eum non paſci piſcinis, niſi eos ipſe paſceret vltro; ac maiorem curam ſibi haberet, ne [l] eius eſurirent mulli

q. *ſeſtertia* a. V. *ſeſtaria* P. 1. *ſeſteraria* P. 2.

r. *aeſcis* I. B. Br. R.

s. Ita ex Edd. ante Victor. ſcripſi. Vulgo *duo*.

t. *Quae* I. B. Br. R.

v. *habet pluris? Nam* I. B. R. Br. *habet? Nam vt* A. Iunt. G.

x. *areolas* I. B. R. Br.

y. *diuerſi colores* A. Iunt. G.

z. *cetera ſic hic* P. *certas* I. B. R. Br. Ba. A. Gr. G. *diſcreti* I. I. Heru.

a. *habent* I. B. R. Br.

b. *perinde* a. V.

c. *ſacrificant. Ibi Va.* I. B. R. Br.

d. *tubicinam* I. B. R. Br.

e. Vetuſtiſſimum Codicem hucvſque Varronem ſcriptum habere, Politianus in margine, et Victorius annotant.

f. Victorius in libris ſuis reperit *Ludanorum*, in aliis *Ludoanorum*. Pol. 2. *Ludonorum*.

g. *incuſas*. Pol. 2. Libri Victorii alii *Concuſſas* alii *Circuſas*, alii *Coruſſas* habebant. *corruſas* I. B. R. Br. *corroſas* reliquae. *Coreuſas* Ryck. Vulgo erat *choreuſas*.

h. *coquus* Br.

i. *Hort. Quintus* I. B. Br. R.

k. *ac loculos* Eaedem.

l. *prius eſur.* Eaedem.

mulli [m], quam ego habeo, ne mei in Rosea [n] esuriant asini. et [o] quidem vtraque re, et cibo et potione, cum non paulo sumptuosius, quam ego his [p], ministraret [q] victum. Ego enim [r] vno seruulo, ordeo [s] non multo, aqua domestica, meos multinumos alo asinos: Hortensius primum qui ministrarent piscatores habebat complures, et ii [t] pisciculos minutos aggerebant [v] frequenter, vt [x] a maioribus absumerentur. Praeterea salsamenta [y] 7 in eas piscinas emtitia [z] coniiciebat, cum mare turbaret [a], vti [b] per tempestatem suis piscibus e macello cetariorum, vti e mari, obsonium praeberet, cum [c] neque euerriculo illi [d] in litus educere possent viuam saginam [e], plebeiae coenae [f] pisces. Celerius voluntate Hortensii ex equili educeres rhedarios [g], vt tibi haberes, mulos, quam e piscina barbatum [h] mullum. Atque [i] illi non 8 minor cura (eius) erat de aegrotis piscibus, quam de minus valentibus seruis. itaque minus laborabat, ne seruus aeger, quam aquam frigidam biberent [k] sui pisces. Etenim hac incuria laborare aiebat M. Lucullum, et piscinas eius despiciebat, quod aestiuaria idonea non haberet, ac [l] residem aquam] in [m] locis pestilentibus habitarent pisces eius. Contra ad Neapolim L. Lucul- 9 lus posteaquam perfodisset montem, ac maritima [n] flu-

X 3 mina

m. *asini* I. B. Br. R.
n. *Rosia* Br.
o. *Ecquid vtr.* I. B. Br. R. *re* om. Br.
p. *his* om. I. B. Br. R. Po. 2.
q. *ministret* a. V. *minister* Br.
r. *Ego cum honore vno seruulo* I. B. Br. R.
s. *hordeo* — *multinummos* Br.
t. *ii* om. I. B. Br. R. *compl. qui* A. I. I- G.
v. *aggerebat* I. B. Br. R.
x. *qui* Br.
y. *Salsamentorum* I. B. R. *Salsassamentorum* Br.
z. *emptum* I. B. Br. R.
a. Ita pro *turbaretur* ex Pol. 2. et Codice Arond. apud Wasse ad Sallustii Catil. c. 56. p. 177. scripsit Gesner.
b. *ac per tempest. macellum piscinam vt mare obs.* I. B. Br. R.
c. *cum* om. Eaedem.
d. *illi* om. Eaedem.
e. *sabinae* I. B. R. *sabinam* Br.
f. *laenae* P. 2.
g. *redarios* — *mulos* a. V. qui dedit *rhedarias mulas.*
h. *balbatum mulum* Br.
i. Vulgo *At, inquit ille.* P. 2. *Atque* dedit.
k. *bibere vellet* P. 2.
l. Vulgo interpositum *in* inclusit Gesner, omittunt I. B. Br. R.
m. Ita pro *et* I. B. Br. R.
n. *maritimum flumen* Eaedem.

mina immisisset in piscinas, quae reciproce [o] fluerent [p], ipsi [q] Neptuno non cedere [r] de piscatu. factum [s] esse enim, vt amatos pisces suos videatur propter aestus eduxisse [t] in loca frigidiora, vt Appuli solent [v] pecuarii [x] facere, quod propter [y] calores in montes Sabinos pecus ducunt. In Baiano autem [z] tanta ardebat cura, vt architecto permiserit, vel [a] vt suam pecuniam consumeret dummodo perduceret specus e piscinis [b] in mare, obiectaculo [c] quo aestus bis quotidie ab exorta [d] luna ad proximam nouam [e] introire, ac redire rursus in
10 mare posset, ac refrigerare piscinas. Nos [f] haec. At strepitus a dextra, et cum [g] lata candidatus noster designatus aedilis se in villam [h]. Cui nos occidimus [i] et gratulati [k] in capitolium prosequimur. ille inde [l] eundo suam domum, nos nostram. O Pinni [m] noster sermonem de pastione villatica summatim hunc [n], quem exposui, habeto.

o. Vulgo *reciprocae*. P. 2. *reciproci*.
p. *fuere* I. B. Br. R. *flueret* P. 2.
q. Vulgo *ipse*.
r. *cederet* vulgo.
s. *esse factum*, *vt amicos* P. 2. *esse causam*, *vt antiquos* I. B. Br. R.
t. *duxisse* I. B. R.
v. *solerent* I. B. Br. R. *Apuli* Br.
x. *pecuata* P. 2.
y. *per colles* P. 2. Ryck.
z. *aut emardis tanta* P. 2. Eandem ex suo Codice lectionem annotauit Victor. in altero erat: *aut ardis*. I. B. Br. R. *aut ardeae*.
a. *vel vt* P. 2. Codd. Victorii et Cod. Vrsini. Vulgo *vel* deest.
b. *piscina* P.
c. *abitudo* (c. *habitaculo*) P. 2. *obiecta onulo* Cod. Vrs.
d. *ortu lunae* I. B. R.
e. *nonam* I. B. Br. R.
f. *Non* B. R.
g. Ita pro *et eccum recta* I. B. Br. R. *et cum candid*. P. 2. Mecum facit etiam Cod. Paris.
h. *se in villam* ex Cod. Paris. addidi. *in villam* I. B. Br. R. Vulgo desunt haec verba.
i. *occidimus* Iens. Br. Cod. Paris. Vulgo *occurrimus*.
k. *gratulanti* Iens. Br. *gradatim* P.
l. *enim idem* Iens. *ille inde endo sum* Cod. Vrsini. *ille inde endo suam* Paris.
m. Vulgo *Opinionis nostrae*.
n. *haec*, *quae* P. 2. *hoc*, *quem* Paris.

IVLII

IVLII PONTEDERAE
DE
VETERI SCRIBENDI RATIONE
EPISTOLAE DVAE.

EPISTOLA I.

Magnam curam diligentiamque poſtulat antiqua ſcribendĩ ratio quam in Catone et Varrone interpretes ac librarii non immutarunt ſolum, verum ferme totam ſuſtulerunt. Quapropter antequam de iis dicam, quae in ſcientia ſunt, multa prius de priſca orthographia inueſtiganda ſunt; quoniam nemo, quae a Catone et Varrone habemus, recta intelligentia aſſequi poterit, niſi ſi ea, veſte qua ornabantur, iterum cooperiantur.

Veteres igitur, cum litera V, quam Aeolicum digamma dicunt, alteri V annectebatur, hanc in O mutabant, vt *Dauos*, *ſeruos*, *equos*, *ignauos*, *aequos*, *ceruos*, *coruos* pro *Dauus*, *ſeruus*, *equus*, *ignauus*, *aequus*, *ceruus*, *coruus*: item *reliquom*, *ouom*, *iniquom*, *diuom*, *viuom*, *coruom*, *vaciuom*, *auom*; et in verbis: *viuont*, *diſtinguont*, *confluont*, *reſtinguont*, *exſociont*. Quare apud Catonem ſcribere oportet *quom*, *ſeruom ſenem*, *ſeruom morboſum*, *ſeruos*, *clauos*, *nouos*, *aluos*. Sic *tortiuom*, *obliquom*, *aceruom*, *alvom*, *eruom*, *ouom*, quae in vulgum emittuntur vitiata. Nec non eadem Varroni reſtituenda, ceu *ſubſiciuom*, *antiquos*, *aeſtiuos*, *auos*, *proauos*, *caluos*. Cuius generis apud vtrumque ſcriptorem in probato Politiani et Vi-

ctorii Codice seruantur ista: *aluos, aluom, ouom, deorsom, eruom, natiuom.* Sed plura in Varronianis Editionibus, quae de lingua latina inscribuntur, retinentur. Neque id in extremis tantum syllabis vsum inuenit, verum etiam in mediis et primis: in mediis: vt *paruolus, seruolus, Scaeuola, clauola, conuoluolus:* in primis: *volnus, volt, voltus, volsus, volua* (a quo in Varrone restat *voluis intumis*) *volsella, volpes volturnus, volgus, volcanalia, volcanus.* Nonnunquam cum illam litera E sequeretur: ceu *voster* pro *vester*, quam in *verto* atque in iis, quae ab eodem deducuntur, diligenter retentum est: *vorto, volsito, vorsus,* (quod in editis Varronis etiam occurrit) *sursum vorsum, quoquouorsum, advorsus, transuorsus, diuorto,* (vnde *diuortium*) *diuorsorium* in Pandectis, *Mauors,* quod magna vertat, vt ait Cicero, (N. D. II. 26.) *vortex* susceptum etiam a politioribus vrbanis, vt separetur a *vertice;* quippe vtrumque ab eodem fonte. Quapropter quis ignorat quae in Catone vitiose scribuntur: *controuersiis, sese vertet, transuersos, aduertito, aduersum, conuersum, versato,* (quod Cap. 40 recte *vorsato*). In Varrone, a quo plura supersunt, plura quoque vitii ac mendi coarguuntur, vt *vertere, versus, transuersa, versantur* et similia. Ex quibus quantum inferior aetas Catoni, Varroni, Salustio aliisque scriptoribus, qui vetustissimos imitati sunt, subduxerint, intelligere possumus, si Quintilianum audiamus. Hic enim (1. 7. 25.) refert, a patrio ritu Scipionem Africanum primum recessisse, *o* litera in *vorsum* et *vortices* in *e* versa. Quod tamen inferiori temporis gradu receptum est; quandoquidem ipse etiam Quintilianus fatetur, cum esset apud praeceptores, nunquam *seruum* aut *ceruum* vsurpari audiuisse, sed *seruom* et *ceruom,* quae mox suae aetatis mores gemino *u* scribere instituerunt. (Norisius Diss. IV. p. 469—471.)

Licet etiam animaduertere, cum *i* porrectam syllabam efficiebat, vetusta consuetudine *e* sibi asciscere, vt *preiuata,*

preiuata, *ſcriptei*, *preimus*, *fruei*, *ameiſerunt*, *vſei*, *fructei ſunt*, *meilites*, *numei*, *eidus*, *quei*, *inueiſa*, *eieis*, *agreis*, *loceis*, *capiundeis*, et ſexcenta huiuſmodi, quibus vetera monumenta referta ſunt. Cuius antiquitatis nullum excuſum in ruſticis noſtris veſtigium ſupereſt; iſta enim *Epeirus*, *Epeirotae*, *eiuncidum*, *ſcopei* ab optimo Codice repetenda. At in Varronianis de L. L. libris quamuis ex frequenti librariorum exſcriptione multum priſtini decoris detractum fuerit, et quotidie detrahatur, plurima tamen ſeruantur: *libreis*, *ſueis*, *heic*, *hei*, *nummei*, *dandei*, *equei*, *eidus*, *vnei licei*, *commutateis*, *vernaculeis*, *heis*, *modeis*. Quae in Catone tanta cura conſectati ſunt Editores, vt omnia ſuſtulerint, et minorem natu induxerint, quam Varronem et Saluſtium, quibus tot annis praeceſſit. In qua quidem re neque Popmam neque alios, qui poſtremi Varronianos L. L. libros formis excuderunt ac commentariis illuſtrarunt, ab reprenſione vindicare poſſum, quod has afflictae vetuſtatis reliquias omnino extinxerunt (Norif. p. 469.). In hac tamen, quam narraui, regula nomina excepta video, per *i* in vtroque numero deſinentia; nam in ſingulari differentiae cauſa *i* ſolo finita ſunt, in plurali *e* atque *i*, vt dixi; ideo *huius domini*, *hi dominei*, *huius equi*, *hi equei*.

Porro quo diſcrimine nomina in *i* deſinentia ſingularia ab iis, quae numeri multitudinis eſſent *i* quoque finita, ſeparabant, eodem caſus nominandi plurales in *es* exeuntes ab obliquis, eodem fine ſimilibus, diſtinguebant, vt *hi ſapientes*, *hos ſapienteis*. Sed multa Grammatici hinc recipiunt. Quae tam nominatiuum, inquit Priſcianus, quam genitiuum ſimilem gerunt, eorum accuſatiuum multitudinis raro in *es*, frequenter in *is* terminari. item ſemper pluralia: in *er* quoque deſinentia, quae *i* ablatiuum terminant, ſaepe per *is*, raro per *es* accuſatiuum facere: eorum ſimiliter in *is* accuſatiuum exire, quae per *ns* vel *rs* finiuntur. Sed ab exceptis

 haec

haec ſibi propria vindicat Varro, (vt apud Soſipatrum meminit Plinius) *has falces*, *has merces*, *hos axes*, *lintres*, *ventres*, *has vrbes*, *corbes*, *ſtirpes*, *neptes*. De reliquis itaque, quae in *is* accuſatiuum produnt, *eis* apud veteres eſſe debere, non eſt cur dubitemus. (Noriſius Diſſert. IV. p. 456—468.)

Mos quoque apud antiquos obtinuit, in verborum in *is* ſecunda inflexione deſinentium participiis, *e* in *u* tranſire, vt *exigundum*, *faciundum*, quae a Plauto, Terentio, Lucretio, Saluſtio crebro vſurpantur. Cuius quid in Catone antiquitatis retinetur in his: *legunda*, *faciunda*, *conſerundo*, *faciundi*, *faciundum*. In Varrone *capiundum*, *faciundo*, *accipiundos*, *diuidundos*, *capiundi*, *ferundo*, *faciundum*. Ex quo numero quantum innouarint librarii atque editores, manifeſtum.

Quid vero de ſuperlatiuis ſcribam, in quibus penultima litera *u* vetuſtioribus erat? In Catone et Varrone omnia ſecus inueniuntur: *ampliſſime*, *fortiſſimi*, *ſtrenuiſſimi*, *maximi*, *ſtabiliſſimus*, *minime*, *optimo*, *optimum*, *opportuniſſimum*, *plurima*, *potiſſimum*, *rectiſſimum*, *longiſſimos*, *minimum*, *altiſſimum*, *aquoſiſſimus*, *frigidiſſimus*, *calidiſſimus*, *diutiſſime*, *proximis*, *infimam*, *candidiſſimam*, *altiſſima*, *apertiſſimum*, *ſtercoroſiſſimum*, *ſimillimum*, *ſaepiſſime*, *altiſſime*, *tenuiſſimas*, *acerbiſſimas*, *calidiſſimum*, *tenerrimis*. In quibus Varronianos Lat. Linguae libros edentes modum ſeruarunt. Fertur autem C. Iulius Caeſar in quadam inſcriptione veterem formam primus repudiaſſe. Cui atque illis, qui partum a Caeſare imperium mox adepti ſunt, gratificantes docti pariter indoctique morem acceperunt. (Noriſ. p. 472.)

Neque tantum ſuperlatiua nomina per *u* intonſi Romani ſcribere maluerunt, verum et alia: vt *carnufex*, *aeſtumo*, *lubentia*, *lubenter*, *lubido*, *viceſumus*, *decumus*, *ſacrufico*, *frundes*. Propterea in optimis Varronis Catoniſque exemplaribus ſcriptum eſt: *tutas*, (quod etiam

etiam in Eugubina tabula legi a Cl. Gorio certior factus ſum) pro *totas*, *rutundas*, pro *rotundas*, *fabuli* et *fabulia* pro *fabali* et *fabalia*. Item *formiduloſa*, *diſpludantur*, *detundent*, *acrufolios*, *aeditumus* ab aede et tueor, *trigeſumam*, *furnacem* a furno, *ipſus*, *aduleſcentia*. Quare exiſtimo, *libentius*, *libebit*, *libido*, *frondem*, *decimo*, *centeſima* nonne praeter Catonis inſtitutum atque illius aeui normam ſcribuntur? Similiter in Varrone multa inuenies ſecus ac ille ſolebat, enunciata.

Contra *oi* ſiue *oe* pro *u* priſca aetas frequentius extulit, vt ex antiquis legibus et monumentis exempla aſſumes: *coirauit*, *vitile*, *oitantur*, *moinicipio*, *Poinicio*, *moinio* ſiue *moenio*, ex quo *moenia*. Hinc Plautus prodidit: *Pergamum diuina moenitum manu*. Ex eodem etiam laudatur. *Hoc ego oppidum admoenire vt hodie capiatur*, *volo*. Quod et *Poenulus* comoedia pro *Punulus* confirmat. Sic *moerus murus* Virgiliano etiam carmine nobilitatum: *Aggeribus moerorum*. Quod in Lucretio minus miramur: *aeſtus ab vndis aequoris, exoſor moerorum litora circum*. a quo et *poenire* et *poenibat* pro *punire*, *punibat;* hinc enim poena, et vetus *impoenis*, quod nunc *impunis*. *Moenera* quoque antiquis fuerat, quod poſteritas in *munera* mutauit, et de *moenus amoenum* coniicit Seruius Grammaticus. *Coenum* ſimiliter a *coenire* deſcendit, quod recentiores *cunire* dicunt, et ab illo *cunus* quod tunc vnico *n*, nunc cum gemino *cunnus*. Ab eadem origine fortaſſe *cuna*, in qua pueruli cuniunt, et *incunio*, ex quo Varronianum *incunatum*, quod *inquinatum* peperit. Patria et recepta regula ſcripſiſſe Catonem, haec indicant: *Poenicum* et *Poenicam;* neque ab eadem abhorruiſſe Varronem, de L. L. libri oſtendunt, vbi iſtas reliquiarum reliquias videmus: *Moerum*, *Poetilium*, *Poenicum*, *Poenicorum*, *Moeris*. In ruſticis exemplaribus hoc ſupereſt

eſt, depromptum a Victorio *Poetam* hoc eſt *Potum*, quod apud alios *Poetum* *).

Multa etiam, quae per *u* ſcribimus, vetuſti per *o* ſcribebant, vt *taboleis*, *poblice*, *ſingolos*, *detolerit*, *ſorticolae*, *hoiuſce*, *nonciata*, *flouio*. Quod frequentius in extremis vſurpatur: *ſuom*, *Luciom*, *conſentiont*, *quom*, *mortuos* (mortuus) *perpetuom*, *compaſcuos*, (compaſcuus) *compaſcuom*, *confluont*, *tuom*, *exſociont*, et alia in antiquis monumentis. In Catonis autem Codicibus: *Iogales*, *iſtoc*, *torcolarium*, *paulolum*, *colicoli*: in Varronis vero: *poſſont*, *tribolum*, *paulola*, *tabernola*.

Au in *o* contractum quis ignorat? *Si audes*, *ſodes*, *ſcrautum*, *ſcrotum*, *caudex*, *codex*, *ſaurex*, *ſorex*, *Sauracte*, *Soracte*, *Aurata*, *Orata*, *Caurus*, *Corus*, *Claudius*, *Clodius*, *aulla*, *olla*, *cauda*, *coda*, *plauſtrum*, *ploſtrum*, *plaudo*, *plodo*, ex quo *explodo*, *Plautus*, *Plotus*, *Paululum* et *Paulum*, vt vult Scaurus, *polulum* et *polum*, *aurichalcum*, *orichalcum*, *clauſtrum*, *cloſtrum*. Quorum nonnulla ruſticis noſtris editores reliquerunt, ceu *hoſtus*, pro *hauſtus*, *olla*, *coda*, *ploſtrum* **).

At *ou*, quod pro ȣ graeco adiungebant, vt Marius Victorinus refert, ecquod remanet veſtigium? Omnia a librariis ſubducta ſunt, penituſque extincta. In antiquis tamen monumentis multa huiuſmodi leguntur: *ious*, *iniourias*, *ioudicauerunt*, *ioudicem*, *iourato*, *iourent*,

*) Hinc intelliges locum Quinctil. I. 4. 7. *et medius eſt quidam V et I literae ſonus. Non enim ſic optimum dicimus, vt opimum.* Idem I. 2. 22. *Etiam optimus, maximus, vt mediam i literam, quae veteribus u fuerat, acciperent, C. primum Caeſaris inſcriptione traditur factum.* vbi Caligulam intelligit cum Burmanno Geſnerus. His igitur in formis vocabuliſque literam *i* et *u* pronunciaſſe Romani videntur ita, vt medius aliquis inter vtramque literam, ſimilis ſcilicet literae duplici *oe* vel *oi* exaudiretur. De verbo *conquinare* dicetur ad Colum. 8. c. 5. ſ. 19.

**) *Cole* pro *caule* dixit Horatius Serm. II. 4. 15. vbi Scholiaſtes *clode* pro *claude* affert. Suetonius Veſpaſ. 22. *Meſtrium Florum, admonitus ab eo, plauſtra potius quam ploſtra dicenda, die poſtero Flaurum ſalutauit.*

rent, *iouſerunt*, *Loucerios*, *Fourios*, *Loumen*. Nullas etiam *ai* loco *ae*, quo Lucretius atque alii vel antiquitatis ſtudioſi ſcripſerunt, reliquias in Catone et Varrone inueni. Quod tamen Poetis proprium non fuiſſe, antiqui lapides declarant. Neque id tantum in extremis ſyllabis, vt *Victoriai*, *Romai*, *viai*, *Semproniai*, *Gallai*, *Sextiliai*, *patriai*, *Bonai*, *Deai;* verum etiam in primis, ceu: *Quaiſtores*, *aides*, *aidiles*, *aire*, *Caiſare*. Eandem ſcripturam, ſed ex diſſimili ratione deflexam, protulit ex Varroniano exemplari Victorius: *Aittici* nempe *Attici*, quale illud apud Gruterum *paiuimentum*. (Noriſ. p. 474.

Si veteres quoque memorias inſpiciamus, ad antiquam ſpeciem non reſpondent vocabula, quae apud vtrunque auctorem in duo *ii* ſeiungunt: *preti*, *pretii*, *Pompeis Pompeiis*, *deiiciuntur deiiciuntur*, *deicito deiicito*, *coicito coiicito*, *conici coniici*, *Manli Manlii*, *eicito eiicito*, *Lauini Lauinii*, *nugatori nugatorii*, *Pontis Pontiis*, *Torcolari Torcularii*, *ali alii* *). In *ea* itidem male vertunt, quae vetuſtas in *ia* enunciabat: vt *cauiis caueis*, *hederacia hederacea*, *cotonia cotonea*, *oleariae oleareae*, *vinaciis vinaceis*, *vinia* (a quo *vinitum* Varronianum) *vinea*, *ordeacia*, *ordeacea*, *nauſiae nauſeae*, *tiniae*, *tineae*. Quae tamen niſi ex Politiani aut ab aliis ſincerae vetuſtatis libris repetas, in editis Catonis et Varronis inueſtigaueris fruſtra. Iam vero graecum υ, quod per Latium cum vagabatur, in patrium u mutabant Romani, ſcribentes *Babulonica*, *bombucina*, *murra*, *cruſtallinus*, *Purrus* et *Burrus*, *ſuluanus*, *lacruma*, *clutus inclutus*, cur Catoni Varronique non reponunt? Numquid antiquum inſtitutum iſta non retinent, quae optima exemplaria ſeruant: *amulum*, *murteam*, *murta*, *zmurnaeum*, *zmurna*, *ſerpullum*, *Subaris*, *Turannius*

*) Quinctil. I. 4. II. *Atqui litera I ſibi inſidit; coniicit enim eſt ab illo facit.* — Sciat etiam *Ciceroni placuiſſe aiio Maiiamque geminata i ſcribere; quod ſi eſt, iungetur vt conſonans.* Noriſ. p. 473.

rannius a tyranno? (Addo Varronianum *Ludinorum* pro *Lydinorum*, *Suriae* pro *Syriae*, et alia; in Columella libri antiqui *Putagoram* nominant.)

Non praetereundum demum eſt, in iiſdem Victorii et Politiani libris, quos maxime probo, dictionum ſimplicium vocales in compoſitis non mutari. Quod ad vocabulorum originem et naturam inquirendam quantum vel compendii vel adiumenti afferat, probe intelligis. Vt primum *conſpargant*, *aſpargant*, *aſpargo*, quod Virgilius hoc carmine complectitur. *ſalſa ſpumant aſpargine cautes: intelegitur*, *diſquaero*, *decarpo*, *inlutos*, *tubicinam*, *reſicari*, *feniſices*, *ſubſicuerint*, *ſubſicent* a *ſico* (vnde *ſica* et *ſicarius*) *praefactos* legimus, non ſimul agnoſcimus, vnde coaleſcant? Tamen quota pars eorum a librariis recipitur? Nonne in Terentio et Plauto quaſi vitia quotidie conſectari ſolent, eaque eximunt et conterunt? Hactenus de vocalibus ſtrictim et curſim ſcripſiſſe ſufficiat: ad conſonantes tranſeo. Principio quae ſemiuocales dicuntur, non geminabantur: *anorum*, *anus* (annus) *colega*, *inocenti*, *comodus*, *conubium*, *macelum*, *bela*, *caſtelum*, *ſuma*, *meiliarius*, *meilia*, *trulae*, *numei*, *olorum* (illorum,) *pelens*, *tera*, *referi*, atque alia in antiquis memoriis. A qua conſuetudine neque Cato neque Varro recedunt, ſi ex antiquioribus libris exempla ſeligamus; ibi enim *ola*, *alium*, *ani*, *anuclae* pro *olla*, *allium*, *anni*, *anniculae; numis*, *trulas*, *vilicum*, *molitam*, *politori* et *politionis*, *polulas*, *armila*, *porinam*, *ſarito*, *poluceto*, *ouilum*, *intelegitur*, *trulus*, *matelio*, *culeus*, *ſcabilia*, *ſalere*, *canabina*, *mulior* non *mollior*, et ab illo *mulier;* quippe ſi *vir* a *vi*, cur non a *mollitie mulier;* (Ex Bruſchiana multis in locis annotaui *tranſferi* et ſimiles formas, ab Aldina obliteratas. Mulieris etymon idem ex Varrone tradit Lactant. de Opicificio c. XII. ſect. 17. atque inde Iſidorus Orig. XI. 2.)

Semi-

Semiuocalium regulam *ſ* item ſequitur; ideo non duplicatur iteraturque. Scribitur propterea: *iouſit, iouſerit*, *claſeis, poſedit*, et apud Varronem *ſeſum.* Cui potius *x* adiungebant, vt antiquae tabulae teſtantur: videlicet *Cappadoxs*, *coniunxs*, *felixs*, *proxſumis*, *maxſumis*, *vixſit*, *auxſilium*, *dedouxſit*, *deixſiſtis*, *pexſus*, *exſedra*, *exſiat*, *exſemplum*, *exſibeas*, *ſaxſit*, *vxſori.* Quae omnia noſtris auctoribus ſublata ſunt, haec ſi excipias Varroniana, quae de Politiani libro exſcripſerunt: *exſigunt*, *exſimi.* (Quinctilianus I. 7. ſ. 20. *Ciceronis temporibus paulumque infra*, *fere quoties ſ litera media vocalium longarum vel ſubiecta longis eſſet*, *geminabatur: vt cauſſae*, *caſſus*, *diuiſiones: quomodo et ipſum et Virgilium quoque ſcripſiſſe manus eorum docent. Atqui paulum ſuperiores etiam illud*, *quod nos geminas dicimus*, *iuſſi*, *vna dixerunt iuſi.* Huius ipſius moris geminandi literam *ſ* exempla habent Verrii Flacci Faſti et Editiones primae Varronianorum ruſticorum librorum, ex Bruſchiana a me annotata.)

Π Graecum in praepoſitionibus, vbi nunc *b* ponimus, prima aetas ſeruabat, quoniam prius *apo* ab ἀπὸ, deinde *ab:* ceu *apſenti*, *apſtinere*, *apſolutus*, *apſonum*, *apſtulit*, vt in iſto lapide illud Virgilianum: *apſtulit atra dies:* *opſignetur*, *optinebit*, *opteritur*, *opſepit*, *opſonatoris*, *opſtetrix*, vt in alio lapide:

Antoniae. Aug. L.
Thaluſa
Opſtetrix

Nec non ab ὑπὸ, aſpiratione in ſ conuerſa, vt in multis, *ſupſignare*, *ſupſignet*, *ſupſiciuom.* Nihil iſtorum in Varronianis Catonianiſque libris, qui in vulgum emittuntur, reſidit. In manu exaratis Politiani ope: *ſuptile*, *apſinthi*, *opturarier*, *opſeuiſſe*, *opſequito*, obliuioni eripiuntur. (Editiones etiam primae, ex Codicibus ſcriptis ductae, *optinere* et ſimiles formas ſeruarunt, diligenter enotatas ex Bruſchiana.)

Ad similiter quod *a* cum *d* finali constat, pristinam formam apud antiquos in compositis tuetur, vt *adtamen, adpositae, adprime, adglutinat, adportat, adspicio, adsuetus, adlocutus, adpellat, adserere, adsignificat, adtingat, adtributa*, et alia in Plauto, Terentio, Lucretio, Varrone de L. L. Pandectis Florentinis, ac lapidariis literis. Horum pauca optimus Codex nostris villicis seposuit: *adnutriant, adpotissimum, adcognoscant.* In eodem tamen cernere licet, alias literas in praepositionibus componendo non immutari, nempe: *compulari, conlibrato, deluito, deminuat, destantes, derectos, deiungunt, derigo, deuertitur, descretae, derectum, deffindere, delectus, inlicium, inlicio.* Quanquam *in* contractum sit ab *indu*, vt *indulgeo* ex *indu* atque ἀλγέω, vt ait Nonius, quod est *doleo*, coalescit; ideo *indulgeo* non doleo; ab *indu* et *olesco indolesco*, atque *indoles:* cum *sub suboles*, quod recentioribus *soboles*. Verum illud antiquius et Varronianum, quod etiam vetus sepulchrum hoc versu demonstrat: *Et faciet suboles multos memorata per annos*. (In Nonii auctoritate aberrauit vir egregius, vereor vt pariter id factum sit in verbi etymologia. *Indu* enim hic pro negatione esse debet.) Scire tamen refert *ad*, de quo dixi, ante *f* et *u* digamma *d* in *r* verti; ideo *aruolare, arfari, aruenas, aruentores, aruocatos, arfines, arferia*, (aqua apud Festum quae inferis libabatur, a ferendo dicta) *arvectum*, et Catonianum *aruehant.* Sic a vetustissimo *arflare* vernaculum nostrum deriuatur *arfiare.* Qui mos his finibus non concluditur et coarctatur; quoniam *arceo* ex *ad* et *cio* aduoco, et congregatos contineo; ideo aluo arceri et contineri quod recipit, scribit M. Tullius, (N. D. II. 54.) et coelesti orbe extimo reliquos arceri et comprendi. Idem flumina arceri dixit, quae ripis cohibentur. Ad prohibendum vero cum traducitur, *arcere* est ab se in diuersum aduocare. Sic *arx* arcet hostes et ciues, nimirum hos aduocat ac complectitur;

ctitur; illos auocat et traducit. Similiter *arcus* qui circa ſe poſita continet et ſuſtentat. *Arceſſo* ex *ad* et *ceſſo* quod obſoleuit et euanuit. Apparet tamen in *cedo ceſſis*; quare *arceſſo* aduoco. Quod mirari deſinas; ſiquidem latina lingua, vt ferme omnes, non ab vno fonte omnia hauſit, ſed a riuis plurima. Quae itaque vocabula *ad* ſeruant, ea deſumpta videntur ab iis populis, qui *d* vocalibus ſubiicere ſolebant; quae vero *d* in *r* vertunt, ab aliis, quibus patrius mos *r* adnectere non denegabat. Ita de aliis, quae diſſimili modo dicuntur et efferuntur, coniicere poſſumus. Neque enim a qua gente *fero* et *ſum* venit, ab eadem *tuli* ac *fui* acceſſit; ſed aliunde. Quia quae nata atque educta domi, ita aluntur, vt, quae ſibi neceſſaria ſunt, extrinſecus non arceſſant. Sed videamus alia. (*Arbiter* ſimiliter ab antiquo *ar* et *bitere* deducit I. M. Heuſinger Emend. p. 389. quod is in rem praeſentem vocatur, vt iudicet.) Verba quae *trans* ſibi apponunt, veteri conſuetudine *tra* ſtruuntur, veluti a πέρα πρὰ deinde *tra*, ceu *traduco*, *trauio*, *trado*, *traluceo*, *trauerto*, a quo Varronianum *trauerſis* pro *trauorſeis*, *traho*, *tracto*, *tradux*.

Eſt etiam, vt retulit in literas Priſcianus, quando N principalis ſyllaba ante ſe aſſumit G, vt *natus gnatus*, vnde *agnatus*, *cognatus*, *prognatus*; *natio gnatio*; quod manet in *praegnatio*, *praegnans*, *praegno*; *notus*, *gnotus*, *ignotus*, *cognitus*; *noſco*, *gnoſco*, *agnoſco*, *cognoſco*, *dignoſco*, *ignoſco*, *nobilis*, *gnobilis*, *ignobilis*, *ignobilitas*; *nauus*, *gnauus*, *ignauus*, *ignauia*; *nauiter*, *gnauiter*, *ignauiter*; *nomen*, *gnomen*, *agnomen*, *cognomen*, *ignominia*; *naro* vnico *r*, *gnarus*, *ignarus*, *ignorantia*; *neus*, *gneus*. Qua ſcriptura Plautus, Terentius, Virgilius cum vſi ſint, quis eandem Catoni Varroniue negauerit? Sane dum ita ſcribunt, propius ad Graeciam accedunt, quam eo modo,

 quo

quo vtimur; nam *gnomen* γνωμὴ, *gnoſco* γιγνώσκω, *pugnus* πυκνὸς, τάγμα, reiecto t, *agmen.* (Niſi malis ab agere agmen vt a tegere tegmen deriuare.)

Neque tamen literae G literae in aliis ita indulſit antiquitas, vt ea poſthabita *c* non receperit, vt in his: *Cortecinenſes*, *maciſtratos*, *leciones*, et in Catone et Varrone, vt ex Politiano diſcimus, *Sacontinos*, *ccnendi*, *Acrius*, *claeuis*, *inecerint*, *virculta*, *fricora*, *Cortynia*, *acnua*, quod in Columella *agnua*. (In Columella Sangerm. Codex *celare*, *celatus* pro *gelare*, *gelatus* exhibet. Idem *caneam* pro *ganeam*. Huc pertinere videtur in marmore Piſano *C. Vettius Vircula.*)

Saepenumero eandem literam pro Q ſubiiciunt, neque deſunt in Politiano exempla: *ablacuari*, *decocunt*, *cocat*, *percocat*, *incunatum*, *cotidie*, *eculi*, *eculum*, *anticum* pro antiquum, *oblicum*, *ſecuntur*, *ſilica*, *ſilicula*, *ſtercilinum.* Quae editores tanquam deliramenta et aniles fabellas deſpiciunt, cum ex antiquis lapidibus vetus iſta regula abunde confirmetur. At in his, quae exſcribam, praeter vulgarem vſum *cu* in *qu* vertunt: *quoi cui*, *quoius cuius*, *quom cum*, *pequdes pecudes*, *pequnia pecunia*, *arquus arcus*, *oquulus oculus*, *quur cur.* Quae tanto ſtudio conſectati ſunt librarii, vt haec ſola *quoius* et *quom*, vt mea eſt memoria, in Catone ſuperſint.

Eoſdem tamen in H liberaliores inuenies quam illa aetas et Varronis inſtitutum ferebat. Crebrum inſerunt eos imitati, qui, raptis bonis, mala rependunt. Verum plus fidei apud me pluſque auctoritatis inuenit probatus Victorii et Politiani Codex, quam iſtorum omnium, quotquot ſunt, aut fuerunt, negligentia ac leuitas. Ibi itaque ſcribitur: *corda* et *cordi* pro *chorda* et *chordi*, *aenum*, *Tuſco*, *orcitem*, *comprendit*, *turis* pro *thuris*, *vmor*, *vmectus*, *vmidum* ab ἰκμάδες, *iſtonas*, *catenas*, *acrato*

acratoforo, *ſulpur*, *filſium*. Quae in Varrone auctoritate confirmantur, referente ex Agnaeo Cornuto Caſſiodoro Varronianam ſcribendi regulam ſine afflatu poſcere *Rodum*, *Renum*, *Rinton*, *redarius*. Equidem et M. Tullius in ſuo Oratore docet, maiorum inſtitutum fuiſſe, vt nuſquam niſi in vocali aſpiratione vterentur, ſcribendo *pulcros*, *Cetegos*, *triumpos*, *Cartaginem* *).

Sunt alia praeterea in Politiano, quae antiquitatem tuentur, vt *tibe* et *vbe*, ex quo noſtrum *oue*, *ſuſum*, vnde nos *ſuſo*, *deoſum*, pro *deorſum*, *menſum* non *menſium*, *temperi* non *tempori*, quod tempus omnia moderatur et temperat, *melios* non melior, *vrbis*, *vomeris*, *verris* caſu recto, et alia, de quibus, ſi quid vſu venerit, diligentius ſcribam.

IVLII PONTEDERAE

EPISTOLA II.

Quoniam recenter ſcripſi quanta et qualia Catoni et Varroni ſubduxerint, nunc id agam, vt tibi commoda vtilitateſque breuiter et ſummatim percenſeam, quae de vetuſta ſcribendi ratione percipimus, dum hac duce ad prima latinae linguae incunabula penetramus.

Antiquiſſimo more Latini dictiones contrahunt, vt *oracla*, *vinclum*, *periclum*, quod manet in *periclitor*; *circlus*, *valde*, *Hercle*, *poplus*, ex quo *Poplicola* Valerius appellatus, *ardum* pro aridum ex Nonio, vnde in veteri monumento *caementa*, *arda* habemus, *nomenclator*

*) (Contra Varronem ſcribi voluiſſe *Hrenum*, *Hrodum*, *Hrinton*, *bredam* ex eodem Caſſiodoro doceo ad Varronem I. 7. Ex *breda* librarii in Varrone *preda* effecerunt. Verbum *prendere* cum compoſitis poſuit Bruſchiana, plerumque mutauit Iucundus cumque ſecuti editores.

clator nomencalator, *clam* celam. Huiusmodi institu-
to et nostri auctores inseruiunt, vt ex Politiano doce-
mur, qui prodidit *treblae* trebulae, *soldum*, *caldum*,
lardum, (quod in vulgum apud nos fertur *soldo*, *caldo*,
lardo,) *opermenta* operimenta, *lamnis* laminis, *veli-
mna* vellimina, *aspertatem* asperitatem, *sartores* sarito-
res, *forda* a ' ῥάδι, *rudecta* rudeata, *anuclae* anni-
culae, *diuito* diuidito, et ab illo Horatius *diuisse* dedu-
xit. Quorum fons in Egubinis tabulis tam Thuscis
quam Pelasgis; ibi enim *popler* populus, *angla* angela,
stiploa (quod in Varroniano Codice *stipla*) stipula, *no-
mne* nomine, *cunacle* cunacula. Has quoque inflexiones
ab iisdem populis didicit Latium: *lectus* a *leco*, *lecitus*,
iunco iuncitus iunctus, hinc et *Iuncus* herba, *docitus*
doctus, *scripitus scriptus* a *scripo* tanquam *cripo* quod
a γράφω; nam pro γ a Latinis *c*, pro φ vsurpatum *p*
indicauimus, iterumque indicemus. *Iustus iusitus* ab
iusio, vnde Cato *iusitur* extulit. Quod enim lege iu-
betur *iustum* siue *iusitum*. *Ius* item non *iuris*, sed *iusis*
olim; similiter *libertus* et *liberta* pro *liberatus* et *libe-
rata*. Eodem exemplo Pelasgis erat *eueltu* ab *euello*,
posti pro *positi*, quod etiam Latini amplexi sunt, vt
Lucretius et Lucilius, *posta* et *compostae* dicentes. In
antiquis etiam Legibus apud Fulu. Vrsinum *postum* legi-
tur et in Catonis Codice *expostum*, *posturus*. Hinc
nos accepimus *posto*, *esposto*, et cognata, cum plebs ro-
mana vetera potius vsurparet, quam nouitia politiori-
bus reseruata. Sed ad tabulas Eugubinas redeamus, vbi
mersus fust, *therter* cum *er* finali *thert er* quasi territi,
vapersus et *vapersuto* valde *persus* siue potius dispersus.
Illinc *va* particula Romam translata, vbi radices egit:
vacillo, *vacerra*, *vafer*, *vasillus*. Similiter *vapulo* ex
va et *pello*, *pepuli*, dempto augmento. *Pello* autem a
πάλλω, et *pepuli* eo significatu, quo Sophocles vsur-
pat: πάλλων φόβῳ, hoc est παλλόμενος. Hinc et-
iam

iam *pallor* quod παλλόμενος induit. Neque *vaporo* longius repeto quam ab *va* et πείρω, atque iſtinc *porus.* Haud ſecus de *vaſto* opinarer et ab ἵστημι, quod eſt deterius ſtatuo vel reddo, reuocarem. Neque *vaco* ab alio fonte deducerem, quam ab *va* cum κείω vel κέω deſideo. *Vacuus* etiam, quod prius *vaciuus* erat, hanc originem reſpuere non videtur, *cio* enim *cis*, *ciui*; hinc et *ciues* qui deſides ac vacui in vrbe otiantur. Niſi mavis a *ciui mouere* quod ſignificat; quoniam diſperſi, fuerint congregati. Porro eadem *va* particula *a* in *e* ſaepe mutat, vnde *vecors vecordia, vegrandis*, *vexilum* a ξύλον, quippe in oblonga haſta aquila ferebatur. *Vexo* ſimiliter *ve* εἴξω ab ἄγω, *veredarius ve redarius, veredus ve reda, veſtibulum* (quod ex Varrone Politianus *veſtubulum* exſcripſit quaſi *veſtabulum*) Gellius appoſite ab *ve* et *ſtabulum* deriuat. *Imbecillis*, *imbecillitas* et huiuſmodi alia dum ita ſcribuntur, originem occultant: ab veteri more *imuecillis*, *imuecillitas* (in antiquiſſimo enim Varronis libro *imuecillae* non *imbecillae* ſcriptum eſt) ab *im* et *vacillo* oriri continuo in animum inducimus.

Multa contra expanduntur apud veteres, quae ſecuta aetas compingit et coarctat: *cauitum*, *cautum*, *vaciuus vacuus.* Varro *acuitum* poſuit pro *acutum, inrigiua* pro *irrigua*, *tricilinio* pro *triclinio*, *nuculeos* pro *nucleos* (quo etiam Cato vſus) *purigare* pro *purgare* a πυρίζω πύρικα primum *purico*, deinde *purigo*, demum *purgo.* Sic *purifico* τῷ πυρὶ facio; quod igne omnia emundantur.

In vetuſtiſſima C. Duilii inſcriptione cernere licet, ſingulas vocales, diſtinctionem finientes, in *d* deſinere, vt *marid*, *Dictatored*, *naualed*, *altod, praedad.* In alio etiam monumento *moltaticod*, *monimentid:* apud Plautum *ted*, *med.* Cum itaque illa aetas vſitatum haberet, vocibus, per vocalem finitis, *d* adiicere, ſcripſiſſe autumo

 a λέγω,

a λέγω, λέγεις, λέγει *lecod lecis lecid:* deinde vt *lecid* seiungerent a *lecid* quod erat dandi casus a *lex*, hoc integro relicto, illud, *d* in *t* verso, *lecit* factum. Sequioris subinde seculi vsus cum huiusmodi scribendi formam in vniuersum improbasset, in nonnullis tamen vocibus discriminis causa institutum retinuit, ceu in *quid* et quod, vt illud a *qui* quod communis generis ferebatur, et a *quit* separaretur; hoc vero tum a *quo* tum a *quot;* in *quit* enim et *quot d* in *t* transiuit. Hac ratione seiunctum *item* ab *idem*, atque *id* ab *it*. Ex hac consuetudine, quam etiam Quinctilianus Sosipaterque Charisius confirmant, in veteri Catonis libro *quod annis* pro *quot annis* remansit. Praeterea in multis vocabulis vestigia supersunt, vt in *prosum* a *pro* et *sum*, *prodes* (ex quo Italicum *prode*) *prodest*, quippe primum disiunctim scribebant *prod es*, *prod est*, *prod estis*. Contra in *praesum* non immiscetur *d;* quoniam non a *prae* fit, vt volunt, sed a *praes praedis*. Quare *praes es*, *praes est*, *praes esse*, (quod ab antiquis exstat non *praeesse)*, ac *praes ens praesens*. Etenim qui est praes, is vtique praesens. Quid enim aliud indicat Terentius in Phormione: *Non tu hunc habeas praesentem Deum?* Quid aliud Virgilius: *Agrestum praesentia numina Fauni?* Quid aliud M. Tullius in IV Tuscul. dum scribit, Herculem tantum et tam praesentem Deum esse? Nam si *praesum* esset a *prae*, diceretur *praedest*, *praedes*, vt *praedopto* dicitur, *prodigo*, ac *prodest*. Nec mirari debemus, non *praessum* ac *praessit* scribi, sed *praesum*, *praesit* vetustissimis *s* literam minime geminantibus. *Suadted* apud Festum legitur, et id esse ac *sic te* declaratur. Certe de *sua* et *te* cum *d* addititio coalescit. Posteriores primo *d* in *p* mutato alteroque exemplo fecere *suapte*. Ita *meapte*, *tuapte*, *nostrapte*, olim *meadted*, *tuadted*, *nostradted*. *Met* etiam quod cum *ego*, *tu*, *ipse*, *ille* et aliis copulatur, *med* fuisse crediderim. (Addo

Plautina

Plautina *antideo, antidit, antidhac.* Verbum *prod esse* comparabis cum graeco πρὸ ὀδῶ εἶναι. *Re* similiter sibi arcesserat *d*, vt retinetur in verbis *redamo*, *redarguo*, *redemo*, *redemptor*, *redeo*, *redhostio*, *redigo*, *redintegro, redundo;* quae separata notabant: *red amo*, *red arguo*, *red emo*, *red emptor*, *red eo*, *red hostio*, *red ago*, *red integro*, *red undo*, *redimiculum*, *red amiculum*, *redimio red amio*, tanquam iterum circum eo.

Quidam ex *qui* cum *d* atque *am* (eam) compositum videtur, vt *quidam* sit nescio quid inter marem et feminam medium ac promiscuum. Sic *quidem* ex *qui* et eum; nam *em* quondam *eum.* Is, ea, i, appositaque *d*, *id*, vt a verbo *i* seiungatur. De *i* siue *ia* atque *em idem;* memoriae enim reliquit Festus, non *eundem* fuisse vetustioribus, sed *emem.* Hic et haec *alis* et hoc *ali* siue *alid*, ex quo *aliquis*, et cum *vbi aliubei*, vt in Plebiscito post C. Sempronium Gracchum edito legitur, nunc eliso *u*, *alibi. Bidem* ad πρὶν refertur, velut *prid em*, quod *ante eum* interpretamur. Verum πρὶν quarti casus aduerbii modo vsurpatum, et per alios etiam casus inflexum existimo, ceu *pris*, *pris*, *pri*, *prin*. Quapropter cum *pris* sit positiuum, *prior* et *prius* comparatiuum erit, *primus* summum ac superlatiuum. A *pris priscus*, ab eodem cum τινὸς *pristinus*, nec non a *prin* et *ceps princeps.*

Non praetereundum quoque est, *pri* esse idem ac *prae;* quoniam veteres non *prae* sed *pri* scribebant, vt memorat Festus; quare *praecidere pricedere* ante cedere, *praenomen prinomen* ante nomen, *praeficio prifacio* antefacio, *praesagire*, *prisagire* antesagire id est sapere, *praesto pristo* ante sto, vt homines ait Salustius caeteris animantibus studere sese praestare. Et *praestites*

tes ſiue *priſtites* nonne idem ex Feſto, quod inferior aetas *antiſtites* vocabat?

Quid eſt *interim?* Videamus quid *interatim*, quod pro illo antiqui ponunt. Non cernimus eſſe ab *intera*, et hoc ab *entera* cum *im?* *Enteradim* itaque primum, *interatim* deinde, denique ſubductis *a* et *t* interim. Quod interpretor *inter id*, vt *interea* inter ea. Nos vernacula conſuetudine: *fra queſto*, *in queſto*, Latinis item ſeparantibus, vt apud Plautum Ciſtell. *Inter rem iſtam agendam herae huic reſpondi quod rogabat.* Et in Sticho: *Inter illud negotium meis amicis curaui, vt coena eſſet cocta.* *Poſt* longo circuitu a Graecis repetit Voſſius: ego a *poſto* cogito; ideoque *poſtidea* a *poſti* cum *d* finali atque *ea*, de quo Plautus Stich. *Quem aequius eſt nos potiorem habere te, poſtidea viros noſtros:* Idem in Ciſtell. *Id erit factum, ornamenta ponent, poſtidea loci qui deliquerit, vapulabit.* De eodem Terentius Hecyr. *Quod faciundum fortaſſe ſit poſtidea.* Quare *poſtidea* primigenia forma, mox *poſtea*. Poſti igitur ea, cum poſiti ſint ea, vel ea poſita. Ita Saluſtius Catil. *Vbi periculum aduenit, inuidia atque ſuperbia poſt fuere.* nempe poſita fuere. Idem: *Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam miſſus eſt*, ſcilicet ea re poſita. Virgilius Aeneid. VI. *venerabile donum fatalis virgae longo poſt tempore viſum.* Poſito longo tempore ſiue interpoſito. Et hoc ſepulchrale carmen: *Cunctorum haec ſuboli ſedem poſt morte reliquit.* Nempe *poſta* morte ſiue tranſacta. *Poſthac* poſita hac re, *poſtilla*, quo vſus Catullus hoc verſu: *Nec ſibi poſtilla metuebant talia verba:* illa re poſita. *Poſthabeo* habeo poſitum, relinquo; *poſtmitto* mitto poſitum, ſiue praetermiſſum; *poſthumus* qui patre, poſita humo, ſiue humato naſcitur. *Poſtea quam* ſiue *poſtquam* poſita ea re quam commemoraui, vt Virgilianum illud: *Poſtquam res Aſiae,*

Priami-

Priamique euertere gentem immeritam visum superis: Posita ea re siue transacta quam retuli, videlicet visum superis Asiaticas res ac Priami regnum euertere. Inuenitur etiam *post nummos*, et alia vt in Horatio: *O ciues, ciues, quaerenda pecunia primum est, virtus post nummos.* Cum positi erunt nummi, siue positis nummis in loculos, conditis vno nomine. Sic Liuius: *positis omnium aliorum rerum curis* dum dicit, post curas aliarum omnium rerum significat, vt frequentius vsurpatur.

Hucusque euagatus sum, vt *d* literae, dictionem claudentis, vestigia tibi ostenderem: videamus alia, quae ex antiqua specie facilius cognoscimus et declaramus. *Die crastini, proximi, noni,* vt veteres scribunt, si diligentius perpendamus, patrici casus absolute positi inveniuntur, Graecorum qui sexto casu carebant exemplo. Etenim quo propius Latina lingua originem suam contingebat, eo similior graecae apparet. Quare *die* pro *diei*, vt *acie, fide, requie, specie,* pro *aciei, fidei, requiei, speciei* posita Gellius ac Priscianus confirmant. Pari modo *quotidie, postridie, pridie,* nimirum *quoti diei, posteri diei, pris diei.* Neque aliter habenda *diu, interdiu, iamdiu,* cum sciamus ex Nonio Marcello, ante *diu* quam *die* in Latio vagatum. *Diu* autem nonne genitiuus a δὶς, ex quo *dies?* *Diu* igitur ἀπὸ τȣ̃ διȣ̃, et διȣ̃ τινος *diutinus* absolute in patrio casu relictum. *Intus* quoque quod antiquis *entus* ab ἔντος, pari casu ordinatur. Equidem *alias* atque *alteras* cum apud veteres legeris, genitiuos habebis aduerbialiter constitutos, cuiusmodi multa apud Graecos fuisse pulchre calles; genitiuos tamen, quales *materfamilias, paterfamilias,* et in Liuio Prisco, prodente Prisciano, *escas, monetas, fortunas, teras, vias, Latonas* loco *escae, monetae, fortunae, terrae, viae, Latonae.*

Cum *ſulpur* Catonis regula ſcriptum inſpicimus, et apud Vlpianum *ſulpurata*, citius ſcrutamur originem, quam recentiorum conſuetudine *ſulphur* et *ſulphurata;* a πῦρ enim componi diſcimus atque ab ὅλον propter aſpirationem *ſolon*, vt ἕξ *ſex*, ἑπτὰ *ſeptem*, ἕρπω *ſerpo*, ἕρπυλλον *ſerpullum*, ὑπὲρ *ſuper*, ὕδωρ *ſudor*, ὕπνος ὑπὸ νοῦς, primum *ſup nos*, deinde vt in optimo Victorii libro extat, *ſumnos*, demum *ſomnus*. Ab eodem ὅλον et *praes*, *praeſul*, ſiue vetuſto modo *praeſol*, vt *conſol;* quod *praeſul* praes ſingularis et primus.

Qui *aruſpex* vnde deſcendat, indagat, atque *aru* offenditur, hac ſcriptura *entaſiaru vrnaſiaru*, quam ex Tabulis Eugubinis Clar. Gorius mihi deprompſit, conſequi poterit, dummodo ſic diſtinguat: *entas iaru*, *vrnas iaru*, quod eſt *vrnas in ara poſitas*. *Aru* itaque ab Hetruſcis emanaſſe diſces, et inflexionem item pro *arae*, cuiuſmodi in antiquis nummis *Menandru*, *Apollodoru*, et in Varroniano R. R. volumine III. *Antiphilu*. Vt *aruſpex*, ita *carnufex*, *locuples*, *quadruplex*, *ſacrufico acrufolium* apud Catonem. Quae a Graecis ad Tuſcos, et inde Romam migrarunt.

Biceps, *triceps* et ſimilia ex quo componantur, vetus ſcribendi norma demonſtrat, quae eſt *bicepſos*, *tricepſos*, *quadricepſos*, vt Varro ex Argeorum ſacris oſtendit. Cepſos autem (ex quo noſtrum *ceffo*) a κεφαλη, pro φ litera, qua Latini carent, *p* ſubiuncta, et pro aſpiratione *s*, reliquis in *os* conuerſis. *Interdum* veteribus *interduatim* erat, ideo, remoto *inter*, *duatim* remanet, (quod ſeparatum *duat im* verto in *detid)* ex quo *dum* coaluit. Itaque *dum* vel *duatim*, ſi tempus, ratio, modo id concedat, vt *dum ſcribo*, nonne tempus dat ſiue ſinit ſcribere? Similiter veniam ad te, *dummodo valeam*, quod indicat, me venturum, ſi Deus dederit tunc me valere. Idcirco *interdum* antiqua forma:

ma: *entera duat im*, hoc eſt: *id interponit.* Ceu, vt exemplo pateat: *legit ille*, *interdum ſcribit;* interuenit tempus, quo ſcribit, ſiue interiicitur ſcriptura.

Tum quondam *tuatim*, quod fortaſſe a *tuo*, *is* pro *tueor*, vnde non *tuitus* ſed *tutus* dicitur, et *tuat im*, videat id, vt Tullianum illud ad Atticum: *diſſero in vtramque partem tum Graece tum Latine:* nimirum: diſſero in vtramque partem, ſi quis id intueatur Graece, ſi quis id Latine, ſiue ecce Graece, ecce Latine. Itali melius: *guarda in Greco, guarda in Latino.*

Enim, *en im: in id*, vt nos: *in ciò*, *in queſto. Ipſe* nouicium eſt, vetus *ipſus*, quod in Plauto et Catone retinetur: in antiquis memoriis *ipſos.* Num ex *is* ac *ſos*, *ſuus*, *iſſos* primum, quale noſtrum vernaculum *eſſo*, deinde, quoniam priſca aetas *s* non iterabat, altero *s* in *p* mutato *ipſos?* Quod ex *is* et *ſos* in vulgum nos eleganter reddimus: *quel proprio. Non* olim *nenu*, quod ex geminato *ne ne* et *ȣ* videtur. Id imitamur, dum loquimur et ſcribimus: *nò nò:* id Taſſus metro complexus eſt: *Nò*, *nò, più non potrei, vinto mi chiamo*, *ne corteccia ſpogliar, ne ſveller ramo.*

Mium (quod manet in vocandi caſu *o mi)* veterum, *meum* poſteriorum conſuetudini inſeruit. Ex illo nos *mio* ſumpſimus. Illinc *nimium* repeterem, tanquam *ni mium* ſiue *ne meum;* quod enim nemo ſibi vindicat, abvndat. *Toties*, *quoties*, *aliquoties* detegere non facile; at nullius negotii, ſi, vt antiquitas inſtituit, legamus *totiens*, *quotiens*, *aliquotiens;* nam obſoletum participium *ens* quo et *triens* et *praeſens* componitur, recipere oſtendit. *Totiens* igitur *tot iens*, hoc eſt, cum tot vices ſint, *quotiens*, cum quot. Noſtra lingua: *tante volte*, *quante volte.* Neque tibi dubitandum eſt, quin hoc exemplo ſcripſerint antiqui, quod tum Marius Victorinus, Priſcianus, Caper confirmant, tum libri

manu

manu exarati vel formis expreſſi, vt in Catone: *quotiens ibis, totiens magis placebit.* Item: *Aliquotiens facito ſcopas.* Ex eodem id refert Feſtus, A. Gellius; ſed Feſtus hoc amplius: *compluriens.* Neque Varro diſſimilis: *Quotienscunque haras ſubulcus purgat, totiens arenam iniicere oportet.* Et de L. L. *L. Aelius noſter literis ornatiſſimus memoria noſtra errauit aliquotiens.* Plautus item Amph. *Quotiens vis dictum?* Virgilius etiam repetit Georg. 1. *Quotiens Cyclopum effervere in agrum vidimus vndantem nuptis fornacibus Aetnam?* ac M. Tullius Arat. Phoen. *Sed mediocre iacens quotiens e corpore lumen.* Praeterea apud Vlpianum, Calliſtratum, Iulianum, Labeonem, Pomponium *totiens quotiens* in optimis libris inueniuntur. Vetuſtae denique lapidariae memoriae ad veritatis confeſſionem etiam inuitos traducunt: *Quotiens. quis. eorum. ſuis. coronas. ponent. Quotiens. quonque. ſei. quis. faxſit. Quotiens.* In Ancyrana inſcriptione: *Quo luſtro. Civium. Romanum. cenſita ſunt. Capita. quadragiens. centum millia Et. ſexaginta. tria.*

Quis *guttur* vnde exiſteret, ſic tibi vnquam enucleavit, vt probares? Nec mirum: adeo vetuſtum eſt, atque adeo occultas radices egit, vt non facile effodere valeas, atque in apricum proferre. Gorio itaque gratias habeo, qui primus ex Tabulis Eugubinis hanc ſcripturam ad nos miſit: *vthturu, vtthur*, ac *guttur* reddidit ex quo conſtat. Iſtud itaque ex duabus vocibus componitur *vt* et *turu:* hoc a Graeco θύϱα, et *ianua* eſſe tenes. Quod in Latio etiam vigebat, vt *obturo* oſtendit, *turunda* et alia. Illud autem de ὄσσα ſiue ὄττα amputatum credimus, *o* in *u* conuerſo, vt in multis. Igitur guttur vocis ianua. Sic γλώττα quae vocem excauat et efformat; nam ex γλάφω puto atque ὄττα eademque ὄσσα. Nec non *audio* ab αὐδή cum

ἔω

ἴω siue ἰέω; quippe qui audit, voces et imagines induit. (Mihi magis approbatur origo *audiendi* ab *audibus*, *audiculis* pro *auribus* ex graeco ὢς ὠτὸς deriuata et ab ipso Varrone olim posita.)

Piaculum ac *piaculo* qua de causa nominentur, eadem Eugubina monumenta tibi probabunt, in quibus exsculptum est: *Pi hac luo.* Etymon habere videtur a πῖος et ἀκλύω, nempe: quod etiam selectis hostiis numina auertit, siue quem rite sacrificantem numina non audiunt. Et hac figura *piaculum* scelus habetur. Sin autem hoc modo scribatur: *Piah cluo,* sacrificium indicat quo numina hostias accipiunt, et sacrificantem exaudiunt. Hinc apud Latinos *piaculum* sacrificium, et *piaculo* sacrificio, subducta vero aspiratione et discrimine dempto, vnico vocabulo tam delictum quam sacrificium declarat. Propter quod saepe opinatus sum, multa vtriusque linguae nomina, quae ad alia atque alia significanda traducta sint, exserta asperi spiritus nota, in vnam figuram vnamque faciem confusa. Caeterum a πῖος *pius* est, qui opimis victimis deos precatur; impius contra. Ex hac antiquissima orthographia retenta nonnulla in Latio, atque in nostram memoriam propagata, vt *veho*, *vehiculum* ex *ve* et *eo; veha via*, quod Varronis aeuo ruri durasse fertur, simili ratione *vehemens*, *vehementia*, scilicet *ve amens*, *ve amentia*, vt vernacula nostra: *gran pazzo*, *gran pazzia. Cohortes* in optimis rusticis exemplaribus notatur, non *cortes,* quod indicat, ex duobus factum *coortes.* Id puto posse a χώρα et ὀρταλὶς, quia *cohors* gallinarum sedes, esse probari. (Ego vero non dubito a graeco χόρτος simili ratione deriuatam esse *cohortem cortem,* adeoque ipsum *hortum,* atque a graeco χάος, *cahus, cohare*, *incohare, inchoare.* De qua etymologia plura dicta sunt in Annotationibus ad S. R. R.) Ab Abbatio Oliuierio, cum Eugubi-

Eugubinas Tabulas commentaretur, accepi *aviehclir* et *auiehclu* quod *arator aratoresque* interpretatur. Cui tamen haud assentior, cum ex duabus dictionibus componi existimem: *auia* et *clir* cum *r* addititio (cuius antiquitatem atque vsum ex C. Diulii memoria deduximus) ac sine *r cli* et *clu*. Vtraque profecto Graeca ἄβιος et κλόω siue κλῶ; ideo primum auia qui κλοῖ; secundum qui κλῦ, demptis extremis, pro κλῦσι. At quam scite: *infructuosa qui colit*, ac *colunt*. Nam κλῶ frango, et hinc interposita litera, *colo;* qui enim terram colit, siue aratro siue surculo siue bipalio colat, terram frangit, scindit ac caedit; quod ad maius radicum stirpiumque incrementum. Ab eodem κλῶ apud Graecos κλῶν viget, apud Latinos *virgultum*, quod antiqua Varroniana forma *vircultum;* quippe manu colitur et putatur. Vetustissimi igitur Pelasgi suas calamitates in Eugubina precatione misere deplorant, dum colonos, qui proprie *aruahclu* vocandi erant, *auiehclu* appellant; quandoquidem ob coeli inclementiam terraeque siccitatem nihil ex laborioso cultu percipiebant. *Arua* autem ab Hetruscis ex eodem Gorio primum appellata aduerto *aruuia*, hoc est τῆς ἀρούρας βία, siue bona quae arando consequimur; nisi potius: bona siue arua aratro relicta, vt rustici nostri loquuntur, *terre aratiue*. Id postea in *arua* contractum, vnde Hetruscum *aruamen*, cuiusmodi multa Latini receperunt: *velamen*, *purgamen*, *nutamen*, *nouamen*, *moderamen*, *meditamen*. Credere etiam licet, *aruamen* apud Hetruscos ita vsurpatum, vt nos in vulgus efferimus: *Bestiame, Carname, ossame, pelame, pollame, vccellame*. Ex illo βία deriuatur quoque *superbia* ὑπὲρ βία; qui enim supra facultates et bona siue animi siue corporis, vel supra hominis fortunas attollitur, is merito superbus. Quare vt a terendo *tera* antiquitus, inferiori aetatis gradu *terra* vocata, sic a frangendo aruo *clo* mox *colo*. Nec non a

κέω

κίω ſiue *κείω* id eſt ſcindo (vnde Catoni *tracio* ſupereſſe oſtendam) *veruactum* exiſtit, ſiue priſcum *veruacium*, ſi *va* particula, quae nominis vim et ſignificationem intendit, praeponatur. *Vacio* igitur valde findo id eſt proſcindo; ideoque terra quae vere proſcinditur, *veruactum*.

Semen ac *ſemino* quis a prima origine deduxit? Latet ea tanta annorum mole obruta et penitus demerſa; neque de eadem quicquam haberem, quod tibi notum facerem, niſi Eugubinis literis ſcriptum eſſet *ſehmenier*, quod idem Abbatius *ſemini* reddit. Binis dictionibus glutinari vides, interpoſito aſperi ſpiritus indice, *ſe* et *menier*. Verum *er* addititium puto, quod Latini etiam ornandi cauſa replendiue receperunt, praeſertim vetuſtiores, vt Plautus *argutarier*, *memorarier*, *ludificarier*, *iraſcier*, et plura huiuſmodi qui dixerit, vt Terentius: *deludier*, *immutarier*, *adipiſcier*; vt Lucretius: *conuertier*, *celarier*, *vertier*, *mirarier*; et noſter Cato: *obturarier*. Apud M. Tullium hoc item inuenimus ad Trebatium miſſum: *vt inter bonos bene agier oportet*. Et in Plinio ex veteri hiſtorico Hemina relatum *arbitrarier*. Reſtat igitur *er* remoto *meni* a *μένω* ac ſe propter aſpirationem, quod ἕ Graecis erat. Quapropter ἕ *μένει* ſemen, quod *ſe manet*, *ſeque expectat*, *et renovat*; quoniam in id redit, a quo prodit. Quo quid brevius, quid elegantius, quid ad ſeminis naturam declarandam accommodatius excogitari poteſt aut fingi? Et mirabitur quiſquam ſolertiſſimum fuiſſe Homerum, quando tot ſeculis ante in dictione vna doctrina tanta et ſapientia eluceſcit?

Ab eodem Abbatio Florentia miſſum Eugubinum *veſtiſier* expoſitumque *veſtibus*, quod arbitror *veſtiſi er* ſiue *veſtiri*; nam pro *r*, *s* quondam vſurpatum ex Saliari carmine oſtendit Varro, vt *doloſi*, *eſo*, *muſes*, *ruſe*, *plu-*

plurima, casmena, asena pro *dolori, ero, mures, rure, plurima, carmina, arena.*

A Pelasgis non solum *er*, de quo supra indicatum est, sumpsit Latium, verum etiam *r* simplex multis vocabulis subnexum, vt in verbis quae passionem significant, atque in aduerbiis multis declaratur. Origo ex hac inscriptione clarius apparet:

Lerpirior. Santirpior
Duir. For
Foufer. Dertier. Dierir. Votir.
Farer. Vef. Naratu. vef. Poui.
Sirtir.

Quae quoniam far, nardum et coronam meminit, Lari domestico sacrata videbitur, primum versum hoc ordine separantibus: *Ler. pirior santir pior:* videlicet *Lari. socacio sancto, pio.* Porro si *For* idem ac *Por*, *Foufer* siue *Fouse* Dui filium esse quis crederet. Equidem et Romanae memoriae exhibent *Quinti* vel *Sexti filius: Quinti* vel *Sexti Nepos.* Sic a numero *Dui* filius, vt *Duilius*, quod in gentis titulum transit, nec non *Quintius* a quinto, *Sextius* a sexto, *Septimius* a septimo, ab octauo Octauius. *Por* autem mansit in his *Caipor, Lucipor, Marcipor, Quintipor.* Sed et *Porsena* Tusci regis nomen quasi *Por sena* siue *hena*, hoc est *Senae* vel *Henae* filius. Quae dictio quod ex duabus coit, credere licet primum interposito *h* designatum *Porhena*, deinde *h* in *s* transiisse. Propterea *Porsena* vnico *n*, antiquis, vt dixi, semiuocales non iterantibus, tanquam *Ennii filius.* Idem indicare opinatus sum *Sisenna* velvt ὑς *henna*, idem *Perpenna* παῖς τȢ *pennae* aut *fennae.* Eadem ratione *Saturnus Vrani satus* siue filius vocatur. At *Lar* nomen tam Diis quam hominibus commune; nam *Lar*, *Porsena*, *Larunda* vel *Lar Vnda* Tiberina Nympha, et hinc Lares.

Reuer-

Reuertamur Romam. Cur vocabula nonnulla in *s* et *r* desinant, vt sciamus, primum ab antiquis petendum, alterum a recentioribus; *labos* enim *labosis*, *arbos*, *arbosis*, *lepos leposis* illi efferebant; hi *labor laboris*, *arbor arboris*, *lepor leporis*. Illi item *plusia* a πλούσιος, et ab hoc *plus*, *plusima*: hi *plura* et *plurima*. Sed veteres etiam *plera* pro *plura* scribebant, vnde *pleraque* ac *plerunque* habemus. Quare mirari non debemus in multis analogiam nos sequi, ceu *mus muris*, *rus ruris*, *foedus foederis*; rectum enim casum antiquis dabis; posterioribus reliquos. Neque *Fusios*, *Vetusios*, *Papisios* cum legeris, alios esse ac *Furios*, *Veturios*, *Papirios* existimabis; neque verba multa in diuersum exire inconstantiae tribues, sed tempori. Etenim cum *c* pro *g* plurimum vteretur prisca gens, vt proxima Epistola indicaui, multa aliis literis incipere, in alias desinere notabis: *lego*, *legis*, *lectum*; *ago*, *egi*, *actum*; *rego*, *rexi*, *rectum*; *mingo*, *minxi*, *mictum*; *figo*, *fixi*, *fixum*; *sugo*, *suxi*, *suctum*. Cum *c* haec atque alia bene multa incipiebant: *leco*; *aco*, ex quo *acus*, *acumen*, *acutus*; *reco*; *minco*; *fico*; *suco*, vnde *sucus*, descendit. *Nec otium* olim, nunc *negotium*; *pucno pugno* a πυκάζω, et ab hoc πυκνὸς; quippe conferti ac stipati in acie stant; *cuberno guberno* a κυβερνάω.

Hactenus Pontedera, qui similes aliquot etymologias Annotationibus in Catonem et Varronem inseruit, vnde excerptas retuli in commentarios meos, qui nec ipsi speciminibus aliquot originum latinarum, quae vel Codicum manuscriptorum diuersa scriptura vel significationis reconditae indagatio suggesserat, obiter appositis carent. Interdum ipse Varro, qui mirum in modum eiusmodi etymologiis delectabatur atque alieno saepe in loco studium earum ostentabat, ad difficile hoc et lubricum interpretationis genus, in quo nulli hucusque

que ſine recondita atque accuratiſſima linguae graecae dialectorum cognitione bene res ceſſit, inuitum fere me deſcendere coegit. Verum multa ſuperſunt in verborum et vocabulorum latinorum formis et originibus repetenda ab antiquitate Tuſca, quorum ſpecimina quaedam edidit Pontedera, plura eſſe explicata ſuſpicor in opere a multis laudato *Ludouici Lanzi: Saggio di lingua Etruſca e di altre antiche d' Italia.* Romae 1789 edito.

CORRIGENDA
IN TEXTV
CATONIS ET VARRONIS.

P. 33. lin. 1. lege: *facito; ibi*
P. 39. l. 17. — *trigesimam*[h] *defruti*
P. 44. in varietate lateris dextri l. 27. n. *pampinatoque*
P. 47. in variet. d. lat. lin. 3. o. *gelidam forulentam* Pol. Verba *si*
P. 64. in var. fin. lat. lin. 10. Cap. LXX. a. *Bubus si* omisso
P. 65. l. 9. lege: *fiet. Eam*
P. 72. Cap. XCI. l. 5. — *conspergito*[b], *finitoque*
— in var. fin. lateris lin. 2. — verba *sic farcito*
P. 73. Cap. XCIII. lin. 4. — *maximam amphoram vnam*[b]
P. 75. Cap. XCVIII. lin. 3. — *cum*[i] *vti voles, extergeto,*
— Cap. CII. lin. 3. — *et*[c] *quod medici*
P. 76. in variet. dextri lat. post lin. 2. adde: f. *solistitium* Codex Victorii.
P. 94. Cap. CXLIII. lin. 6. lege: *neue ambulatrix*
P. 98. lin. 1. — *Oleam pendentem*
— in variet. lateris dextri lin. 9. lege: *primae.* Sed *pripnnae* etc. Pol. 2.
P. 102. in variet. dextri lateris lin. 16. lege: k. Vulgo *de eo* legitur. *derouinum* iunctim P.
P. 105. l. 5. lege: *duri*
P. 108. l. 12. — *oxymelle*
— in var. dextri lateris lin. 4. lege: Bonon. 1504.
P. 132. l. 10. — *Euphiton*, *Euphorion,*
P. 136. l. 21. — *iure, inquam?*
— l. 25. — *Huiusce, inquam, pomaria*
P. 137. in varietate fin. lateris y. *estis* P. *esse* margo Durdr.
P. 138. l. 6. — *villa, quod*
P. 139. in variet. dextri lat. o. *quae* margo Durdr.
P. 141. l. 26. — *Agrius, quod scribit,*
P. 142. Cap. III. lin. 10. — *quoquo*[i] *agro serunda*
P. 144. Cap. V. lin. 10. corrige: *Scrofa*[k], *Agriculturae,*
— in varietate dextri lateris: k. Ita pro *Scropha* a. Victorium.
P. 150. l. 25. lege: *furcillas*
P. 151. l. 17. — *admixtiones: in illa enim,*

P. 152. in var. y. *ascendunt. Eosdem praeterea* I. B. Br. R.
P. 153. — — t. *cineraria* Eaedem. Deinceps *ex his* Br. Ald. postea *quae ex his* Ald.
P. 156. l. 2. lege: *Praeterea* [d], *quod*
— ante lin. 5. adpone numerum 4 sectionis.
P. 158. in varietate lateris dextri: v. *faciant* I. B. Br. R.
P. 160. l. 1. lege: *caldiorem.* [*Item*
— in varietate sinistri lateris linea 7. lege: Iuntina.
P. 162. l. 9. — *neque inde*
P. 165. in varietate dextri lateris: y. Ita pro *coherceat*
P. 167. — — e. lin. 3. orta esse. *vndecim item* Ald.
P. 169. in var. sin. lat. h. lin. 2. post *Hinc* dele punctum.
P. 172. l. 16. lege: *oportere* [l], *vt*
P. 173. l. 20. — *quotidie* [g] *videntur,*
P. 175. in variet. dextri lat. n. lin. 2. *canabin.* B. G. *vnde lineas — alia quaedam* etc.
P. 176. l. 2. lege: *radium maiorem, Sallentinam,*
— l. 14. — *descendat: et* [h] *exinde*
P. 177. Cap. XXVII. lin. 2. lege: *circuitu suo*
P. 180. in varietate sinistri lateris s. lin. 2. lege: *sarritores* A. Iunt. G.
P. 184. l. 5. lege: *aequinoctio* [a] *autumnali* et post numerum XCI. dele literam [a].
— l. 8. — *putant, quod,*
— l. 22. — *adruenda puluinos*
P. 185. l. 3. — *brumam*
P. 187. l. 13. — *subus* [f], *vt fiant*
— l. 22. — *robusta* [l] *aliqua*
P. 189. l. 3. — *corticiae, id semen;*
P. 192. in variet. sinistri lateris l. 4. lege: *inbres* Br.
P. 193. l. 16. Cap. XLII. lege: *iactatur, quemadmodum*
— in varietate lateris sinistri m. *nuculeus* P. vt recte Gesneriana prior.
P. 194. l. 20. lege: *profectum, reddunt semen*
P. 196. in varietate sinistri lateris lin. 2. *materiam aliam*
P. 197. l. 15. — *frumentum, non*
P. 199. in var. lat. dextri l. 9. c. *quam paulo* margo Durdr.
P. 201. — — l. 18. lege: margo Durdr. *circumcis.* Br.
P. 203. in var. lat. sin. lin. 18. et Codd. Victorii. Aldina:
P. 205. l. 13. lege: *Scantiana* [c], *Quiriniana,*
— in varietate lat. sinistri l. 8. lege: margo Durdr.
P. 206. l. 14. — *posita, in arido*
P. 208. l. 10. — *retrimentum, conditum in vas fictile id*
— l. 21. — *bibere velis, quod*

P. 212. l. 18. — *paſtoris*
P. 213. l. 18. Cap. I. — *mihi* [h] *here*
P. 214. l. 8. — *Epirotici pecuarii,*
— l. 19. — *Stagerites, neceſſe*
P. 221. l. 11. — *in foetura quae ſint obſeruanda*
P. 222. l. 6. — *porci duo. e queis*
P. 224. in variet. lat. ſiniſtri, lin. 9. lege: y. *Vaſtius* ante Commel.
P. 225. l. 22. lege: *obſeruare vt ſint*
P. 226. in var. lat. ſiniſtri, lin. 4. lege: *et* ante Commel.
— — — dextri, l. 6. lege: *Ne cum.* Br. *Haec ſi recte.*
P. 228. l. 5. lege: *veſpertino rurſus*
— l. 12. — *obſeruant. Quibus*
— in variet lat. ſiniſtri, lin. 2. lege: Pontederam
P. 230. l. 8. — *quidam;*
P. 232. in variet. dextri lateris lin. 12. lege: *atque de omnibus* margo Durdr.
P. 234. l. 7. lege: *congregant et condenſant*
P. 235. l. 14. — *vt ſcrofa porcos*
P. 236. l. 13. — *naſcuntur amplae* [l], *quam exilis, pararis.*
— in var. ſiniſtri lat. lin. 4. c. *et* addidi ex A. Iunt. G.
P. 237. l. 16. — *ad trimum.*
P. 239. l. 16. — *non aſpernatur* [b] *et ideo*
— l. 18. — *in anno, quaternis*
P. 240. l. 8. — *humorem, et cum*
P. 245. in var. dextri lateris lin. 9. *non aſpero* etc.
P. 247. l. 4. — *ſic: Illoſce*
— l. 18. — *Hoc ſecundum*
P. 257. in varietate ſiniſtri lateris lin. 15. n. *aſpernantur* omnes praeter I. B. Br. R. et Geſner.
P. 258. l. 4. lege: *nati, habent*
P. 259. in variet. dextri lat. lin. 13. lege: effecit Victorius.
P. 260. l. 15. lege: *Amiterninus*
P. 261. in var. ſin. lat. l. 16. not. t. *vt tollant* P.
P. 266. l. 5. — *Certe*, inquam; *nam*
— in variet. ſiniſtri lateris l. 3. e. Vulgo *eſſe leuuncidas.* Sed *lenuncidas* P. et Codd. Victorii.
P. 269. in variet. dextri lat. lin. 4. lege: margo Durdr.
P. 271. l. 7. lege: *ruſtica et vrbana, Q. Pinni, dubium*
P. 274. l. 21. — *perpolita in Reatino?*
P. 275. l. 10. — *mea? veſtigium*
P. 275. in variet. ſiniſtri lateris lin. 5. not. d. *ſcilicet Auxius* addit P. et vetuſtiſſimus Victorii Codex, qui ſupra etiam ſect. 2. *Auxius* ſcriptum habet cum Polit. vt in Cicero-

nis Epiſtolis *Auxium* praeferebat optimum Victorii exemplar MS. I. B. Br. R. habent: *S. Axius.* A. Iunt. G. ſolum *Axius* addunt.

P. 276. l. 21. lege: *et ea et vrbana, et rogaſſet*
P. 278. l. 7. — *hieme, noctu*
— l. 12. — *Sexaginta*, inquam.
P. 279. l. 8. — *coenam, incipiam, inquit.*
— l. 11. — *pauones. Cui ille,*
P. 282. l. 13. — *turdi; ſexaginta*
P. 286. l. 11. — *capitulo* [i], *forma*
P. 293. in variet. ſin. lateris l. 11. lege: margo Durdr.
P. 294. l. 18. lege: *obiiciunt; eo enim*
P. 296. l. 7. — *et* [c] *gallinis*
P. 297. l. 10. — *animaduertuntur* [b], *ſi ſunt*
P. 298. l. 7. — *(exſculpta* [l]*)*
P. 299. l. 20. — *incubare* [k] *coepit,*
P. 300. l. 22. — *euitare* [n] *item caldorem*
P. 303. l. 13. — *ſemipedem. eas*
— in var. dextri lateris lin. 3. lege: Commelinianam
— — — l. 13. *pratis iuxta piſcinas* A. Ba. G. *in piſcinas vel* Br. *et piſc.* Creſc.
P. 308. l. 10. lege: *Boeotii*
— l. 20. — *ad buccinam*
P. 314. l. 6. — *audit phyſica, fatiſcat,*
P. 317. in var. dextri lateris lin. 10. lege: margo Durdr.
P. 318. l. 11. — *ceram, e fico*
— l. 13. — *braſſica ceram et cibum*
P. 321. l. 6. — *cum remoueris, fauorum foramina obducta videntur (mellis) membranis:*
P. 331. l. 13. — *oitile,*
P. 333. l. 16. — *deiciuntur*
P. 334. l. 29. — *falere,* l. 31. — *mulier?*
P. 335. l. 13. — *diuiſſiones* l. 15. — *nos gemina*
P. 338. l. 1. — *γνώμη,* l. 4. — *literae G in aliis*
P. 343. l. 1. — *antidhac.)* l. 19. — *Pridem ad πρὶν*
P. 347. l. 13. adde: De ſcriptura vocis *ipſe* fallitur vir doctus. Ex graeco ψε pro σφέας, σφὲ, dorica forma ad latinos tranſiit. Vt Graeci σφὲ αὐτὸς et ψε αὐτὸς, ſic latini *eumpſe eampſe.* Hinc *iſpſe, eapſe,* (apud Plautum Ciſt. I. 2. 17.) *empſe, impſe*, vnde factum *ipſum, ipſam;* vt ex ἓ αὐτὸν *ſe ipſum.*
P. 351. l. 22. lege: ac *ſe* propter.

SCRIPTORVM

REI RVSTICAE

VETERVM LATINORVM

TOMI PRIMI PARS ALTERA

SEV

COMMENTARII

IN

M. PORCII CATONIS

ET

M. TERENTII VARRONIS

LIBROS

DE

RE RVSTICA

Tom. I. P. II.

DE M. PORCII CATONIS VITA STVDIIS ET SCRIPTIS.

DE
M. PORCII CATONIS
VITA, STVDIIS ET SCRIPTIS.

Pauca lubet praefari de Catonis vita, ſtudiis et ſcriptis, quo rectius lectores de diſciplina ruſtica, de conſilio eius, coeloque et regione, cui illam accommodauerat Cato, iudicare poſſint. Ex vita eius, copioſe olim a Cornelio Nepote ſcripta, poſtea in compendium, quod exſtat, contracta, quam Plutarchus excerpſiſſe videtur cum libro Ciceronis de Senectute, vbi Cato noſter loquens inducitur, ea tantum capita excipiam, quae ad iudicium de diſciplina eius ruſtica libriſque, ea de re ſcriptis, pertinere aliquo modo videntur.

Cato, ortus municipio Tuſculo, vt ait Nepos, adoleſcentulus, priuſquam honoribus operam daret, verſatus eſt in Sabinis, quod ibi heredium a patre Marco relictum habebat. Ita etiam Plutarchus c. 1. *Κάτωνι φασὶν ἀπὸ Τούσκλου τὸ γένος εἶναι, δίαιταν δὲ καὶ βίον ἔχειν πρὸ τῶν στρατειῶν καὶ τῆς πολιτείας ἐν χωρίοις πατρῴοις περὶ τοὺς Σαβίνους.* Tuſculanum facit etiam Cicero pro Plancio c. 8. At idem eundem de Senectute c. 7. ſic facit loquentem: *Poſſum nominare ex agro Sabino ruſticos romanos vicinos et familiares meos; quibus abſentibus nunquam fere vlla in agro maiora opera fiunt non ſerendis, non percipiendis, non condendis fructibus.* vbi corrige cum Erneſtio, poſtulante ſententiarum ordine: *quibus a ſenibus nunquam fere nulla in agro maiora op. fiunt* etc. Pergit idem cap. 14. *quae quidem in Sabinis etiam perſequi ſoleo, conuiuiumque vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem quam maxime poſſumus vario ſermone producimus.* Ex quo loco Plutarchus in Catone c.

52. ἦν δὲ καὶ τὸ δεῖπνον ἐν τῷ ἀγρῷ δαψιλέστερον. ἐκάλει γὰρ ἑκάστοτε τῶν ἀγρογειτόνων καὶ περιχώρων τὰς συνήθεις καὶ συνδιῆγεν ἱλαρῶς· ὀ τοῖς καθ' ἡλικίαν μόνον ἡδὺς ὢν συγγενέσθαι καὶ ποθεινὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς νέοις. Quae eadem Cicero paulo antea l. c. ſic tradidit: *nec cum aequalibus ſolum, qui pauci admodum reſtant, ſed cum veſtra etiam aetate atque vobiſcum.* et reliq. Denique ipſe Cato in oratione contra Thermum apud Feſtum in verbo *repaſtinari* ſic de iuuentute ſua: *ego iam a principio in parſimonia atque in duritia atque induſtria omnem aduleſcentiam meam obſtinui, agro colendo, ſaxis Sabinis, ſilicibus repaſtinandis atque conſerendis.*

In Sabinis vicinam habuit villam Manii Curii Dentati, eius, qui ter triumphauit, quoque amiciſſimo deinde vſus eſt. De hoc ipſe teſtatur apud Ciceron. c. 16. atque inde Plutarchus c. 2. ἦν δὲ πλησίον αὐτῷ τῶν ἀγρῶν ἡ γενομένη Μανίου Κουρίου ἔπαυλις. Huius villam ſaepe ſpectatum ibat, teſtante Cicerone, etiam in loco de Republica apud Nonium p. 522. *Cuius etiam focum Cato ille noſter, quum venerat ad ſe in Sabinos, vt ex ipſo audiebamus, viſere ſolebat, apud quem ſedens Samnitium quondam hoſtium, tum iam clientum ſuorum dona relegauerat.* De induſtria et parſimonia Catonis hoc L. Valerii Flacci vicini teſtimonium narrat Plutarchus c. 3. πυθόμενος δὲ τὴν αὐτουργίαν καὶ δίαιταν αὐτοῦ παρὰ τῶν οἰκετῶν καὶ θαυμάσας ἐξηγουμένων ὅτι πρωῒ μὲν εἰς ἀγορὰν βαδίζει καὶ παρίσταται τοῖς δεομένοις, ἐπανελθὼν δὲ εἰς τὸ χωρίον, ἂν μὲν ᾖ χειμὼν, ἐξωμίδα λαβὼν (i. e. tunicam), θέρους δὲ γυμνὸς, ἐργασάμενος μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐσθίει τὸν αὐτὸν ἄρτον ὁμοῦ καθήμενος καὶ πίνει τὸν αὐτὸν οἶνον — ἐκέλευσε κληθῆναι πρὸς τὸ δεῖπνον. Villae pauperem cultum ne tectorio quidem illitae, ſed delutatae, vt poto, obiter commemorat Plutarchus c. 4. τῶν δ' ἐπαύλεων αὐτοῦ μηδεμίαν εἶναι κεκονιαμένην. quod ex ipſis Catonis verbis relatum eſſe patet. Sed ecce tibi Catonis verba apud Gellium XIII. 23. *M. Cato villas ſuas inexcultas et rudes*

rudes ne tectorio quidem praelitas fuisse dicit ad annum vsque aetatis suae septuagesimum, atque ibi postea his verbis vtitur: Neque mihi aedificatio neque vasum neque vestimentum vllum est manu pretiosum, neque pretiosus seruus, neque ancilla est. Si quid est, quod vtar, vtor; si non est, egeo. suum cuique per me vti atque frui licet. Vitio vertunt, quia multa egeo; at ego illis, quia nequeunt egere. Habes perfectam imaginem seueri Catonis saxis Sabinis innutriti! Sabinorum tetricam et tristem disciplinam memorat Liuius I. 18. 4. et suae aetatis seuerissimos homines eos vocat Cicero in Vatinium c. 25. Huc pertinet locus Plinii 8. f. 74. *Metellus Scipio tricliniaria Babylonica sestertium octingentis millibus venisse iam tum posuit in Catonis criminibus.* Quem locum explicabis ex Plutarchi narratione c. 4. ἐπίβλημα δὲ τῶν ποικίλων βαβυλωνίων ἐκ κληρονομίας κτησάμενος εὐθὺς ἀποδόσθαι φησί.

Disciplinam Catonis rusticam ita enarrat Plutarchus c. 21. τῶν οἰκετῶν οὐδεὶς εἰσῆλθεν εἰς οἰκίαν ἑτέραν, εἰ μὴ πέμψαντος αὐτοῦ Κάτωνος ἢ τῆς γυναικός. ὁ δὲ ἐρωτηθεὶς τί πράττει Κάτων, οὐδὲν ἀπεκρίνετο πλὴν ἀγνοεῖν· ἔδει δὲ ἢ πράττειν τι τῶν ἀναγκαίων οἴκοι τὸν δοῦλον ἢ καθεύδειν. καὶ σφόδρα τοῖς κοιμωμένοις ὁ Κάτων ἔχαιρε, πρᾳοτέρους τε τῶν ἐγρηγορότων νομίζων καὶ πρὸς ὁτιοῦν βελτίονας χρῆσθαι τῶν δεομένων ὕπνου τοὺς ἀπολελαυκότας. οἰόμενος δὲ τὰ μέγιστα ῥᾳδιουργεῖν ἀφροδισίων ἕνεκα τοὺς δούλους, ἔταξεν ὡρισμένου νομίσματος ὁμιλεῖν ταῖς θεραπαινίσιν, ἑτέρᾳ δὲ γυναικὶ μηδένα πλησιάζειν. vbi quod de seruis ait nemini percunctanti de domino respondisse, vereor vt verum sit. Certe ipse Plutarchus c. 3. narrat vicinum L. Valerium Flaccum ex seruis Catonis resciuisse, quid ageret in villa sua Cato, disciplinamque eius rusticam omnem inde percunctando minatum fuisse. Videtur Plutarchus nescio quam legem respexisse, cuius vestigium latet in Festo: *Percunctatum patris familiae nomen ne quis seruum mitteret lege sanctum fuisse ait Cato in ea oratione, qua legem Orchiam dissuadet.*

Pergit Plutarchus: ἀεὶ δέ τινα στάσιν ἔχειν τοὺς δούλους ἐμηχανᾶτο καὶ διαφορὰν πρὸς ἀλλήλους, ὑπονοῶν τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν καὶ δεδοικώς, τοὺς δ' ἄξιόν ἐργάσασθαί τι θανάτου δόξαντας ἐδικαίου κριθέντας ἐν τοῖς οἰκέταις πᾶσιν ἀποθνήσκειν εἰ καταγνωσθεῖεν. Quae quidem omnia praecepiſſe animo et iucundum erit et vtile lectori, ante quam ipſum Catonis librum perlegat, in qua diſciplinae huius ſeuerae et parſimoniae tetricae veſtigia multa adhuc inſunt, per multa capita ſparſa. Plura ineſſent, niſi Grammatici totum librum miſere truncaſſent, diſlocaſſent atque ex aliis Catonis libris membra aliena addidiſſent, quod comparato Plinio multis in locis docebimus ad librum ipſum.

Librum de re ruſtica Cato apud Ciceronem c. 16. ita memorat: *Quid de vtilitate loquar ſtercorandi? dixi in eo libro quem de rebus ruſticis ſcripſi.* Haec vero Catonem Cicero loquentem fecit anno aetatis quarto et octogeſimo, quod manifeſtum fit ex cap. 10. anno igitur ante mortem, quam ei obtigiſſe annos 85. nato CSS. L. Marcio et Manio Manilio refert Cicero in Bruto c. 15. et 20. anniſque a ſuo Conſulatu abfuiſſe ait 83. Velleius l. 13. ante triennium quam Carthago deleretur L. Cenſorino et Manio Manlio CSS. mortem obiiſſe refert. Plinius 29. ſ. 8. *Atque hic Cato DCV. anno vrbis noſtrae obiit, LXXXV. ſuo.* Idem 15. ſ. 20. *quo Carthago deleta eſt, quanquam Catone anno ſequente rapto.* quem locum ad orationem Catonis, de Carthagine delenda habitam in ſenatu, recte refert Harduinus. Sexcenteſimum vrbis annum numerat Plinius 14. ſ. 5. numero rotundo pro finito vſus. Contra Plutarchus c. 5. nonageſimo aetatis anno mortuum Catonem tradit; in quo ſequitur Liuium libro 39. c. 40. Sed redeamus ad librum de re ruſtica, quem Plutarchus ita memorat cap. 25. καὶ συντέτακται βιβλίον γεωργικὸν ἐν ᾧ καὶ περὶ πλακούντων σκευασίας καὶ τηρήσεως ὀπώρας γέγραφεν. Ad filium ſcriptum fuiſſe a Catone hunc librum, arguere licet ex Seruio ad Georg. Virgilii II. 412.

laudato

laudato ingentia rura: Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de Agricultura, quod ideo dictum est, vel quia maiores agros incultos rura dicebant, id est siluas et pascua, agrum vero, qui colebatur. — nam et Cato, vt diximus, et Cicero in Oeconomicis ob hoc laudant praedia latifundia, vel quod, vt ait Donatus, etiam non culta praestant aliquid domino. vbi Donati persona male et inepte introducta esse videbitur, inprimis si comparaueris, quae de Catone tradit Plutarchus c. 21. εἰς δ᾽ ἀσφαλῆ πράγματα καὶ βέβαια κατατιθέμενος τὰς ἀφορμὰς ἐκτᾶτο, λίμνας, ὕδατα θερμὰ, τόπους κναφεῦσιν ἀνειμένους, ἐργαστησίαν χώραν ἔχουσαν αὐτοφυεῖς νομὰς καὶ ὕλας, ἀφ᾽ ὧν αὐτῷ χρήματα προσήει πολλὰ, μηδ᾽ ὑπὸ τοῦ διὸς, ὥς φησιν αὐτὸς, βλαβῆναι δυναμένων. Quae Catonis sententia, nisi forte legendum sit ὥς φασιν αὐτοῦ βλ. ex ipso de Agricultura libro ducta videtur, nec tamen congruit cum ea, quam hodie in trunco et lacero libro eius cap. I. sect. 7. positam conspicimus, quam tamen ipsam inde excerpserunt Varro et Plinius, vt in annotatione ad eum locum dicetur.

Nec vllum hodie vestigium superest in libro de re rustica sententiae, quam inde retulisse videtur idem Seruius ad Georg. I. 46. *Cato in oratione ad filium: vir bonus est, M. fili, colendi peritus, cuius ferramenta splendent.* vbi forte scriptum fuit olim: *Agricola bonus est, M. fili.* Rhaeticam vitem a Catone laudatam *in libris quos scripserit ad filium* habet iterum Seruius ad II. 95. Nonius in vocabulo *Mediastinus* ex *Catonis Praeceptis ad filium* habet. *Illi imperator tu, ille veteris mediastinis.* Ita enim scribendum et de villico locum explicandum censeo. Vulgo in Merceriana Editione altera est: *mediastrinus;* in priore: *Ille imperator, tu illi ac caeteris mediastinus.* His igitur auctoribus cum Meursio et Popma Pontedera libri de re rustica haec fragmenta, quae vulgo circumferuntur a grammaticis et librariis pessime habita, filio inscribenda esse censuerunt. Cui equidem opinioni quod opponam

non habeo, nisi quod iidem grammatici, qui Catonis librum tam foede truncatum nobis prodiderunt, titulum etiam et inscriptionem mutasse videntur. Plutarchus etsi de libro de re rustica ad filium scripto silet, Origines tamen Catonem scripsisse et sua manu maioribusque literis in vsum filii descripsisse testatur c. 20. atque omnino saepenumero filium Catonis in libris collaudatum fuisse addit cap. 24.

Superest igitur, vt si annum, quo liber de re rustica ad filium a Catone scriptus fuerit, cognoscere velimus, mortem filii inuestigemus, quam deplorat Cato apud Ciceronem cap. 4. Annum inuestigare licebit, comparato loco Plinii 7. s. 12. vbi Catonem censorium ait generasse filium octogesimo exacto e filia Salonii, clientis sui. Qua de causa aliorum eius liberorum propaginem Licinianos fuisse cognominatos, hos Salonianos, ex quibus Cato Vticensis fuerit. In Plutarcho c. 24. male Editor Britannicus Σαλωνῖνον patrem vocauit, qui antea Σαλώνιος fuerat. Cum Cato Saloniam duceret, octoginta annos natus, vixisse adhuc filium eius Marcum, manifestum fit ex narratione Plutarchi c. 24. Salonium nominat etiam Gellius XIII. 19. Coloni filiam, sed ingenuam, a M. Catone ductam, in matrimonio habet Seneca Controu. 21. At Cicero Tusc. III. 28. Catonis filium Marcum, Licinianum, praetorem designatum obiisse refert; A. V. igitur 601. Non satis recte Plutarchus cap. 24. ἐτελεύτησε στρατηγῶν.

Filium Cato ipse omnibus literis artibusque ingenuis diligentissime instituit, narrante Plutarcho; de medicina etiam praecepta illi proposuit in libro, quem laudat Plinius 29. s. 7. vbi Epistolam ad Marcum filium exscribit: *Dicam de istis Graecis suo loco, Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, et quod bonum sit illorum literas inspicere, non perdiscere, vincam. Nequissimum et indocile genus illorum, et hoc putu vatem dixisse: quandoque gens illa suas literas dabit, omnia corrumpet, tum etiam magis, si medicos suos huc mittet. Iurarunt inter se barba-*

ros

ros necare omnes medicina, et hoc ipſum mercede faciunt, vt fides iis ſit, et facile diſperdant. Nos quoque dictitant barbaros et ſpurcius nos quam alios Opicos appellatione foedant. Interdixi tibi de medicis deinde ſect. κ. *ſubiicit enim qua medicina et ſe et coniugem vſque ad longam ſenectutem perduxerit, iis ipſis ſcilicet, quae nunc nos tractamus; profiteturque eſſe commentarium ſibi, quo medeatur filio, ſeruis, familiaribus, quem nos per genera vſus ſui digerimus.* Quem eundem locum ante oculos habuit Plutarchus c. 23. vbi de Catonis odio in Graecos et literas graecas: τὸν δὲ παῖδα διαβάλλων πρὸς τὰ ἑλληνικὰ Φωνῇ κέχρηται θρασυτέρα τοῦ γήρως, οἷον ἀποθεσπίζων καὶ προμαντεύων, ὡς ἀπολοῦσι Ῥωμαῖοι τὰ πράγματα γραμμάτων ἑλληνικῶν ἀναπλησθέντες — ὁ δὲ καὶ τοὺς ἰατρεύοντας ἐν Ῥώμῃ δι᾽ ὑποψίας εἶχε καὶ — ἔλεγεν κοινὸν ὅρκον εἶναι τοῦτον ἰατρῶν ἁπάντων, καὶ παρεκελεύετο Φυλάττεσθαι τῷ παιδὶ πάντας· αὐτῷ δὲ γεγραμμένον ὑπόμνημα εἶναι, καὶ πρὸς τοῦτο θεραπεύειν καὶ διαιτᾶν τοὺς νοσοῦντας οἴκοι, νῆστιν μὲν οὐδέποτε διατηρῶν οὐδένα, τρέφων δὲ λαχάνοις καὶ σαρκιδίοις νήττης ἢ Φάσσης ἢ λαγῶ· καὶ γὰρ τοῦτο κοῦφον εἶναι καὶ πρόσφορον ἀσθενοῦσι, πλὴν ὅτι πολλάκις συμβαίνει τοῖς Φαγοῦσιν ἐνυπνιάζεσθαι· τοιαύτῃ δὲ θεραπείᾳ καὶ διαίτᾳ χρώμενος ὑγιαίνειν μὲν αὐτός, ὑγιαίνοντας δὲ τοὺς ἑαυτοῦ διαφυλάττειν. vnde locus Plinii ſuppleri atque explicari debet. Quodſi Plinius eam medicinam in ſuos libros digeſtam ſeruauit; eandem hodieque habemus omnem in Catoniani huius libri Fragmentis reliquam, aut ab ipſo Catone, aut a Grammatico aliquo, qui librum de re ruſtica in compendium redegit, huic ruſticae diſciplinae admiſtam. Ceterum ex initio loci Catoniani apud Plinium apparet, eum iſta ſcripſiſſe ad filium, poſteaquam M. Acilium tribunus militum in bellum contra Antiochum comitatus A. V. 562. Athenis aliquamdiu commoratus fuerat, referente Plutarcho c. 12. Ad locum Plutarchi pertinet, quod Plinius refert 28. ſ. 29. *Somnos fieri lepore ſumto in*

cibis Cato arbitratur. vbi Harduinus laudauit Diomedem grammaticum I. p. 358. qui ſic: *Cato ad filium vel de Oratore: Lepus multum ſomni adfert, qui illum edit.* Quod hodie in libro de re ruſtica non reperitur additum. Idem Plinius 7. ſ. 52. *quippe cum Cato cenſorius ad filium de validis quoque obſeruationem vt ex oraculo aliquo prodiderit, ſenilem iuuentam praematurae mortis eſſe ſignum.* Indidem Priſcianus VI. p. 718 et 761. *Cato ad filium: Ex dolore ex febri, ex ſiti, ex medicamentis bibendis, ex cataplaſmatis, ex aluo lauando.*

Iudicium Catonis de literis graecis vidimus, quod ille tulit anno vrbis conditae 562. natus annos 43. Natus enim A. V. 519, ex rationibus Ciceronis, Conſulatum geſſit A. V. 558. poſt quem conſularis Manium Acilium comitatus eſt in Graeciam. Quid igitur fiet Ciceroni, qui Catonem in ſenectute perſtudioſum fuiſſe graecarum literarum narrat c. 1. ipſumque loquentem ſic facit c. 8. *vt ego feci, qui graecas literas ſenex didici: quas quidem ſic auide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens, vt ea ipſa mihi nota eſſent, quibus me nunc exemplis vti videtis.* Cf. etiam Acad. Q. IV. 2. Ab Ennio literas graecas didiciſſe ſtatuunt viri docti, quem familiarem ſuum appellat apud Ciceronem c. 4. Hunc ſcilicet ex Sardinia, cum ex Africa quaeſtor decedens illuc diuerſus eſſet, Romam ſecum deduxerat A. V. 549. triginta natus annos, referente Nepote cap. 1. quod ille non minoris exiſtimabat, quam quemlibet ampliſſimum Sardinienſem triumphum. Dicemusne Catonem ſenem ſententiam de graecis literis mutaſſe? Sed alia eſt eaque grauior difficultas, quam nobis obiicit ipſius Ciceronis narratio Tuſc. Q. I. 2. vbi de Ennio: *honorem tamen huic generi non fuiſſe declarat oratio Catonis, in qua obiecit, vt probrum M. Nobiliori, quod is in prouinciam poetas duxiſſet; duxerat autem conſul ille in Aetoliam, vt ſcimus, Ennium.* Dicendum igitur erit, Catonem in iuuentute a ſtudiis literarum, quae tunc nullae niſi graecae eſſe poterant, ſi a rerum romanarum hiſtoria diſceſ-

diſceſſeris, alienum et totum reipublicae gerendae, iuri dicundo, cauſiſque in fora agendis deditum, cum tandem ille aetatis feruor mitigatus fuerat, animum literarum ſtudiis excoluiſſe. Quo ducit etiam narratio Nepotis c. 3. qui Catonem literarum cupidiſſimum fuiſſe tradit. *Quarum, inquit, ſtudium etſi ſenior arripuerat, tamen tantum progreſſum in eis fecit, vt non facile reperire poſſis neque de Graecis neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum.* Non igitur plane ſenex, ſed *ſenior*, arripuit ſtudium literarum, non graecarum ſolum. Hinc Plutarchus: *τὰ μέν τοι συγγράμματα καὶ δόγμασιν ἑλληνικοῖς καὶ ἱστορίαις ἐπιεικῶς πεποίκιλται καὶ μεθηρμηνευμένα πολλὰ κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἀποφθέγμασιν καὶ ταῖς γνωμολογίαις τέτακται.* Video nunc demum mecum ſentire Io. M. Heuſingerum ad Nepotem in Appendicula notarum.

In libri de re ruſtica c. 157. initio Codices ſcripti et Editiones quaedam recentiores braſſicae Pythagorae mentionem faciunt, et nomina quaedam graeca braſſicae generum ponunt, quae damnauit Geſnerus, Catonem in hoc libro ab omni eruditione graeca abſtinuiſſe cenſens, ſiue quod eam nondum attigiſſet, ſeu quacunque alia de cauſa. Cui equidem opinioni accedere non dubitarem, ſi conſtaret, talem ad nos perueniſſe Catonis librum de re ruſtica, qualem ille ad filium perſcripſerat, nec variis pannis ex aliis Catonis libris aſſutis auctus atque interpolatus fuiſſet a Grammaticis. Pythagorae mentionem in Catone mirari non debemus, ſi vera ſunt, quae de conſuetudine eius cum Nearcho Tarentino, Archytae diſcipulo, narrat Cicero de Senect. c. 12. atque ex eo loco Plutarchus c. 2. Quid? quod ipſum Catonem Cicero c. 12. 20. 21. cum admiratione loquentem facit de Pythagoreorum diſciplina et victu. Denique non plane alienum a diſciplina Graecorum animum arguit cap. 105 et 112. vbi, qua ratione vinum Graecum et Coum fiat, docet.

De Originibus Catonis pauca licebit addere; de quibus Nepos cap. 3. *ſenex ſcribere hiſtorias inſtituit, quorum ſunt*

ſunt libri ſeptem. Primus continet res geſtas regum populi romani; ſecundus et tertius, vnde quaeque ciuitas orta ſit Italica: (ob quam rem omnes Origines videtur appellaſſe) in quarto autem bellum Punicum primum; in quinto ſecundum, (atque haec omnia capitulatim ſunt dicta) reliquaque bella pari modo perſecutus eſt uſque ad praeturam Seru. Galbae, qui diripuit Luſitanos. Atque horum bellorum duces non nominauit, ſed ſine nominibus res notauit. In iiſdem expoſuit, quae in Italia Hiſpaniiſque viderentur admiranda; in quibus multa induſtria et diligentia comparet cum multa doctrina. Plinius 8. ſ. 5. annales vocauit, vbi punicorum imperatorum nomina detracta, elephanti vero Suri, qui fortiſſime praeliatus eſſet, nomen a Catone poſitum eſſe refert. De oratione Catonis contra Galbam ita Cicero in Bruto c. 20. *Cato quinque et octoginta annos natus exceſſit e vita, cum quidem eo ipſo anno contra Serv. Galbam ad populum ſumma contentione dixiſſet.* et cap. 23. *M. Cato legem* (L. Scribonii Libonis) *ſuadens in Galbam multa dixit, quam orationem in Origines ſuas retulit, paucis antequam mortuus eſt diebus an menſibus.* Ex ſeptimo Originum libro hanc ipſam Catonis orationem contra Galbam laudat Gellius XIII. 24. Locus igitur Nonii ſub vocabulo *piſculentus* vitioſus eſt, vbi de fluuio Hibero laudatur Catonis Originum liber octauus.

Librorum Catonis fragmenta, ex ſcriptoribus et Grammaticis collecta, poſuit Popma, quae qui diligenter perlegerit, ingenium Catonis atque orationis colorem bene cognoſcere poterit. Antiqui ſermonis obſcuritatem quibuſdam in locis interdum conqueretur, quae iam olim Grammaticorum, inprimis Verrii Flacci, ingenium exercuit, cuius de obſcuris Catonis commentarios commemorauit Gellius, vnde ducta videntur, quae Feſtus ex libris Catonis interpretari conatus eſt.

SCRIPTO-

SCRIPTORVM REI RVSTICAE
VETERVM LATINORVM
TOMI PRIMI PARS ALTERA

SEV

COMMENTARII

IN

M. PORCII CATONIS

ET

M. TERENTII VARRONIS

LIBROS

DE

RE RVSTICA.

COMMENTARIVS
IN
M. PORCIVM CATONEM.

est praestare] Pro *praestat*, *melius est* interpretatur dictum Gronov. Obs. IV. p. 118. sed exempla, ab eo et a Cortio ad Sallustii Iugurth. 110. 3. posita, non congruunt. Pontedera dubius etiam fluctuabat inter reliquas librorum varietates. Additum in Edd. quibusdam et Codd. *populo*. Abr. Gronov. suspicabatur coaluisse ex *Porci fili*.

hoc sic habuerunt] Ita ex Edd. primis scripsi probante Pontedera et Abr. Gronov. Compara Ciceronem ad Famil. II. 6. III. 13. de N. D. III. 16.

legibus] Duodecim tabularum legem aliquam designari, putabat Vrsinus, quae tamen hodie in Fragmentis earum non appareat. Nimirum etiam Atticae leges dupli poenam sanxerant in furto. Vide Meursii Themidem Atticam II. 1. monente Schoettgenio. Popma verba XX. Tabularum haec posuit: *Si adorat furto, quod nec manifestum escit, duplionem luito.* quorum partem habet Festus in *nec coniunctionem.*

dupli] Duplionem dicebant Leges XX. Tabularum, monente Festo h. v. et Plinio XVIII. 3.

quadrupli] Festus: *quadruplatores dicebantur, qui eo quaestu se tuebantur, vt eas res persequerentur, quorum ex legibus quadrupli erat actio.* Ita etiam Asconius ad Diuin. Ciceronis in Caecilium c. 7. p. 26. Ceterum Catonem semper *fenus*, *feneratorem* scripsisse, ex Nonio annotauit Pontedera. De foenerationis inhonestate vocem Catonis annotauit Cicero Officior. II. extremo. Sed eundem foenus nauticum exercuisse, refert Plutarchus in Catone cap. 21.

strenuissimi] Plinius 18. s. 6. ex Catone hoc oraculum repetiit: *Fortissimi viri et milites strenuissimi ex agricolis gignuntur minimeque male cogitantes.*

male cogitantes] Ita Cato noster apud Ciceron. cap. 6. *Carthagini male iam diu cogitanti.*

Cap. I.

Cap. I. *cogitabis*] Plinius 18. f. 6. *Praedium ne cupide emas. in re ruſtica operae ne parcas, in agro emendo minime. Quod male emtum eſt, ſemper poenitet; agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquam, viam et vicinum. — Cato in conterminis hoc amplius aeſtimari iubet, quo pacto niteant; in bona enim, inquit, regione bene nitent — Cato inter prima ſpectari iubet, vt ſolum ſua virtute valeat, qua dictum eſt poſitione, vt operariorum copia prope ſit, oppidumque validum. vt nauigiorum euectus vel itinerum; vt bene aedificatus et cultus: — itaque Cato de domino bono melius emi, nec temere contemnendam alienam diſciplinam: agroque vt homini, quamuis quaeſtuoſus ſit, ſi tamen et ſumtuoſus, non multum ſupereſſe. Ille in agro quaeſtuoſiſſimam iudicat vitem, — proxime hortos riguos. — eodemque pertinet, quod agricolam vendacem eſſe oportere dixit.* vbi Edd. antiquae habent: *iubet non ſolum ſua virtute valeat.* vnde Pintianus corrigebat: *num ſolum.* probante Pontedera in Cur. fec.

ſemel] Caeſonianum praeceptum vocat Columella I. 4. 1.

circumſpicias] Editio antiqua Creſc. mea: *et circumſpicias* habet.

exiri poſſit] Variam interpretationem haec admittunt. De euectu ad exportandas res vendibiles explicat Turnebus 28. c. 47. Aliter Geſner, quem ſequitur Gallicus Interpres. Scilicet Catonem volunt idem monere, quod Coelius ad Ciceronem VIII. 6. *ne te eo demittas, vnde exitum vides nullum eſſe.* Quae quidem mihi non placet interpretatio. Cod. Gronov. cum Bruſch. et Creſcentio *exire poſſis*, praeterea omittit *inde*.

calamitoſum] De coelo an recte dicatur, neſcio; de agro certe rectius. Vide igitur an praeſtet: *calamitoſus ſiet?* Ager calamitoſus infra 35. 1.

ſolo bono] Recte Pontedera emendat: *num ſolum ſua virtute valeat.* Ita legit etiam Plinius.

ſub radice] Plinius 17. f. 13. *Cato agrum optimum iudicat, ad radicem montium, planitie in meridiem excurrente.* Varro I. 7. *optimum agrum eſſe. qui ſub radice montis ſitus ſit, et ſpectet ad meridianam coeli partem.*

oppidum] Plinius: *vt operariorum copia prope ſit oppidumque validum.* ſed rectius ibi Vincent. *copia, oppidumque validum prope ſit.*

ambulant] Gellius X. 26. *Atqui M. Cato — fundus, inquit, eo in loco habendus eſt, vt et oppidum prope amplum ſit et mare aut amnis, qua naues ambulant.*

quos

quos pigeat] Recte Gefner cum Fornerio et Memmio legendum effe cenfet *hos* aut *eos*. Pofterior ratio placuit etiam I. Fr. Gronouio.

multa ne] i. e. an multa fint. Exempla Plauti Captiv. I. 2. 24. Pfeudoli I. 2. 71. Terentii Andr. IV. 4. 45. aliaque comparauit Gefner. Crefcent. *fi multa fint* habet.

pro ratione] Ad paucos fructus vafa et dolia pauca effe. *Fructum* non inepte habet Brufchiana; quod ex Codice Parifino No. 1600. annotauit etiam I. Fr. Gronov.

inftrumenti — bono fiet] Haec aliena ab hoc loco effe, recte monet Pontedera. De loco bono antea iam dixit, de inftrumento ftatim poftea. Ex argumento igitur, in margine libri appofito, inuecta cenfet. Cod. Caefenas verba *loco bono fiet* tranfpofita poft verba *quamuis quaeftuofus fiet* habet; vnde olim in hoc loco turbatum fuiffe apparet.

minimi inftrumenti] Memineris armenta et feruos ad inftrumentum rufticum pertinere, vt recte monet Gefner.

idem agrum quod] Recte monet Gefner, fcribendum effe *item agrum vt*. Atque ita Plinius habet fcriptum. Deinde *relinquere* mecum probauit Pontedera pro *relinqui*.

primum fiet] optimae conditionis.

dicam] Quinctilianus ait Catonem *dicem*, *faciem* dixiffe pro faciam, dicam, eamque formam h. l. reftitui voluit Pontedera, qui orationem ita vult continuari: *dicem de omnibus agris. Optimo loco emito iugera agri centum. Vinea eft prima, fi vino bono et multo fiet.* Varro I. 7. 9. *Cato gradatim praeponens, alium alio agrum meliorem dicit effe in nouem difcriminibus, quod fit primus, vbi vineae poffint effe bono vino et multo; fecundus, vbi hortus irriguus; tertius, vbi falicta; quartus, vbi olíueta; quintus, vbi pratum; fextus, vbi campus frumentarius, feptimus, vbi caedua filua; octauus, vbi arbuftum; nonus, vbi glandaria filua.* Plinius 16. f. 69. *tertium locum (falicto) in aeftimatione ruris Cato attribuit, prioremque quam oliuetis quamque frumento aut pratis.*

fi vino multo] In libris duobus MS. Vrfinus reperit, quod in libris Polit. etiam effe annotauit feparatim Gefner: *vel fi vino multo.* vnde arguebat, legendum h. l. *fi bono vel fi vino multo fiet.* In Varrone legi volebat *bono vino aut multo.* Equidem ipfe *bono vel* addendum effe affentior.

filua caedua] non opponitur facrae, fed eft quae arbores adultas et caeduas habet.

Cap. II. Argumentum addi vult Pontedera: *Patrisfamilias officia.*

larem familiarem] Columella I. 8. f. 20. *Cum e ciuitate remeauerit, deos penates adorare deinde, ſi tempeſtiuum erit, confeſtim, ſi minus, poſtero die fines oculis perluſtrare* etc.

eo die] Bruſchiana *eodem — opera quaeque.* Eadem vbique *villicum* habet. Etiam Ald. *eodem.*

vilicum] Ita in Varrone quoque ſcriptum prodidit hoc vocabulum Victorius; eandem formam in Columella interdum libri ſcripti offerunt, Pandectae deinde Florentinae, Codex Mediceus Ciceronis Epiſtolarum atque Inſcriptiones antiquae, docente Victorio in Explic. ſuarum Caſtigat. in Ciceronem p. 698. vbi Codicem Varronis perantiquum, in Bibliotheca Diui Marci exſtantem, ita vbique ſcriptum habere monet hoc vocabulum, a villa quanquam deductum, quod ipſe miratur Victorius.

dierum, ſi opus] Ita haec diſtingui voluit ex Creſcentio et ſententia Pontedera. Creſcentius tamen habet: *ſi opus non appareat.* Vulgo poſt *dierum* punctum poſitum erat, et reliqua continuabantur vſque ad *vbi eas.* Cicero Philipp. II. 34. *vbi merces apparet?* Codex Gronouii *ſi eius opus.* Plautus Pſeudolo III. 2. 60. *verum pro pretio facio vt opera appareat mea.* Hunc locum annotauerat Abr. Gronov.

ſedulo ſe feciſſe] Codex Vrſini *ſedolo*, quod pro ſedulo et pro ſine dolo dici potuit. In LL. XII. tabularum eſt *ſe dolo, ſe fraude.* Creſcentius habet *ſe dolo caruiſſe*, quod poteſt videri eſſe interpretamentum lectionis *ſe dolo ſeu ſine dolo.* Pontedera malebat *ſe dolo cauiſſe.* Eſſe enim ait in Ienſ. et Cod, S. Reparatae *ſe doloſa ſeciſſe.* Itaque interpretatur: diligentiae et induſtriae cauiſſe. Dolus enim ſine addito *malus* induſtriam ſignificat. Sed conf. Plauti Mercat. II. 3. 126. Ciceronis ad Attic. X. Epiſt. 6. Deinde Creſc. *ſe non valuiſſe.*

ſeruos aufugiſſe] *Ferias ſe feciſſe* legi volebat Pontedera, quia in ſequentibus huic de ſeruorum fuga nihil reponat paterfamilias, ſed de feriis reſpondeat.

publicum effeciſſe] Geſner malebat *offeciſſe;* i. e. impedimento fuiſſe. Quae opera publica a ſeruis priuatorum fuerint praeſtanda, non dixit Schoettgen, qui de ſeruis publicis laudat ſcriptores, Pignorium p. 65. Fabri Semeſtria II. 5. Lipſii Elect. I. 22. Creſcentius haec verba omiſit. Infra via publica munitur, neſcio in commodum domini, an publicum.

operum operarumque] Pontedera malebat *operum dierumque*, quoniam antea et paulo poſt operae et dies aut opera et dies iunguntur. Sed opera eſt etiam, quantum vno die operis poteſt fieri, et dierum ſignificationem includit, recte monente Geſnero. Bruſchiana habet *operarum operumque*.

tempeſtates pluuiae] Veteres Edd. *pluuiaeue*, Creſc. *et pluuiae*. quam lectionem recte praeferebat Geſner, qui ex editione Louan. Creſc. laudat deinceps: *quae opera per hiemem fieri et per imbrem potuerunt*. Baſileenſis editio cum noſtra lectione conſentit. Bruſch. verba *videto quot dies* cum Creſc. et Wratiſl. omittit, et deinceps *quae opera* habet; et ſic etiam Codex Gronouii et Pariſ. No. 1600.

ſterquilinium] In vetuſtiſſimo Catonis et Varronis Codice vbique *ſtercilinum* ſcriptum reperit Victorius. In Columella I. 6. ſ. 21. *ſtercilinia* Pol. et Lipſ. *ſtercilina* Sangerm. habet. In Phaedro III. 12. *ſterculino* repoſuerunt viri docti; atque omnino *ſterquilinium* vbicunque reperitur tanquam librariorum errorem condemnat Bentleius ad Terentii Phorm. III. 2. 41. eumque ſecutus I. M. Heuſinger Emend. p. 338. De forma *ſterquilinum* vel *ſterquilinium* conſentio; vbique enim *ſtercilinum* vel *ſterculinum*, quod eſt in Philoxeni gloſſis, ſcribendum cenſeo. *Stercilinium* tuentur libri boni.

ſarciri] Creſc. *funes ſarciri, nouas fieri*. Sed antiqua mea Editio: *funes ſarciari*. Bruſch. *funes: ſarciri: nouos fieri centones cucullioneſue fam. opor. ſarcire*. Etiam Cod. Gronouii *veteres* omittit, et Pariſ. No. 1600.

centones] Seneca de ſeruo Epiſt. 80. *diurnam accipit in centunculo dormit*. Columella I. 8. 9. *familiam habeat — munitamque diligenter — quae cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis vel ſagis cucullis*. quae eadem XI. 1. 21. ita leguntur: *pellibus manicatis et ſagatis cucullis*. vbi Sang. *ſagaceis cucullis* habet; viri docti corrigunt *ſagis cucullatis*. Sed Cato infra cap. 59. *quoties cuique tunicam aut ſagum dabis, prius veterem accipito, vnde centones fiant*. *Cuculliones* recte h. l. reſtitui voluit Geſner in Theſ. L. L. laudato Capitolino in Veroc. 4. qui *cucullionem vulgarem viatorium*, et Lampridio Heliog. c. 32. qui *cucullionem mulionicum* nominant, quo caput abſcondebant, qui agnoſci nolebant. Scilicet humeros et caput tegebat cucullus; hinc *veſtis cucullata* apud Iſidorum XIX. 24. Cuculliones igitur fuiſſe videntur alii a ſagis ſeparati, alii ſagis additi pro vario vſu tempeſtatumque varietate. *Saga tamen confecta* quae

 ſint

ſint Columellae ignoro. Forte vox *confectis* vitio laborat. In Plauti Rudente II. 7. 18. tegillum, quo ſeruus amictus et tectus eſſe ſolet, ſi pluit, Feſtus interpretatur cucculliunculum ex ſcirpo factum; et Varro apud Nonium de pluuia impendente: *fore, vt paſtor tegillum ſibi ſumat.*

Ferias] Locum Macrobii Saturn. III. 3. vbi is Varronem auctorem adhibet, laudauit iam Popma, qui monet, Macrobium Flaccum Verrium nominare male, quem Varro ipſe Flaccum Fuluium, flaminem Martialem intelligi voluerit. Seruius ad Georg. I. 270. *Secundum Varronem contra religionem eſſe vel ſi irrigentur agri vel lauentur animalia feſtis diebus; nymphae enim ſine piaculo non poſſunt moueri.*

veteres tergeri] nouas enim fieri non licet per ius pontificium, referente Macrobio Saturn. III. 3. Vide etiam Columellam II. 22. Infra c. 132. 1. et 138. Seruius ad Georg. I. 270.

muniri] Quod opus indictum a republica exigebant deinde magiſtratus. Vide Ciceronem pro Fonteio c. 4.

hortum fodiri] Columella: *in horto quicquid olerum cauſa facias, omne licet.*

purgari] Columellae II. 22. *ſicilire* eſt.

virgas vinciri] Turnebus Aduerſ. 28. 47. vitilia parari et viminea vaſa fieri interpretatur.

runcari] Forte ex Edd. antiquis addendum *cremarique.*

expinſi far] Hoc licere per ferias, monet etiam Columella II. 22. Vetus lectio habebat: *ex piſcina immundicias efferri.* et Columella l. c. *lacus, piſcinas, foſſas veteres tergere et purgare* iubet iiſdem diebus; itaque cum Meurſio et Geſnero addi malim ex Edd. antiquis verba *ex piſcina immundicias efferri;* ita tamen, vt verba exinde orta *mundicias fieri* omittantur. Sic propter verborum *expinſi far* ſimilitudinem exciderunt haec *ex piſcina.* Sola Bruſchiana habet *cremarique mundicias fieri* reliquis omiſſis. Munditias facito eſt infra cap. 39. ſ. 2. Ceterum Turnebus 28. 47. recte monuit, expinſi far ſolum, non triticum, quod in area exterebatur, quoniam glubam facilius dimittit, quam far. Eſſe autem far frumenti id genus, quod Germania ſuperior colit vocatque *Dinkel, Spelt, Veſen* poſt Remb. Dodonaeum IV. 1. 10. Marſil. Cugnatum Obſeru. Variar. II. 23. Salmaſium aliosque recte monuit Geſner ad Columellae II. 9. 14. et II. 6. vbi ſententiae eius argumenta accuratius explicabo. Adoreum ſemen infra dicit Cato c. 34. ſ. 2. Columella adoreum far, modo ſemen dixit, plerumque ſimpliciter adoreum, cuius quatuor genera numerat II. 6. inque his *ſemen*

trime-

trimestre, quod dicitur halicastrum. Antiquissimus huius frumenti vsus fuit Romanis; ab initio *ador* fuit vocatum, quod nomen alicubi veteres Catonis libri habent. Far inde factum arte explicabo ad Caton. 143. 3. et Colum. VIII. 5. 23. Adoreum cum folliculo, quem firmum et durabilem habeat, seri monet Colum. II. 8. in spicis per messem condi, deinde humi in pistrino pinsi et torreri, monet Varro I. 63. et cap. 69. Contra Seruius ad Eclog. VIII. *Virgines Vestales tres maximae ex Nonis Maiis ad pridie Idus Maias alternis diebus spicas adoreas in corbibus messuariis ponunt easque spicas ipsae virgines torrent, pinsunt, molunt atque ita molitum condunt.* vbi vides far prius torreri, deinde pinsi, postea moli; contra in Varronis loca pistura antecedit tostionem. Mirum est, de metendo farre, purgando et exterendo nihil monuisse Columellam; igitur singulis Varronis locis acquiescere debemus. De modo pinsendi dicam ad Catonis c. X. 3. et Varron. I. 69. de nomine farre ad Varron. I. 2. sect. 6.

serui aegrotarint] Hanc Victorii lectionem cum Gesnero probauit etiam Pontedera, qui addit in tribus Codicibus Florentinis et duobus Vaticanis legi: *cum serui excogitarint.* vnde apparet, quo modo per gradus quosdam corrupta fuerit vera lectio, si compares varietatem supra annotatam.

vbi haec] Brusch. *vbi cognita — sint* omisso *haec.* et sic Cod. Paris.

quaeue reliqua] Recte, puto, Cresc. *quae opera reliqua sint, curent vt perficiantur.* Gesner malebat: *quae reliqua opera curanda sunt, vt perficiantur, curato.* Ita fere Edd. I. B. R. *vbi cognita* omisso *haec* Codex Gronouii.

rationes putare] Ex vestigiis variae lectionis Gesner malebat: *rationes putato — familiae pabuliue causa, quae parata sint, rationem* etc. Putare rationem et disputare cum argentario dixit Plautus Aulul. III. p. 5. vers. 53.

reliquum fiet] Deinceps cum Edd. optimis legi vult Gesner: *deinde imperato, quid veneat, quae satis — accipiantur, reliqua quae fient, vt compareant.* Paulo antea Codex Gronov. *quid actum fiet.*

satis accipiunda] Satis acceptionem respondere satisdationi, quam vulgo cautionem dicant, bene monet Gesner. Ceterum Brusch. *accipienda sint* — et deinceps *sint locato.*

vti imperet] Ald. omittit *vti.*

auctionem vti faciat] Nisi aliunde immigrarunt haec verba, cum praecedentibus sunt continuanda recte monente Meursio, vt factum in Aldina. Aliae Edd. *tonsionem*. In vetusto Codice Florentino, teste Pontedera est: *pecus consideret, tonsionem vbi faciat*. Crescentius haec verba plane omisit, sed is habet: *pecus omne consideret*. Denique monet Pontedera, haec eadem verba *auctionem vti faciat* velut argumentum praeponi Capiti III. in Editione Steph. Gryphii, Commelini, Popmae et in Vaticanis Codicibus. Sed idem in Curis sec. repertum in Cod. Caesen. et Veneto *auctionem vti facias* probat. quam viri docti annotationem cum multis aliis omiserat Ernesti.

si pretium habeat] In Edd. I. B. R. *si pretium non habeat;* vnde Pontedera efficit *tunc habeat*. Miror varietatem hanc omissam a Gesnero, quam reperi etiam in Brusch. vbi praeterea est *frumentum quod supersit vendat. Boues vetulos* et reliqua. Sic plane Codex Paris. No. 1600. vnde Abr. Gronou. efficiebat *pretium hoc habeat*.

delicula — deliculas] Hanc qui primus ex libris prodidit lectionem Victorius ipse Varronis locum de R. R. alterumque ex Nonio attulit, vbi oues *reiculae* vocantur eaedem. Verum Popma distinguit a reiiculis delicula, quasi propter aetatem vel morbum deficientia, vt non possint amplius vsu esse; reiicula contra esse, quae ob vitium segregentur et alienentur. Quae quidem distinctio est falsa et inepta. Meursius comparauit porcos delicos, qui quidem ita vocantur, autore Varrone III. 4. cum a mamma depulsi sunt; et ex Glossis affert *Delicum*, ἀπογαλακτισθέν. quod commentum arripuit Gesner, et deliculas interpretatus est oues, a mamma depulsas, quae lanioni traduntur. Sed non meminerat, praeter oues deliculas esse etiam h. l. armenta delicula. Quis vero sanus armenta delica appellet! Vt porci, ita agni et vituli dici recte possent delici, non sues, oues aut boues, quae sunt nomina adultorum animalium. Facciolatus vocabulum *deliculum* e Lexicis amandavit, dum certior afferatur auctoritas. Delicos porcos Con. Gesner in Hist. Quadrup. p. 1020. dictos putabat ex graeco. Hesychius enim δέλιχρα interpretatur τὰ ἡμίχοιρα. Contra Io. M. Gesner in Thesauro L. L. delicos porcos dici suspicatur, qui delinquantur a matribus, vt reliqui, qui relinquantur; deliculas vero oues dici, quae delinquuntur seu venduntur aliis dominis.

seruum senem] Hoc Catonis praeceptum velut inhumanum

manum reprehendi a Plutarcho in Catone, monuit Popma. Bruſchiana *plauſtrum* habet.

vendacem] Titianus in libris de Agricultura apud Diomedem I. p. 365. *patremfamilias vendacem magis quam emacem expedit eſſe. Nam id melius emitur, quam venditur*, monente Heinſio ad Ouidii Amor. II. 6. 23. vbi Geſner corrigebat: *nihil melius emitur.* Sed Abr. Gronov. ad h. l. malebat: *Numquid melius.* Ceterum Creſcentius his ſtatim ſubiunxit ea verba veluti Catonis eiuſdem, quae leguntur in Varronis I. 69. vbi vide notam.

Cap. III. *prima adoleſcentia*] Plinius XVIII. ſect. 6. *fundum in adoleſcentia conſerendum ſine cunctatione, aedificandum nonniſi conſito agro; tunc quoque cunctanter; optimumque eſt, vt vulgo dixere, aliena inſania frui.* Ceterum Bruſchiana in Syllabo lemmatum *aduleſcentia*, in ipſius capitis lemmate *adoleſcentia* habet. *Aduleſc.* etiam Cod. Pariſ. Lectionem *ſtudioſe* mecum probauit Pontedera in Cur. ſec.

facere oportet] Ita etiam Cod. Pariſ. 1600. Idem *tum* ante *ita aedif.* omittit cum Victorio.

neue fundus villam] Haec in libris ſuis deeſſe monuit Victorius. Repetiit dictum Catonis Plinius 18. ſect. 6. et Columella I. 4. 8.

ſect. 2. *cellam*] Aldina *et cellam.*

ſ. 3. *viridius*] Omphacinum ſeu acerbum colore album ex immaturis et curioſe leuiterque expreſſis fiebat oliuis, viride ex variis nec permaturis, ex nigris maturum, docente Columella XII. 50. 1.

viridius et] Aldina *vir vel bonum.* Sed grauius etiam huic loco vulnus inflixit Aldus. In Bruſch. et Codice Regio 1600. eſt: *foetidum fiet. ne quauis olei fiat. Oleum viridius et bonum* etc. Ineptiſſime haec correxit Aldus, quaſi dubitetur, ex quauis olea viride oleum fieri poſſe.

ſ. 5. *vaſa bina*] Vide ad cap. X. 1. notam. *Deux aſſortiments complets de tout inſtrument et utenſiles néceſſaires à la confection de l'huile.* Ita Gallicus Interpres recte.

bonos, priuos] i. e. ſingulis forcalis ſuos et priuatos trapetos eoſque impares. Ita Turnebus 28. 47. Contra Popma impares interpretatur maiores et minores, quales deſcribuntur cap. 135. et priuos, ſingulos. Scaliger tamen cum Turnebo impares eoſdem eſſe putat, quos alibi ſuperuacaneos vocat; eique opinioni acceſſit Geſner. et gallicus Interpres.

orbes] Gallus *Meules* vertit. Ceterum Aldina *vt ſi orbes c. ſient, commutare poſſis.*

funes loreos] ex corio factos, a quibus diuerſi ſpartei, deinceps nominati. Loreis fuiſſe orbes circumactos, ſuſpicatur Geſner. Pertinent potius ad torculare ſeu preſſorium. Scilicet auctore Plinio 18. f. 74. antiqui funibus vittiſque loreis torcularia detrahebant et vectibus. Graecanica per cochleas torta Auguſti demum aetate inuenta fuere, teſte Plinio. Et cochleam in torculari memorat demum Palladius et Vitruuius VI. 9.

vectes ſenos] *Leviens* Gallicus Interpres, fibulas *aiguilles* vertit.

fibulas] De numero vide ad Cap. 12. notam Meiſteri.

medipontos] In vetere Codice eſſe *melipontos priuos bonos*, monet Vrſinus. *Les cables de cuir* Gallicus Interpres. Prelo deducendo adhiberi, ſuſpicatur Meiſter, qui comparat locum Plinii 18. cap. 31. *antiqui funibus viſtiſque loreis ea detrahebant et vectibus.* Vocabulum ipſum ex graeco μέλποντα, quaſi *rudentem*, deriuare malebat, quam cum Popma a melius premendo.

trochleas] *ſa paire de mouſles garnie de ſes cordes de genêts d'Eſpagne.* Gallicus Interpres vertit, et binos trochleae cuique funes attribuit. Subducendo prelo adhiberi trochleas, monuit Meiſter, comparato loco Pandectarum, quem poſui in Diſſert. de Prelo Catonis.

orbiculis] *Les plus expéditives ſont celles dont la chape ſupérieure contient huit poulies et l'inférieur ſix* Gallicus Cato ait. De vitio huius loci monuit Geſner, qui rationes mechanicas impedire ait, quominus aucto orbiculorum numero, celeritas ducendi eadem maneat. Meiſter haec monuit: *Mirum ſi Cato orbiculis ſuperioribus octonis inferioribus ſenis quamlibet trochleam conſtare voluit, cum in quauis trochlea numerus ſuperiorum orbiculorum non niſi vnitate excedat inferiorem numerum. Sed forte de binis trochleis quas praecipit, vel de duplici ordine orbiculorum intelligendum eſt, vt iunctim habeant octo orbiculos ſuperiores, ſex inferiores; ita quoque ingens eorum numerus minuetur. Hoc modo erroris aut mendi ſuſpicio ceſſabit.*

rotas] *Si l'on veut y ajouter un tour a deux roues pour en tirer les cordes en contre-bas* Gallicus Cato. Ita fere etiam Meiſter: *ſi laboris maius quoque compendium quaeris, neque temporis iacturam reſpicis, trochleis rotam ita iungito, vt illarum funis ductarius huius axi obuoluatur.*

Cap. IV. *bubilia bona*] Pontedera addi voluit: *vti bene aedificata habeas,* ex argumento, vbi eſt: *bubilia vti bene aedi-*

aedificata habeantur et vicinia bona. Ceterum *bubile* non *bovile* dici latine, affirmat Varro L. L. VII. p. 94. VIII. p. 110. Charisius tamen I. p. 81. ex Catone et Varrone *bouile* laudat, si lectio sana est.

falifcas] Turnebus XIV. 2. interpretatur, in quibus gramina et foenum ponitur. Crates et patenam ex graeco *φάτνη* vocat Vegetius. A Falis aut Falifcis populis Turnebius, a palis, quasi palifcas, deriuat Popma. Praefepes Gefner putabat effe eos ipfos clathros, quos Falerii olim optime faciebant, hibernas in ftabulo, aeftiuas portatiles. Sed deinde in Thef. L. L. maluit Falifcas ad praefens vtrafque referre. Graeci clathros feu crates vocant *κραστήριον*, quod Pollux VII. 142. et X. 166. ita definit: *τέτταρα ξύλα εἰς ἄλληλα ἐνηρμοσμένα τόνῳ ἐνδεδεμένα, ἃ κατῆρτο πρὸ τῆς φάτνης τῶν ὑποζυγίων φέρειν αὐτοῖς τὸν χιλὸν ὃν καὶ χόρτον καὶ πόαν καὶ κράστιν ἐκάλουν.* De praefepi ita ibidem eft: *ἐκφατνίσματα δὲ αἱ σανίδες αἱ ἀναιρούμεναι ἐκ τῆς φάτνης, ὡς καθαίρεσθαι τὰ περιττά:* i. e. tabulae exemtiles, quibus fublatis purgatur praefepe. Ceterum Cel. Rottboell in Differt. ad Caton. p. 9. recte monuit, rectius *palmo* fcribi quam pede, vt confilio Catonis fatiffiat. Aliter Gallicus interpres: *les rateliers d'un pied de diftance entre mur et barreaux.*

villam vrbanam] Ita in optimo Codice reperit fcriptum Victorius; quae fit villa vrbana docet Colum. I. 6. *Vrbanam* etiam habet Crefcentius I. 5.

beneque pofiueris] Haec omittit Crefcentius vfque ad *libentius.* Idem *fructus plus capies*, fed antiqua mea Editio habet *fructu.* Omnino rectius h. l. legi puto ita: *aedificaveris et recte habitaueris, libentius.* reliquis verbis omiffis, quae funt inepta et fuperuacua.

recte habites] Plinius 18. f. 6. *eum tamen qui bene habitet, faepius ventitare in agrum, frontemque domini plus prodeffe quam occipitium non mentiuntur.*

melior erit] Victorius *melius* edidit, fine dubio operarum errore; *melios* Popmam fecutus reftituit Gefner, cum tot aliis in locis vulgarem formam reliquiffet. *Fundus melior* habet etiam Crefc. Alias legi etiam poffe *fundo melius erit* putabat Gefner.

bonus efto] Plinius 18. f. 8. *in primis Catonis humaniffimum vtiliffimumque, id agendum, vt diligant vicini. Caufas reddit ille, nos exiftimamus nulli effe dubios.*

operas facilius] Crefcent. *opera*, quod probo.

bona falute] i. e. quod omen deus auertat; vt monuit Gefner.

Cap. V. *litibus familiae*] Ita recte Edd. I. B. Br. R. cum Crefcentio Bafil. Reliquae familia, quod etiam in Crefc. editione Louanienfi effe ait Gefner. Superfedere litibus h. l. interpretor iudicare de litibus. Pontedera in Cur. fec. inter iurgia familiae difcernere imperioque componere et rixam fedare interpretatur.

familiae male] Ex Crefcentio Louan. Gefner laudat *familia male*, fed Baf. editio habet *familia mala*. Plinius 18. f. 8. *Cato inter prima cauet ne familiae malae fint:* ex quo loco arguebat Pontedera addendum ex Edd. ante Victorium *prouideat* poft *male fit*. In Plinio rectius alii Codices habent: *male fit*.

opere] Quod Pontedera in Crefc. effe ait *operas bene exerceat*, vt in edit. Ienfon. aliter eft in editione Crefc. Bafileenfi, qua alias vfus fuit Pontedera mecum. In ea enim lego: *opera exerceat* omiffo *bene*. Libri Brufchiani habent *operas ne bene exerc.* In Vatic. libris reperit Pontedera: *opere bono exerceat*. Ipfe *operas* praeferebat, quia infra ait: *familiam exerceat*. Sed in Curis fecundis altero loco verba *familiam exerceat* ex h. l. male repetita et delenda effe cenfet. Sed in his Catonis libris, quales nunc habemus, non mirari debemus eadem praecepta repeti, cum multa ordine plane peruerfo et praepoftero tradantur, autoris ipfius an potius librariorum vitio atque errore.

non faciet] fc. familia. Ita Gefner *nemo faciet* coniecit I. Fr. Gronou.

beneficio] i. e. bono facto, vt recte monet Gefner.

confideret] Rectius, puto, Crefc. *procuret*, *vt*.

Compitalibus] Iterum nominat infra cap. 57. De iis vide Macrobium Saturn. I. 7. Compita Larium in defcriptione romanae regionis CCLXV. numerat Plinius 3. f. 9. Varro L. L. V. p. 49. *Compitalia, dies attributus laribus — vbi viae competunt, tum in compitis facrificatur: quotannis is dies concipitur.* In foco fit iifdem laribus, fed familiaribus, facrum.

praeterea nemini] *Neminem* fc. habeat, malebat A. Gronov.

mercenarium politorem] Quem infra cap. 136. memorat politorem, is plane diuerfus ab hoc, mercenariam in operam conducto. Quae Pontedera cenfebat iunctim legenda haec effe, vt mutata interpunctione indicauimus, nec feparari mercenarium a politore debere. Gefnerus adeo tria vocabula haec fimul ad eundem hominem refert et *pollintorem* probat. Politor, a poliendo agro, is dicitur, cui agrum vt partia-

partiarius, cui vineam aut oliuctum damus in commune quaerendis fructibus. Mercenarius politor igitur h. l. esse debet, quem agri poliendi causa mercede conducimus. Consilii rationem hanc esse suspicatur Gesner, vt ne villicus operas die dicta diutius habeat, ne studio opus trahant et ducant mercenarii, si conditio ipsis producatur.

neu quid dominum] Crescentius *ne quid.* sed antiqua mea *ne dominum* omisso *quid.*

defrudet] Libri variant inter *defrudet* et *defruget.* Codex Vrsini *defrondet* habebat. Plinius 18. s. 15. *huc pertinet oraculum illud magnopere custodiendum, segetem ne defruges.* Ista vero loco de sementi praecipit, vt appareat, intellexisse eum oraculum de semine, non maligne spargendo, nec fraude subtrahendo. Nonius: *defrudare significat fructum minuere vel per fraudem aliquid exquirere.* vbi respexit simul ad verbum defrugare, vt admonet Gesner in Thesauro L. L. Defrugare, qui commode interpretaretur h. l. nondum vidi, aut legi.

s. 5. *si fecerit, scribit*] Quod edidit Victorius *scribit*, errore operarum irrepsisse putat Gesner, qui tamen *scibit* vulgatae interpretationem plane ineptam affert. Pontedera Victorianum *scribit* approbat. Neuter memorauit lectionem Crescentii: *si fecerit prouocabit exemplo familiam et illi* etc. vbi antiqua mea Editio habet: *scribat in mente familiae.* cuius interpretatio esse videtur lectio Basileensis. Igitur lectio Victoriana ex libro scripto ducta videri debet. Catonem villicum non velle ariolum esse, recte admonet Ponted. in Cur. sec. Itaque antiquam lectionem restitui.

dum ne lassus fiat] Equidem malim *dum lassus fiat.* propter sequentia. Pontedera in Curis sec. vulgatam sic tuetur: id enim in exemplum arriperent serui. Paris. Codex *nedum lassus,* Gronouianus alter *lapsus.* Bruschiana *dum me.*

obsequitor, partim] Lectione librorum Catonis spreta scripturam Crescentii vnice probat Pontedera: *bubulcis inprimis beneuolus sit, quo* etc. etsi editio Louan. teste Gesnero habet *bubulcis obsequiosus partim sit,* vt etiam antiqua mea Editio. Gesner *partim* ortum suspicabatur ex *praesertim;* vulgatam tamen tuebatur exinde, quod *partim* etiam infra 6. 3. solitarium ponatur. Sed exempla a Popma allata plane aliena sunt a ratione huius loci. Igitur eam Gesneri rationem amplector, cum legi vult *obsequitor praesertim,* quod Crescent. interpretatus est *inprimis beneuolus sit.* In Curis secundis Pontedera *partim* interpretatur praesertim, et haec verba non villico, sed filio dici putat. Nunc demum video distin-

diſtinctione promota et poſt *partim* collocata, locum fieri ſaniſſimum. Ita *partim* dicitur infra c. VI. 3. Bubulcis non omnino, ſed *partim* ſeu in quibuſdam rebus obſequi vult Cato dominum ſeu villicum.

impellas] Plinius 17. ſ. 3. *terram carioſam caue neue plauſtro neue pecore impellas.* ſed rectius ibi Vincentius: *neue plauſtrum neue pecora.* Plinius carioſam interpretatur aridam, fiſtuloſam, ſcabram, caneſcentem, exeſam et pumicoſam. Aliter Columella II. 4. 5. vbi vide.

amittes] Niſi interim malo mederi conatus fueris. Ita h. l. explicat Gallicus Interpres. Sed ecce Columella II. 4. 5. *ſed quandoque arabitur, obſeruabimus, ne lutoſus ager tractetur, neue exiguis nimbis ſemi madidus, quam terram ruſtici variam carioſamque appellant — quae varia ſubacta ſunt, continuo triennio ſterilitate afficiuntur.* Cato noſter infra c. 34. *terram caue carioſam tractes.* Iterum c. 37. vulgo legebatur: *Si carioſam terram tractes;* quod initium capitis aut ſpurium aut vitioſum eſſe ibi demonſtrabo. Nec hic noſter locus plane ab omni labe immunis videri debet, ſi locum Columellae compares. Rationem conſilii, a Catone poſiti, nec in Columellae diſputatione inueſtigare vllam adhuc potui. Huc trahunt etiam vulgo verba infra cap. 61. alieno loco poſita *ſulco vario ne ares;* quae tamen rectius de ſulco recto perducendo interpretaberis. Quod Cato ploſtrum pecuſque impellere in carioſam terram vetat, pertinere debet ad ipſam arationem, niſi malis verba haec ſpuria cenſere, quae omiſit etiam Columella. Quodſi a Catone ſunt, tunc manifeſtum inde fieri puto, ploſtrum aratri intelligi, quod ſolus Virgilius, poſt eum Plinius memorauit. Terram variam nimium madidae opponit Varro I. 42. — Columellae locum de varia terra comparauit etiam *Rottboell* p. 10.

ſ. 8. *ſpargito*] Merito hanc lectionem Victorianae *purgato* praetulit Geſner; Columella *aequare* dixit, i. e. aequaliter ſpargere. Praeterea Aldina rectius *exportaueris* habet.

caedito] colligere et ferro deſtringere, quaſi deradere interpretatur Turnebus Aduerſ. 14. 2. Sed frons etiam a Columella dicitur virgultum cum frondibus caeſum et repoſitum in pabulum.

per autumnum] In ſegetem ſcilicet; in pratum enim vere euehitur infra c. 29.

autumnitate] Plinius 17. ſ. 30. haec verba de oleis habet. vbi Harduinus *autumnitate* ex libris ſcriptis dedit pro *autumno.*

autumno. De ſtercoratione olearum accuratius docet infra cap. 29.

querneam] Creſc. *querneamque*, ſed antiqua mea *querceamque* habet.

peraridam] Plinius 16. ſ. 38. *Cato adiicit decidua* (folia) *populea quernaque, animalibus iubens dari, non perarida; bubus quidem et ficulnea, ilignaque et ederacea.* Quorum pars exſtat infra cap. 30. et cap. 45. A Plinio decidua dici pro caedua, putat Harduinus.

ſicilimenta] Vide ad Varronem I. 49. 2.

autumni] Lectionem *autumnum* non contemnendam eſſe putat Geſner, propter ea quae docuit Heinſius ad Ouidii Metamorph. III. 729. Creſcentius habet *et autumnalia opera pabulum* etc. ſed antiqua mea Editio: *et autumnalem rapinam.* Rapinam Geſner in Indice interpretatur locum rapis conſitum. Ita certe Columella XI. 2. 71. rapinam et napinam dixit; ſed Cato etiam infra cap. 35. rapinam pro rapo dixit.

Cap. VI. *craſſus*] Varro I, 23. *Cato non male quod ſcribit de ſationibus, ager craſſus et laetus, ſi ſit ſine arboribus, eum agrum frumentarium fieri oportere. idem ager ſi nebuloſus ſit, rapa, raphanos, milium, panicum.* vbi editiones ante Victorium in fine addunt *fert.* Plinius 18. ſ. 46. *In agro craſſo et laeto frumentum fieri: ſi vero nebuloſus ſit idem, raphanum milium panicum.* vbi Vinc. male habet *lento.*

id maxime] Mallem abeſſet *id.*

et caldo] Plinius 15. ſ. 6. *In calido et pingui ſolo radium maiorem, Salentinam, orchitem, pauſiam, Sergiam, Cominianam, albiceram ſeri iubet: adiicitque ſingulari prudentia, quam earum in finitimis locis optimam eſſe dicant. In frigido autem et macro Liciniam. Pingui enim aut feruenti vitiari eius oleum, arboremque ipſam fertilitate conſumi: muſco praeterea rubro infeſtari. Spectare olivueta in Fauonium loco expoſito ſolibus cenſet, nec alio vllo modo laudat.* Varro I. 24. ex h. l. laudat *conditaneam — Colminiam.* In Plinii loco Vincentius Duacenſis habet *pingui quoque — muſco praeterea et robore.* Ceterum Italo Preſta multo cautior in nominibus vetuſtis et ſpeciebus olearum explicandis mihi videtur Gallus Bernard Mémoire ſur l'Olivier. p. 95. qui negat, veterum oleas hodie poſſe agnoſci, quoniam vix credi poſſit, oleas omnes taleis fuiſſe ſatas, qua ſola ratione conſtare varietatem affirmat. Hiſpanicam tamen ſolam excipit, alteramque ſine nomine dictam a Plinio, quae matura ſtatim comedi

comedi poteſt propter dulcedinem. Tales oliuarum ſpecies duas ipſe deſcripſit p. 116. nigram alteram, alteram albam et dulcem. Colminianam variant libri in *colmianam*, *colminiam*, *culminiam*, *Culminianam*, *Cominiam*. In Petronii cap. 66. *oxycomina* Heinſius cenſet eſſe pro *oxycominia*, aceto conditas cominias oleas.

albicerem] Quae ſcilicet natura etiam candida perſiſtit, cum pleraeque ex viridi in albidum, ex hoc in rufum, purpureum et nigrum colorem tranſeant. Talem hodieque reperiri monet *Preſta* Memoria ſui ſaggi diverſi di oleo etc. Napoli 1786. p. 10. qui Salentinam putat eſſe, quae hodie in inſula ea, vnde nomen habet, dicitur *ogliarola* propter olei copiam, qua fructus, quanquam paruus, eſt refertus. Pinxit eam in tabula oppoſita fig. 1. Licinianam hodie aſſerit in agro Venafrano dici *Aurina* p. 40. Pauſiam credit eſſe, quae hodie in peninſula Salentina vocatur *Paſola*, picta in tab. fig. 3. p. 43. Radium maiorem putat eſſe, quae vocatur *Corniola*, picta in tab. fig. 5. forma oblonga, acuminata. Sed idem auctor accuratius haec tractauit deinde in libro Neapoli edito 1788. *Memoria intorno ai ſeſſanta due Saggi diverſi di Oleo preſentati alla Maeſtá di Ferdinando IV. Re delle due Sicilie, ed Eſame Critico dell' Antico Frantojo trovato a Stabia, di Giov. Preſta della peniſola Salentina.* vbi p. 80. dubitat ipſe, an *Paſola* vel *Paſula* ſit veterum *pauſia*, quod putauerant ante eum Bapt. Porta et Randella. Olei enim bonitatem non reſpondere ei opinioni ait. De circite ſeu radio monet p. 83. hodieque diſtingui varias ſpecies, veluti *Corniola de prima* et *di ſeconda ſorta*. Eſſe etiam in agro Venafrano ſpecies duas cognomines, *Circelluta* dictas, minus tamen vtrinque acuminatas, quam *Corniola* ſeu *Cornolara* dicta. Salentinam Monopoli dici *Chiarita*, et Sergianam in agro Venafrano hodie vocari *Oliſciola*, monet ibid. p. 102. ſed p. 108. alibi *Aurina* vocari tradit Sergiam.

hoc genus] Plinius VI. ſ. 19. *de olea Catonis Italica ſententia eſt in XXV. pedibus minimum, plurimum XXX. ſeri.* Aliter Columella V. 9. vbi vide notas. Catonis ratio pertinere videtur ad agrum macrum nec ſegetibus idoneum.

qui in ventum] Bene monet Pontedera legendum eſſe *niſi qui in ventum.* Ita enim Varro: *agrum olueto conſerundo, niſi qui in ventum Fauonium ſpectet, et ſoli oſtentus ſit, alium bonum nullum eſſe.* Columella V. 9. 7. in Fauonium dirigi ordines conuenit. Idem conſilium cum Catone dat Bernard Mémoire ſur l'Olivier p. 213.

Licinianam] Ita et Varro, ſed Plinius *Liciniam.* Sic enim

enim hic XV. c. 2. principatum obtinuit Italia maxime agro Venafrano, eiusque parte, quae Licinianum fundit oleum, vnde et Liciniae gloria praecipua oliuae. Vnguenta hanc palmam dedere, accommodato ipsis odore; dedit et palatum delicatiore sententia. Hodie *Risciola* dici monet Presta in altero libro p. 107.

hostus] Varro: *Hostum vocant, quod ex vno facto olei reficitur; factum dicunt, quod vno tempore conficiunt.* Rationem consilii vide ad cap. 8. 1. Hostum ab hauriendo, quasi haustum interpretatur Turnebus XXV. 19. cum qua faciunt Pontedera et Gesner ad h. l. Sed idem Gesnerus in Thes. L. L. Hostum mensuram quandam in re olearia ab hostio interpretatur rectius, quod ad aequales mensuras fieret. Sed aequalitatem mensurae commentus est inepte; nam incertum est, quod ex facto vno conficitur et redigitur olei, cum facti ipsius mensura varia sit, et natura olearum pro agri coelique suaque ipsorum indole plane diuersa. Antiquum vocabulum et, ni fallor, originis oscae, in re rustica olim frequentatum fuisse, docet *Hostilina* dea, quam Augustinus de C. D. IV. 8. segetibus praefectam fuisse ait, cum segetes nouis aristis aequantur. Sed de ea interpretatione dubito.

muscus ruber] In Plinii loco supra laudati libri scripti *musco et robo;* alii *musco et robore.* Sed idem VI. s. 37. *nocere tradit Cato et muscum rubrum.* Cf. Columella V. 9. In solo macro arbores retorridas et muscosas, in pingui sine musco nasci tradit Varro I. 9. Lichenum genus aliquod intelligi puto, quod vbique neglectum arborum cultum arguit cortici adhaerens, nec inter morbos oleae numerandum censet Bernard p. 261. qui succum ex codice redundantem infra terram oleamque in mortem praecipitantem in Gallica Prouincia vocari *Mousse* monet. Cel. Rottboell p. 12. in lectione *muscus tuber*, vel *ruber* intelligi putat tremellam purpuream Linn. vel etiam Lycoperdum variolosum Linn. Arborum fructiferarum, a frigore anni 1788. emortuarum truncos obsidentem tremellam purpuream vidit *Fr. Ehrhart* Beyträge zur Naturkunde Tom. V. p. 150.

circum coronas] Varro: *quod Cato ait circum fundum vlmos et populos, vnde frons ouibus et bubus sit, et materies, seri oportere.*

partim populos] Brenkmann in Epist. ad Schoettgen data et laudata ad h. l. ait Iensonianam habere *prompte* pro *partim.* Gesneri editio nihil inde varietatis annotauit.

et materia] Malim cum Edd. quibusdam et *materiam, vt, si quid opus erit, parata sit.*

his

his locis] Locis calidis. Palladius ex h. l. Febr. 23. *ſi calidae et ſiccae prouinciae ſtudemus, valles humidas vel irriguas opus eſt deputare cannetis.*

humectus] Varro l. c. *ſi locus humectus ſit, ibi cacumina populorum ſerunda et arundinetum id prius bipalio verti, ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio ſeri, ibi quoque corrudam, vnde aſparagi fiant. Aptam eſſe vtrique eandem fere culturam. Salicam graecam circum arundinetum ſeri oportere, vti ſit, qui vitis alligari poſſit.* Mihi coniectura Rottboellii blanditur — cenſentis p. 13. primarum Editionum *iunctus* ortum habere ex voce *iuncctus*, quam Varro *humectus* ſit interpretatus; cuius interpretionem Iucundum in Aldina addidiſſe putat alteri lectioni. De hinc iuncetum obtinuit, iuncetus vſu exceſſit vulgi. In loco ſimili cap. 9. Editiones primae *viretis vmbroſis* habent. Ex *viretis* forte *iunctis* ortum eſt.

vortito] Edit. Baſil. *fortito*, quod antiquo more dictum, vt *ſerfos, folpes* pro ſeruos et volpes, interpretabatur Meurſius. In Palladio l. c. eſt: *Februario canneta ponenda ſunt factis breuiſſimis ſcrobibus, et oculis cannarum per ſingulas ſcrobes obrutis, qui ſemipedis ſpatio inter ſe diſtare debent.* vbi Creſcentius habet: *Canna ſiue arundo terram deſiderat mediocriter humidam et pinguem. Canneta fiunt hoc modo. videlicet quod paſtinata aequaliter terra menſe Februario et breuiſſimis ſcrobibus vno pede diſtantibus cannarum oculi per ſcrobes ſingulas obruuntur.*

oculos] Plinius 17. ſ. 33. *ſeritur bulbo radicis, quem alii oculum vocant.* Idem ex h. l. habet 16. ſ. 67. *Cato eam ſeri iubet in humidis agris, bipalio ſubacto prius ſolo, oculis diſpoſitis interuallo ternorum pedum. Simul et corrudam, vnde aſparagi fiant. Concordare enim amicitiam. Salicem vero circa.* Editiones optimae habent *oculos radicis arundinis*, quam lectionem Geſner damnat; recte: nec habuit Varro aut Palladius in ſuis libris additum vocabulum *radicis;* nec infra cap. 47. additum legitur. Ceterum pro *bipalio* Cod. Gronov. *pallio.*

Ibi corrudam] Ex lectione ante Victorium edita *ibique* recte Pontedera effici volebat *ibi quoque*, quod ex h. l. retulit Varro. Palladius l. c. *Inter haec aſparagorum etiam ſemina ſpargere poſſumus, vt miſta naſcantur, quia et aſparagi coluntur et incenduntur eo more, quo cannae.* vbi vide notam. De vocis etymo poſtea videbimus. Plinius etiam ex h. l. *ſimul et corrudam.*

nam

nam conuenit — tempus habet] Haec verba gloſſatoris eſſe ſuſpicabatur Vrſinus, igitur incluſit Geſner; temere: nam partem eorum ſaltim expreſſit Varro, Plinius et Palladius, cuius poſterioris ſcriptoris locum Interpretes ignorarunt. Alio etiam loco Plinius, 19. ſ. 42. ad hortenſem aſparagum retulit h. l. vbi ait: *Itaque arundinetis maxime conuenit, quae feſtinant incendi.* Vrſini coniecturam ex Plinio refellit etiam Pontedera in Cur. ſec.

et vmbram per tempus habet] Haec verba, a Palladio omiſſa, intelligere ſe negat Geſner. Sed vide mihi Varronis locum I. 23. 5. *vmbroſis locis alia ſeras, vt corrudam, quod ita petit aſparagus.* Scilicet per tempus arundines vmbram praebent corrudae, poſtea reſecandae. Corruda eſt ſilueſtris aſparagus. Geoponica III. 13. 8. ἕλειον ἀσπάραγον paluſtrem aſparagum vocant et menſe Octobri purgare iubent, vbi Niclas putabat intelligi Cluſii aſparagum marinum. Pl. nat. hiſt. V. 6. *Corrudo aſparagi ſimillima filo* vocatur a Colum. X. 375. qui verſu 246. de hortenſi ait: *et bacca aſparagi ſpinoſa proſilit herba.* Corrudam iuxta ſatiuum aſparagum nominat idem XI. 3. 43. ſed alieno loco, vt ibi docebimus. Palladius Februario XXIV. 8. *mihi etiam vtile videtur, vt aſparagi agreſtis radices plurimas in vnum locum congeramus cultum* (Morgagni corrigit *incultum*) *vel certe ſaxoſum, quae ſtatim fructum dent ex loco, qui aliud nil alebat, et has annis omnibus incendamus in ſcopis, vt fructus frequentior ſurgat et fortior. Hoc autem genus eſt ſapore iucundius.* Videtur omnino corruda aſparagi ſpecies diuerſa ab hortenſi intelligi. *Corundam* in Columella XI. 3. 43. dat Codex Sangerm. Videtur vox e graeco deriuata eſſe, vbi κόρυμβος teſte Heſychio aſparagi etiam caulis dicitur. Ceterum eandem mecum interpretationem ad h. l. propoſuiſſe nunc video Cel. Rottboellium p. 13.

Oſtentus ſoli, ibi] Plinius XIV. ſ. 5. qui haec excerpſit, habet: *oſtentus ſolibus amineum;* etſi ibi Harduinus, vt alibi ammineum edidit. Codex Polit. etiam *ibi* omittit; vnde etiam h. l. malim *oſtentus ſolibus Amineum.* Idem Plinius *eugenium* et *heluinum* habet; libri tamen alii *heluium.* Varro, qui haec repetiit I. 25. habet *oſtentus ſoli Amineum.* — *eugeneum.* — *helueolum:* vbi Polit. habet *helutum.* Ibi etiam libri ante Victor. editi ante *helueolum* inferunt *et.* De helueolo vide ad Colum. II. 2. 25. De Aminea vite etſi iterum diſputabitur ad Colum. III. 2. 7. ponam tamen h. l. quae Geſnerus in Indicem retulerat. Scripturam *Ammineum* defendit Pierius ad Georgica II. 97. et confirmat verſus Auſonii

duracinas] Pontedera veterem lectionem praeferebat: *quae ſuſpendas duratura, aminea maiora vtilia; ad fabrum — ea recte ſeruantur.* Neutro enim genere Catonem iſta vuarum genera ſemper enunciare; Plinium et Varronem ex ſui aeui more *duratura* mutaſſe in *duracinas.* In Plinio Ponted. corrigit: *amineas maiores vtiles. ad fabrum.*

maiores] Verba in editionibus antiquis deinceps addita: *et Scantianas opportuniſſimas eſſe, vel* etc. habent etiam antiquae Plinii editiones. Sed omitti ab optimo exemplari Plinii et reliquis manuſcriptis libris annotauit ad h. l. Victorius; qui Catonis veram ſcripturam eam eſſe putabat, quae in Plinio exſtat; contra Varronem, in cuius libris lectio paulo antea annotata exſtat, ſententiam magis quam ipſa verba retuliſſe; atque ex eo libros Catonis vulgatos fuiſſe interpolatos. Nititur vero inprimis eo argumento, quod Plinius Amineam maiorem a Varrone ait vocari Scantianam; ex quo arguit Catonem non nominaſſe Scantianam, nec Amineam maiorem vna cum Scantiana Varronem. Victorio aſſentitur Vrſinus et Pontedera. Ceterum intelligit vuas fabriles, (Caelii Aurel. Chronic. III. 2. IV. 3.) quibus gratiam fumus adfert fabrilis, auctore Plinio 14. ſ. 3.

paſſis] Vuarum paſſarum varia genera Aſiatica recenſet Galenus de Alim. Facult. II. qui eſt locus claſſicus. Cf. etiam Palladium Octobr. XXII.

poma mala] Pontedera diſtinguebat: *Poma: mala ſtruthea — punica, (eo — fiant) pira volema — ſementiua, (haec — erunt) Tarentina — cucurbitiua, item alia genera* etc. recte puto! Punicarum cultum antiquum fuiſſe Romae et religione conſecratum, colligo ex loco Feſti et Seruii, qui reginam ſacrificantem geſſiſſe tradunt in capite virgam, ex punica incuruatam, *arculum* dictam. Vide Scaligerum ad vocem *inarculum.*

ſtabilia mala] Libri Victorii praeferebant: *vti fabulim malorum.* vnde Turnebus *fauulum malorum*, ineptiſſima ſententia, *fauuli malorum* Popma, *aut fabulium alarum*, i. e. culmorum fabalium, Scaliger efficiebant. Sed egregie fallitur Scaliger, cum ἄχυρα κυάμινα Graecorum comparat cum his fabulibus alis. Pontedera *fabulum malorum* corrigit, antique dictum interpretatus pro pabulum; Geſner *pabulum malorum fiat* praeferebat, et ex Columella V. 9. 13. *fimo pabulandas eſſe oleas* comparabat. Putabat igitur haec voluiſſe Catonem dicere, ali illo laetamine arbores dulcioremque fructum ferre. Stercus porcinum radicibus punicae adhibent Columella V. 10. 15. Arbor. 23. 1. Plinius XVII. ſ. 47.

Geopo-

Geoponica X. 18. Palladius Mart. X. 3. contra vermes et ne acida poma nafcantur. Potuit igitur Cato idem remedium adhibere, vt mala ftabilia fiant, id eft ne mala immatura defluant. Nam ftabilia dici mala, quae condendo funt aptiora nec facile corrumpuntur, Gefnero affirmanti vix affentior. Ceterum malorum et pirorum genera et nomina accuratius explicabo ad Columellam. Nunc video etiam Rottboellium p. 14. vulgatam defendere. Sufpicatur is verba *pabulum malorum* a gloffatore addita effe vocabulis *lotium fuillum aut ftercus.* In Curis fec. Ponted. *fabulum* dictum pro *pabulum* fufpicatur ex graeco φάγω et ὕλη, *fahule*, *fabule*, *fabulum*. Ceterum locus Seruii a Scaligero laudatus ex Codice Danielis, vbi Stelius Stilo docet, alas ex lupino dici furculos fine foliis, Varro autem culmum fabae alam interpretatus effe dicitur in libris de Lingua latina, meretur, vt admoneam lectorem, vfum hunc vocabuli alae effe ex graeco ductum. Vti enim turmas equitum, cohortes vtrinque cingentium, *alas* equitum dixerunt Romani, quas Graeci εἴλας et ἴλας; ita plane Graeci εἴλας et ἴλας leguminum paleas dixerunt, vt acus, aceris Graecis eft ἄχυρον. Hefychius: Εἰαί· — τῶν ὀσπρίων τὰ ἀποκαθάρματα. Idem: Εἶλα· ὀσπρίων ἡ καλάμη. denique: εἴλη· — τὰ ἄχυρα, καὶ τῶν ὀσπρίων ἡ καλάμη. Aliud genus palearum Graeci λώγην vocant, vnde Hefychius ἐπιλώγεον· τὸ μέγα ἄχυρον. Paleam Romani fimiliter ex graeco πάλη duxerunt, quod tamen vocabulum tenuiffimum farinae pollinem, et fuliginis feu cineris puluerem Graecis fignificat.

eae optim.] Varro I. 60. *Oleas efui optime condi fcribit Cato orchites et paufeas aridas vel virides in muria vel in lentifco contufas. Orchites nigras, fale fi fint confricatae dies quinque, et tum fale excuffo, biduum fi in fole pofitae fuerint, manere idoneas folere. eafdem fine fale in defrutum condire.* vbi Pontedera malebat: *albas vel virides.* Vrfinus *confriatae* ex libro fcripto praeferebat, et *condi.* Plinius XV. f. 6. *Condi oliuas optime orchites et paufias vel virides in muria vel fractas in lentifco.* Vulgatum *optimae* h. l. peffime defendit Gefner. *In lentifco* effe in femine lentifci, recte admonet Vrfinus ex Columella XII. 47. 1. Ex Plinio Vincentius laudat: *quam vel virides in amurca.* Crefcentius V. 20. *Cato fcribit eas optime vfui condito, fi fale fint confricatae diebus quinque et tunc fale excuffo fi biduo in fole fuerint pofitae, et manere idoneas. fi folere eafdem — inde frictum condere.* Ita nempe antiqua mea habet, vbi Bafil. *conditas fi — et folere — in defrutum.*

confriato] Ita ex libro Polit. dedi, monente etiam Vrſino, qui veteres Codices ita habere ait hic et in Varrone. Comparat verbum *infriare* Columellae VI. 15. XII. 30. et multis aliis in locis verba *confricare* et *infricare* fuerunt permutata a librariis cum *infriare et confriare.* Aliud tamen eſt *confricare* ſale, qua in re maior vis ſit fructu, aliud confriare, id eſt conſpergere minuto ſale. Geſner etiam rationem Vrſini approbauit. Sal amurcam exſugit.

dies V.] Ita Varro, et in libris veteribus reperit Victorius; diuerſi igitur libri iſti ſunt a Polit. libro vbi eſt numerus minor.

in ſolem] Varro habet *in ſole.*

ſorba] Cod. Pol. *ſorua.* quam lectionem habent etiam Edd. primae. Ex graeco *βια* ſeu *ui* cum addito r finali et graeco ἕω *induo* deriuat Pontedera, vel ex graeco ἡ ἕȣη vel ὁ ἕȣος et cum r finali ἧρ, ὃρ, poſtea aſpiratione in ρ verſa *ſerve, ſoruo,* demum *ſorua, ſorba.* De re ipſa nunc videamus. Plinius 15. ſ. 23. *Cato et ſorba condi ſapa tradit.* Columella XII. 16. ſorba docet ſeruari vel viridia in vrceolis picatis, aut in paſſo vel defruto. Palladius Ianuario XV. 5. primum viridia et duriora lecta in vrceolis ſeruat, deinde cum pediculis ſuis viridia ſuſpendit; tertia eſt ratio haec: *Item ſecta per partes ſiccantur in ſole et ſeruantur in vaſculis ad hibernum. Cum voluerimus vti, aqua feruenti macerata reuireſcunt ſapore iucundo.* Denique addit: *alii ſorba in ſapa aſſerunt diu poſſe ſeruari.* Varro I. 59. *Sorba quidam diſſecta et in ſole macerata, vt pira; et ſorba per ſe vbicunque ſint poſita in arido, facile durare.* Lectionem huius loci ita conſtituebat Meurſius: *Sorba in ſapa cum vis condere, belle ſicca et arida facias.* Quae ratio emendandi eſt ineptiſſima; nam in ſapa fructus virides, non aridi ſeruantur. Noſter infra cap. 143. ſorba cum piris arida, et ſorba in ſapa iterum commemorat. Quare etiam h. l. geminam iſtam rationem doceri puto. Pontedera lectionem *viridia* praeferebat alteri vulgatae *arida;* ſed non dixit, qua ratione reliqua verba interpretanda eſſent. In Curis ſec. interpretatur *viridia* perfecte matura, non acerba, nec mitia, quoniam haec iuſtam maturitatem tranſgreſſa ſunt, illa nondum conſecuta. Equidem primum illud certum et indubitatum eſſe puto, lectionem, a Geſnero poſitam, quamque intactam reliqui, eſſe omnino ineptam. Nam quae in ſapa condiuntur poma et ſeruantur, non ſiccantur antea. Deinde in hac ipſa lectione et ſententia ineptum eſt additum *arida facias cum ſiccare vis.* Itaque ex veſtigiis vulgatae lectionis lego: *Sorba in ſapa*

conuenit

conuenit condere; vel secta arida facias; item pira eodem modo facias. De sorbis dissectis et siccatis vide ad Varronis l. c.

Cap. VIII. *Ficos*] Catoniana praecepta habes cap. 28. 1. 42. 1. 94. ficos siccas seruare docet cap. 99. crates ficarias nominat cap. 48. 2. Cum Columella X. 418. pingues vocet mariscas, credere oportet reliquas a Catone nominatas contrariam succi naturam obtinere, atque ideo in loco crasso et pingui seri. In terra macra ficum mariscam non nasci, tradit Varro I. 9.

cretoso] Cato etiam infra c. 29. et 40. cretam pro argilla dixit. Cretam ex toto repudiat in olineto serendo Columella V. 8. 6. credo quia nimis densa est. Videtur ergo Cato suadere, vt si ficus sit serenda in alterutro solo, pinguem in macro seramus, reliquas contra. Aut simile est consilium illi, quod cap. 6. de olea Licinia dedit: *qui ager frigidior et macrior erit, ibi oleam Licinianam seri oportet; sin in loco crasso aut caldo seueris hostus nequam erit et ferundo arbor peribit et muscus ruber molestus erit.* Olea nempe Liciniana et pinguis oleo et ferax fuisse videtur. Cretosum macilentum solum pingui opponit etiam Palladius Martio X. 1.

Herculanas] Cum libro Polit. *Herculaneas* vocat ex h. l. Plinius XV. f. 19.

Saguntinas] Scripturam Polit. *Sacontinas* ex vetere Codice memorauit etiam Vrsinus et comparauit *macistratos* in Columna Duilii.

hibernas] Cum Saguntinis vocem copulauit Schoettgen, separauit cum Harduino Gesner. Chelidonias Plinii esse suspicabatur Harduinus.

Telanas atras] Verba haec coniungenda, non, vt antea factum, separanda esse, ex Macrobio Saturn. II. 16. monenti obsecutus fuit Gesner. Ignoramus originem nominis. Libri editi Plinii ante Harduinum *Tellianas* praeferebant. Loci nomen requiri videtur. *Selinos* in Italia nominat Plinius III. sect. 11. aliis non dictos; ibidem *Tellenem* nominat, quae Liuio *Tellenae.* Est etiam *Telus* insula maris Aegaei. Sed scripturam ipsam definire et constituere antea oportet, quam de oppido affirmare aliquid licet. Ceterum varias ficorum species hodieque non solum colore fructus, sed etiam vario pulpae colore, figura pomi, pediculi longitudine et breuitate, maturitate et seritate fructus aliisque argumentis distingunt. Vix in tanta fructuum varietate cum cultu vsque aucta licet agnoscere formas et nomina, a veteribus scriptoribus

 posita:

posita; nec frustra laborabo in disputatione vana et inutili. Pediculo longo sunt sici, quas Prouinciae Gallicae incolae vocant *roses noires*, *roses blanches*, (Bernard Mémoire sur le Figuier p. 52.) deinde *cotignacenquos*, (ibid. p. 59.) *Figues de Cuers.* (p. 66.) Idem Bernard accurate distinxit varietates ficorum eas, quae solum siccum et macilentum, aut crassum et humidum amant.

submittito] Prata submittere dixit etiam Varro I. 49. 1. Columella II. 18. 2. in foenum submittere idem XI. 2. 15.

megaricos] Cum Theophrasto H. P. 7. 13. Plinius 29. f. 30. *Proxima*, inquit, *his est bulborum natura, quos Cato inprimis serendos praecepit, celebrans Megaricos — reliqua bulborum genera differunt colore, magnitudine, suauitate; quippe cum quidam crudi mandantur, vt in Chersoneso Taurica. Post hos in Africa nati maxime laudantur, mox Apuli.* Columella X. 106. Megaricos et circa Siccam natos Libycos laudat. Ouidius: Daunius (i. e. Apulus) an Libycis bulbus tibi missus ab oris, an veniat Megaris, noxius omnis erit; scilicet ad Veneris abstinentiam. Fabriles bulbos habet Apicius 8. c. 7. Dioscor. 2. c. 200. bulbum esculentum breuiter notat. Ad orchidum Linnaeanarum genus pertinere, promisit se demonstraturum alibi Schulze in Toxicologia Veterum p. XXX. Contra G. W. Wedelius in Disput. edita Ienae 1701. arum Aegyptiacum maximum seu colocasium intelligi censebat, eoque referebat locum Galeni de Alim. facult. II. qui arum Cyrenaicum vtpote dulcius in Italiam conuectum fuisse testatur. Vix dubitauerim assentiri viro docto, malim tamen generatim arum Italicum intelligi, et locum Galeni de bulbis Libycis Romam conuectis interpretari.

murtum] Plinius 15. f. 37. myrtum coniugulam nigram et candidam laudat, coniugulam nostratem, i. e. romanam interpretatus. Veneri sacram et coniugiis fuisse, notum est. Alba et nigra dicitur a bacca, vt ex Columella XII. 38. Praeter vsum religiosum colebatur ad oleum et vinum inde parandum, de quibus videbimus ad Columellam. Genera myrtorum descripsit Plinius l. c. Cultum myrti describere auctores latini rei rusticae omiserunt.

siluaticam] Infra c. 133. hanc omisit. Plinius 15. f. 39. *Duo eius genera tradit Cato, Delphicam et Cypriam. Pompeius Lenaeus adiecit mustaceam, quoniam mustaceis subiiceretur; hanc esse folio maximo, flaccidoque et albicante; delphicam aequali colore, viridiorem, maximis baccis atque e viridi rubentibus. Hac coronari triumphantes Romae - Cypriam esse folio breui nigro, per margines imbricato, crispam.* *Postea*

Poſtea acceſſere genera. Tinus: hanc ſilueſtrem laurum aliqui intelligunt, nonnulli ſui generis arborem. Differt color; eſt enim ei coerulea bacca.

caluas] Plinius 15. ſ. 24. de amygdalis: *Haec arbor an fuerit in Italia Catonis aetate, dubitatur, quoniam graecas nominat, quas quidam et in iuglandium genere ſeruant. Adiicit praeterea auellanas et galbas Praeneſtinas, quas maxime laudat et conditas ollis in terra ſeruari virides tradit.* De ſeruandis nucibus locus Catonis eſt infra cap. 143. *et nuces Praeneſtinas recentes in vrceo in terra obrutas habeat.* vbi vides, recentes dici, quas Plinius virides vocauit ex Catone. Nuces Praeneſtinas et Auellanas (vbi liber Polit. *Abellanas)* quomodo tranſplantare oporteat, docet noſter infra c. 133. 2. In Pliniano *galuas* libri ſcripti omnes conſentiunt. Caluas contra nuces ſolus Petronius nominat cap. 66. Dalecampius ad Plinium ex veteri gloſſario poſuit: *calua nux, κάρυον βασιλικόν.* Popma ex gloſſario profert: *caluae, ποντικὰ πεφρυγμένα.* Caluas interpretantur dictas, quod barba molli reliquam partem protegente (vnde et noſtris *Bartnüſſe)* ſummum caput ſeu apex nucis nudus ſeu caluus prominet. In Catone Edd. primae ſimiliter habent *galbas* ſcriptum; quo vocabulo color flauus viridi permiſtus ſignificatur, qui externae nucum faciei vix conuenit. Sed haec eſt ſolennis vocabuli variatio in Codd. Sic in loco Varronis apud Nonium in *proboſcis* et ericius: *ſe circumſpexiſſe atque inueniſſe, quum dormire coepiſſet tam glaber quam Socratis caluitium, eſſe factum ericium e pilis albis cum proboſcide.* vbi in ſecundo loco prior Editio Merceriana *gallum*, priore *caluum*, ſecunda vtrobique *caluum* habet, Codex Guelferb. ſecundo *galbam.* Praeterea vulgatum *Socrates* idem Codex in *Socratis* mutat, vnde locum correxi. De graecis nucibus Plinii dubitatio vana erat. Ita enim etiam Columella amygdalas vocat et Varro. De Praeneſtinis locus eſt Feſti in voce *nuculas*, vbi in Praeneſtinorum regione plurima nux minuta naſci traditur. Haec Praeneſtina nux vulgaris Linnaei corylus ſeu auellana eſſe videtur. *Abellanas* ab oppido Campaniae dictas eſſe ad Virgilii Georgic. II. tradit Seruius; Plinii locus in editione Harduini ſcriptum habet: *quas ante Abellinas patrio nomine appellabant.* etſi ibi quoque Codex Tolet. *abellanas* habet. Sed Abellinum Campaniae oppidum nominat Plinius III. ſ. 9. Auellana igitur ea Campania in reliquam Italiam prodita eadem eſſe videtur cum Corylo maxima Linnaei. In Aſiam et Graeciam e Ponto veniſſe nuces has ideoque a Graecis ponticas dictas fuiſſe, teſtatur Plinius

l. c. Campaniae intuliſſe videntur graecae coloniae in ora Italiae maritima frequentes. Ceterum male Geſner hoc loco diſtinctionem inter *Auellanas Praeneſtinas* ſuſtulerat, ſecutus obſcurum hominem aliquem, de nucibus Saturnalitiis tradentem; infra tamen cap. 133. eandem reliquit. De caluis res dubia manet; ſi ad auellanae ſeu coryli genus pertinent, tres eius ſpecies commemoraſſe dicendus eſt Cato. Infra duos tantum nominat. Auellanam facere Tarentinam, id eſt ſine putamine duro; ſaltem putamine molli, docet Columella V. 10. 14. vnde patet, Tarentinos excelluiſſe cultura nucum. Graeci κάρυα ποντικὰ et λεπτοκάρυα vocant. De generibus dicam ad Palladium III. 25. 31. In Priapeio carmine 51. eſt: *nucemue longam, quam vocant auellanam.* vbi veteres libri *alua* vel *Alana* habent; vnde Scaliger corrigebat *Albanam* vel *caluam.* Vbi corylum nominant ſimpliciter ſcriptores noſtri, ſilueſtrem intelligi volunt. Cf. ad Colum. VII. 9. 6. Plinius 15. ſect. 24. de auellanis: *Nunc Thaſiae et Albenſes celebrantur et Tarentinarum duo genera, fragili putamine, ac duro, quae ſunt et ampliſſimae et minime rotundae. Praeterea molluſcae, putamen rumpentes.* Feſtus: *moracias nuces Titinnius duras eſſe ait; vnde fit diminutiuum moracillum.* Quae gloſſa ad quod genus nucum pertineat, nondum inueſtigaui.

haec facito, vt ſerantur] Ad plures accuſatiuos *facito* referri debet, more antiquo, quem Plautinis exemplis multis illuſtrauit Geſner, laudato etiam Sanctii Minerua cum notis Perizonii II. 5. 5. Atticis eadem ratio dicendi fuit familiaris. Ceterum Cod. Gronov. *facito inſerantur* habet.

fundum vrbanum] Suburbanum aut legendum aut interpretandum, recte monuit Geſner. Ceterum hinc noui capitis initium capiunt Edd. Ienſon. Bonon. Iuntt. Ald. Gymn. Adeo Bonon. praeſcribit titulum: *vt ſalicta locis aquoſis ſerantur.* Chriſtius in Villatico p. 90. lectionem antiquam *fundum vrbanum et qui cum fundo ſolum habebit* praeferens interpretatur fundum ſolius habitationis cauſſa et ad voluptatem, vſu vrbano conſtitutum; nam ſi ſine ſolo eſſet, ne verbo quidem dignatum fuiſſe putat Catonem. Sed contra monet Erneſti ad h. l. cui adſcripſerat Chriſtii locum, eo ſenſu non fundum, ſed villam vrbanam dici.

ſolertiſſimum] noue dictum pro *ſolertiſſime excultum.* Similiter Plinius 19. ſect. 19. *hortum indiligentem* dixit.

Cap. IX.

Cap. IX. *aut domum opus*] Cel. Rottboell. p. 14. comparato loco cap. VII. *et ligna et virgae venire poſſunt, et domino erit, qui vtatur,* malebat legi: *vti ad domini opus ſient, et vti venire poſſint.* Ex antiquo *domui* facile deriuari poteſt *domini*, ſi ſententiam tam facilem haberet, quam vulgata lectio. Cod. Gronouii habet ſcriptum: *ſeri oportet. videto vt vendere poſſit.*

Cap. X. *Quomodo*] Haec verba ex lemmate Pol. et Victorianae addidi ſuadente Pontedera. Varro I. 19. Cato *in oliuetis* CCXL *iugerum boues trinos. ita fit vt Saſerna dicat verum, ad centum iugera iugum opus eſſe, ſi Cato, ad octogena.* vbi legendum eſt: *ita ſi Saſerna dicit verum ad centena — opus eſt.* Idem cap. 18. *Cato vnam formulam ſcribit, in qua praecipit, quomodo oliuetum agri iugerum* CCXL *inſtruere oporteat. Dicit enim in eo modo haec, mancipia* XIII *habenda, vilicum, vilicam, operarios* V, *bubulcos* III, *aſinarium* I, *ſubulcum* I, *opilionem* I. Ceterum Cod. Pariſ. incipit: *Villicus villicos operarios habeat V.*

boues trinos] Recte Varro tria iuga interpretatur, et Cato bubulcos tres numerat. Vrſinus ad Varronem poſuit locum Catonis ex libro V Originum ex Nonio in *protelare* hunc: *Sed protelo trini boues vnum aratrum ducent:* qui neſcio an ad hanc ſignificationem pertineat. Pontedera malebat: *boues VI.* quia poſtea *ploſtra maiora tria*, et *iuga tria*, et *aratra ſex* commemorantur. Sed ex numero aratrorum nihil arguere licet, quae gemina haberi videtur velle Cato; contra idem *ornamenta bobus* VI. poſtea poſuit.

ornatos] Victorius ex libris ſuis pro *onerarios* hoc dedit, neſcio an recte. Ipſe Cato deinceps *ornamento bobus VI. inſtrata aſinis III.* poſuit. Et cap. 11. vbi aſinos ploſtrarios II. ponit, deinceps *aſinis inſtrata II.* dicit, vbi male vulgo *ornamenta aſinis inſtrata III.* legitur. Neſcio ex quo libro Geſner lectionem *inſtratos* memorauerit; equidem et *ornatos* et *inſtratos* iuxta *clitellarios* inepte poni cenſeo.

aſinum vnum] Varro l. c. *Quod addit aſinos, qui ſtercus vectent, tres, aſinum molarium,* vnde *molarium* h. l. addi voluerunt Turnebus, Meurſius, Vrſinus. In Catone Edd. principes cum Polit. libro habent *molendarium*, recentior Polit. *molendinarium.*

ſues] Deinceps ſuum numerum ſuum ſubulco non attribui, merito miratur Rottboell p. 15. Haras certe decem exſtrui iubet infra cap. 14. ſ. 1. credo, vt eo ſecludat ſcrofas cum ſua prole. Vniuerſae enim ſues ſuili includebantur.

inſtructa

instructa iuga] Editt. principes habent *vasa ollariaque instrumenta habeat. Ahenum vnum* etc. Voluerunt dare *vasa oleariaque* etc. Vulgatam Turnebus interpretatur quinque trapeta vel prela ordinaria cum suo instrumento; Gesner vasa coniuncta quinque generum, quae vnam synthesin efficiant, et quasi corpus instrumentorum. Enumerare Catonem quinque, *ahenum*, *operculum aheni*, *vncos*, *vrceos*, *infudibula*. Confirmare conatur opinionem suam loco Varronis I. 22. 3. vbi de Catone: *Oliueti iugera CCXL qui coleret, eum instruere ita oportere, vt faceret vasa olearia iuga V. quae membratim enumerat, vt ex aere ahena, vrceos, nassiternam, item alia.* vbi Editt. Iuntinae post *olearia* inferunt *instruere*, vnde Ba. — G. effecerunt *instructa.* De numero quinario generum vasorum vides Varronem plane aduersari Gesneri opinioni, quae et per se est absurda. Ceterum ipse Gesner comparauit locum infra cap. 145. 1. *si sex iugis vasis opus erit* (ad oleam faciundam) *facito.* Sed omisit locum supra cap. III. 5. *in iugera oleti CXX. vasa bina esse oportet.* vnde difficultas alia oritur, cui nunc immorari non lubet. Infra cap. 12. *in torcularium quae opus sint vasis quinis.* tum numerat prela V, suculas V, et reliqua item instrumenta numero quinario procedunt, vt adeo fit manifestum, quod ad eum locum monuit Turnebus VIII. 6. ex quoque genere vasorum quinque adesse velle Catonem.

ahenum] Festus: *Aenulum vas ex aere paruum.* Isidorus: *Enulum, caldarium.* Scaliger ex Glossis posuit: *Aena,* λέβης. Plinius 16. f. 22. cortinas aereas dixit; sed libro 24. f. 68. *cortinae fulloniae* in libris scriptis sunt *vnae fulloniae*, id est, *aeneae*, recte interpretante Harduino. Idem 27. f. 66. *ex quibus fiunt aeneae fulloniae.* Eo respexisse suspicor glossae auctorem, qui *aenam* lebetem interpretatur.

vncos III.] Edd. I. I. G. *vrceos* habent, quam lectionem, in varietate omissam errore operarum in Gesneriana vtraque, probabat Meursius propter locum Varronis I. 22. vbi est: *ex aere ahenea, vrceos, nassiternam.*

polulum] Infra cap. XXI. 3. *laminae polulae.* Infra cap. 14. 2. est *paululam pilam.* sed vide notam. In Epistola Ciceronis ad Famil. XII. 12. pro *paullulum morae* Mediceus teste Victorio habet scriptum *pollulum;* idem Codex in titulo Epistolarum ad Consulem Paulum habet *Cos. Paullo.* Et in Epistola XI. 7. *Polla* dicitur Paula Brati vxor.

quinquagenariam] Quae sextarios 50. contineret, cum vrna vinaria dimidiata sit amphora, igitur sextarios 24. contineat. Formam igitur solam in hac amphora olearia spectari,

ctari, putat Gallicus interpres, quam cum vinaria communem habeat. Ego vero puto, amphoras, vrnas, omnesque reliquas mensuras olearias maiores vinariis fuisse. Hinc amphorae additur epitheton oleariae; ita infra c. 13. sextarium olearium appellat. Modium olearium pariter maiorem fuisse, suspicio est Galli Bernard, posita ad caput 144. cui robur hinc accedit.

trullium] Iterum c. 11. s. 2. Sed ibi trulla I et trullium est, in Polit. vero *trulleum*. Cap. 13. 2. trullas aheneas 3 ligneas duas nominat. Varro de L. L. IV. p. 30. trullam recte deriuat a graeco *τρυβλίον*. Scilicet *trua* est, quod graece *τρύψ* dicitur, quo vsus est Nicander in Alexipharmacis, instrumentum coquorum, in quo vsu nominant Graeci *ζωμήρυσιν*. Praestat igitur scriptum non geminata liquida. Vsum trullae et trullei docet Varro et ex eo Gesneri Thes. L. L.

scutriscum] A scutra capitis 157. deriuat Popma *scutulam* et *scutellam*, patinae maioris genus interpretatus. Scutram ligneam ex Lucilio annotarunt Grammatici.

Nasiternam] Hic et in Varrone I. 22. cum Victorio Gesner peiorem formam *nassiternam* posuit, etsi in Indice postea nostram recte probauit cum Scaligero ad Festi glossam: *nassiterna est genus vasis aquarii ansati et patentis:* et Perizonio Animaduu. Histor. c. 9. Hic quidem monet, in numo esse *Nassica* pro *Nasica*. dicique nasiternam non a tribus nasis, quod cum Turnebo VII. 22. putauerat Scaliger, sed vt cisternam a cista, et simpliciter vas ansatum ita significari. Verum Gesner nasum in vase hoc non ansam, sed tubulum additum seu orificium interpretari malebat; nescio qua de caussa; cum nasiterna vas patens sit, et nasos Vatinianis calicibus Martialis, quatuor nasos calici Iuuenalis assignet.

irpicem] Ita recte Edd. B. R. Vulgo *urpicem*. Festus: *Irpices genus rastrorum ferreorum, quod plures habet dentes ad extirpandas herbas in agris.* Varro L. L. IV. 31. *Irpices regula* cum pluribus dentibus, *quam item vt plaustrum boues trahunt, vt eruant quae in terra sunt.* Seruius Virgilii Georg. I. 95. *vimineasque crates trahit* interpretatur: *ad agrorum scilicet exaequationem, quam Irpicem rustici vocant.* Haec ad h. l. Meursius. Crate inducta coaequare glebas dicit Columella II. 18. 4. quod graece est *διὰ βοῶν σκάλλειν* Geoponic. II. 24. Itaque irpices hominis manu reguntur, crates a bobus trahitur. Varro quasi *sirpices* dictos putabat; Scaliger a graco *ἁρπαγὴ* deriuat et locum Euripidis in Cyclope affert: *σαίρειν σιδηρᾷ τῇδέ μ᾽ ἁρπαγῇ δόμους.* Idem locum

cum Hesychii annotat: *ὀξίναι ἐργαλεῖόν τι γεωργικὸν, σιδηρᾶς γόμφους ἔχον, ἑλκόμενον ὑπὸ βοῶν.* Itali hodieque latinum nomen seruant *Erpice* et *erpicare* vocantes, vnde Crescentius cum alibi tum libro III. c. 15. vsus est, vbi tamen vtraque mea Editio habet: *expexe de quibusdam spinis facto semen operiatur.* Ita et alibi habet *expexe* pro *erpice.* Medio aeuo *erpicam* dixere. Vide Cangii Glossarium in *Erptia,* vbi Vgutio grammaticus deriuat *erpicam* ab *arpe quod est rapere.* Ita fere Scaliger. Gesner vrpicem praeferebat.

crates stercorarias] Cod. Paris. *crates duas, sterc. IV.* Varro I. 22. 3. ex h. l. instrumenta ex ligno refert *plostra maiora tria, aratra cum vomeribus sex, crates stercorarias quatuor, item alia.* Ceterum recte monet Turnebus VII. 22. singulis boum iugis duo aratra cum vomeribus adsignari. Infra c. 11. iugeris vineae C totidem crates, sed vnam modo sirpeam assignat. Alteruter numerus vitiosus est. *Ῥιπίδα κοπραγωγὸν* ex Cratete comico habet Pollux X. 175. Ceterum recte h. l. edd. primae cum Polit. bis praeferunt *stercerarias.* In Sangermannensi Columellae Codice semper *stерceris* scriptum exstare, monuit Abr. Gronov. et locum Marciani Capellae addidit III. p. 81. *Item veteres sterceratos agros dicebant, non stercoratos.* Scilicet illi *temperi, temperius, foeneri, pigneri* et similes formas frequentabant. *Pigneri* habet noster c. 149. sect. 2. Foeneratorem seruarunt in vsu vulgari libri editi Scriptorum veterum.

semuncias] Sirpeas minores interpretatur Turnebus VII. 22. clitellas minores parte dimidia Popma, consentiente Gallico interprete. Scilicet Turnebus ex Glossis apposuit: *κανθήλιον semuncia.* Eandem glossam transtulit Salmasius ad locum Plauti Epidico V. 11. 1. vt *copulas secuncias* interpretaretur copulas, quibus clitellae religantur in mulis clitellariis. Scilicet malebat *copulas semuncias,* id est semunciarias legi.

ferramenta] Varro I. 22. ex h. l. *sic de ferramentis, quae sint et quot opus ad multitudinem, vt ferreas octo, sarcula totidem, dimidio minus palas, item alia.* vbi Edd. principes habent *furcas ferreas,* Polit. liber *furcas rectas.* Vides inde vnde h. l. in Edd. I. I. G. venerit *ferramenta furcas ferreas.* Victorius, qui h. l. in Codice suo *furcas* non reperit, ad alterum locum eandem obseruationem referri voluit, vbi similiter *furcas* deleuit. Videtur igitur liber Polit. diuersus esse a Victorianis. Equidem cum Gesnero probo *furcas ferreas.* Ceterum quae deinceps nominantur instrumenta vsque ad dolia, ferramentis annumerat Cato. *Furcas* h. l. omittit

omittit etiam Codex Caesenas, teste Pontedera. Vide ad c. XI. 4. Forte etiam ad palas referre possis. Ceterum Pontedera malebat: *palas VIII. rutra X.*

securcs III.] Pontedera malebat proportione alterius agri: *secures VI. cuneos VI.* In Codice Paris. est *stramentaria VI. arboraria secures III.*

forpices] Vulgo *forpicis.* Vide ad cap. XI. 4.

arborarias] Varro L. L. IV. p. 33. *falces — in Campania seculae a secando dictae — aliae falces foenariae, et adoreae* (alii *arboreae*) *— lumariae sunt, quibus secant lumecta, cum in agris serpunt spinae — sirpiculae — his vtuntur in vinea alligando fasces, incisos fustes, faculas.* Lumecta dicuntur a graeco λύμη, nocumenta agrorum, spinae.

fistulam ferrariam] Lectionem Edd. principum *fiscellam farinariam* repudiat ferramentorum reliquorum societas. In Polit. 2. est *ferrariam*, aeque male. Comparauit Gesner locum Plinii XV. s. 23. *Etruria spicam farris tosti pisente pilo praeferrato, fistula serrata, et stella intus denticulata.* quem accuratius interpretatus est Io. Becmann *Geschichte der Erfindungen* T. II. p. 3. Deinceps Cato sect. 5. pilum farrearium vnum inter lignea vasa memorat, vbi Gesner pilam substitui voluit. Vide omnino de modo pinsendi farris ad Varron. I. 69.

vinaceos condat] Pontedera malebat *condas*, vt infra *secernas* vel *succernas.*

amurcaria] Varro I. 61. amurcam periti agricolae tam in doliis condunt quam oleum aut vinum. Ceterum Pontedera ex numero hoc arguit paulo antea etiam cum Edd. principibus scribendum esse *dolia olearia* X. Sed eaedem numerum labrorum exaequant doliis oleariis et vinaceorum.

serias VI.] Cap. XI. s. 4. legitur *serias X.* quam lectionem etiam h. l. Polit. liber habet. Lupinarium labrum videtur esse, vbi maceratum lupinum pecori praebetur. Eluacrum etiam cap. XI. recurrit ex Codd. restitutum a Victorio, quod quid sit, nescio. Forte ab *helua*, *heluela*, *heluella* oleris genere *eluenacium* dictum fuit, vt lupinarium. De helua vide ad Varron. II. 5. 8.

priua plura] Pontedera cum Polit. libro omittendum censet *plura*, veluti ex nota vocabuli *priua* ortum. Ita iudicauerat etiam Meursius, probante Gesnero.

Hispanienses vnas] Diuersas igitur ab asinariis et trusatilibus, sed alibi non memoratas. Easdem infra cap. XI. in vinea omisit, et rotam aquariam nominauit. Sed rota aquaria haustris aquam e fluuio ministrabat. Hispanienses

omisit

omiſit etiam, qui molarum inuentionem et hiſtoriam enarrauit Io. Becmann. Ad olearem vſum molas has non pertinuiſſe, quod video viros quoſdam doctos opinari, docet illud, quod in vinea eaſdem et totidem (exceptis hiſpanienſibus) adhibet. Molam buxeam qua piper tereretur ad cibos, memorat Petronius c. 74. quam *fractilli* nomine indigitauit Iſidori gloſſa. Haec erat manualis.

molilia] Infra c. 11. *iugum aſinarium I. orbem aheneum I. molile I.* vbi orbium et orbiculorum vſum in mola Geſner annotat ex noſtro c. 3. 5. ſed orbem aheneum, cui fuerit vſui, negat ſe intelligere. Molile interpretatur cum Turnebo Adu. 7. 22. manubrium quo mouetur mola, vt a libra eſt librile. In Theſ. L. L. interpretatur inſtrumentum, quod molae, aut collo boum vel humeris adalligatur, cum trudunt molas. Voluit igitur πανσικάπην intelligi. Feſtus: *molucrum non ſolum quo molae vertuntur dicitur, id quod Graeci μύλικρον appellant — Molucrum aiunt eſſe lignum quadratum quoddam vbi molatur. — Aelius — eodem nomine appellari ait, quod ſub mola ſupponatur. Aurelius Opilius appellat vbi molatur.* Reliquam molae frumentariae fabricam explicatam dedi in Diſſert. de Trapeto Catonis.

abacum] Inter culinaria inſtrumenta ἄβακα Pollux VI. 90. et palmulorum lancem βαλάνων ἄβακα nominat VI. 86. monente Geſnero in Theſ. L. L. qui malebat tamen interpretari h. l. genus menſae ſuſtinendis vaſis aliis accommodatum. Eiuſmodi abacos aeratos ex Aſiatica Gallorum victoria Romam primum inuectos a Cn. Manlio memorat Liuius 39. 6. et Plinius 34. ſ. 8.

loris] Eiuſmodi reſtes Petronius c. 97. Gloſſae Iſidori et Scholiaſtes Iuuenalis vocari aiunt *inſtitas*, monente Popma.

communes] Ex Edd. primis reſtitui monente Pontedera; nam in cap. XI. eſt *et tres ſeruos vna cum factoribus vbi cubet.* ſic enim ibi corrigit Pontedera vulgatam *et tertius ſeruus vna cum f. vti cubet.*

fullonicam] Cum Edd. primis Geſner malebat *pilam ligneam vnam fullonicam, telam* etc. Ceteras metallo factas fuiſſe ſuſpicatur. Infra cap. XIV. *pilam vbi triticum pinſant, vnam, fullonicam vnam.* vbi libri optimi *fulloniam* habent.

telam iogalem] Hic et infra cap. XIV. vbi eſt *telas iogales duas* Edd. I. I. G. habent *tedas*, monente Victorio, qui in libris ſuis omnibus vtrobique *telas* reperit. Iugum cui tela imponitur texenda, recte interpretatur Popma. Et ſic eſt apud Senecam Epiſt. gr. et poetas.

pilum]

pilum] Gefner etiam admonuit fcribendum effe *pilam fabariam vnam, farreariam vnam.* Praeterea verba *pilas duas* vitiofa aut fuperuacanea effe cenfeo.

feminarium] Turnebus VII. 22. intelligit pilam feminariam ad cernendos feminum nucleos. Meliora nemo poft eum docuit. Huc facit lectio librorum ante Victor. editorum, vbi eft: *qui nucleos fecernat, modium* etc. Vnde Pontedera corrigebat *fecernas,* de interpretatione fecurus. Vide infra ad cap. 25. Seminarium forte voluit dicere, vbi femen apii pulfabant, quo facto crifpius nafci putabatur, tefte Theophr. II. 5. Columella XI. 3. Plinio XIX. f. 46. Ceterum verba *qui nucleos* — *vnum* pertinere puto ad verba fupra pofita de lectis, male huc in alienum locum retracta. De lecti vfu ad nucleos fecernendos vide notam ad c. 25.

Cap. XI. *Quomodo vineam*] Cum Pontedera lemma Codicis Polit. praepofui huic capiti, nifi quod ibi eft *inftituere oporteat.* Lemma antiquum verbum aptius *inftrui* habet. *Viniam* retinuit Pontedera ex Polit. pro *vineam.* In Codice Gronouii eft *inftruere.* Codex Parif. incipit: *Villicus villicos operarios et opera haec in iugera plura oportet habeat. bubulcum I.* plane vt Edd. primae.

falictarium] Varro I. 18. *Alteram formulam fcribit de vinearum iugeribus centum, vt dicat haberi oportere haec, XV. mancipia, vilicum, vilicam, operarios X. bubulcum, afinarium, fubulcum.* Omifit igitur falictarium Varro, etfi in vetere Codice Vrfinus nominatum reperiffe fe falictarium vnum teftatur. Salictarius videtur dictus, qui falices caedit ad vfum vineae. Ceterum editiones ante Victorium vulgatae *falictarium* fimiliter omittunt, I. B. R. addunt opilionem, et ftabularios quatuor, fumma hominum omiffa. Opilionem in formula oliueti cum Catone nominauit etiam Varro, in vinea omifit.

boues II.] Turnebus interpretatur binos, id eft duo iuga, vt cap. 10. boues trinos. Sed ecce Varro I. 19. 3. qui ex h. l. refert: *in vinea iugerum C iugum boum afinorum iugum, afinum molarium.* vnde vanam effe Turnebi interpretationem, recte admonuit Gefner; etiam bubulcus vnus nominatur.

torcula] Varro I. 22. ex h. l. habet *torcularia* fine varietate, vbi Vrfinus *torcularia* refcribi voluit. Turnebus interpretatur tria prefforia in torculari vno adhibenda.

dolia] Varro l. c. *dolia cum operculis culleorum octingentorum, acinaria XX, frumentaria XX, item eiufmodi*

alia — tantum numerum culleorum ſcripſiſſe puto, ne cogeretur quotannis vendere vinum. Victorii lectionem *dolia V. vbi vindemiae* ex Mediceo mutauit Geſner. In minore enim vineae modo cap. X. dolia vinaria X. totidemque acinaria poſuit Cato; quare Pontedera h. l. malebat *dolia XX.* ſcribi, quoniam totidem acinaria dolia ponuntur. Idem in Curis ſec. recte monuit, inepte dici Catonem dolia tot parare, vbi quinque vindemiae eſſe poſſint, et pro doliorum multitudine cellam vinariam aedificare. Is enim patremfamilias vendacem eſſe oportere ſtatuit. In alterum annum ſaepe expedire vinum ſeruare, ſi vilitas ſit; ſed cum noua vindemia vrget, vel vili diſtrahendum eſſe, vt pendens condamus. Quam Victorianam lectionem reſtitui, quanquam numerum Pontederae malo.

culleum] Cum in agro cis Ariminum in ſingula iugera dena cullea vini fierent et in agro Fauentino iugerum tricenas amphoras ſeu culleos quindecim redderet aetate Catonis, quod ex eius Originibus refert Varro I. 2. 7. cumque apud Plinium 14. ſ. 5. idem Cato (eodem Originum, vt recte cenſet Geſner, loco) denos culleos redire ex iugeribus ſcripſerit, non immodicum prouentum poſitum hic a Catone credere licet octonum culleum in iugerum. Hic igitur culleorum numerus vni vindemiae ſufficiebat. Quid igitur Varroni venit in mentem mirari: *tantum numerum culleorum ſcripſiſſe puto ne cogeretur quotannis vendere vinum?* Geſnero quidem erraſſe memoria falſus Varro videtur, nec probat Turnebum VII. 23. qui Varronem ſecutus numerum *quinque* omittit. Equidem puto, in libro Catonis eo, quem Varro legerat, defuiſſe verba *vbi quinque vindemiae eſſe poſſint.* alioqui numerum eum culleorum, qui vni vindemiae, quae in iugerum culleos octonos redderet, ſufficiebat, non eſſet miratus in Catone. Praeterea in Catone mirum mihi accidit, in priore vineae modo ſimpliciter poſitum eſſe doliorum vinariorum numerum, nulla ratione prouentus edita vinarii, hic vero ſubito rationem octonariam prouentus in culleorum numero edi, doliorum numerum omitti. Certe nec antiqua Victorii lectio, nec ea, quam Geſner ex libro Mediceo poſuit, diſputationi Varronis conuenit; igitur is aliam lectionem in Catone ſecutus eſt, aut plane lapſus eſt, quod in re tam leui vix credere licet. Interim lectionem antiquam reſtitui, vrgente Pontedera. Plane enim inepta et a Catonis doctrina aliena eſt ea, quam intulerat Geſner.

tectoria] Veteres Edd. habent *parua plura;* quae lectio vitiata eſt ex *priua plura.* tectoria Gallus interpretatur: *et de*

de quoi les enduire toutes. Sed tectorium parietum noui, quod in operculis doliorum locum non habet; nec ita dixiſſet Cato *tectoria priua.* Igitur dubius haereo.

vrnas ſparteas] Ad vinum metiendum accommodatas eſſe, ne frangerentur, ſi fictiles eſſent, putat Turnebus, quem ſecutus Geſner addit eaſdem pice vndique oblitas et firmatas fuiſſe. Aduocat huc ex Columella XII. 18. 2. *fiſcellae texendae et picandae.* Quid ſi ſparto ſirpatas vrnas fictiles interpretemur? de quo ſirporum et ſparti vſu dixi ad Columellam VIII. 15. Addo locum Nonii: *obba poculi genus vel ligneum vel ex ſparto.* Heſychius: *πυτίνη· πλεκτὴ λάγυνος οἴνου. ἔπλεκον δὲ ταῦτα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ δεσμῶται καὶ σπυρίδας καὶ τὰ τοιαῦτα.*

cola vitilia] Maiora haec interpretatur Geſner, per quae muſtum vniuerſum traiiciatur.

florem] Ne peſſum eat et vitiet ſaporem, ſaepius tolli iubet Columella XII. 30. 1. qui cap. 19. colis etiam muſti ſpurcitias redundantes purgat.

iuga ploſtraria duo] Veterem lectionem reſtitui, probante Geſnero, qui monet ex cap. 62. quot iuga boum mulorum aſinorum habebis, totidem ploſtra eſſe oportere. Modo verba is ſequentia interpretatus fuiſſet!

vinarium] *Molarium* coniecit Geſner legendum eſſe; Gallicus interpres iugum boum molae iungendorum ineptius interpretatus eſt. Quid ſi *mularium* ſcripſerit Cato? Mulos enim cum aſinis et ploſtris nominauit cap. 62. At mulos in inſtrumento non nominauit! Nunc mihi perſuaſi Catonem antiquo more ſcripſiſſe: *iugum bouinarium I. iugum aſinarium I.* Atque ita apparet, formam iugi aſinarii diuerſam fuiſſe a bouillo, contra atque ex vulgata lectione colligebat Scheffer de Re Vehic. I. 11. Vulgatam lectionem vtcunque defendit Rottboell p. 15.

orbem aheneum] Edd. principes omittunt; quis ahenei orbis vſus ad molam fuerit, ignorare ſe fatetur Geſner. At ſupra cap. X. 4. poſt molarum mentionem poſuit orbes aheneos II. nec conſtat ad quem vſum.

molile I.] Poſtea molas aſinarias III. vulgata lectio et truſatiles vnas memorat; quodſi etiam mecum duas modo inde effeceris, vt oportet, molilia ſaltim duo requiruntur. Supra c. X. ad tres molas ponit molilia totidem.

coculum] Ex libris ſuis hoc dedit Victorius, Feſti loco addito, vbi eſt: *Cocula vaſa aenea coctionibus apta.*

trullium] Cato noſter apud Feſtum: *Naſſiterna eſt genus vaſis aquarii anſati et patentis — Cato in ea oratione*

quam

quam compoſuit in Q. Sulpicium: quotiens vidi trullos, naſſiternas, perſuſos aqualis matellas ſine anſis, vbi Scaliger corrigit: *pertuſos aquales.* Idem Feſtus: *matellio diminutiuum a matula.*

rotam aquariam] Quae aquam, ex fluuio hauſtam, ſubminiſtret; ne de mola cogites.

Ornamenta bobus II.] Ita recte ſcribendum eſſe monuit Pontedera; boues enim duos ſupra nominauit, ploſtra duo et aratra duo. Similiter cap. 10. boues ſex numerans; deinceps poſuit *ornamenta bobus ſex.* Scilicet Edd. ante Victorium vulgatae habebant: *ornamenta bobus et aſinis.* Liber Polit. *et* omittit praeterea, quod manifeſto ortum fuit errore librarii ex numero II. Ornamenta aſinis negant Meurſius et Geſner.

aſinis in ſtrata III.] Aſinos ploſtrarios initio poſuit, vnum molarium. Similiter cap. 10. aſinos clitellarios tres, vnum molarium ponens, deinceps *inſtrata aſinis III.* edidit. Itaque molaribus inſtrata non habet. Vitium ergo eſt in vulgata lectione huius loci. Praeterea dubito, an aſinis ploſtrariis inſtrata conueniant, vt clitellariis; ornamenta certe conveniunt et molario et clitellario et ploſtrario. Et tamen Editiones principes cum Codice Polit. *ornamenta* tribus his aſinis negant, *inſtrata* permittunt. Inſtratum aſini eſt σάγμα, equi στρῶμα. Stratum equi habet Seneca Epiſt. 81. et Plinius VII. 56. aſini Petronius cap. 45. mulae a centunculis diuerſa Liuius VII. 4.

faecarias] Fiſcinas olearias campanicas, quibus in vino faecato vtitur Cato c. 153. comparat Geſner.

aſinarias vnas] In oliueto iugerum CCXL. quod exercent homines XIII. truſatiles vnas, aſinarias vnas ponit, addit etiam hiſpanienſes vnas. Reſtitui igitur numerum Edd. principum; niſi malis hiſpanienſium molarum loco additas duas aſinarias fuiſſe in numerum hominum XVI. At enim aſinum molarium vnum ſupra nominauit, iugum vnum aſinarium et molile.

vineaticas VI.] Infra XL. numerat.

ſirpiculas] Ita cum Popma ex libris Pol. ſcripſi pro *ſcirpiculae.* Varro L. L. IV. p. 33. inter genera falcium: *Sirpiculae vocatae a ſirpando, id eſt ab alligando.— his vtuntur in vinea alligando faſces, inciſas fuſtes, faculas; has phancillas Cherſoneſice dicunt faſces.* Sed Varronem in etymologia et vſu ſirpicularum aberraſſe, et hic locus docet Catonis, et recte monuit Salmaſius ad Solinum c. 35. p. 414. dictas fuiſſe olim *ſarpiculas* a ſarpendo. Feſtus: *Sarpta vincta putata,*

putata, id eſt pura facta, vnde et virgulae abſciſſae ſarmenta. Sarpere enim antiqui pro purgare dicebant. Ita eſſe in Duodecim tabulis monet *ſarpuntur vineae.* In Palladio I. 43. 2. *ſarpam* ſubſtituit *ſerrae* Codex Polit. vbi Geſner recte locum Feſti et graecum ἅρπη comparauit. Schoettgen ex Radulpho Ardente Dom. Septuag. p. 190. affert: *ſarmenta vitiorum ſarpa correctionis auellamus.* Idem tamen in Communi Apoſtol. p. 400. *ſirpa diſcretionis putauit.* Suſpicor igitur, ex ſarpa vulgi ruſtici conſuetudine corruptam fluxiſſe vocem *ſirpiculae.* Galli hodieque vtuntur vocabulo *ſerpe.* Ceterum Varro I. 22. ex h. l. refert ſic: *Item ſic de ferramentorum varietate ſcribit permulta et genere et multitudine qua ſint, vt falces, palas, raſtros; ſic alia, quorum nonnulla genera ſpecies habent plures, vt falces: nam dicuntur ab eodem ſcriptore vineaticae opus eſſe ſex, ſirpiculae V, ſiluaticae V, arborariae III, et ruſtariae X.* vbi ante Victorium ſimiliter *ſcirpiculae* legebantur. De ſarmento, a ſarpendo ducto, vide ad Varron. I. 31. Abr. Gronov. putabat *ſirpiculas* h. l. eſſe ſirpices ſeu irpices, genus raſtellorum.

arborarias III.] Edd. I. I. G. hic inſerunt poſtea omittendas *ruſticarias decem.* Victorius ipſe Varronem putabat h. l. poſitas reperiſſe olim ruſcarias, ſed in libris ſcriptis infra collocatas teſtatur Victorius. Ceterum Pontedera corrigit *arborarias XI.* vt numero operariorum conueniant, vt cap. 10.

vomeres ferreos X.] Aratra duo cum duobus bobus poſuit ſupra; in oliueto cap. X. boues ſenos, et aratra cum vomeribus VI. poſuit; igitur numerus vomerum h. l. vitioſus eſſe videtur. In Polit. eſt *ferreas*, et deinceps in Edd. primis *ſex.* Vomeres ferreos cur nominet non video; neque enim ligneos fuiſſe puto, In oliueto c. 10. eſt: *ferramenta, ferreas VIII, ſarcula VIII, palas IV. rutra V. ſecures III. cuneos III.* vbi libri alii non contemnendi *furcas ferreas* habent. Scribo igitur h. l. *vomeres II. ferreas X.* et ſic video etiam Pontederam conieciſſe.

ſecures V.] Pontedera *ſecures VI.* et deinceps *cuneos VI.* mauult, quoniam cap. X. operariis quinque ponit ſecures tres et cuneos tres.

palas VI.] Ferreas intelligo, nam ligneas deinde nominat plures. Ceterum Pontedera mauult legi *palas VIII.* Cap. enim 10. operariis V. dantur palae IV.

rutra IV.] Pontedera mauult X. ſupra enim operariis V. attribuuntur quinque.

crates ſtercor.] In oliueto iugerum CCXL. ſupra c. 10. totidem crates, ſed vnam tantum ſirpeam ponit; alteruter igitur locus vitioſus eſt in numero. Praeterea Varro I. 22. aperte vtrumque inſtrumentum ligneum eſſe docet; h. l. male inter ferramenta eſt, quod recte vidit etiam Geſner.

Vineaticas XL.] Edd. I. I. G. plane omittunt, I. B. R. viginti numerant. Supra VI. numerauit, numero aperte vitioſo. In Varronis loco Victorius et libri vetuſti ſcripturam *opus eſſe exi*, ita interpretatur, vt inde efficiat numerum XL. Contra Pontedera numerum vulgatum nimis magnum cenſet eſſe, et ex lectione Polit. CXI. (ita enim interpretatur) efficit numerum XI, qui operariorum numero reſpondeat; eſſe enim decem cum ſalictario.

— *ruſcarias*] Sunt quas Varro L. L. IV. p. 33. *lumarias* appellat, quibus ſecant lumecta ſeu ſpinas. Runcones Palladius I. 43. vbi ſimiliter vt h. l. et in Columella XII. 18. libri optimi *faculas* habent. *Falculas* h. l. probauit Turnebus Aduerſ. VII. 23. et reuocauit Geſner. In Varrone I. 22. ex h. l. ante Victorium referebantur *ruſticariae*, quod h. l. editiones principes habent. *Ruſtariae* ex Codice vetere probat etiam Vrſinus, interpretatus, quibus rubi ſecantur. Addit locum Feſti in *Ruſtum*, ſed lacunoſum. Ruſtariae, ſi bene habent, antique dictae pro ruſcariis, quibus ruſci exſcinduntur; vnde *ruſcare* verbum. Victorii emendationem h. l. recte poſuit Geſner, in Varronis loco operae eius videntur erraſſe.

forpices] Supra cap. X. 4. ante Victorium ſimiliter erat *forcipis;* et ſic h. l. habet etiam Pol. liber. Voſſio, vocem damnanti, Geſneri Theſ. opponit auctoritatem Caſſiodori Orthogr. cap. 4. et Iſidori XX. 13. qui forpicem tonſori, forficem ſartori attribuunt. Deinde poſuit locum Sidonii Carm. XV. 184. *rupit odoratam redolenti forpice barbam.* Itaque h. l. neutram formam conuenire apparet; Cato enim inſtrumentum tractando igni dicere voluit, quod recte monuit Geſneri Index. Quare *forcipes* vnice probo, quod vocabulum Feſtus, Seruius ad Georg. IV. 174. Velius Longus et Iſidorus ductum tradunt a *formo*, quod olim pro calido dicebatur, et capere; forficem contra eſſe ad incidendum. In loco Columellae XII. 43. ſ. 4. pro *forficibus* Ienſon. habet *forphicibus*, atque iterum ſect. 10. vbi Lipſ. cum Sang. libro *forpicibus* habent. Videtur igitur ex antiquo *forphex* formatum deinceps eſſe *forfex.* In altero loco Columellae VI. 26. 2. pro *forcipibus* Goeſ. Lipſ. *forficibus* Sangerm.

porfi-

porficibus habent ſcriptum. Differentiam forcipis et forficis docuit etiam Rhodius ad Scribonium p. 93.

corbulas] Victorius etiam in ſuis libris *Corabulas*, in Varrone *corbubulas* ſcriptum reperit, ſed recte vulgatam formam tuetur loco Varronis I. 15. et 22. Graeci cophinos maiores, quo vuas colligunt, vocant *κανθηλίους*, vt eſt in Geopon. VI. 11. Amerinas dicit ex ſalice Amerina, de qua ad Columellam IV. 31. ſ. 4.

ſataria] Recte Popma legit *ſatoria* probante Geſnero; vnde in ipſa oratione poſui.

lintres] Alias nauias dictas, in vindemiae vſu, interpretatur cum Turnebo VII. 23. Geſner. Feſtus: *Nauia lignum cauatum vt nauis, quo in vindemiis vti ſolent.* Lintres, in quibus vua portatur, habet Seruius ad Virgilii Georg. I. 262. Tibullus l. V. 23. *aut mihi ſeruabit plenis in lintribus vuas.*

culcitras] Cap. X. hominibus XIII. poſuit culcitas VIII. inſtragula VIII. puluinos XVI. operimenta VI. mappas III. centones pueris VII. vnde numeros huius loci vitioſos eſſe pro portione et numero hominum arguebat. Locus eſt Lucillii apud Nonium p. 17. b. *Culcitulae accedunt priuae centonibu' binis.* Vnde ſcriptura huius loci *culcitas* defenditur, et ſi licet inde arguere de numero culcitarum, putem, tres ſufficere centonibus ſex.

temperata] Gallus *arbres de preſſoir montés.*

Cap. XII. *vaſis quinis*] Lemma Victorianum habebat: *Quomodo vaſa torcula V. iugerum inſtruere oporteat*, certatim emendarunt viri docti, ſed recte cum Pontedera abeſſe iuſſit Geſner.

ſuperuacanea III.] Cum Geſnero Gallicus Interpres vnum ſuperuacaneum relinqui vult; totidem enim ſuculis vnam ſuperuacaneam attribui.

ſuculas] *Trevilo* Gallo. Vide ad cap. 19.

ſubductorios] *Cinq cordes de retraite* Gallo, qui melipontos vertit *cables d'abatage.*

trochleas X.] Recte Pontedera numerum vulgatum V. ex cap. 3. emendari iuſſit, addicentibus optimis libris.

capiſtra] *Dix cordes à mettre à la tête des leviers pour les rabattre.*

aſſercula] *Cinq ſolives pour mettre en pied droit ſous les arbres en leur repos* Gallus. Sic et Turnebus VIII. 6. comparato capite infra 152. Deinceps ferias ſex malebat Geſner poni, quo melius reliquis reſponderent.

vectes XL.] Pontedera secundum proportionem cap. 3. corrigit XXX. et deinceps *fibulas LX*, consentiente Gallo. Contra Gesner malebat *vectes VI.* Meister vulgarem numerum defendi posse monet ex eo, quod infra cap. 19. suculae sena foramina Cato indit; quibus induntur vectes quinorum vasorum omnino 30; quibus addi debent vectes secundi et et tertii, minores longitudine omnes.

fibulas] *Ce sont des bouts de solives, au moyen des quelles le point d'appui du pied de l'arbre peut être fixé plus bas ou plus haut à volonté.* Ita Gallus monet.

confibulas] *Six clefs avec leurs clavettes ou coins servant à retenir les arbres jumellés, au cas qu'ils viennent à se desunir.* Gallus vertit. Scilicet Meister, sex fibulas et totidem confibulas sufficere censens, h. l. ita legit: *fibulas et confibulas ligneas — et cuneos VI.* Caput III. numerat quidem fibulas duodecim, sed ibi confibulas simul numerari censet Meister. Ceterum *quae — comprimant* malebat Abr. Gronov.

cupas] *Pieds — pendans* Gallo. Si maiores additae essent, ferrem; nunc vero vitium latere suspicor; neque enim intelligo, cui vsui tantus numerus minuscularum cuparum paretur, cum maiores non tam facile eximantur modiolis, nec minores eidem trapeto conueniant, cui maiores. Infra cap. 21. cupam trapeto facit longam pedes X. An igitur fuit h. l. *cupas longas pedes X?*

alueos X] Gallus: *Quarante baquets à poignée.*

rutra] *Rables de fer* Gallo.

Cap. XIIII. *in vsu*] Meursius malebat *rursum, quod opus sit.* Gesner verba *in vsu* interpretatur: cum vti volumus.

quod capiat] Haec merito Gesnero de vitio suspecta sunt. Vrceus enim neutro genere alibi non dicitur, nec fingi facile potest vel cogitatione vrceus, qui tot quadrantalia capiat. Suspicor igitur, Catonem etiam hic vt in cella olearia *vrceum aquarium* nominasse, deinde *vrnam quinquagenariam.* Vitium monstrant Edd. primae vbi est: *culeos quadraginta quinque* vel *triginta.* Saltem separandas duxi voces *vrceum aheneum*, quae vulgo coniunguntur.

incerniculum] Plinius 8. f. 69. de asino Atheniensi: *ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent.* in qua historia Aristoteles H. A. VI. 24. habet: ἀπὸ τῶν τηλιῶν. Sed etiam graecae vocis notio dubia est; nec inde definiri potest, qua in re cribrum differat ab incerniculo. De τηλία multa disputant Scholia ad Aristoph. Plutum versu 1038. Gallus cribrum *crible*, incerniculum *un tamis* vertit. Lucillius

cillius apud Nonium p. 88. Mercerii: *Cribrum incerniculum, lucernam in laterem, in telam licium.* vbi putes, diuiſim legi debere *cribrum in cerniculum.* Forte cribrum non aliter differt ab incerniculo, quam Graecorum κόσκινον, κρησέρα, ἀλευρότησις, id eſt materia, teſte Polluce VI. ſ. 74.

clauam] Libri optimi *clauem*, quam Geſner interpretatus vel ſimpliciter clauem cum cloſtris, vt in cella olearia, vel vectim, probabat. Gallus: *une barre pour fermer le preſſoir par dedans.*

et tertius] Quia tot homines vno in lecto eſſe non poſſint, Pontedera malebat *et tres,* (ſc. lectos) *ſeruos* — *vbi cubet.* Certe *vbi* probo cum Pontedera; et recepit ſecunda Popmae editio. De vno lecto tantum praeceſſit, et tamen tertius ſtatim nominatur. Compara cap. X. ſect. 5.

fiſcinas] Ab hominum vſu alienas cenſens Pontedera *calcitras nouas priuas*, i. e. pro ſingulis lectis malebat legi. Sed poſſunt haec verba alienum locum tenere.

epidromum] Verbum graecum Catoni negabat conuenire Pontedera. Sed epityrum tamen et multa alia, vulgari vſu trita, vocabula adhibuit. Popma interpretatur textum funeum, in quo ſeruus cubet. Sed epidromus graece dicitur funis ſuperior, quo rete vel ſimile textum attrahitur vel extenditur. Corium Popma lecto inſtratum interpretatur. Gallus *un branle.*

lucernas] Geſneri coniecturam *lacernas* legentis, cur probem, non video in tam perturbato nominum et inſtrumentorum ordine. Separari tamen forte *craticulas* rectius a lucernis, aſſentior. Italus *Preſta* Memoria intorno cet. p. LIII. ex h. l. retulit, neſcio quam bene, vſum *della teola nelli fornuoli.* Craticula forte cortinae ſupponebatur, quo oleum defluebat ex torculario. Vide ad cap. 66.

carnarium] Cap. 14. in villa carnaria 3. eſſe vult. Carnarium vulgare erat cella, quae ſuſpenſa gerebat fumo ſuccidias aliaſque carnes, herbaſque adeo, quas coloni ſeruari volebant. Ita poſuit Varro II. 4. 3. et Columella XII. 53. 3. Ita etiam Moretum verſu 56. *non illi ſuſpenſa focum carnaria iuxta durati ſale terga ſuis truncique vacabant*, traiectus medium ſparto, ſed caſeus *orbem, et vetus adſtricti faſcis pendebat anethi.* vbi Scaliger malebat *rigebant;* ſed ſententia poſtulat *truncoſque ferebant.* Puleium in carnario ſuſpenſum florere ait Plinius 18. ſ. 60. funes in carnario ſuſpendit Cato c. 68. fabas ibi ſeruatas cap. 135. et furcillas carnarii c. 96. memorat Petronius; quibus furcillis res ſeruandae ſuſpendebantur. Vide ibid. c. 136. Sed Geſner in Indice voluit

vbique esse pensile tabulatum vel tignum, vncis pluribus instructum, vnde succidiae aliaeque res possent suspendi. Advocat huc ex Glossario: *κρεμάστρα carnalium seu carnarium.* Loco etiam Moreti abutitur, quem vitiosum esse affirmo. Deinde posuit locum Plauti in Captiv. IV. 4. 6. *adueniens deturbauit totum cum carne carnarium.* Sequitur ibi: *arripuit gladium praetruncauit tribus tergoribus glandia.* Alterum postea ex Pseudolo I. 2. 64. vbi de laniis est: *nisi carnaria tria grandia tergoribus oneri vberi hodie mihi erunt, cras te — stringam ad carnarium.* vnde confici posse putat Gesner, carnarium esse tigillum pensile. Hoc certum est, a Catone carnaria dici diuerso sensu vtroque in loco; etiam a Varrone apud Nonium de vasis p. 264. *Haec aduentoribus accedunt cellae* (sellae) *claues, claustra, carnaria dolia.* Repetiit dicta ad h. l. Gesner in Thes. L. L. Addo locum Iuuenalis XI. 82. *sicci terga suis rara pendentia crate*, quem male de vase vimineo Gesneri Thes. recte de carnario interpretatur N. Heinsius.

sect. 2. *In cellam*] Recte Cod. Gronouii Caput nouum XV. orditur sic: *In cella olearia quae opus.* Idem deinceps *operclo* habet scriptum.

trullas] *Couloirs* Gallo. Conchas etsi ferreas etiam habet in oleario vsu Columella, nihil tamen impedit, quominus in Catone conchas veras intelligamus rotundas, quarum vsum in decapulando oleo annotauit Plinius 32. f. 53.

claves] Varro apud Nonium p. 545. *haec adeo emtoribus accedunt cellae, claues, claustra, carnaria, dolia.* Vulgo legitur *aduentoribus*, qui locus confirmat coniecturam Rottboellii p. 16. qui cellas duas in cella olearia positas sibi inuicem repugnare negat. Cellam enim oleariam recte interpretatur torcular, in qua duas cellas fuisse suspicatur. Quanquam de ea re tacet descriptio Catoniana torcularis. Gesner huc transfert ex cap. XIV. 2. sellas, non cogitans, in cella olearia vel olearia operam sedentariam non fieri a familia. Altera Rottboellii coniectura, claues duas cum clostris in cellas duas interpretantis, *quasi in duas cellas*, minus mihi probatur; hoc tamen cum viro doctissimo non diffiteor, faciliorem esse lectionem Edd. primorum *cum clostris in cellas duas*, quam quod Iucundus in Aldina eumque secutus Victorius Gesnerusque dedit *cum clostris III. in cellas duas.* vbi quamuis in tribus clostris in duas cellas vnum superuacaneum prudentiae imputaueris, inepte tamen cellae duae ponuntur inter instrumentum mobile. Itaque malim *cum clostris in cellam duas*, vt Cato cellae oleariae duas claues prouidere dica-

dicatur, si forte altera deperdita casu fuerit; quae suspicio in mentem venit etiam Rottboellio. Veterem igitur lectionem restituere non dubitaui. Pontedera, qui supra *fiscinas* deleuit, easdem hic ex Iens. lectione effictas restituere malebat in Cur. sec.

incertum] Vna mole centum libras pendens; certa pondera, distincta et partita, non in vnum pondus confusa interpretatur Turnebus Adv. VII. 24.

Cap. XIV. *vti iussitur*] Rottboellius p. 16. malebat *vbi iussitur*. Nam villas omnes caementis et calce vix licet credere ista aestate fuisse exstructas, multas contra lateribus structas surrexisse suspicari possumus. Scilicet ipse Cato villae suae fundamenta calce et lapide seu caementis pede I supra terram strui iubet sect. 4. ceteros parietes ex latere, crudo puto; inde est quod sect. 5. addit caetera lex vti *villa ex calce caementis*. vbi malim *vti villae ex calce et caementis*, sc. totius structae. Quae omnia cum reputo, initium capitis vix sanum esse puto.

iugamenta] Gesner vulgatum *iugumenta* Vitruuii II. 1. auctoritate confirmabat, vbi viri docti *iugumentantes* praeferant. Gallus vertit: *les linteaux*, asseres *les chevrons*, fulmentas *les pieds-droits*. Idem tamen infra iugamenta vertit *croisées*.

fulmentas] Restituit Victorius ex libris, et confirmavit auctoritate Lucilii et Plauti apud Nonium. Gesner interpretatur tigilla quadrata, qualia pedibus lectorum vulgarium adhibentur. Sed etiam fulmentas soccorum habet Plautus Trinummo III. 2. 94. et sunt rerum omnium, quae fulciuntur fulmentae.

faliscas] Vide supra ad cap. 4. 1. Post *aestiuas* num interpungendum sit, nec ne, dubium est mihi quidem. Faliscae forte sunt dictae a falis, ligneo tabulato ad spectandum exstructo.

cellas familiae] Scaliger malebat *sellas* legi, interpretatus de Varronis sellis familiaricis, ad necessitatem corporis, quas eodem nomine vocat Vitruuius VI. 10. In hoc tamen Catonis loco dubitari potest, *cellae* an *sellae* locum obtinere debeant.

carnaria III] Suspicatur Gesner, olim fuisse *carnarium*.

orbem, ahena] Pontedera ex cap. 18. malebat *orbem, catenas;* ad fabrum enim lignarium non pertinere vasa aenea.

lumina-

luminaria VI.] Lumina aperturas, foramina, luminaria, foriculas seu specularia cum Turnebo VIII. 13. interpretatur Gesner. et Gallus reddidit: *six carreaux transparens.* Fenestris clatros luminibus, in aedium parte honestiori, luminaria seu specularia obdere videtur. Sed specularium vsus Senecae memoria demum innotuit. Quare foriculas probo.

paullulam pilam] Aut legendum *polulam,* (vide ad cap. X. 2.) aut cum Edd. primis *luminaria VI paululum lata. pilam* etc. Ceterum mirum est, pilam pistoriam a Catone memorari, qui tria genera molarum alibi posuit. Frumenta tosta in pilis veteres Romani pinsebant; hinc pistores dicti; molarum vsus recentior fuit. Forte pila granorum folliculos duriores deterebat, antequam grana ipsa commolerentur in farinam; forte etiam triticum pinsebant pila, vnde granea et far fieret; ceterum mola in farinam commolebat. Nunc video Rottboellium etiam p. 16. improbare *pilam paululum latam*, quae familiae totius cibo conficiendo non sufficeret. Verum eam quidem rationem vix admisero, quia farre altam puto familiam. Vel sic tamen cum eodem Rottboellio probo antiquam lectionem *luminaria VI. paululum lata.* Vtinam aliquis docuisset luminarium vsum materiamque! Certe statim luminibus adiungi debebant, vt clatri fenestris, si eundem habebant vsum luminum occludendorum. Varro in ornithone III. 7. 3. *fenestris punicanis aut latioribus reticulatis.* vbi punicanae nullae aliae quam clatratae esse possunt. Illae igitur angustiores fuisse videntur; lumina contra latiora, eaque vel foriculis appositis vel retibus claudenda.

fullonicam] Vide ad cap. X. 5.

antepagmenta] Festus: *antipagmenta valuarum ornamenta quae antis appanguntur.* vbi ex MSto Barthii *anticis adpinguntur* corrigit Abr. Gronov. ad h. l. et monet, in Cod. Salmasii *antahis adpinguntur* esse. Anticum veteres pro ianua dixisse. Vide Vitruuium IV. 6. et Gesneri Thes. L. L. h. v. Gallo sunt *chambranles.* Romani similiter *antefixa* fictilia dixerunt, in fastigiis aedium posita.

vasa torcula duo] Sine dubio cellas duas, vinariam, alteram oleariam dicere voluit. Nam faber, qui villam exstruit et cellas has duas, non idem prela olearia vinariaque cum vasis, eo pertinentibus, struit vel accommodat. Igitur vitium latere puto, et *cellas torcularias duas* a Catone scriptas fuisse, vel *cellas ad vasa torcula duas.*

Hoc

Hoc rei] Defendi poſſe formam hanc, negat Rottboell, et cum altera Meurſiana praefert *Eae rei.*

lineabit ſecabitque] Antiquam lectionem reſtitui. Victorius eumque ſecutus Geſner dedit: *ſerram I. lineam I. materiam duntaxat ſecabit facietque. Conductor.* quam ſcripturam ineptam eſſe vidit etiam ipſe Geſner. Dominus ſcilicet materiam et quae opus ſunt praebet, conductor operam. Verum vix credere licet, dominum fabro ferram et lineam praebuiſſe; quidni etiam ſecurim et aſciam? Omitto difficultatem ſtructurae in vulgata lectione. Geſner malebat: *ſuccidet faber, dolabit, lineabit ſecabitque materiam duntaxat. Conductor* etc. Partem igitur veri vidit; ſed *fabro* opus huc non habemus; conductor enim adeſt, iſque eſt ipſe faber, qui aedificium redemit. Conductor non praebet calcem et reliquam materiam domui, ſed dominus. Igitur cum Pontedera vocem *conductor,* ex ſequenti membro retractam, antecedenti adtribui, et verba *ſuccidet — conductor,* parentheſi incluſi, vt ſequentia *lapidem* et reliq. copulentur cum verbis *ad opus dabit;* mallem tamen ſtatim iſta ſequi, altero membro *ſuccidet — conductor* poſt verba *lutum fiat* repoſito. Factum aurum et argentum noui, ſed materiam factam a fabro qui dixerit, nondum reperi. Gallicus interpres vulgatam lectionem expreſſit. Rottboell malebat *per ſerram iuxta lineam duntaxat ſecabit conductor* p. 18.

lutum fiat] Hinc lutare granaria cap. 92. et lutamenta cap. 128. Habitationem delutat cap. 128. Alioquin poſſis ſuſpicari *lateres fiant.* Ex luto enim vel paleato vel acerato lateres fieri, praeter Vitruuium teſtatur locus Lucillii ap. Nonium p. 445. ed. alt. Merc.

verba diuina] Addidi ex Edd. principibus vocem; quae abeſſe non debebat, ſi locum, fulmine ictum, luſtrari voluit Cato. De ritu luſtrandi vide Scaligerum ad Feſtum in *bidental.*

ſingulas II.] Turnebus VII. 24. interpretatur quaſi ſcriptum ſit *ſingulas N.* i. e. numus; et ſic deinceps ſect. 5. verba *ſingulas N. S.* interpretatur *numus et ſemis.* quo pretio comprehendi putabat praeter materiam manupretium; vel ſic tamen per caram tegulam eſſe fatebatur, quae numo veniret. Geſner vulgatam ſimiliter de numis duobus interpretatur, ſed aliter pretium id computat. Scilicet ex numero tegularum certae magnitudinis de mercede fabrorum in vniverſum fuiſſe conſtitutum putabat, ita, vt pro tecto ſoluerentur in ſingulas tegulas numi bini, pro reliqua aedificatione in ſingulas iterum tegulas bini ſemis: et accederet

tan-

tandem manupretium ligni. Nam fect. 5. pro *ex figno manupretium* legi malebat *ex ligno.* In pedem ternis nummis tranfegit Meffidius architectus cum Q. Cicerone, villam aedificante, vt conftat ex Marci epiftola ad Quintum III. 1. Interpres Gallicus: *ce prix tant pour la çouverture que pour le refte du batiment fe règlera par le nombre des tuiles qu'on fuppofera de deux pieds; et voici comme on les eftimera pour la couverture.* Voluit igitur cum libro Wratifl. legi *fingulas bipedales.* Eiufmodi tegulas Palladius Maio XI. 2. et alibi *bipedas*, Vitruuius VII, 1. bipedales tegulas vocat. Equidem verba *in teg. fing. II. in tectum* hoc loco aliena et fpuria cenfeo; et verba antecedentia fic cum feqq. copulanda: *foluat fic numerabitur. Tegula integra quae non erit*, etc. Nunc video Cel. Rottboellium p. 19. ita h. l. ordinare: *in tegulas fingulas II.* (i. e. bipedales) *id tectum fic numerabitur. Tegula* (fcilicet eft) *integra, quae erit; quae non erit, vnde quarta pars abierit, duae pro vna; conliciares* etc. Sed tectum quomodo numerari dicatur, non video; nummi pro tecto numerantur, et ipfae tegulae numerantur. Pretium fingulis tegulis bipedalibus ftatuit numum, itaque fufpicatur vir doctus, poft verbo *quaternae numerabantur* fuiffe fcripta haec: *pretium in tegulas fingulas HS.* quae in alienum locum hinc longe reiecta leguntur vulgo. Nunc igitur ea mihi fententia placet, vt legam *fide bona foluat. In tectum fic numerabitur tegula: integra quae non erit — quaternae numerabuntur pretium in fingulas tegulas HS.*

conliciares] Victorius comparauit Fefti locum hunc in *Inlicium: vnde colliciae tegulae per quas aqua in vas defluere poteft.* Sed idem Feftus habet etiam *deliciares*, quas Victorius eiecit: *deliciae eft tignum, quod a culmine ad tegulas angulares infimas verfus faftigium collocatur, vnde tectum deliciatum, et tegulae deliciares.* Seruius ad Georg. I. 264. ex Aelio Gallo habet: *vallos, tegulas grandes, quae fupra collicias infimae ponuntur.*

quot erunt] Fractae, et minores etiam, quam paulo ante dictae. Sed Rottboell intelligit partes deficientes quot erunt.

lapide, calce] Pontedera ex cap. 15. malebat *ex lapide.* Recte. Sed praeterea *Villae* fcribi debere puto. Sic Aldina dedit.

Caetera lex] Defendere vulgatam conatus eft Gefner; quod commenti funt auctores Edd. I. I. G. vide in varietate lectionis; id fi tibi placebit, fequere.

tegulas

tegulas singulas] Pro notis, quae sequuntur *N. S.* Edd. principes habent *duo, id est in loco.* vt supra sect. 4. habebant *tegulas singulas duo id tectum.* Lectio Victoriana est in Polit. libris, eamque Meursius interpretatur *numos singulos;* quod facit etiam Popma. Gesner suspicatur fuisse scriptum *IIS.* id est sestertium. Nostram sententiam supra positam habes.

Ex signo] Turnebus VII. 24. *signo* coaluisse censet ex verbis duobus *sing. nu.* i. e. ex singulis numis pro materia datis, manupretium pro portione dandum erit, quod semissem fuisse putat, atque inde verba illa deinceps explicabat: *pretium in singulas tegulas numus semis.* Popma *ex signo* interpretatur ex forma aedificii a domino signata. Gesner malebat *ex ligno* legere. Gallicus interpres: *c'est sur ce pied, que doit être payé le detail de la main d'oeuvre.* Rottboell *signo inani* cum Popma de forma aedificii designata a domino interpretatur, interioribus spatiis vacuis relictis.

vti villa] Malim *villae ex calce cementis*, sc. structae totius.

manupretium] Edd. antiquae *inani pretium*, in quo latet *manipretium*, quod in optimo suo libro scriptum reperit Victorius. In Plinio 33. f. 53. libro 34. f. 17. ibidem sect. 18. vbi Harduinus ex libris scriptis edidit *manipretio;* ante erat *immani pretio.* Codex Victorii vetustus ibi habebat *manipretii.* Iterum 35. f. 40. no. 43. pro *immanitate pretii* erat in Codice Victorii *manipretii;* Harduinus dedit *manipretio.* Similiter in Vitruuio IX. pro *immani pretio* Codex Victorii habebat *manupretio.* Apud Ciceronem Pison. c. 24. et Verr. I. 56. editum est *manupretium.* Vide Drakenb. ad Liuium 36. 7. Sed dubitat Cel. Rottboell de manipretio, quia Cato alibi *pretium* simpliciter dixit, et *inani signo* probat; quod quidem a me impetrare non potui; etsi ipse sentio, manipretium de aedificio hoc vix recte dici. Mouet me inprimis locus Catonis apud Gellium XIII. 23. vbi Cato de se: *neque mihi aedificatio neque vasum neque vestimentum vllum est manupretiosum.*

vbi aestate] Cum calor solis vapores pestilentes nocentiores facit in loco, quem dominus aedificio vult exstruere. Miratur tamen Gesner, patremfamilias ita insanire, vt tali loco aedificare velit.

bono domino] Non domino accedit, sed a domino adiicitur pars quarta pretii. Igitur praepositionem excidisse puto.

Cap. XV.

Cap. XV. *Macerias*] Malim *maceriam;* quanquam totum caput misere luxatum et vitiosum esse clamant omnes Interpretes. Sic facile vides, maceriam caementis et silice simul non exstrui; itaque Aldina rectius habet *vel silice.*

columen] Gallus *chaperon* interpretatur; recte; idem monet, longitudinem dictam plane esse ineptam et vitiosam, forte etiam altitudinis mensuram. *Sublinere* Gallus interpretatur recte *crépir.* De longitudine maceriae Gallo etiam assentitur Rottboell; et quis non? cum videat, villae parietes quoquo versus pedes decem patere. *Perticas* nota P. significari, suspicio est viri docti apud Rottboellium. *Sublimet* malebat idem Rottboell, qui de vitiosa maceriae definitione in Gesneri Thes. L. L. monuit.

si locet] Scilicet dominus, nec quidquam ad opus praebeat, recte monente Gallo.

libellis] Gallicus interpres emendat: *aut libellis in pedes V et perticam vnam pedum XX.* quae vertit: *ou un parallelogramme ayant cinq pieds de base sur une perche de vingt pieds.* Verum equidem ignoro hanc libellae notionem; assentitur tamen Gallo Rottboell.

Vict. N. X.] i. e. Victoriatis numis decem. Infra de lege oleae faciundae iterum: *Vasarium Vict. II.*

sesquipedalem] Malim cum Edd. aliquot et Gallico interprete legere: *si sesquipedalem;* deinceps *fundamento* Edd. I. B. R. quod probauit etiam Gallus; recte, nisi malis ex Wratisl. corrigere *super fundamento.* Antea enim maceriam ipsam crassam pedem et semissem fieri iussit. Parietes intergeriuos crassitudine sesquipedali fieri solos, quod lateritii parietes ea crassitudine plusquam vnam contignationem sustinere non possint, ex legibus publicis annotat Vitruuius II. 31. et ex eo Plinius 35. s. 49. Vterque laterum Romae vsitatorum longitudinem sesquipedalem, latitudinem pedalem fuisse perhibent.

praebeat] Intellige *omnia*, nisi id ipsum vocabulum fuerit inferendum.

longitudinem] Quod Editiones quaedam praeferunt *longitudini*, rectius esse quilibet agnoscet.

Cap. XVI. *Partiaris*] Vide ad cap. 137.

Cap. XVII. Capiti lemma inseri vult Pontedera: *Materies quid anni tempestiua fiet.*

Robus materies] i. e. cum ad materiam seu fabricam, tum ad ridicas. Theophrastus H. P. V. 1. robur (δρῦν) sero caeden-

caedendum, poſt autumnum; alias eum glubet, caeſum citiſſime computreſcere. Plinius 16. ſ. 74. *robur vere caeſum teredinem ſentit, bruma autem, neque vitiatur, neque pandatur.* Ceterum Editiones primae *Rebus materies item ridica:* Aldina *robur et materies item pro ridica.* Sed robur ſeu quercus fabricae et ridicae materiam praebet. Equidem malim *Robus materies, item ridica — tempeſtiua eſt.*

glubet] Vide infra ad cap. 31. 2. vbi haec repetuntur: *tum erit tempeſtiua* (materies) *cum ſemen ſuum maturum erit — quae materies ſemen non habebit, cum glubet tempeſtiua eſt.* vbi regulam ex Theophraſto interpretatur.

cupreſſo] Infra cap. 151. *Semen cupreſſi Tarentinae per ver legi oportet, maturum eſt, vbi hordeum flaueſcit.* Ceterum hoc in loco multa ſunt vitia, quae miror ne ab ipſo quidem Pontedera annotata aut correcta fuiſſe. Primum illud in aperto et ſine dubio eſt de materia ad caedendum matura tradere voluiſſe Catonem. Nunc vero de ſemine maturo legendo immiſcentur quaedam ab hoc capite plane aliena. Deinde verba: *Item quiduis anni* etc. de qua arbore dicantur, plane incertum et obſcurum eſt. Sunt etiam multa alia vitioſa, quae deinceps annotabo. Quodſi ſtatuas, ex maturitate pini et cupreſſi ad caedendum cepiſſe Catonem occaſionem ſimul de ſemine maturo tradendi, et ſigno maturitatis materiae inde capiendo, vulgatam aliquo modo reconcinnare licebit, ita tamen, vt relinquatur illud incommodum, vt aut ipſa arbor quiduis anni ſeu quocunque anni tempore matura eſſe dicatur ad caedendum, aut ſemen quouis anni tempore maturum ad legendum. Quae vtraque ſententia falſa eſt; nec eam voluiſſe videtur Cato ponere. Igitur ita poſſis legere: *Ea quae ſemen viride et maturum habet, vti ſemen de cupreſſo, quiduis anni legere poſſis. Pinus item quiduis anni matura eſt et tempeſtiua. Ibidem ſunt nuces bimae, vnde ſemen excidit, et anniculae. hae vbi primum incipiunt hiaſcere, tum legi oportet; per ſementim primum incipiunt maturae eſſe; poſtea vſque adeo plus menſes VIII. Hornotinae nuces virides ſunt.* Cypreſſi mentionem ſcilicet plane alienam a priore loco cenſeo; alia enim ratione trifera eſt cupreſſus, quam pinus. Plinius 16. ſ. 50. trifera eſt et cupreſſus; namque baccae *eius colliguntur menſe Ianuario et Maio et Septembri, ternaſque earum gerit magnitudines.* Ceterum ipſum praeceptum vt verum laudat Pontedera in Cur. ſec.

nuces] Pontedera ex veſtigiis variae lectionis ita h. l. conſtituit: *ibidem ſunt nuces binae: vnde ſemen excidet, eae anniculae. Hae vbi primum incipiunt hiaſcere, tum legi oportet.*

tet, i. e. generis duplicis nuces adhaerent his arboribus, altera annicula, altera hornotina; illa cum hiascere incipit, hac viridi manente, intelligi, arborem tempestiuam esse ad caedendum. Sed docere debebat vir doctus, *binas nuces* ita latine dici posse de gemino nucum genere; quod equidem non credo. Reliqua etiam huius loci vitia non tetigit, nec de qua arbore haec verba sint intelligenda docuit. Equidem de sola pino interpretor, et emendationis antea positae sponsorem habeo Plinium 16. sect. 44. *In maxima tamen admiratione pinus est: habet fructum maturescentem: habet proximo anno ad maturitatem venturum ac deinde tertio. nec vlla arborum auidius se* (Vincent. *scilicet) promittit. Quo mense nux ea decerpitur, eodem maturescit alia: et sic dispensatur, vt nullo non mense maturescant. Quae se in arbore ipsa diuisere, azaniae vocantur, laeduntque caeteras, nisi detrahantur.* vbi quod ex MStis libris posuit Harduinus *azaniae* pro *zamiae*, confirmat Vincentius.

tum legi oportet] Rottboell p. 22. ita h. l. ex Edd. primis concinnat: *tum legi (id) oportet; tum primum per semen incipiunt m. esse.* Putat vir doctus a Catone opponi sibi inuicem maturitatem per semen et maturitatem per materiam, quod ego latinitatem nego pati.

postea vsque] Legendum puto, vt antea iam dixi: *maturae esse, postea vsque adeo plus menses VIII.* i. e. et post sementem ita maturescere pergunt plusquam VIII. menses; quam sententiam Plinii locus confirmat.

vtraque] Qui Victorianum *iterum* repetiit Gesner, ne verbulum quidem interpretationis addidit, nec equidem video, quomodo possis interpretari. At geminum vlmi genus habet etiam Columella V. 6. vbi vide. An forte *samera* latet in *iterum?* De vtraque vlmo nunc consentientem reperio Rottboellium p. 23.

Cap. XVIII. *quadrinis*] Hoc vulgato *quadrariis* substitui debere, recte monuerunt Turnebus VII. 25. Vrsinus et Popma, qui adeo editioni sui inseruit. Victorius ex libro suo vetusto *quadritis*, ex Polit. *quadridis* annotauit Gesner; sed infra sect. 3. recte Polit. *quadrinis.* Edd. principes quadriuiis habent pro vulgato quadrariis. Non necessariam esse Vrsini emendationem *quadriiugis*, fiet manifestum ex iis, quae dicta sunt supra ad cap. X. 1. Popma locum Pomponii ex Pistore posuit apud Nonium in Quaest. hunc: *nunc plus quaesti facerem, quam quadrinas si haberem molas.* Gallicus interpres: *un pressoir à quatre equipages complets.* Ceterum quaeri

quaeri poteſt, cur Cato hic quadrinis vaſis contentus fuerit, cum ipſe cap. X. et XII. oliuetum iugerum 240. quinis vaſis inſtruxerit? Meiſter putabat Catonem nouam rationem exquiſiuiſſe deinde, vt torculario melius ordinato quatuor vaſa ſufficerent, atque ita non ſolum ſpatii, ſed etiam laboris et temporis compendium fieret. Itaque probabat lectionem: *vti contractiora ſient.* Contra Plinius 18. c. 31. *premunt aliqui ſingulis, vtilius binis, licet magna ſit vaſtitas ſingulis.*

contra ora] Reliqui Victorianam emendationem, etſi veram puto eſſe alteram *contraria*, i. e. ſibi oppoſita. Inepta eſt Popmae coniectura, *contra fora* legentis. Mecum ſentit Turnebus VII. 25. antiquam *contractiora* expreſſit Gallus: *et qu'il n'ait que la grandeur neceſſaire.* Sed Gallicus architecton in compoſitione torcularii recte vertit: *oppoſés par bouts.*

arbores] Turnebus l. c. interpretatur quas Galli iumellas poſteriores vocant; Gallicus etiam interpres *jumelles.*

cardinibus] Turnebus pedem interpretatur, quo tenuiore infigantur ſuae baſi; Gallicus etiam interpres *les tenons, qui les termineront ſupérieurement et la portion de leur pied, qui ſera engagée dans le patin.*

foramina] Quibus indantur fibulae monente Meiſtero. Gallus *le logement des aiguilles.* Turnebus *foramina tria longa p. ſ.* legendum eſſe ſuſpicabatur, falſus opinione. Ceterum virgulae tranſuerſae tres vncias totidem ſignificant, docente cum aliis Gronouio de P. V. c. 6. p. 27. et Eiſenſchmidt in tabula notarum ponderalium p. 150.

digitos VI.] De latitudine interpretatur Gallus.

ab ſolo] *Ouvrez une mortaiſe à un pied et demi du ſol* Gallus vertit. *Foramen primum* partem infimam foraminis recte interpretatur Meiſter.

in II. arbores P. I. ☰] Haec verba Gallus intelligere ſe negat, atque omittit; Meiſter ſuſpicatur, fuiſſe olim *arbores et arbores et parietes pone arbores* P. I. ☰.

ſtipitem primum] i. e. primam partem ſtipitum recte interpretatur Meiſter, contentus ſexdecim pedibus, cum Gallus octodecim ſibi ſumſerit. Meiſter malebat *inter arbores ad ſtipitem.*

ſtipites] Turnebus eſſe putat, quas Galli vocent iumellas anteriores, Gallus vertit: *la paire de poteaux qui appartient à ce même preſſoir.* Ceterum Pontedera malebat *craſſos — altos, ſuculam;* haec enim omnia pendere a verbo componito. *Suculam* ait eſſe in Edd. primis et Codice Caeſenate; nec diſſentio equidem a viro egregio.

 praeter

praeter cardines] Igitur cum cardinibus pedes X. In fucula *tourillons* vertit Gallus.

prelum] L'arbre Gallo; qui *inibi* reddit *y compris.* Lingula arborum foraminibus inditur, recte monente Turnebo VII. 25.

pauimentum] *La surface du hangard qu'occupent deux pressoirs y compris leurs deux bassins et deux Trapetes, aura 33. pieds de largeur, prise sur la longueur du hangard.* Ita Gallicus Cato, qui totius latitudinis torcularii dimidium pedes XXXIII. esse monuit; idem trapetos inter duo vasorum paria, Meister autem inter vasa et parietes collocauit.

vectibus — P. XXII.] Si vectes in vtroque latere oppositi sibi trahuntur, laborem impediunt; quare vectibus esse pro *vectubus* censet Gallicus architecton, et Interpres reddit *pour les charrois.* Praeterea artifex Gallicus demonstrauit pedes solummodo XIIX. relinqui vectibus. De priore interpretatione dubito; arbores enim parietibus vtrinque oppositae stant, igitur stipites et vectes in medio torcularii spatio sibi vtrinque oppositi occurrunt.

arbores est P. XX.] Gallicus architecton ponit pedes XXII.

vasis quadrinis] Ita ex Pol. dedi pro *quadrariis;* quo accedit Edd. principum *quadriuiis.*

longitudine P. L. II.] Gallicus architectus longitudini tribuit pedes LXVI. latitudini vero inter parietes pedes XXXVI. non LII. Igitur corrigi volebat *longitudine P. LXVI. latitudine P. XXXVI. inter parietes. Arbores vbi* etc. Equidem distinctionem vulgarem, monitus a viro docto, correxi, sententia postulante; erat enim *Inter parietes arbores vbi statues, fundamenta* etc. De mensura videbimus in Explicatione Figurae in fine libri additae. Meister latitudinem 66 pedum similiter posuit, longitudinem 52 pedum; et comparauit locum Vitruuii VI. 9. *Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus et prelo premitur, ne minus longum pedes XL. constituatur. Ita enim erit vectiario spatium expeditum. Latitudo eius ne minus pedum pedum senum denum;* de distinctione corrigenda idem prior monuit.

lapides silices] Gallicus architectus legebat: *silices crassos P. I. S. forum longum P. VI. S. latum P. II. S.* Fori enim longitudinem vulgarem non sufficere crassitudini binarum arborum, quibus Cato tribuit pedes IV, et interuallo pedum II. inter arbores posito. Igitur interpres gallicus vertit: *couvrez-en d'une pierre dure d'un pied et demi d'epaisseur; la superficie, qui sera de six pieds et demi de longueur,*

gueur, ſur deux pieds et demi de largeur. Meiſter intervallo arborum vnum pedem aſſignat, hinc acquieſcit in numero vulgari; prior etiam de ſignificatione vocabuli *forum* monuit, cui dubitabat poſſe ſubſtitui *foramen* aut *torum.* Galli rationem magis probo, quia is rectius ſpatio inter arbores intercedenti conſuluit. Igitur abſque vlla correctione malim tranſpoſitis verbis legere: *inibi lapides ſilices ſtatuito; ibi foramen pedicinis duobus facito. totum foramen longum P. V. latum P. II. S. craſſum P. I. S.* Quodſi locum ſtipitum compares, facile ſuſpiceris lapidum ſilicum craſſitudinem et ceteras menſuras eſſe, non fori vel foraminis. Ceterum Cato ſilicem lapidem et caementa aliqui diſtinguit. Pro lapide alii ſaxum nominarunt. Hoc vero in loco lapidem ſeu ſaxum, non ſilicem probauerim. Diuerſitatem docet locus Liuii 41. c. 37. vbi vias in vrbe et cliuum Capitolinum et porticum extra portam trigeminam in Auentinum *ſilice* ſtrauiſſe cenſores refert, porticum ab aede Saturni in Capitolium ad Senaculum ac ſuper id Curiam et emporium *lapide* ſternenda curaſſe. Lapides ſcilicet ad normam caeduntur; ſilices contra minuti et anguloſi. Cato apud Plinium XIX. ſect. 6. forum muricibus ſternendum cenſuerat, ne ſine cauſa homines otioſi ibi conſiſterent.

pedicinis] Cum Turnebo VII. 25. Popma interpretatur pedem tenuem edolatumque, quo arbor inſeritur cardini aut baſi ſuae. Male alii lapidem pedicinum intelligunt, in quo pedes arborum ſtatuantur. Recte cum Meiſtero Gallicus interpres *les pieds des deux jumelles.*

robore] Materia roborea ſeu quernea.

robuſtum] i. e. ex roborea materia. Ita antea *robur* dixit, et deinceps *ſtipites robuſtos.* Ita Varro I. 38. 3. Columella II. 15. 6. IV. 26. 1. robore querceo vel ſubereo IX. 1. 3. vbi vide notas. roburneae fruges Columella IX. 1. 5. Plautinos locos a Popma appoſitos dabit Geſneri Theſ. L. L. Ad plumbi mentionem Gallus adiungit *s'il s'y trouve quelque faux joint*, i. e. ſi commiſſura labet.

Vti ſiet] Vulgo erat *indito, vti ſiet — ſtent. Fundamenta.* Sequor Gallicum architectum et interpretem, qui recte ſeparauit. Fundamentum enim nunc ſimile ſit, in quo ſtatuantur ſtipites, quale antea factum arboribus. Prior idem monuit Meiſter.

fundamenta P. V.] Alta pedes V intellige, vt in fundamento arboribus ſtatuendis, recte monente Gallo et ante eum Meiſtero.

ſilicem longum P. II. S.] Meurſium craſſitudo aequalis offendit, qui ex comparatione fundamenti alterius malebat *craſſum P. I. S.* Gallus vertit: *vous y poſerez ſur ſon lit de carriere, et bien de niveau, une pierre de taille longue de deux pieds et demi, large de deux pieds et demi, et epaiſſe d'un pied et demi.* De craſſitudine conſentio.

planum] in ipſa ſoli planitie collocare, ita, vt tota ſua altitudine a pauimento exſtet, interpretatur Meiſter, qui ita caueri putat infimo ſtipiti a pauimenti humore. Ita eſſe in Vitruuio: *Si plano pede erit ruderandum*, id eſt, in ipſa ſoli planitie.

ſtipites ſtatuito] Cum ſequatur *item alterum ſtipitem ſtatuito:* malim h. l. cum interprete Gallico legere *ſtipitem ſtatuito.* Ceterum Meiſter hinc arguit arbores in eodem lapide ſtatui a Catone, cum ſeparatim vnumquemque ſtipitem nunc ſtatuat. Hinc etiam ſilicum diuerſa menſura ponitur longitudinis.

trabem planam] Recte Gallus vertit *horizontalement*, et trabem ipſam *tour de poitrails.* Meiſter monet, trabem geminam requiri, arboribus alteram, alteramque ſtipitibus imponendam. Solidas interpretatur, quae bina prela ſeu vaſa iungebant.

Sub eas trabes] Gallus *Super* emendandum aut vulgatam eadem ſententia interpretandam eſſe cenſet. Huc ducit antiqua lectio a Victorio mutata in fine ſententiae, quae habebat: *pro ſingulis deſuper ponito.* Gallo praeiuerat Meiſter.

canales] Gallus *le paſſage des voitures* interpretatur ex ratione ea, qua pauimentum cum vaſis quadrinis deſcripſit.

trabeculam] Gallus interpretatur: *poutre ſervant d'etreſſillon entre un preſſoir à droite et un à gauche, et poſée entre le paſſage des voitures et le mur.* Ceterum binas trabeculas pro ſingulis ſupponi tum demum cenſet Meiſter, cum duplices quoque trabes impoſitae fuerint.

trabes, quae] Gallus: *bouts de poutres ou forts madriers.*

in iis tignis] Gallus: *ſur cette charpente élevez une maçonnerie.*

aream] Gallus: *l'aire qui tenoit lieu de notre maie*, eamque putat in torculario vinario fuiſſe latiorem. Scilicet legit Gallus *latam P. VI. aream*, eamque cenſet pariter rotundam fuiſſe.

latam P. IIII.] Gallicus architectus, ne altitudo canalis, quo liquor expreſſus defluit, omittatur, corrigit *latum*

P. III.

P. III. altum P. I. S ☰. Canalem eodem modo interpretatur Meiſter.

Ceterum pauimentum] Geſner vulgatam defendit intellecto *per pavimentum totum.* Equidem malim *Cetero pavimento toto.* Intelligit nunc pauimentum omnis ſpatii, excepto pauimento areae et canalis, cui pauimentum ſignìnum ſternit, recte monente Gallo.

cementis] Super ſolo congeſtitio fiſtucato ſtatumina inducit, cementis minutis, non minoribus tamen, quam quae manus implere poſſint, monente Meiſtero.

calce] Pauimenta ſubdialia ſtruere docet ex Vitruuio 7. 1. Palladius Maio c. 11. ſubtegulana, qualia Cato, Palladius I. 9. Vtraque Plinius 36. ſ. 61. 62. 63. Ceterum *calce arenato* iunctim lecta probabat Geſner, et calcem genere etiam maſculo dici putabat. Contra monet Pontedera, Catonem genere foeminino dixiſſe calcem cap. 16. et 38. In Palladio Febr. 25. 23. pro *calx viua.* Codex Erford. habet *viuus*, ſed eius libri auctoritas tanti non eſt. Igitur calcem ab arenato ſeiungi voluit Pontedera. Aliud enim eſſe *calcem*, aliud *arenatum;* et in calce iam intelligi arenam, cum qua ſubacta ſit. Verum ita non opus erat addi *calce;* altervtrum enim abeſſe poterat. *Arena* tum enim fieri ex calce et arena, notum eſt, veluti Gallorum *mortier*, noſtrum *Moertel.* Sed hoc arenato Cato h. l. vti non voluit. Rudus enim fundamentis ingerit, primo quidem ruderis corio ex ſaxis ſeu cementis minutis et tertia parte calcis admixta facto, altero ex glarea et calce. Atque ita pauimentorum rudera ſtatuminat Vitruuius, Plinius et Palladius in locis ſupra laudatis. Igitur nec Pontederae nec Geſneri ſententiam plane approbare poſſum. Si Cato poſuit *arenato*, reſpexit ad portionem calcis cementis aut glareae addendae; ſed puto vocabulum eſſe ſpurium. At nunc demum video Pontederam in Cur. ſec. locum poſuiſſe monumenti antiqui, vbi ſimiliter *calce arenato* poſitum eſt. En tibi locum: *eosque parietes marginesque omnes quae lita non erunt, calce harenato lita politaque et calce vda dealbata recte facito. Quod opus ſtructile fiet in terra, calcis reſtinctae partem quartam indito niue maiorem.* Itaque credere licebit calcem arenato (caſu tertio) dictam diſtingui ſolitam a calce vda.

vnum quodque] Bina coria fuiſſe ex altitudine fundamentorum, colligit Meiſter.

primum corium] Ruderare hoc dicit Vitruuius, monente Meiſtero.

item] Ita cum Meurſio correxi vulgatum *idem.*

ibi

ibi de testa] Vrsinus malebat: *ibidem testa — sternito; vbi stratum est.* Bene. Nam proprie testaceum pauimentum non struitur, sed sternitur, vel superfunditur, vt ait Palladius I. 17. 1. Sed grauius vlcus miror a viris doctis omissum. Testa omnis arida est, sed pauimentum testaceum seu signinum fit e testa trita calci addita. Plinius 35. f. 46. *Fractis etiam testis vtendo sic, vt firmius durent, tusis calce addita, quae vocant signina, quo genere etiam pauimenta excogitauit.* Testam tritam et succretam in hoc opere adhibet Vitruuius. Quare malim legere: *item testam tritam et pauimentum struito.* Nunc video Gallicum interpretem recte testam aridam interpretari *ciment de têts poli à l'huile.* Testa dicitur later coctus igne. Vitruuius II. 8.

oleoque fricato] Ex Edd. I. B. R. addidi *oleo.* quod fieri voluit etiam Meursius, qui inepte calcem ex oleo subactam apud Vitruuium 7. 1, et Palladium 6. 11. comparabat, qua lateres bipedales canaliculati iunguntur. Probauit nostram lectionem etiam Pontedera, sed inepte comprobare voluit loco Plinii 36. c. 24. *quod malthatur, oleo perfricatur ante.* Quin Palladium comparas, qui I. 17. cisternarum pauimentum testaceum omni cura terendum ad nitorem et lardo pingui decocto assidue defricandum esse monet.

extra columnam] Gallus vertit: *entez les par entailles*, et deinceps legendum esse censet *pedum XXV longae.* Meister ita: *hoc est ora quae oleum effundunt, possunt quoque in auersis arearum partibus patere; tum non opus est tanto ab vna area ad alteram interuallo, cortinis nempe et capulatoribus in alium locum ablegatis; ita stipites quoque, qui vtrinque parieti proximi sunt, minus distant, et tantundem trabium longitudini decedere potest. Numerus pedum XXII. aperte vitiosus est. Maioris enim spatii compendium fieri nequit, quam quod inter binos medios stipites intercedit; trabes itaque ad minimum sucularum longitudinem et stipitum latitudinem, hoc est 26 pedes, debent aequare.*

orbem olearium] Gallus: *la table qui couvrira le tas à pressurer.* Codex Gronouianus habet *pedibus IIII* ☰.

punicanis] Gallus interpretatur: *par clefs en forme de tenons penétrant d'une moitié de leur longueur dans l'épaisseur d'une piéce, et la seconde moitié dans l'épaisseur de l'autre piéce, et chevillées dans l'une et dans l'autre.* Plautus Mostell. III. 2. 143. *Non enim haec pultifagus opifex opera fecit barbarus. Viden' coagmenta in foribus? — specta, quam arcte dormiunt — vt conniuent volui dicere.* vbi vide notam Scali-

geri.

geri. Torculare poenicum ex Varronis γεροντοδιδασκάλῳ habet Nonius.

ſubſcudes] Gallus vertit: *elles ſeront liées extérieurement par clefs à queue d'hirondes — maintenues en place par des chevilles de cornouiller.* Feſtus: *ſubſcudes appellantur cuneatae tabellae, quibus tabulae inter te configuntur, quia quo eae immittantur ſucciditur,* ſeu, vt alibi rectius habet, *ſuccuditur.*

Catenas] De his vide ad Palladii I. 13. Gallus h. l. vertit: *elles ſeront encore affermies dans leur aſſemblage par trois barres fixées par des clous de fer.*

corylo] Pontedera vitium iam vidit, corrigens *carpino*, aut *corno* aut *opulo.* Gallicus interpres *corno* praefert. An fuit *corneolum?* Ita bacillum corneolum Afranius apud Nonium in *Bacillum* habet. De vlmo Vitruuius II. 9. *et in commiſſuris et in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes.* De vectium et preli materia vide cap. 31. ſ. 2.

alternas] *entremêlez - les* Gallus praeeunte Meiſtero, qui praeterea monet, male caput ſequens ab hoc eſſe diuulſum; verba enim *in vaſa vinaria — facito* parentheſi incluſa cum reliquis eſſe continuanda, et copulanda cum hoc capite.

Cap. XIX. *vti abſient*] *A capitulo* ſupplet Gallicus architectus, quem ſecutus vulgarem lectionem diſtinxi rectius. Vulgatam tamen ita interpretatur Meiſter: *vbi ſuperius deficit foramen illud longum arborum, locus eſt faciendus fibulae et confibulae ligneae, quae comprimat arbores ſi diſhiaſcent, et efficiat, vt quaeque arbor ab altera abſit pedem.*

ſena] Gallus: *Chaque tête de tréuil ſera percée de trois trous de part en part, ce qui produira ſix orifices pour recevoir les barres.* Meiſter: *trina ab vtraque parte, ſemipedem a ſe inuicem diſtantia, primum a cardine tantundem diſſitum, ita vt in media ſucula nouem pedum interuallum duorum pedum vacuum funi ductario obuoluendo relinquatur.*

cardine] Suculae ſcilicet, *le tourillon.*

rectiſſime] Aequali interuallo interpretatur Gallus.

Porculum] Gallus interpretatur *le croc.* Ita ſcilicet Turnebus VII. 25. Feſtus: *Sucula et machinae genus teretis materiae et foratae ac craſſae, quam vt vber ſcrofae porci circumſtant, ſic (porculi) verſanteſque fune ductario voluunt.*

vt inter — conueniat] Haec verba cum interprete Gallico ad antecedentia retuli; vulgo enim cum ſequentibus

copulantur. Vertit ille: *à l'effet que ce milieu concoure preciſement avec le milieu de l'entre-jumelles.*

laxamenti] Quo liberius moueantur; *de jeu* Gallus vertit.

pedum XIV.] Hanc proportionem vulgatae XV. vt rectiorem praetuli cum Gallico interprete, cui praeiuerat Meiſter.

remiſſarios] Turnebus interpretatur non eos, quibus remittatur prelum, ſed remiſſioris et minoris longitudinis, quibus in remiſſiore preſſione opus ſit. Hunc ſequitur recentior interpres Gallicus.

Cap. XX. *Trapetum — oporteat*] Haec verba lemmatis inſtar antea ſuperſcripta ipſi orationi Catonis recte inſeruit Geſner.

miliario] Edd. I. B. R. *meditulio.* Miliarium in vſu balneorum fuit vas longum et anguſtum. Vide ad Palladium I. 40. 3. et Aprili VIII. 7. Hoc in loco Gallus interpretatur *une exuberance de la forme d'un vaſe miliaire qui occupe le centre du baſſin, et qui a la même hauteur que le rebord.*

caueto] Ita recte I. I. G. monente Pontedera; ſequuntur enim *eximito*, *facito* etc.

ne labet] Vulgatum *ni* correxi ſententia poſtulante; plumbum enim in firmandis modiolis, nullo vero modo in columella adhiberi voluit, quod facile ponderi cederet, vt recte monuit Victorius, qui veterum Editionum lectionem ex libris ſcriptis correxit, niſi quod *ni* reliquit. Gallicus interpres habet: *pour l'affermir.* Cato igitur columellam, ſi labet, denuo cuneis circumfixis firmari voluit. Facilius enim ita eximitur, et denuo firmatur. Monuit idem Meiſter et gallicus architectus. Pontedera tamen in Cur. ſec. defendit lectionem *ni labet.* At, bone, plumbum circumfunditur ne labet columella vel modiolus; ſi iam labat, ſerum eſt, circumplumbare, aut denuo faciendum id eſt, ne labet.

modiolos] Graece χοινικίδες ſunt, Gallice *moyeux*, nobis *Nabe.*

caueto, ne laxi] Haec verba copulanda ſunt ſenſu cum verbo *circumplumbato*, recte monente interprete Gallico.

labent in cupam] Haec ita eſſe copulanda et diſtinguenda a reliquis verbis, recte monuit Gallicus interpres. Vulgo erat *labent*, *in cupam eos indito.* Cupae enim indi modiolos, et inditos circumplumbari, ne labent vel vacillent;

lent; caput sequens docet. Recte igitur Gallus *cupam* interpretatur axem, *essieu;* haud scio tamen, an aeque bene a graeco κόπος vocem deriuet. Cum Gallo facere video Pontederam, cuius notam male excerpserat Ernesti. Is igitur vulgatam *in cupam eos indito. tunicas solidas, et latas d. p. facito.* ita correxit, vt legeret, *in cupam, eo indito tunicas solidas et latas d. p. facito labeam bifariam, et* (vel *vti) habeas, quas* etc. Quam emendationem eo lubentius secutus sum, quod vulgatam alia ratione tueri non licet, nisi quis cum Edd. I. B. R. legere malit: *eos indito in tunicas.* De ipsa lectione non admonuit Gallus, sed recte locum vertit: *remboîtez-les de boites d'une seule piece.* Scilicet recte admonet *solidas* h. l. tunicas opponi duplicibus, vt capite 18. Solidas ex ferro solido factas, non consutas interpretatur Meister, qui libri Polit. *cunicas* praeferebat, quasi ex graeco χοίνικες deriuatas, quas modiolos ferreos interpretatur, quibus lignei muniantur intrinsecus.

labeam] Polit. *labrum* glossam esse vulgatae, monuit Gesner. Foeminino genere Plautum et Naeuium dixisse etiam *labia* vel *labea,* annotauit Pontedera. Loca posuit Gesneri Thes. L. L. Hinc *Labeones* dicti fuerunt. Gallus vertit: *et faites en sorte que les deux orifices de chacune s'affleurent exactement de chaque côté, et puissent tous deux être fixés par clous.* Itaque h. l. legi voluit: *facito labeam bifariam* (i. e. vtrinque) *habeant, quam figas* etc. Eandem sententiam expressit Pontedera scriptura hac: *facito labeam bifariam, et* (vel *vti) habeas, quas figas* etc. Equidem vtriusque viri docti conatu approbato atque inde adiutus, malui breuiorem sequi viam, cum Edd. I. B. R. post *bifariam* positum vulgo verbum *faciat*, et deinceps positum *et* Polit. liber omittant. Igitur *habeat* mutaui in *habeant*, seruaui tamen *quas*, quod pronomen potest ad sensum referri, etsi numero praecedenti non conuenit. Denique *figas* substitui vulgato *figat* cum Pontedera. Gesner malebat: *faciat vt habeat* vel *faciat habeat*, de ipsa sententia securus.

Cap. XXI. *quae conueniat*] Sensum recte reddidit Gallus: *donnés à la partie qui en formera le milieu et separera les meules l'une de l'autre, toute la grosseur que demandera la colonne de fer pour y être recue.* Supra cap. 19. de ligula: *ut inter arbores bene conueniat.* Igitur incisionem post *orbis* sustuli.

vti columellam] Hanc lectionem a Gesnero etiam probatam sequitur gallicus Interpres.

fistulam

fiſtulam ferream] *boîte de fer* (canon) *ajuſtée au diametre de la colonne et à celui de l'eſſieu.*

inter cupam] Gallus: *Vers le milieu de cet eſſieu.*

primores] Tenues et craſſis oppoſitos interpretatur Turnebus XI. 13. hic et infra c. 40. ſ. 3. ſummos, eminulos, primas partes digitorum Popma. Gallus: *larges de quatre pointes de doigts.*

ferream lata] Recte monuit Pontedera legendum eſſe *ferream tam latam quam cupa media erit.* Meiſter haec ita interpretabatur: *Foramini immiſſam fuiſſe tabulam ferream, qua intercedente, cupa cum inhaerentibus orbibus in columellam niteretur, non quidem toto pondere, (nam orbiculis ſubiectis altitudinem orbium temperari vult Cato; quod fieri non poſſet, niſi cupa orbiculis incumberet.) ita tamen, vt columella oneris partem ferret.* Gallus ita: *attachez ſous cette pièce, qui eſt ſuffiſamment large dans cette partie, une platine de fer percée pour livrer paſſage à la colonne.*

laminis] Polit. liber *lamnis*, quam formam in Plinii libris vbique praeferre librum Voſſianum egregium annotavit I. Fr. Gronov. p. 775.

conueniat. dextra] Vulgarem diſtinctionem *conueniat dextra ſiniſtra. foramina* correxi monente Meiſtero, qui ita haec interpretatur: *Nempe vtrinque quatuor orae foraminis et a fronte et interius ita muniendae erant ferri lamina, vt tabula ferrea in hoc foramen adacta lignum non laederet.*

polulas] Cum ſupra cap. X. 1. ſine varietate ſit *labellum polulum* etiam h. l. ex Edd. eam formam reſtitui.

in interiorem] Ita vulgatum *inferiorem* correxit Meiſter, quem ſecutus Gallus interpretatur: *garniſſez de lames de fer les quatre parois laterales de chacun des trous, que vous aurez pratiqués de droite et de gauche, dans la face interieure de l'eſſieu. Repliez ſur cette même ſurface chacune de ces quatre lames introduites dans chaque trous.*

quatuor laminas] Quae deinceps leguntur, aperte vitioſa ſunt. Gallus ea ſic vertit: *Sur les parties repliées de toutes les lames inſerées dans les trous de droite et de gauche, appliquez - en d'autres plus minces, que vous clouerez enſemble, pour contenir les premieres, dont la deſtination eſt d'empêcher que les trous ne s'élargiſſent.* Vnde ſic legere poſſis: *laminas dextra ſiniſtra. Vtrinque ſecus foramina laminas ſub laminas polulas minutas ſupponito.* Vocem tamen *minutas* ex gloſſa vocabuli *polulas* ortam ſuſpicor. *Sub laminas* diuidi oportere monuit etiam Meurſius.

quo

quo cupulae] Gallus: *Quant à la destination de ces trous, elle est de recevoir des pieds pendans.*

qua fini] i. e. quatenus. Gellii locum XI. *hac fini ames, tanquam forte fortuna osurus* apposuit Popma, item alterum Heminae.

imbricibus] Graecorum πλήμνας interpretatur Meister, syringum cauitatem, cui axis extrema immittuntur in curribus. Gallus vertit: *Armez les parties de cet essieu, qui doivent être engagés dans les moyeux, chacune de quatre pièces de fer en forme de goutieres, que vous entaillerez dans le bois de toute leur epaisseur et percerez dans le milieu.*

foramen librarium] Mensuram et capacitatem foraminis non intelligi adiectam 6 digitorum mensuram satis indicare monet Gesner, qui genus pyxidis, fistulae vel modioli intelligit recipiendo clauo; librarium dici putat a totius pyxidis pondere vel a genere laminae, e quo perficiatur. Ita in aquaeductibus dici fistulas centenarias, docetur ad Palladii Aug. XII. Gallicus interpres reddit: *une frête du poids d'une livre.*

lapide conteratur] Orbium, monente Meistero.

Cupam materia] Vulgarem distinctionem correxi, quam vitauit etiam Gallus sic vertendo: *Le corps de cet essieu peut être d'orme ou de hêtre.* Meister de armillis his ita: *nempe binae interiores cauent, ne cupae pars media crassior, binae vero exteriores ne clauus ab orbe circumacto conteratur. Caeterum iste clauus Graecorum παραξόνιος est.*

cum plumbum cupam] Recte Gesner praeferebat lectionem: *Tum plumbum in cupam.* Ceterum in Commeliniana numi nota posita est litera N inuersa, quemadmodum fere etiam in Edd. I. I - G. Contra Rob. Stephanus lineam posteriorem inflexam interpretatus est per literam S, notam sestertii, cuius loco vulgo pingitur haec nota: HS. Monet praeterea Gesner X seu decussem inductum, notam denarii, quam forte quis hic cogitare possit, summam nimis grandem efficere. De signis sestertii et denarii laudat Gronovium p. 12. et Harduinum ad Plinium VII. not. maior. 108.

Cap. XXII. *statuat*] Gallus interpretatur: *que le bassin soit bien de niveau.*

ab labris] Meister intelligit eam partem, qua orbis conuersi ora exterior proxime accedit ad labrum; quod interuallum ipse negat monstrari in imagine vulgaris trapeti, quae ab eo fuit apposita.

milia-

miliarium arcte] Edd. primae *molarium* habent. Meister miliarium h. l. interpretatur ligneam columellam, quae cupam proxime sustineret; funi circumligari putat, partim, quo firmius reddatur, et ne rimas contrahat, praecipue vero vt interuallo quam minimo intercedente, cupae et orbibus quam minimus nutandi et vacillandi locus relinquatur. Sed rectius Gallus; cuius rationem vide in Dissertatione de Trapeto Catonis, subiecta his libris.

armillis] Scilicet illis quatuor, quae cauent, ne orbes cupam aut clauos conterant, cap. 21. sect. 4. quibus et plures addi possunt, quae interuallum orbis ab orbe, aut orbis a labro temperent, monente Meistero.

3. *olei p. l.*] i. e. pondo libram. Vide Gronov. de P. V. p. 27.

homines VI.] Ex glossa esse haec verba, censebat Gesner. Edd. primae haec cum sequentibus: *cum bubulcis* omittunt; recte puto; nam qui pro vectura boum mercedem soluit, pro bubulcis etiam soluisse dicendus erit, puto.

DCXXIX.] Meursius ex calculis colligit, esse debere DCXXXI.

emtus ornatus] Edd. I. I. G. lectionem *emtus est trapetus* praefert Meursius comparato cap. 135. s. 2. vbi Pompeiis trapetos emi ait.

medios crassos] Infra cap. 135. *trapetos latos maximos pedes IV. S. orbis altos pedes III. S. orbis medios, ex lapicidinis cum eximet, crassos pedem et palmum, inter miliarum et labrum pedes II. digitos II. labra crassa digitum. — Foramen in orbis semipedem quoquo versum facito.* vnde forsasse altitudo h. l. corrigi debet.

Rufri] Infra cap. 135. s. 2. *Nolae ad Rufri maceriam claues.* vbi Edd. principes *Rufi* habent.

Cap. XXIII. *picentur, cum pluet*] Vulgo pessime distinguitur: *picentur. cum pluet, quala parentur.* Monenti Pontederae obsecutus sum propter c. 2. vbi per tempestatem pluuiam dolia lauari et picari iubet. Meursius ad pluuiam referebat lectionem Edd. principum, quae post *pluet* addunt *aqua imbuantur, et.* Possunt haec opera fieri vtroque tempore, sed commodius pluuio, cum reliqua opera cessant.

Menae] Festus: *Benna lingua Gallica genus vehiculi appellatur, vnde vocantur combennones in eadem benna sedentes.* Galli hodieque *Benneau* vocant. Vide Cangii Glossarium h. v. Pro vasis genere *bennam* ex scriptoribus medii aeui idem posuit. Scheffer de Re Vehic. II. 21. docere etiam

etiam conatus eſt, bennam eſſe ciſtam vitilem vel corbem, plauſtro imponi etiam quae poſſit; quo genere vehiculi ruſtici noſtri vtuntur. Gallicus Interpres *manequins* vertit. Pontedera tamen lectionem optimorum librorum *menae* praeferebat, ad cibum operariorum; cui equidem aſſentior cum Rottboellio.

vuas miſcellas] Pontedera aut *miſcellas vuas* aut *ad* deleri vult; vinum enim praeliganeum eſſe idem illud, quod ex vuis miſcellis fiat; in Cur. ſec. addit Cod. vtrumque Florent. omittere *ad;* ita melius conuenire ſequens *ſiccum.* Si recte intelligo viri doctiſſimi rationem, putauit, vinum praeliganeum etiam hic more Catonis dici pro vua praeliganea, adeoque vuas miſcellas inepte apponi. Sed verba ſequentia: *quod operarii bibant*, docent, Catonem de vino, non de vua praeliganeo loqui. Miſcellam nigram multo ante alias percoqui, monet Varro I. 54. Peſſime locum interpretatur Geſner de mixto vuarum genere. In Gallia duabus ante vindemiam ſeptimanis vuas maturas legunt, muſtumque ſcobi fagineae aut querneae infundunt in dolio, aut cum aceto miſcent, atque ita feruorem muſti accelerant, vinumque parant, quod operarii per vindemiam bibant.

Succum] Hanc lectionem immerito aboleuit Victorius, merito probauit Geſner, qui tamen excidiſſe aliquot verba ſuſpicabatur, quoniam quae deinceps ſequuntur, ad vinum praeliganeum non pertineant, ſed ad muſtum conditiuum. Recte quidem hoc animaduertit vir doctus; verum haec obſeruatio nihil adiuuat ſuſpicionem eius. Cato enim vindemiae initium et opera omnia ſimul breuiter perſtringit. Exordium igitur a vino operariis praebendo, praeliganeo; deinde reliquum vinum concinnare docet. Quod denique idem vir doctus *vinum ſiccum* capitis 25. ad defendendam vulgatam lectionem adhibuit, in eo plane a vero aberrauit. nam vinum ſiccum ibi eſt more Catonis dictum pro vua ſicca.

Si opus] Locum hunc antequam emendare aggrediar, ponam locum Plinii 14. ſ. 25. *Cato iubet vina concinnari, (hoc enim vtitur verbo) cineris lixiuii cum defruto cocti parte quadrageſima in culeum, vel ſalis ſeſquilibra; interim et tuſo marmore. Facit et ſulphuris mentionem, reſinae vero in nouiſſimis. Super omnia addi matureſcente iam vino iubet muſtum, quod ille tortiuum appellat nos intelligimus nouiſſime expreſſum.* Ita Pintianus et Harduinus ex libris ſcriptis emendauit vulgatam lectionem quae *pulegii* habebat pro *in culeum.*

culeum. Verbum *conninnare* hodie non apparet in Catonis libris; reliquorum infunt veftigia, vt ftatim docebo.

cineris lixiui cocti] Ita recte Edd. I. B. R. cum Plinio; Victorianam lectionem *de mufto lixiuo coctum* repetiit Gefner, et probaffe videtur Pontedera. Deinceps fcripfi *defruto* pro *defruti* vt fententia conftaret.

indes, in culleum] Ita diftingui debere haec verba fententia et Pontedera admonuit. Vulgo poft *in culleum* diftinctio pofita erat.

id indito] Gypfum addi muftis, nouimus ex Plinio, Columella et Geoponicis. De fulphure teftatur ex hoc ipfo Catonis loco Plinius; nifi malis cum Pontedera credere, Plinium negligenter huc fulphur ex Cap. 39. tranftuliffe. Vtriufque mentio in libris vulgatis excidit, parte tamen aliqua orationis relicta, quae in veftigium verae lectionis nos perducat. Igitur h. l. fuit olim fcriptum: *fulphur fi indes, id indito in vrnam*, (pondus excidit) *mifceto bene cum mufto. gypfum fi indes . . . . . indito in dolium. refinam fi indes, in culleum mufti* etc. Scilicet vocabula fulphuris et gypfi cum menfuris exciderunt. etfi deinde fect. 4. tantum marmor et refinam repetit. Hodie fulphure inurunt vel vafa vel ipfa vina, quo diutius incorrupta feruent, et feruorem vini impediant. Alium fulphuris vfum reperio annotatum in Vincentii Specul. natur. VI. 91. *ex vino rubeo per fublimationem aqua extrahitur, quia quando cum eodem vino, aqua et fulphur apponitur, aqua nimirum exhalans accipit a mixtis cum vino rubeo ficcitatem, indeque contrahit fublimationem; quae cum fit fubtilis humiditas, ficcitatem trahit a fulphure, propter quae duo poteft ipfa effe nutrimentum flammae. et tunc fi fuper ipfam pannus ponatur, fine deperditione panni fuperpofiti aqua in flammam feruabitur.* Cap. 97. libri IV. docet, fcirpum ficcum ex vino adulterato aquam attrahere.

refinam] Plura de vinis refinatis ad Columellae XII. dicentur; nunc monebo ex Galeno de Alim. Facult. II. cap. de vuis paffis, refinam vino addi in regionibus frigidis, vbi vuae non percoquuntur, ne vinum celeriter acefcat.

Si indideris] Hanc veram lectionem peffime Victorius expulit, ego fine dubitatione reftitui.

tribulato] Refinam contritam et cribratam mufto additam rutabulo ligneo permifcet Columella XII. 23. Vnde forte h. l. *rutabulo* fcribi debet pro *tribulato.*

circumcidaneum] Varro I. 54. circumcifitum vocat, quod pede vinaceorum circumcifo exprimitur. Vocabulum ipfum h. l. fufpectum habebat Vrfinus, quia Plinius folum torti-

tortiuum ex h. l. retulit. Sed is *maturescente iam vino* mustum tortiuum addi refert ex h. l. Columella XII. 36. tortivo musto cum roris marini ramulis condito post duos menses vti iubet pro remedio; quem locum ex hoc nostro explicandum esse puto. In *circumcidaneum* latere maturescens vinum Plinii suspicor corruptum librariorum vitio.

Cap. XXIV. *defrutabis*] i. e. addito defruto firmabis ad aetatem. Vulgatam *defrudabis* correxit Vrsinus, eumque secutus Popma, pessime defendit Gesner, concinnare, *καπηλεύειν* interpretatus. Ignorabat scilicet quid esset defrutare vinum; ratione enim hac vtitur, vt doceat, non esse h. l. de vinis defrutandis sermonem, quoniam coctionis non fiat mentio. Eundem errorem postea transtulit adeo in Thesaurum L. L. Ita vtitur etiam Columella II. 22. 4. et XII. 37. vino graeco defrutum miscet.

Cap. XXV. *vinum coctum*] i. e. vua cocta erit, et legatur. Ita fere vbique Cato. Intelligit vuas miscellas ad vinum praeliganeum, de quo cap. 23.

sicque] Meursius praeferebat veterem lectionem *familiae, sicque facito.* Gesner malebat *tuisque.* Rottboell corrigit p. 25. haec ita: *sicque facito studeat* sc. familia. Recte. Scilicet supra cap. 23. sect. 2. est: *vuas miscellas* (nigras, quae omnium primae maturabantur) *ad vinum praeliganeum, quod operarii bibant, vbi tempus erit, legito.* Hinc apparet familiae suos male adiicere Catonem a Victorio refictum. Itaque non dubitaui Victorianam: *primum suisque, facitoque studeas* deserere.

caestibus subtento] Malui cum Pontedera sequi antiquam lectionem, quam nouam ab Aldo inuectam et Victorio. Hanc scilicet si probes, vinacei in lectum retibus subtentum succernuntur cribro illi rei parato. At lectus ipse iste cribri vicem gerere videtur; nisi malis cribro succerni vinaceos, in lecto destillari atque exsiccari. Hoc spectasse videtur auctor lectionis Aldinae *exiccato restibus subtentis.* Vel sic tamen vsus cribri superuacaneus est. Quod si voluit Cato vinaceos a scopionibus separare, poterat cribri vices lectus restibus subtentus item gerere ea in re. Vinacei enim per foramina restium vel retium transibunt, scopiones restabunt. Igitur secutus sum rationem Pontederae, quam ex Cur. eius sec. excerptam corrupit Ernesti. Scilicet *subtento* est pro *subteneto*, vt *substeneto, sustineto.* Caestus sunt, qui hodieque in Italia *cesti* dicuntur, vasa viminea, canistra. cor-

bes, monente Pontedera. Simili fere notione posuit Varro I. 59. sect. 3. Deinde *vel cribrum* est in Edd. primis et Codice Caesenate, qui ex Codice Victorii optimo est deriuatus. Lectos loris subtentos posuit Cato cap. X. 5. sed in vsum hominum. Lucilius apud Nonium p. 181. *Tres a Deucalione grabati restibus tenti.* Succernere esse videtur pro secernere; certe ita Pontedera interpretatur. Sic cap. 37. s. 2. *partem de nucleis succernito et in lacum coniicito.* Ceterum Pontedera ex Polit. lectione *regentes* malebat *regestos;* idem loram ex graeco λέω et ῥάξ. Est enim auctore Varrone lora quasi lota acina. Quanquam ex h. l. Plinius non *lorea*, sed *lora* retulit, eamque formam vbique seruant Varro et Columella.

id bene] Ad lacum non bene refertur, nec ad dolia. Post *oblini* recte Edd. I. I. G. addunt: *vti habeas.* Columella VI. 3. *licet etiam eluta et siccata vinacia, quae de lora eximuntur cum paleis miscere. nec dubium est quin ea longe melius cum suis folliculis antequam eluantur, praeberi possint.*

lauito paulatim] Vulgo distinguebatur auctore Victorio *lauito. paulatim.* Monuit de vitio Meursius, cui assentiebatur Pontedera et Gesner. Deinde *lora* Popma.

Cap. XXVI. *facta*] Partem horum repetit infra cap. 68. vbi est rectius *in suo quidque loco reponito.* Patibula Gallico interpreti sunt *les barres.*

illi rei] Infra cap. 153. editum fuit a Victorio et Gesnero *illae rei*, vbi similiter Edd. I. B. R. *illius* habent. Supra cap. 25. *illius rei* reliquit Gesner, cum Edd. quaedam rectius *illi rei* darent. Geoponica III. 15. Decembri mustum iubent, cum deferbuit, purgare καὶ τὸν ἔνδοθεν τὸν περὶ τοὺς τραχήλους τῶν πίθων ῥύπον καὶ ἀφρὸν ἀπομάττειν χόρτῳ τήλεως (foeni graeci virgulis colligatis) ἢ ταῖς χερσὶ καθαραῖς.

triginta] Ad feruorem musti tantum temporis vix requiritur. Sed totus hic locus propter breuitatem obscurus mihi quidem est. — Postea vidi, distinctionem vulgarem esse vitiosam. Ecce noster c. 152. *In diebus XXX quibus vinum legeris aliquoties facito scopas virgeas almeas aridas, in asserculo alligato, eabus latera doliis intrinsecus vsque bene perfricato, ne faex in lateribus adhaerescat.*

deacinata] Pontedera malebat *dehamata*, i. e. scopis purgata ab innatante faece, quibus ea tanquam hamis adhaeret. Quid si verbum factum dicam ab acinis spumarum sordibus immixtis?

tum erit] Vindemiae tempore. Vina vere, aeſtate et poſt ſolſtitium hiemale pro natura diuerſa ſua et regionis diffundere (μεταγγίζειν) docent Geoponica VII. 6. Vere florente roſa tranſfundit Columella XII. 28. qui reliquarum vini conditi curam tradit c. 30. Maio tranſfundunt Geoponica III. c. 5.

Cap. XXVII. *Veruacto*] Si ſcilicet terra olіueti frugibus ſimul ſeruit, in veruacto ſit ſcrobis, et ſimul cum ſemine ſeu planta frugibus obſeritur ager; alias in terra paſtinata ſit ſcrobes.

Si erit locus ſiccus — ſerito] Haec integriora leguntur infra cap. 61. vbi vide notas.

teneras putato] De putatione accuratius infra docet cap. 44. ſed ibi eſt de olіueti putatione verna.

ablaqueato] Supra cap. 5. ablaqueare autumno et ſtercus addere iuſſit.

Cap. XXVIII. *cum radicibus*] Senſus apertus eſt horum verborum; et tamen ex h. l. pinorum ſtolones ex radicibus enatos et plantatos ineptiſſime effinxit nuperus Interpres Germanus Georgicorum II. 65. vbi plantas dici vult noſtris ſcriptoribus eas proprie, quae ex ſtolonibus eiuſmodi ſumuntur. Praeterea eo in loco multas alias ineptias in poetae ſui ingenium accumulauit homo, rei ruſticae veterum plane ignarus. Plinius 17. ſ. 16. *Cato craſſiorem quinque digitis — (tranſferri iubet) Cato omnes ventos et imbrem quoque in tota tranſlatione damnat; et ad haec proderit, quam plurimum terrae, in qua vixerint, radicibus cohaerere, ac totas ceſpite circumligari; cum ob id Cato in corbibus tranſferri iubeat, procul dubio vtiliſſime. Idem ſummam terram contentus eſt ſubdi. — terram circa radices fiſtucato ſpiſſandam, quod Cato primum ea in re eſſe cenſet, plagam quoque a trunco oblini fimo et foliis praeligari praecipiens.* vbi Pintianus malebat legi *feſtuca aut vecte* vel *feſtuca conſpiſſandam.* Idem Plinius 17. ſ. 16. aream cupreſſi ſemini ſerendo aequat cylindris aut *volgiolis.*

circumligatoque] Modum docet Columella V. 9. 8.

corbula] Ex Plinii loco laudato Vincentius bis poſuit *ſcrobibus.*

aut imber] Plinius 17. ſ. 14. *de cupreſſo: differuntur poſt annum dodrantali filo cuſtodita temperie, vt viridi coelo ſerantur ac ſine aura, mirumque dictu, periculum eo tantum die eſt, ſi rorauerit quantulumcunque imbrem, aut ſi afflauerit.*

rit. vbi viride coelum debet esse sudum, vt recte monuit iam olim Dalecamp. Crescentius II. 27. de vlmi plantis: *si aliunde portentur, radicibus coopertis et optime praeparatis, vt a calore defendantur et vento.* Ceterum Catonem his in praeceptis inprimis respexisse puto oleam, de cuius plantatione vide infra cap. 61.

radicibus fini] i. e. tenus. Ita *hac fini* dici apud Gellium I. 3. alibi vero *vmbilici fine* et similia vsitatius poni monuit Gesner.

praecisas serito] Haec etiam inprimis de olea dici puto, de qua Columella V. 9. 10. Quodsi cum sua terra planta non conuenit, tum optimum est omni fronde priuare truncum, atque leuatis plagis fimoque et cinere oblitis in scrobem vel sulcum deponere. Truncus autem aptior translationi est, qui brachii crassitudinem habet. Muscum praeterea talearum plagis obdit Idem XI. 2. 42. Cato c. 40. 4. lingua bubula obtegit insitionem. Ecce Plinius XVII. c. 2: *Cato crassiorem quinque digitis*, (transferendam praecipit) *nec omisisset idem, si attineret, meridianam coeli partem signare in cortice, vt translata in iisdem et assuctis statuerentur horis.* vbi ex Codice *vt translata deinde etiam adsuetis* corrigit Abr. Gronov.

Cap. XXIX. *segetem*] i. e. aruum, agrum. Sed Cato ita frugibus serendis stercus abnuere videtur, cum pabulo seruire partem dimidiam, alteram quartam oleis, alteram pratis vult. Suspicabar legi debere *segetem et vbi pabulum;* sed statim Cato solum pabulum memorat serendum in stercorato agro.

ablaqueato] Commeliniana *oblaqueato* habet; quam formam in Columella II. 15. 3. reliquit Gesner, et recte quidem vt veram defendit ex loco Isidori XVII. 5. vbi est: *oblaqueare est circa codicem terram aperire.* Scilicet lacum circa codicem effossum graeci γυρὸν vocant, oblaqueationem ipsam γυρȣ̃ν. Inepte Schoettgen distinguebat *ablaqueationem* ab *oblaqueatione.* In Columellae libro de Arboribus c. 5. c. 6. et 10. libri scripti optimi consentiunt in forma vera *oblaqueare*, quam tamen vbique restituere libris abnuentibus dubitaui. Vetus etiam Kalendarium, ab Vrsino editum, mense Septembri *oblaqueationem* nominat.

idque tum] Noster c. 50. *prata primo vere stercorato luna silenti, quae irrigua non erunt, vbi fauonius flare coeperit.* qui locus egregie firmat emendationem Pontederae h. l. legentis *idque sicco maxime opus erit. Vbi fauonius flabit*

bit euchito luna ſilenti. Conſentit etiam Columella II. 18. *macriora et pendula loca menſe Februario luna creſcente fimo iuuanda ſunt — curandum eſt vt ſecundum Fauonii exortum menſe Februario circa Idus immiſtis ſeminibus foeni macriora loca et vtique celſiora ſtercorentur.* Idem cap. 15. *itaque pratis quam recentiſſimum debere iniici — idque menſe Februario luna creſcente fieri oportere; nam ea quoque res aliquantum foeni fructum adiuuat.* Contra in ſegetem vetus ſtercus luna decreſcente inferendum eſſe, quo minus herbarum creſcat, cum Columella Palladius docet. Sed ecce Plinius 17. ſ. 8. poſt verba ex Varrone et Columella excerpta habet: *Fimum miſcere terrae plurimum refert fauonio flante ac luna ſitiente; idque plerique praue intelligunt a Fauonii ortu faciendum, ac Februario menſe tantum; cum id pleraque ſata aliis menſibus poſtulent. Quocunque tempore facere libeat, curandum vt ab aequinoctiali occaſu flante vento fiat, lunaque decreſcenti et ſicca. Mirum in modum augetur vbertas effectuſque eius tali obſeruatione.* vbi Plinii errorem pratorum ſtercorationem confundentis et ſegetum nullo modo excuſare poteris; inepte igitur Columellae locum taxare voluiſſe videtur.

ſilenti] Infra c. 50. ſimiliter pro *ſilenti* Plinius ex Catone *ſitienti* laudauit; quod vocabulum ſi decreſcentem lunam ſignificat, Cato reliquorum ſcriptorum obſeruatione renititur; quod facit etiam, cum luna ſilente prata ſtercorat. Locus igitur vterque forte vitioſus eſt.

Cap. XXX. *bubus*] Vide infra ad cap. 54.

delectato] Plinius 17. ſ. 6. *vbi ſaturus eris frumentum, oues ibi delectato,* i. e. paſcito, detineto. Apud Nonium II. 224. Quadrigarius *hoſtem delectare* dixit, monente Schoettgen.

in hieme] Quin in hiemem conditur pabulum; atque ita legi debere puto.

hiems] Iuntt. *hiemis* antiquum eſſe monet Geſner ex Voſſio; veteres enim inter duas vltimas conſonas mediam vocalem interponebant.

ſalix per tempus legatur] Haec verba vt gloſſam eiici volebat Pontedera; nihil enim aliud eſſe vimen maturum, niſi ſalicem per tempus lectum. Mihi aliter videtur. Infra Cato 33. 5. de eadem re ita tradit accuratius: *ſalictum ſuo tempore caedito, glubito, librum conſeruato, cum opus erit in vinea, in aquam coniicito, ex eo alligato. Vimina vnde corbulae fiant, conſeruato.* Hinc malim ex veſtigiis antiquae lectionis *ſalices — legantur* ita h. l. conſtituere *vimina matura*

tura salicti per tempus legantur — sarciantur. Matura sunt vimina cum glubi possunt; tunc enim detracto libro, vimina ad corbulas vinciendas adhibentur, libro alligatur vinea.

Cap. XXXI. *Fibulae vnde fiant*] Omnem loci difficultatem tolli putabat Gesner, si ita distingueretur, vti ab ipso factum est: *sarciantur, fibulae vnde fiant. Aridae* etc. Pontedera *aridae* mutabat in *taleae*, certe intelligi *taleae* volebat. Neuter interpretationem addidit. Itaque veterem distinctionem restitui, quam commode interpretari licet. Verba autem *Fibulae vnde — fibulas facito* misere luxata et alienis permixta sunt. Primum igitur fibulas ex salice vel viminibus, nec ex ficu fieri non posse intelliget, qui fibularum vsum in prelo Catoniano oleario et vinario perspexerit ex Figura et Descriptione in fine huius libri subiecta. Quod animaduertisse etiam puto Gallicum interpretem, qui locum ita vertit: *Coupez à tems l'osier et les saules pour avoir de quoi faire des corbeilles neuves et réparer les vieilles. Voici de quoi on fait les aiguilles: on laisse tremper dans l'eau, ou bien l'on enfonce dans un fumier des branches d'yeuse, d'orme, de noyer et de figuier quand elles sont trop seches, et l'on s'en sert ensuite pour faire des aiguilles à mesure que l'on en a besoin.* Videtur igitur Pontederae rationem probasse, qui *taleae* legebat, quae tamen ipsae non satis crassae et firmae esse possunt, vnde fibulae preli fiant. Deinde verba ea quae in stercus vel aquam coniicere iubent ligna, manifesto pertinent ad vimina, vnde corbulae fiunt. Ecce Columella XI. 2. 92. *potest etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgari; quae si natura minus lenta est, ante dies XV. praecidenda et purgata in stercore obruenda est vt lentescat; sin autem iam pridem caesa exaruit, in piscina maceranda est.* Ita Columella ad vitium ligamina praeparat salicem. Idem I. 6. 21. in piscina vimina virgulas et alia, quae fiant vsibus apta, macerat. Totum igitur locum sic concinnabo: *veteres sarciantur. Arida face vt in stercus aut in aquam coniiciantur; inde vbi opus erit corbulas facito. Fibulas iligneas, vlmeas, nuceas, vectes iligneos* etc. De voce *ficulneae* dubito; fibulae ficulneae vsui preli ineptae videntur esse; ad ligamina varia forte virgae ficulneae fuerunt praeparatae.

aquifolios] Victorianum *acrufolios* retinuit Gesner, et inepte defendit Popma. Plinius 16. s. 84. *Cato vectes aquifolios laureos vlmeos fieri iubet.* Ex ilice scilicet aquifolia. Aquifolios Plinii Gallus interpretatur *de houx*, quam materiam flexibilem prelo ineptam esse ait, contra acrufolios probat

probat ex arbore; quae ad genus, Gallis *Teuſe* vocatum, pertineat; tandem vero ſuſpicatur, aquifolios eoſdem eſſe cum acrufoliis.

carpino] Plinius 16. ſect. 75. ex h. l. *Prelum e ſapino atra potiſſimum facito: vlmeam pineam nuceam, hanc atque aliam materiam omnem cum effodies, luna decreſcente eximito poſt meridiem ſine vento auſtro. tunc erit tempeſtiua, cum ſemen ſuum maturum erit. Cauetoque ne per rorem trahas aut doles.* Victorius *carpino* ſubſtituit antiquae lectioni, a Plinio etiam commemoratae, eamque vnice probare videtur Pontedera, qui monet eſſe quae Oſtrya dicitur Bauhino Pinac. 427. vlmo ſimilis, fructu racemoſo, lupulo ſimili. Haec vero eſt carpinus oſtrya dicta Linnaeo. A carpino genere diſtinxit Scopoli Florae Carniol. T. II. p. 243. edit. ſecundae. Sapinus ex abietum genere minus firma ad prelum eſt, quam carpinus. Igitur Victorianam praetuli. Sed Pontedera in Cur. ſec. monet, hodieque materiarios Venetos atram carpinum *ſappino* vocare. Alteram coloni Italici *Carpino bianco* nuncupant.

pineam, nuceam] Macrocius Saturn. 17. 4. pineam nucem male ex h. l. retulit, monente Meurſio. Theophraſtus H. P. V. 1. *κελεύϐσι δὲ καὶ δεδυκυίας τῆς σελήνης τέμνειν, ὡς σκληροτέρων καὶ ἀσαπεστέρων γενομένων.*

effodies] Infra cap. 37. *materiam quam effodies aut praecides abs terra — optime eximetur.* Effodi arbores quaſdam ſolitas olim, ſtatim docebo ex Theophraſto.

Tum erit] Macrobius l. c. habet hinc; *tum vero erit.*

cauetoque] Addi vult ex Edd. antiquis *ne* Pontedera. Ita enim ſolet Cato. Vide cap. 32. 37. 40. et 5. Solus eſt locus cap. 34. *terram caue carioſam tractes.* quem ſimiliter corrigit Pontedera.

trahas] Infra c. 37. *omnino caueto, ne quam materiam doles neu caedas, neu tangas, ſi potes, niſi ſiccam, neu gelidam neu rorulentam.* Vnde h. l. malim: *tractes;* etſi ſcio, in vulgatis Plinii libris eſſe etiam vulgatam lectionem.

ſemen non habebit] Plinius 16. ſ. 74. *vulgo ſatis putant obſeruare, ne qua dedolanda arbor ſternatur ante editos ſuos fructus.* Diſtinctius Theophraſtus H. P. V. 1. *ὡραῖα δὴ τέμνεσθαι ξύλα τὰ μὲν στρόγγυλα καὶ ὅσα πρὸς φλοϊσμὸν, ὅταν βλαστάνῃ. τότε γὰρ εὐπεριαίρετος ὁ φλοιὸς ὃ δὴ καλϐσι λοπᾷν διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ὑπογινομένην αὐτῷ. μετὰ δὲ ταῦτα δυσπερικάθαρτος καὶ τὸ ξύλον μέλαν γίνεται καὶ δυσειδές.* quae Plinius ſic reddit ſatis negligenter: *Caedi tempeſtiuum quae decorticentur vt teretes ad templa ceteraque vſus rotundi cum*

germinant, alias cortice inextricabili et carie ſubnaſcente ei materiaque nigreſcente. vbi rectius Bodaeus legit *et teretes;* aut omitte *vt.* Pergit Theophraſtus: *τὰ δὲ τετράγωνα μετὰ τὸν λοπητόν. ἀφαιρεῖται γὰρ ἡ πελέκησις τὴν δυσειδίαν. ὅλως δὲ πᾶν πρὸς ἰσχὺν ὡραιότατοι ȣ̓ μόνον πεπαυμένον τῆς βλαστήσεως ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐκπεπαῖνον τὸν καρπόν. ἀλλὰ διὰ τὸν φλοϊσμὸν, ἀώροις ȣ̓̃σιν ὡραίοις συμβαίνει γίνεσθαι τοῖς στρογγύλοις.* *Quorum partem Plinius reddidit: tigna et quibus aufert ſecuris corticem — vulgo ſatis* etc. quae ſupra poſui. Debebat vertere: *ligna vero quadranda.* Subdit Graecus: *ἐπεὶ δὲ μάλιστα μόνον περιαιρȣ̃σι τὸν φλοιὸν ἐλάτης, πίτυος, πεύκης, ταῦτα μὲν τέμνεται τȣ̃ ἦρος, τότε γὰρ ἡ βλάστησις, τὰ δὲ ἄλλα ὁτὲ μὲν μετὰ πυροτομίαν ὁτὲ δὲ μετὰ τρυγητὸν καὶ Ἀρκτȣ̃ρον οἷον ἄρια πτελέα σφένδαμνος μελία ζυγία, ὀξύα, φιλύρα φηγίς τε καὶ ὅλως ὅσα ὀρύττεται. — τὰ δὲ μετὰ τὴν πέπαυσιν τῶν καρπῶν ἄβρωτα διαμένει κἂν ἀλόπιστα ἦ.* Ex quibus cum Plinio comparatis conficitur, arborem dolari, quae abſciſſo cortice ſecuri quadratur in tigna: contra abies, pinus et picea cum germinant et glubunt ſeu corticem remittunt, vere caeduntur ad aſſeres et ligna rotunda, iiſque cortex ſtatim detrahitur ad varios vſus. Denique aria, vlmus, acer, fraxinus, carpinus, zygia, tilia faguſque poſt vindemiam et arcturum non praeſcinduntur abs terra, ſed effodiuntur. Ita enim interpretor ex Catone verba: *ὅσα ὀρύττεται*· quae peſſime cum Gaza Scaliger ad vſum lignorum, quae in terra conduntur et obruuntur, trahit. Ita enim debebat eſſe *κατορύττεται.* Ceterum quae ſemen non habere credebantur olim arbores, ſunt ſalix alnus, et quaedam aliae ex Plinio notae. Abietem cum germinat decorticatam in aquis durare incorruptam, refert Theophraſtus H. P. V. 5.

glubet] i. e. cum librum ſeu corticem remittit. Iterum vtitur ſic cap. 17. *Caetera materies quae ſemen habet, cum ſemen maturum habet, tum tempeſtiua eſt. Quae materies ſemen non habet, cum glubebit.* vbi rectius Edd. veteres *glubet.* Infra cap. 45. idem eſt: *cum liber vertitur.* Columella XI. 2. 37. *oleae ſi iam librum remittunt.* et ſect. 41. iterum. De vlmo V. 6. 12. *verno tempore antequam librum demittat.* vbi legendum eſt *remittat.* Graece Theophraſtus dixit *λοπᾶν.*

Cap. XXXII. *propages ſulcos*] Lectionem I. I. G. probat Meurſius: *vites propages. in ſulcos ſurſum — poteris, facito vti ducas.* Turnebus corrigebat *propages ſulco. ſurſum* etc. Popma vulgatam interpretatur: *facito vt vites habeant*

beant fulcos et propagines. Ita enim fulcos et propagines iungi cap. 43. *propages* autem eſſe pro propagines. Pontedera fruſtra medelam loco vitioſo quaeſiuerat, quam repeririſſe ſibi viſus eſt Geſner, qui locum ſic diſtinguit: *vites propages; ſulcos — poteris, facito vti ducas.* Sed omiſit explicare, quid ſit ſulços ſurſum verſum ducere. Contra video eadem verba *ſurſum vorſum ſemper ducito quoad eius poteris* in capite ſequenti, et ſuo quidem loco, repetita longe aliud ſignificare in arbuſto vitibus conſerendo. Pontedera in Cur. ſec. corrigit: *vites propages: in ſulcos — vti ducas*, i. e. hinc et hinc per ſulcos deductis ſarmentis, quovſque pertinent.

arbores] Pro arbuſto dixit etiam Columella V. 6. 1. vbi diſciplina arbuſti traditur.

nodentur] Pontedera corrigebat *enodentur*, quod eſt in capitis ſequentis initio, vbi Polit. ſimiliter variat. Pontedera enodari ait, cum truncus ramique purgantur pampinariis palmitibus ac furunculis, ne quis ſub nodis vitis internatus oculus relinquatur, in quem humor a capite reuocetur. Verum non cogitabat vir egregius, vitis ramos nullibi dictos eſſe a ſcriptoribus, et Catonem hucuſque de arboribus locutum eſſe, quae vite maritantur; igitur manifeſtum eſſe mihi videtur ſententiam poſtulare: *vites bene ponantur per omnes ramos.* Columella ſolet vti in arbuſto verbis imponere, et diſponere; is ipſe etiam diligenter ramos arbuſti, non vitis, enodare iubet V. 6. ſect. 16.

vitem praecipites] Praecipitare flagellum ex arbuſto, eſt in fructum dimittere. Si plura, quam vitis conditio fert, demittantur, proximi anni fructus amittitur, ſi pauciora, vitis luxuria abſumitur in caſſum. His recte ex Columella V. 6. explicatis Pontedera monet aut *vitem* in nimium mutandam, aut praeterea *nimium* inſerendum eſſe. Inepte Geſner vulgatam interpretatur: ne deorſum intorquendo frangas. De ſententia Catonis aſſentior Pontederae, de emendatione aliter ſentio. Scilicet breuiore ratione defungar: *ne nimium praecipites, et ne vitem praeſtringas.* Nam *nimium* verbo *praeſtringere* appoſitum ita abundat. Sic cap. ſequenti eſt: *ne nimium conſtringito.* At non licebat ibidem ponere *praeſtringito.* Vulgatum h. l. *perſtringito* ex Pol. libro correxi. Columella de ligatura vitium cauet: *ne vitis vinculo praecidatur.*

afferantur] i. e. applicentur; pluribus enim vitibus maritantur vlmi.

deiiciantur] Si opus erit vlmo viduatae noua vite, tum draco ex proxima arbore propagandus eſt in locum mortuae vitis. Ita tradit etiam Columella V. 6. ſ. 37. vbi hanc propagationem cum Pontedera copioſius explicaui. Capite ſeq. eſt de vinea: *veteres quam minimum caſtrato; potius ſi opus erit, deiicito, bienniogue poſt praecidito.* Miror de loci noſtri ſententia tacuiſſe Interpretes, etſi ea eſt ſatis obſcura.

Cap. XXXIII. Excepto initio vſque ad verbum *relinquito* excerpſit Plinius eodem ordine et iiſdem verbis XVII. ſ. 35. no. 20. ex quo et Vincentio, qui locum Plinii excerpſit, varietatem omnem appoſui. Initium igitur capitis mihi eſt valde ſuſpectum; forte ex capite antecedente quaedam huc tranſlata fuerunt.

vinarios] Intellige coles, ſarmenta fructuaria.

arare incipito] Haec pertinere puto ad antecedentia; vbi nempe vinea aratro colitur, non ligone, ibi tunc arare incipito. Sequentia verba *vltro citroque — ducito* videntur ad arationem retuliſſe, qui poſt *ducito* et *circumfodito* punctum poſuerunt. Sed nimis inepte ita repetit et explicat Cato arationem, in qua ſemper perpetui ducuntur ſulci. Contra mihi Cato docere velle videtur vitem in ſulco perpetuo propagandam. Hanc ſententiam ſequi videtur Codex Wratiſl. qui habet: *ducito, intuſque vites teneras — propagato.* Forte fuit olim ſcriptum *ducito, ibique propagato vites. Teneras quam primum ſuccidito, veteres quam minimum caſtrato.*

ſic occato] Wratiſl. libri *ſuccidito* recte etiam probabat Geſner et vulgarem diſtinctionem *veteres, quam* mutari iuſſit. Edd. primae *ſed occato;* ſed in libris ſuis omnibus Victorius reperit *ſic occato,* quae Edd. I. I-G. plane omiſerunt. Occatio, etiamſi de pulueratione accipias auctore Columella XI. 2. 60. locum hic non habet ſuum.

reſecari] Veteres agricolae primitias vitis reſecabant, primi deinde anni capillamenta ſeminum intacta patiebantur, et poſt biennium, vbi viua radix recidenda erat, omnem ſuperficiem amputabant ſolo tenus, auctore Columella IV. 10. et cap. 11. Succidere igitur h. l. in Catone interpretor ad vnam virgam reuocare ex Columella IV. 9.

Calua] Victorius ipſe comparauit *caſtaneta quae calveſcere* dicit Columella; Popma vero ſimiles phraſes aliquot contendit, veluti *aperta ab vmbra, ſterilis a datis, inops ab amicis, nuda a magiſtratibus, copioſa a frumento.* Ceterum ſuſpicor, haec verba: *ſulcos interponito* male diuulſa eſſe a ſupe-

ſuperioribus, atque ita locum redintegrandum: *Si vinea — interponito, vltro citroque ſulcos perpetuos ducito ibique viui-radicem ſerito aut propagato. Vmbram a ſulcis* etc. Sulcum perpetuum dixit vt Columella III. 13. 9. in eodem opere *foſſam perpetuam.* Vmbram intelligo herbam; *imbrem* ſubſtitui malebat Rottboell p. 28.

ſi macra erit] Ita h. l. diſtingui iuſſit Pontedera. In vinea vetere et macra non ſerendum eſt frumentum, quod in ſemen eat, atque ita vineam macram plane exſugat, ſed ocimum ſeu pabulum, quod viride deſecatur. Vulgo inepte legitur: *ocimum. Si macra erit, quod* etc. In vineá macra et exili lupinum ſerit Columella XI. 2. 60. quo ſtercoretur euerſo.

aliquid horum] Temere eiectum a Victorio *aut* reſtitui ex Plinio iuſſit Pontedera.

praefringantur] Ita Polit. et Plinius. Vulgo *perfringantur;* et ſic ſupra *perſtringas* mutaui in *praeſtringas.*

pampinos] Caules intelligi manifeſtum eſt; alibi dicuntur folia, interdum clauiculae; hinc tam láte patet pampinatio dicta, de qua accuratius tradetur ad Columellae IV. c. 6. et 27. Poſtremam clauiculae ſignificationem exemplo vno Plinii 16. ſ. 63. firmauit Geſneri Theſ. L. L. addam igitur alterum ex 27. ſ. 70. de iſopyro: *folium quod eſt aniſo ſimile in pampinos torquetur.* vbi Dioſcorides IV. 121. τῷ κατ' ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα φέρειν. Sed ibi Codex Pintiani habet ſcriptum: *in paſſo oly pampinos:* Chiffletianus: *in paſſeoli pampinos:* vnde recte Pintianus corrigebat *in phaſèoli pampinos.* Hinc idem Plinius IX. ſect. 74. de polypis: *pariunt vere oua tortili vibrata pampino.* vbi male cirrhos polypi interpretatur Geſner.

recte ſpectent] Varietatem ſupra poſitam vide. Pontedera Plinii *porrigito* probat, et verba *recte ſpectent* interpretatur: vt optimam *coeli plagam ſpectent.* In Curis ſecundis *corrigito* probatum explicat: purgare luxuria pampinorum coercenda.

expellito] Recte Pontedera *expedito* legi vult, i. e. explicato ad ſolem, quo facilius percoquantur. Ita etiam praecipit Columella IV. 28. Palladius I. 6. ſ. 16. *Subligatio acerbis vuis facienda eſt, quando excutiendi aut rumpendi acini nulla formido eſt.*

arcte alligato] Salictum non alligatur vt vitis. Ergo vulgata lectio inepta et vitioſa eſt. Igitur totum locum ſic conſtituo: *glubito; librum conſeruato, cum opus erit in vinea, in aquam coniicito, ex eo alligato.* Ex virgultis, quae vimina

vimina appellat, detracto libro, corbulae fiunt, vt hodieque.

Cap. XXXIV. *redeo*] Haec ita retulit Plinius 18. f. 46. *In frigido et aquoſo prius ſerendum, poſtea in calido. In ſolo autem rubricoſo vel pullo vel arenoſo, ſi non ſit aquoſum, lupinum. In creta et rubrica et aquoſiore agro adoreum. In ſicco et non herboſo nec vmbroſo triticum. In ſolo valido fabam. Viciam vero quam minime in aquoſo herbidoque. Siliginem et triticum in loco aperto editoque, qui ſole quam diutiſſime torreatur. Lentem in frutectoſo et rubricoſo, qui non ſit herbidus. Hordeum in nouali et in aruo quod reſtibile fieri poſſit: trimeſtre, vbi ſementem maturam facere non poſſis et cuius craſſitudo ſit reſtibilis.* vbi Vincent. habet *in cretoſo et rubricoſo — in fruteto et rubricoſo.* Editiones etiam Plinii antiquae habent *fruteto*, quod propius accedit ad *rudeto.*

vbi quiſque] Geſner malebat *vti quiſque.* Recte. Columella II. 7. f. 2. *memores antiquiſſimi praecepti, quo monemur vt locis frigidis nouiſſime tepidis celerius, calidis ociſſime feramus.* quem locum ex hoc noſtro corrigendum eſſe nec ipſe Pontedera vidit, vitium tamen recte animaduertit. Medium aliquod membrum h. l. excidiſſe videtur oratione.

lupinum] Columella II. 10. 1. exilem amare terram, rubricam praecipue ait, cretam limoſumque agrum reformidare, et vel effoeto ſolo prouenire. Palladius Sept. 5. lupinum in qualicunque terra, vel crudo ſolo prouenire ait. Plinius 18. f. 36. ex denſiore rubricam maxime amare aſſerit. Theophraſtus H. P. VIII. 11. χώραν ὕφαμμον ζητεῖ καὶ φαύλην μᾶλλον· ex quo Plinius: *quaerit maxime ſabuloſa et ſicca, atque etiam arenoſa.* His ita cognitis de terra pulla primum lector rectius iudicabit; quae cum non ſit in vitio, ſed in laude collocetur ab ipſo Catone cap. 152. ſect. 2. vbi tenerrimam interpretatur, rectius frumentis deputabitur, quae in qualicunque ſolo, vt lupinum, non proueniunt. Sequitur *materina*, quae ante Victorium erat *alterina.* Haec mihi orta videtur vel ex *tenerrima* pullae adiuncta atque olim aliunde huc tranſlata, vel ex *macerrima.* Turnebus Aduerſ. XXI. 5. materinam interpretatur duram, ſolidam et prope ligneam. Simul monet, quoſdam maluiſſe legi *macerina*, id eſt macra. Geſnero eadem videbatur eſſe quae rudeta, vbi ſcilicet fuerit materies et rudus aedificiorum. Longe aptius poterat adhibere locum Columellae III. c. 5. f. 2. *ex mediocri materia in exilem tranſlata.* vbi Aldus dedit *mediocri terra.* Idem III. 2. f. 3. *pingui materia ſiccaque*

et

et vliginosa. vbi Aldus iterum *terra* dedit; etsi ibi *macra* legendum esse docebo. Breuiter vt dicam, materina nulla mihi ratione defendi vel explicari posse videtur. Igitur in illam magis opinionem mihi animus inclinat, vt *tenerima* scriptura antiqua fuisse olim videatur. Memini enim in lupino Plinium ex h. l. pullam commemorare terram, altero vocabulo omisso.

vligine] Vliginosum agrum ab *aquoso* similiter distinguit Varro I. 6. 6. vbi vide notam. Vliginem h. l. omisit Plinius.

semen adoreum] Colum. II. 6. *triticum sicco loco melius coalescit, adoreum minus infestatur humore.* et cap. IX. 3. *densa cretosaque et vliginosa humus siliginem et far adoreum non incommode alit.* et s. 5. *siliginis autem vel tritici, si mediocriter cretosus vliginosusue ager est — at si siccus et resolutus locus, idemque vel exilis est.* Idem c. 9. s. 13. *siligo in humido statu coeli recte prouenit, et ideo locis manantibus magis apta est.* vbi vide notam.

Cap. XXXV. *non calamitosis*] Columella II. 10. 5. *fabae pinguissimus locus vel stercoratus destinatur — eaque nec macrum nec nebulosum locum patitur.* Scilicet a nebula sole inusta rubiginem et calamitatem deriuant. Vide notam ad Varronem I. 1. 6.

viciam] Viciam et foenum graecum Columella II. 9. 6. et 9. crudae terrae committit. Plinius h. l. legit scriptum *quam minime aquosis herbosisque* vel *herbidisque locis.*

siliginem triticum] In Plinio legitur: *triticum et siliginem.* De vtroque genere Columellae locos posui antea. Idem cap. 9. s. 3. *frumentum omne maximo campo patente et ad solem prono apricoque et soluto laetatur. Collis enim quamvis robustius aliquanto, minus tamen tritici reddit.* Dicit autem is frumentum aliquoties ibi pro tritico. Vides igitur, melius haec conuenire tritico quam siligini; at de tritico iam tradidit antea Cato; siliginem alibi non nominauit, nisi quod siligineam farinam bis posuit. Denique male haec mediis leguminibus interserta leguntur. Quare locus hic mihi valde de vitio suspectus est.

lentim] Columella II. 10. 15. *lentim solo tenui et resoluto vel pingui et sicco maxime loco seri conuenit.* vbi vulgo erat *lentem.*

nouus] Columella II. 9. 4. hordeum vel pinguissima vel macerrima humo seri ait, nec vllam mediocritatem pati.

trimestrem] Ex Plinio *trimestre* restitui voluit Pontedera, triticum aut far semestre interpretatus. Verum equidem

dem vulgatam teneo lectionem, si scilicet post *trimestrem* incisum ponatur; quod feci. Trimestrem sationem autumnali oppositam plane similiter dixit Columella II. 9. 7. et cap. 4. s. 9.

restibilis crassitudine] Causas ob quas seram hanc sementem fieri oportet recenset Colum. II. c. 9. s. 7. sed agri conditionem hanc nullibi positam memini reperire.

rapinam] i. e. rapum. Ita etiam supra V. 8. vbi post imbrem autumni seri vult.

et coles rapicii] Plinius 18. s. 34. de rapis: *et homini non minor rapaciorum suis horis gratia quam cymarum, flavidorum quoque et in horreis enecatorum, vel maior quam virentium.* Scripturam *rapicii* praeferebat Popma, vt a lana, lanicium, pessime interpretatus semen raporum quod caulibus inhaereat. Semen rapicium infra est cap. 134. 1. Betaceos si voles similiter dixit Apicius III. 2. IV. 5. betaceos pedes alio sensu Varro I. 2. Inepte etiam Gesner in Thesauro suo *rapicium* h. l. interpretatur. Scilicet vitium est in vulgata lectione. Ex rapo fiunt rapicii caules, quos in cibo adsumebant veteres romani. Igitur copula *et* post rapinam tolli debebat. Interim inclusi. Brassicam gongyloidem Bauhini interpretatur Rottboell p. 30. et ex caule rapicio ortum habere putat nostrum: *Kohlrabi*, Danorum *Kaal-Rabi*. Ita scilicet censuit ipse Bauhinus.

Cap. XXXVI. *Quae segetem stercorant*] Plinius 17. s. 7. *nec non et satis quibusdam ipsis pasci terram dixit Cato. Segetem stercorant fruges, lupinum faba, vicia.* ex quo loco suspicatur L. Io. Conr. Schwartz, hic inferenda esse quae capitis sequentis alieno loco exstant verba: *Lupinum faba, vicia.* hoc fere modo: *Segetem stercorant frugis lupinum, faba, vicia.* Ingeniose! At quia haec eadem verba Polit. libri sequenti capiti reddunt, malui h. l. ea includere. Cum Schwartzio sentit Rottboell p. 31.

Amurcam spargas] Infra cap. 39. *Olea si fructum non feret, ablaqueato. postea stramenta circumponito; postea amurcam cum aqua commisceto aequas partes. deinde ad oleam circumfundito, ad arborem maximam vrnam commixti sat est. ad minores arbores pro ratione indita. Et idem hoc si facies ad arbores feraces, eae quoque meliores fient. Ad eas stramenta ne addideris.* Haec Plinius 17. s. 47. sic excerpsit: *Cato et medicamenta quaedam componit, mensurae quoque distinctione, ad maiorum arborum radices amphoram, ad minorum vrnam amurcae, et aquae portionem aequam,*

abla-

ablaqueatis prius radicibus paulatim iubens affundi. In olea hoc amplius, ſtramentus ante circumpoſitis. Vides hanc particulam conſarcinatam fuiſſe ex capite 93. et ſeruatam ab interpolatore meliorem lectionem vnam: vbi enim infra eſt: *ad arborem maximam — ad minores arbores.* ibi interpolator cum Plinio legit: *ad maiorum arborum capita — ad minorum capita* Plinius recte interpretatus eſt radices. Ita cap. 33. capita vitium ablaqueantur. et ſic alibi. Pro Plinii *paulatim* in hoc noſtro loco eſt *non alte.* Forte in Plinio fuit *haud alte.* Sed ecce Columella XI. 2. 29. *Oleis laborantibus circum radices amurcam, quae ſalem non habeat, nunc conuenit infundere, maximis ſex congii, mediocribus arboribus vrnae ſatis faciunt, caeteris aeſtimanda erit portio; ſed tamen quae nihil vitii habuerint, aliquanto laetiores fient ſi amurca rigentur inſulſa.* Quem locum repetiit Palladius Martio VIII. Alter Columellae locus V. 9. ſect. 14. minus integer eſt, et variis vitiis obſitus, vt olim demonſtrabo. Idem XI. 2. 87. *Nouembri etiam conuenit oleas ablaqueare et ſi ſunt parum fructuoſae vel cacuminibus retorridae frondis, magnis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circumſpargere, in caeteris autem pro magnitudine portionem ſeruare.* quae minus ſana eſſe puto. Geoponica III. 15. Decembri inualidis oleis addunt caprinum ſtercus et amurcae cotylas viginti. Ex loco Columellae, qui Catonis hunc noſtrum reſpexit, magna numeri varietas exiſtit. Is enim maximis congios ſex, id eſt ſextarios 36., minoribus vrnam, id eſt 24. ſextarios, caeteris pro portione addit amurcam; contra Cato maximis amphoram addit, id eſt ſextarios 48. Praeterea Cato addit dimidiatam portionem aquae, qua non opus habet Columella, amurcam inſulſam adhibens. Ablaqueantur ceterum olearum capita (quae radices Columella interpretatur) ſiue ſtercus ſiue amurca iniici debeat. Sed ex altero loco apparet, amphoram amurcae complecti portionem aquae aequam additam; et totum opus hoc accuratius ibi traditur, quanquam vel ſic quaedam ſuperſunt, ex Columella ibi redintegranda. Vide ibi notam. Denique nunc ſuccurrit locus Columellae V. 9. ſect. 16. *ſed et ſine ablaqueatione adiuuanda eſt amurca inſulſa cum ſuilla vel noſtra vrina vetere cuius vtriuſque modus ſeruatur. nam maximae arbori, vt tantundem aquae miſceatur, vrna abunde erit.* vbi malim *inſulſa et ſuilla.* Ceterum amphoram Columella ibi addi vult, vrnam nempe amurcae, et tantundem aquae, vnde fit amphora humoris omnis. Sed in amurcae menſura forte eadem obſeruatio valet, quam ſupra ad cap. 10. de

vaſis

vasis et mensuris oleariis tradidi; quae fuerunt vinariis maiores.

Cap. 37. Capitis huius initium, a Victorio reiectum, reuocari volunt Popma et Pontedera hoc: *Quae mala in segete sient.* vt deinde ante lupinum: *Quae segetem stercorent fruges.* Ita enim Plinius ex h. l. *nec non ex satis quibusdam ipsis pasci terram dicit, segetes stercorant fruges lupinum* etc. Reliquos titulos ad caput 56. nullo habito discrimine reiicit Pontedera. Equidem dubitaui inserere verba ista, quia de loco dubito. Plinius enim alio ordine verba legisse videtur posita, atque initium ipsum huius capitis vitiosum esse suspicor.

Cap. XXXVII. *Si cariosam*] Cicer non facit terram cariosam, sed macram, vt ex Columella II. 10. et 14. admonuit Pontedera. Cariosam terram tractari vetat et alibi Cato et Columella II. 4. Pontedera vulgatam ita cum reliquis verbis coniungit, vt legat: *Si cariosam terram tractes, si iacies cicer, quia vellitur et quia salsum est, eo malum.* Vtroque enim modo terram laedi. Ingeniose satis; nisi ita incommode modus agri tractandi iungeretur satis, quae arua exsugunt aut stercorant. Deinde Plinii locus aperte arguit, initium capitis alienum esse. Ita enim h. l. refert: *Segetem stercorant fruges lupinum, faba, vicia, sicut e contrario cicer, quia vellitur et quia salsum est.* Potest igitur videri initium capitis alio transllocatum legisse. Equidem persuasum mihi habeo, totum initium vsque ad cicer ad praecedens caput pertinere, quod ab interpolatore consarcinatum esse ex laciniis capitis 93. antea demonstraui, ita, vt dubitationi locus esse possit nullus. Inde igitur puto etiam verba ista *et idem hoc si facies ad arbores feraces, eae quoque meliores erunt.* interpolatorem voluisse transferre; quorum vestigia manifesta agnoscere mihi videor in varietate lectionis. Alii enim libri habent *Cariosam terram faciet si iacies cicer.* alii *si in cariosam terram tracies.* Suspicor fuisse olim: *Ad arbores feraces idem facies.* Breuiter vt dicam, initium spurium et abiiciendum est; et ante cicer addendum: *Quae male in segete sient.* L. Io. Conr. Schwarz corrigebat: *Si cariosa terra, ne tractes.* quae ratio ingeniosa simul est et breuissima corrigendi loci huius. Vide etiam supra ad cap. 5. f. 6. de cariosa terra.

hordeum] In loco Plinii paulo post laudando Vincentii S. N. X. 6. editio Duacensis post *hordeum* addit *quoque.*

exsu-

exſugunt] Plinius cum Edd. quibuſdam *exurunt*. Vtraque lectio commoda eſt; vtra verior, non habeo dicere.

velluntur] Quia radices nimis altas agunt, atque ita agrum exſugunt, etiam cum velluntur et terra altius commouetur.

nucleos] Semina arborum intelligit Turnebus Aduerſ. 21. cap. 25. Ipſe cogitaueram antea de nucleis oliuarum. Veteres editiones addunt *qui ſuffocant fruges*. quae pertinent ad nucleos. Poſtea vidi mecum ſentire Pontederam, qui monet, nucleos non eſſe ſegeti indendos, ſed comburendos, et cinerem ablaqueatis oleis apponi. Etiam infra ſimpliciter nucleos appellat. Dalecampius ad Plinium interpretatur, nullam arborem, quae nucleos ſeu oleum ferat, in ſegete ſerendam eſſe. Vincentius l. c. in loco Plinii habet: *praeterea nucleos*. Gallicus Interpres: *ne ſemez point de fruits à coque*. inepte! vt Schwartz, qui nuces interpretatur.

indideris] Poſt hoc verbum inſerui ex libris Polit. verba: *Quae ſegetem ſtercorent fruges*, etſi malim cum Pontedera *Quae* omitti; quod nec Plinius habuiſſe videtur in libris ſuis. Eius locum ſtatim ſubiiciam. Vulgo eadem verba initio cap. 36. poſita leguntur: *quae ſegetem ſtercorant*: vbi incluſi, atque huc tranſferenda eſſe monui. Indidem praetuli h. l. *ſtercorant*.

Stercus] Plinius 17. ſ. 7. *Cato; ſtercus vnde fiat, ſtramenta lupinum, paleas fabalia, ac frondes ilignas quernaſque. E ſegete euellito ebulum, cicutam, et circum ſalicta herbam auctam, vluamque. eam ſubſternito ouibus frondemque putidam. Vinea ſi macra erit, ſarmenta ſua comburito et ibidem inarato. Itemque vbi ſaturus eris frumentum, oues ibi delectato. Nec non et ſatis quibuſdam ipſis paſci terram dicit. Segetem ſtercorant fruges: lupinum, faba, vicia. Sicut e contrario cicer, quia vellitur, et quia ſalſum eſt; hordeum, foenum graecum, eruum; haec omnia ſegetem exurunt, et omnia quae velluntur. nucleos in ſegetem ne indideris.* Totum poſui locum, vt appareat, quo ordine poſita verba legerit Plinius, etſi plane eundem ordinem tenuiſſe non affirmauerim. Ex eo igitur fit manifeſtum, ante lupinum addi debere: *Segetem ſtercorant*. Etiam poſt *vicia* eſſe punctum ponendum; quod feci. In Plinio *iligneas querneaſque* dedit ex Codd. regiis et Editione principe Brotier; deinde *indidem inarato* ex Codice Regio 1. et Chiffletiano. Poſtea *vnde faciat* eſt in Codice Chifflet. et Pintiani, qui malebat *facias*. Abr. Gronov. ex Codice Plinii poſuit; *et circum au-*

ctam herbam actam. vbi *auctam* ex vitiato *saucta* pro *salicta* ortum eſt.

vnde facias] Schwartz corrigebat: *Stercus vide facias.*

acus] Sunt paleae frumentorum. Plinius habet *ac frondes ilignas.* Veteres Catonis editiones *aceris frondem.* Sed aceris frondem nemo veterum in pabulum boum collectam memorauit; aliter vero in ſterquilinium venire vix poterant, niſi dedita opera collectam fuiſſe dicas. At enim vero paleae eaedem ſunt quae acus; igitur Meurſius *aceris frondem* praeferebat. Sed aliam medicinam paratam habeo. Infra cap. 54. 2. *frondem iligneam et ederaceam dato, paleas triticeas et ordeaceas, acus fabaginum, viciam vel de lupino.* vnde lego certiſſima emendatione *fabalium acus.* Acus, aceris eſt palea; vnde panis, et far acerosum, item aceratum, quod eſt lutum paleatum, teſte Nonio p. 216. Hinc fabaginum acus vt farreum acus. Scilicet Cato neutro genere dixiſſe videtur, vt Graeci ἄχυρον, vnde ductum eſt acus; Columella II. 10. 14. foemineo genere acus poſuit. Cato frumentorum paleas, fabae acus dicere videtur et diſtinguere.

vellito] Pontedera malebat *euehito* aut *vehito* ſc. in villam ad ſterquilinium. At prius ſunt vellenda. Plinius 18. c. 6. ex Catone haec refert: *Ebulum vel prunus ſilueſtris vel rubus, bulbus minutus, trifolium herba pratenſis, quercus, ſilueſtris pirus maluſque frumentarii ſoli notae.* Vide ad Columellam II. 2. 20. Cicuta etiam ſolum humidum amat, vt ebulus. Ceterum Pol. *saucta* pro *salicta* Pontedera defendens deriuat ſalicem ex graeco ἕλιξ apud Theophraſtum, vel ab ἅλλομαι (vnde ἄλσος et *saltus*) et ὕλη, vnde *salux, salucem, saluceta, salucta, saucta,* Gallis *saule.*

altam] In Codice Plinii Victorius reperit *mactam* pro *auctam.* quam lectionem praetulit Turnebus Aduerſ. XI. 13. et Popma; neuter tamen exemplum aliquod eius ſignificationis attulit. Probauit tamen etiam Pontedera et in Plinio Brotier. Lectionem Chiffletiani Codicis *herbam actam* Dalecampius ita interpretabatur, vt legeret *chamaeactam,* ſatis ingenioſe. Rottboell p. 31. ſuggerit *caltham* vel *algam.*

eam] Edd. veteres ante Victorium habebant: *altam ſuccide, et eam.* Pontedera ex Plinio malebat: *ea — frondemque.* Nobiſcum facit L. Io. Conr. Schwartz. Ex lectione librorum ſuorum *vuamque* Victorius effecit *vluamque* quam ex h. l. memorauit Plinius. De vlua vide ad Palladium XII. 7. 22. Nunc demum video Salmaſium de Homonym. p. 80. h. l. legi voluiſſe *herbam actam upulum.* Scilicet idem in

in loco Plinii 21. f. 50. *lupum falictarium*, qui cum tamo et rufco inter herbas filueftres Italiae edules refertur, *opulum* corrigebat, Gallorum *Houblon* interpretatus atque inde deriuans. Quam viri docti opinionem equidem probare non poffum. Lupuli enim iftius vfum notitiamque apud veteres fcriptores non reperimus certam. Contra Plinii lupus falictarius mihi quidem idem effe videtur cum falicaftro, de quo is ita 23. f. 15. poft labrufcam tradit: *Eft huic fimilis, fed in falictis nafcens, ideo diftinguitur nomine, cum eofdem vfus habeat et falicaftrum vocatur.* vbi Dalecampius dulcamaram interpretatur. Salmafii opinionem in lupo falictario fequitur tamen Harduinus.

putidam.] Ex Codicum Vatican. duorum lectione: *putridam partem de nucleis* haec verba ita volebat diftingui: *bobufque frondem. Putidam partem de nucleis.* Tentabat etiam aliam rationem, vt legeret: *fraces de nucleis.* Neutram rationem probo. Fraces enim nullae funt de nucleis, vbi nuclei fegregantur, antequam carnes fractae olearum prelo fubiiciuntur. Quod factum effe deinceps docebo. Contra frondem putidam, quae pabulo inepta fuit facta, fubfterni iubet bobus. Alioquin fatis ftramentorum arua fubminiftrabant ftabulis boum. Nucleorum partem feruari voluit, quae aqua maceraretur, deinde combufta cinere oleas ablaqueatas fatiaret. Reliquos ad alium vfum, velut torcularii calefaciendi, (vide ad cap. 66.) feruauit. Ceterum Schwartz priorem Pontederae rationem ipfe etiam ingenio fuo excogitauerat, inepte interpretatus putidam partem nucleorum putamina nucum. Gallicus interpres: *le brou des fruits à coque.* In Plinio *ouibufque frondem putridam* Codicem fcriptum habere monet Abr. Gronov.

fuccernito] Lecto credo ceftibus feu loris fubtento, quo fuccernit etiam vinaceos cap. 25. De nucleis locus minus integer cap. X. 5. habet: *lectos loris fubtentos — pilum qui nucleos fecernat.* in inftrumento olitueti, vbi lectos ad hunc vfum iftos paratos effe fufpicor. Hoc vero in loco quae de nucleis traduntur, ad oleas pertinere, dubio caret; igitur de iifdem interpretor; quae fect. 1. leguntur *nucleos in fegetem ne indideris* fcilicet *combuftos*, quos indere oleis ablaqueatos iubet hoc in loco, nucleorum vero maceratorum in lacu aquam velut amurcam iifdem infundit. Infra cap. 66. vbi oleum quomodo fiat, docet: *neque nucleis ad oleum ne vtatur. nam fi vtetur, oleum male fapiet.* vnde Plinius retulit, ignem e nucleis aptiffimum fieri in torculario. Sed ea fententia ex ifto loco ne prelo quidem exprimi pot-

 eft.

eſt. Hinc igitur apparet, nucleos exemtos et ſuccretos fuiſſe cribri genere aliquo, antequam oleae mola curioſe ſuſpenſa conquaſſatae, ita, vt nucleus integer maneret, prelo ſubiicerentur. Quod miror a viris doctis nondum eſſe animaduerſum, qui veterum prelorum omnemque olei exprimendi rationem enarrarunt, etſi praeclare viderunt, opinionem veterum de ſapore olei a nucleis vitiato vanam fuiſſe, eamque ob rem ſatis inſignem olei partem vindemiis eorum oleariis periiſſe, cum oleae mola ſuſpenſa conquaſſatae nucleo integro exprimerentur. Hodie enim ipſi nuclei cum carnibus olearum confracti molae pondere incumbente deinde prelo exprimuntur, largiore olei reditu. Qui de difficultate olei ex maſſa olearum, cum nucleis integris prelo ſubiectarum, apud veteres ruſticos conqueruntur, non animaduerterunt, eos multo facilius opus effeciſſe nucleis ante exemtis, quam hodie fit nucleorum fragminibus olearum carnibus immiſtis. Scilicet Gallos in errorem induxit vernacula interpretatio Catonis!

lutum] fraces, aqua maceratas, lutum vocat.

macra erit] Ita etiam in Plinio edidit Harduinus; veteres vero editiones *macruerit* habebant.

concidito] *comburito* ex h. l. habet Plinius. Cinere ſarmentitio infructuoſis vitibus medentur Geoponica V. 37. cinerem ſimpliciter cum aceto nominat Columella Arbor. 8. 4. et Palladius IV. 7. 4. Dalecampius ad Plinium Catonis *inarato* mutabat in *inurito*. Albertus de Vegetab. p. 506. quaſi e Palladio: *Fimus eius fit e ſarmentes eius et ſilice et foliis vitis quia compertum eſt, hunc fimum optimum eſſe ad vites.*

pridie in tecto] Tantum ſcilicet numerum quantum vna lucubratione expedire licet. Si ſiccari voluit in tecto, tum commode leges *pridem* cum Rottboellio p. 32. Sed Pontedera in Curis ſec. corrigit *fictos* et comparat locum Columellae XI. 2. ſ. 12. *palos vna opera caedere et exputatos acuere — findere et dedolatos vtraque parte exacuere.* Quam equidem lectionem praefero, niſi ex Gronouiani Codicis *ſiccos dolaueris* malis *ſi quos dolaueris.*

niſi intermeſtri] Plinius 16. ſ. 75. *niſi intermeſtri lunaque dimidiata ne tangas materiem. tunc ne effodias aut praecidas abs terra. Diebus ſeptem proximis, quibus luna plena fuerit, optime eximitur. Omnino caueto nigram materiem doles, neue caedas, neue tangas, niſi ſiccam: neue gelidam, neue rorulentam.* vbi libri omnes habent *quatuor diebus proximis.* Pro *nigram* legendum eſſe *ne quam*, monuerunt Meurſius

fius et Gefner ad h. l. Harduinus tamen de vitio tacuit. Vulgatam huius loci interpunctionem peffime mutauit Gefner, de fententia non follicitus: Ita enim edidit ex auctoritate loci Pliniani: *ftercus egerito. Nifi — dimidiata. materiam ne tangas. Materiam etc.* Materiam enim decrefcente luna et effodiendam et praecidendam effe, non folum ftatim poftea Cato decernit, fed etiam cap. 31. *hanc atque aliam materiam omnem cum effodies luna decrefcente eximito.* Inepta eft excufatio, qua Gefner vtitur, vt *tangas* interpretetur de primis vulneribus, arbori inflictis, quibus et fignentur (fcilicet ex more noftro) et fucco exftillanti via aperiatur. Hoc igitur conftituto, fupereft, vt doceamus, ad ftercus haec effe referenda. Et Cato ipfe quidem cap. 29. luna filente ftercus euehi iubet; iterumque cap. 50. ad prata ftercoranda; vbi Columella cum Palladio lunam crefcentem definiunt, fed fegetibus ftercorandis decrefcentem, quibus affentitur Plinius. Igitur Cato crefcente luna ftercus egeri vult, et in prata quidem. Septem autem diebus proximis poft plenilunium, luna igitur decrefcente, materiam eximi vult, crefcente tangi vetat. Haec praeclare demonftrauit Pontedera, cuius tamen praeceptis non obtemperauit Gefner. Igitur *nifi* interpretaberis *fed*, vt faepe alibi apud Catonem. Praeterea Pontedera in Cur. fec. quatuor dies Plinii praefert, poft quos lunam effe decrefcentem; contra poft feptem effe iterum dimidiatam; quod interuallum cauere iubet Cato. Igitur cap. 31. *decrefcente luna* interpretatur ex h. l. de quarto a plenilunio die.

tum ne tangas] Plinii locum fic refingebat ex h. l. Pontedera: *idemque mox nifi intermeftri — dimidiata. Tunc ne tangas materiam, tunc ne effodias.* Sed de hac medela fere dubito; meliorem forte olim libri fcripti offerent. Interim Pontederae locum Catonis fartum tectumque debemus. In Plinio Abr. Gronov. ex Codice fuo legit: *omnino caueto, materiem ne doles.*

auenamque] Frumenti vitium, quod prima ftatim eruptione agnofci ait Plinius 18. f. 44. no. 1. Auena fatua Linnaei. De qua Virgilius *fteriles dominantur auenae*, etiam dixit. Eft Graecorum aegilops, Italis hodie *Squala* et *Egilopo* vocatur, docente *Gerard* in Bernardi Mémoires fur l'hiftoire naturelle de la Provence l. I. p. 289 fqq.

De vinea] Appendicem hanc rectius inferendam fuiffe fupra putationi abfolutae, cenfet Pontedera. At fortaffe Cato docere voluit, quid per hiemem fit agendum. Columella XI. 2. 19. *farmenta vineis nondum foffis, arbuftis et fegetibus*

ramos aut rubos — nunc egeri oportet. Ficulnea ligna cur iungat viti, exiſtimabis ipſe comparato cap. 50. ſect. 1.

degere] Imperatiuum modum eſſe, recte monuit Popma et Schwarz. male contra Victorius infinitum modum accepit, ex Nonio detrahere interpretatus; in quo ſecutus eum eſt Geſner. At in locis Plauti Aulul. II. 2. 43. et Epid. I. 1. 63. lectio dubia eſt. In priore quidem loco *laborem demam* Editt. vulgares habent, *degam* Veneta 1511. Aldin. 1520. et Lipſienſis 1505. In altero loco vulgatur nunc *detegetur corium.*

faſcinam] A faſce deriuat, hodieque eandem rem in Italia eodem vocabulo, non *fiſcinam* dici, monet Pontedera. Vulgatum *fiſcinam facere* Schwarz mutabat in *fiſcinam face e re vitili. Ligna* etc. Sed inepte fiſcinam viendam nunc Cato interponeret. Sarmenta contra vitis putatae degeſta in faſcem colligare et cum lignis ficulneis in caminum congerenda eſſe docet, vel potius in tabulatum. Ceterum vocabulum *faſcina* etſi nunc primum libri Polit. auctoritate comprobatum prodit, tuto tamen in Lexica poterit recipi. Recte enim fit a faſce, faſcina. Faſcis eſſe videtur factus a graeco φάκελος, σφάκελος, quod et φακίολος ſcriptum reperitur. Cuius radix σφάκος ſeruata reperitur in ἐλελίσφακος. Contra fiſcina a fiſco fit, fiſcus ex graeco οἶσος, ὀίσυνος, vimen, vimineus. A Faſcina etiam Gallicum *faſcines* et medii aeui *faſcenina* de qua vide Cangii Gloſſarium.

codicillos] Oleagineos et ſimilium arborum. Infra c. 55. *ligna domino in tabulato condito, codicillos oleagineos ſub dio in aceruo metas facito.* Malim igitur etiam h. l. in tabulatum congeri ligna, niſi in camino ficulnea excoqui et ἄκαπνα fieri voluit Cato. Sequens *domino*, in Edd. primis omiſſum, forte fuit *ſub dio.*

Cap. XXXVIII. *Fornacem*] Rotundam forma intelligi, patet ex verbis *niſi per ſummum orbem.* Praefurnium eſt aditus ad furnum, vbi ignis accenditur, atque vnde cineres extrahuntur. Cineres in lacunam ſub fortace excauatam in fundo decidunt. Fortacem Pontedera interpretatur fornicem in ima fornace, qui totus lapidibus conſtipetur, et a graeco φόρταξ quaſi baiulus dicatur, vocem deducit. Geſnerus cratem fornicatam lateritiam ſatis fortem ad ſuſtinendum onus et ignem tamen tranſmittentem explicat; et ſic etiam Dickſon I. p. 333. interpretatur *Grate*, i. e. *Roſt*, Gallis *grille.* Fortax hic lapidem ſuſtinet et cineres demittit excidentes. Sed geminum fortacem adfuiſſe, cenſet Dickſon,

ſon, cum vno praefurnio coquebatur; vnum ſcilicet, qui ligna ſubtus ponenda atque accendenda ſuſtineret, ne in lacunam inciderent et cineribus permiſcerentur; alterum, qui lapides fulciret, ne deciderent in furnum. Hunc poſteriorem tamen ſolum fortacem dici a Catone putat. Mihi altero fortace nihil opus eſſe videtur; is enim ſi adfuiſſet, ligna ſuſtinet, poterant cineres commode etiam extrahi, ſi vno praefurnio coquebatur, nec erat timendum, ne diſiecto igne et ceſſante, dum cineres extrahebantur ex lacuna, lapides corrumperentur. *Fauces* recte interpretatur ſummam fornacis partem, quam in alio genere Plinius *os* appellauit. Sed praecipites fauces has putat fuiſſe ſummae parti, ad trium pedum amplitudinem redactae, additas directione perpendiculari, et lateribus aut cemento ſtructas. Verum hanc interpretationem impediunt verba, vbi flamma *per ſummum orbem* exire dicitur, vnde recte arguebat vir doctus, formam fornacis fuiſſe rotundam; igitur fauces deorſum praecipites interpretari oportet decliues. Equidem verba *vbi ſatis foderis tum fornaci locum facito*, vix ſana puto eſſe, atque alio ordine collocanda, vt ſententia commodior exiſtat. Id tamen manifeſto inde arguitur, fornacem in fouea ſtrui; quae ſi minus profunda fuerit pro multitudine lapidis et menſura antea poſita, tum reliqua pars fornacis eminens ſupra terram ſtruitur lateribus aut cementis. Ceterum ignis ne intermittatur, etiam hodie cauent; non ſatis enim percoqui putant lapides iterata flamma refrigeratos. Eandem fornacum calcariarum fabricam et formam apud Romanos deinde etiam diu obtinuiſſe, arguit Dickſon ex loco Plinii XVII. c. 9. vbi oleas gaudere ait cinere e calcariis fornacibus. Vix enim potuiſſe cineres puros ſeparari, ſi more noſtro calcarii lapides cum lignis aut carbonibus mixti et per ſtrata compoſiti fuiſſent. Sed cineres puros non dixit Plinius, nec tales ad oleas deſideraſſent agricolae ex calcariis fornacibus; aliunde enim commode habebant cineres puriores; admixtam igitur fuiſſe calcem cineribus ſuſpicari licet. Turnebus Aduerſ. II. 13. recte cum fortace comparaſſe videtur gloſſam Heſychii: *θαῤῥός· λίθος ὁ κάτω τιθέμενος ἐν τῷ ἰπνῷ ἐν τοῖς μεταλλεῦσιν.* Videtur fuiſſe infimum lapidum metallicorum ſtratum, in fornicis modum ſtructum. Lectionem *fortax* ex libris ſuis primus protulit Victorius. Graecum *Φόρταξ* habet Pollux. Sed nunc ipſe dubito, an commode de fortace liceat interpretari verba: *totam fornacem infimam complectatur*, ea ſcilicet notione, quam viri docti affingunt fortaci. Videtur deſiderari firmamentum aliquod, fornaci infimae ex-

tra circumpositum. Contra Rottboell p. 34. malebat legi *vortex* vel *furnus;* quam correctionem non magis intelligo, quam vulgatam.

durissimum] Gesnerus *candidissimum* praetulit; mecum Dickson, quod libri optimi habent. De vario lapide Plinius 36. sect. 53. *Calcem e vario lapide Cato Censorius improbat.* Malim tamen etiam *candidissimum* simul addi: Palladius etiam I. 10. *album durum saxum* ad calcem praefert.

vbi facies] Dedi quod sententia postulat. Facies sc. lateres, quod fortasse addendum iterum erat. Vulgata lectio *vbi facias lateres — statuito — luto summum.* Sed totum hunc locum interpolarunt librarii. Verba enim *extrinsecus oblinito cum luto summam* pertinere ad sequentia videntur, et impedire ne flamma nisi per summum orbem exeat. Omiserunt etiam librarii quidam media verba.

vbi calx cocta] Fridericus II. de Arte venandi p. 95. quod contingit videre in igne incipiente decoquere lapides in fornace calcinaria, qui in principio denigrantur, sed postquam peruenerint ad digestionem perfectam, nigrum minoratur et album multiplicatur.

Si ligna] Recte Codex Gronouii nouum hinc Caput orditur.

vsioni] Plinius XVIII. sect. 61. ita refert: *Cato de papauere ita tradit: Virgas et sarmenta, quae tibi vstioni supererunt, in segete comburito; vbi eas combusseris, ibi papauer serito siluestre, quod in miro vsu est melle decoctum ad faucium remedia. Visque somnifera etiam satiuo.* vbi vulgo legebatur *in satione superant.* Libri scripti *cisioni*, alii *osioni.* Harduinus ex Catone restituit *vstioni*, quem secutus est Brotier. Hic tamen ex libro Regio rectius edidit *papauer serito. Silvestre in miro vsu est* etc. Vnde apparet, Plinium haec Catonianis addidisse. *Vstioni* eiecit Victorius, libros suos secutus, quasi *vsioni* superesse, sit ex vsu superesse; contrarium docet Columella II. 10. 3. *reliquum quod semini superest, in tabulatum reponis,* vbi vulgo pessime seminis legebatur. Quoniam tamen vulgata nunc lectio excusari exemplis quibusdam posse videtur, eam reliqui intactam. Ceterum Pontedera hic et in Plinio legere malebat *papauerem*, more antiquo; atque ita fuisse ait in libro Plinii apud Racanatum Venetum. Papauerem Gallicanum ex Catone habet Charisius p. 64. Ex Catone Palladius Septembri 13. 1. fertur vtilius prouenire papauer, vbi virgae et sarmenta combusta sunt.

Cap.

Cap. XXXIX. *vbi tempestates*] Partem horum habes supra cap. 2. sect. 3.

plumbo] Iuuenalis XIV. 308. de domo fictili Diogenis: *aut eadem plumbo commissa manebit.* Varro apud Nonium Merceri p. 544. *Sed quae necessitas te iubet aquam effundere domi tuae? Si vasa habes pertusa, plumbum non habes? ad quam rem nobis est confluuium? ad quam rem vrnarium?*

viti sicca] Lectionem hanc ideo reprobauit Pontedera, quia viti alligari dolia non putabat. Igitur malebat legi *ridica.* Sed ridica dicitur statumen, cui vitis alligatur, nec potest vinculi vicem praebere. Vitis, vt vimen, satis lenta est vt vinculum praebere possit; aeque bonum certe, atque materies quernea. Et vietor dicitur, qui dolia vinaria religat stipatque; locus est in Lege Pandectarum: *si vietori lacum vino plenum curandum tradideris et cum pertuderit, vt vinum sit effusum.* qui de lacu fictili debet intelligi. Quod dedit cum Victorio Gesner *virisicca*, ipse Victorius vitiosum esse agnouit, et Codex mendi notam appositam gerebat. Turnebus XI. 13. malebat: *vere sicca* vel *viridi sicca* vel *viridi colligato.* De alio genere Plinius 18. f. 64. *antelucanis dolia quassa sarcire, ipsorumque laminas scabendo purgare aut nouas facere.* Forte vocabulum *vitilis* latet. Varro L. L. IV. p. 33. vbi sirpiculas a sirpando seu alligando dictas esse ait, addit: *sic sirpata dolia quassa, cum alligata, dicta.* Vnde h. l. possis legere: *sirpicula* seu *sirpiculis alligato.* Seruius ad Georg. I. 165. vitilem supellectilem fieri ait *de genistis, vel iunco vel vite alba.* Quid si vitem albam Cato voluit intelligi? *Vimine querno* est apud Virgilium Aeneid. XI. 65. Rottboellio p. 34. placet *viticina*, a vitice.

picaueris] Popma ait, in libris quibusdam esse *putaueris*, quod interpretatur *purgaueris.*

sulphuris] In Codd. Victorii fuit *sulpuris* atque ita Virgilii Codex romanus antiquus scriptum vbique habet teste Pierio. Sulphure vitrum solidari, tradit Plinius 36. f. 67. et Scholiastes Iuuenalis V. 48.

tum conterito] Ita voluit legi etiam Popma; idem deinceps *sicque inducito.* Victorianum *eum* inepte defendit Gesner. Sequens *id* est de trito intelligendum.

in villam] In Edd. quibusdam esse *in villa*, annotauit damnauitque Meursius, qui multis exemplis vsum promiscuum accusatiui et ablatiui iuncti praepositioni hinc confirmare conatus est cum Popma.

Cap. XL. *fulcos et fcrobes*] Plinius 18. f. 65. no. 3. ita h. l. excerpfit: *Cato verna opera fic definit: Scrobes fieri, feminaria propagari, in locis craffis et humidis vlmos, ficos, poma, oleas feri; prata ftercorari luna fitiente, quae rigua non erunt.* Quae funt omnino lacunofa, et exciderunt quaedam veluti *feminario fieri, vites propagari.* Pomariis fcilicet Varro fulcos et fcrobes fieri iubet in feminariis, vitiario feu vitium feminario terram bipalio verti. Pontedera in Plinio corrigit: *fcrobes fieri, vites propagari.*

verti] bipalio, quod fit c. 45. et 46.

ficos] Vix recte habet hoc de ficis. Vide ad cap. 8.

filenti] Plinius hinc retulit *fitienti* interpretatus *ficca.* Idem 17. fect. 35. no. 8. *plerique auftros optant, Cato abdicat.* De infitione loquitur.

furculum durum] Eundem deinde aridum appellat, cunei vice fiffuram aperientem, vt recte monuit Gefner.

argillam] Plinius 17. fect. 24. *Cato argillae vel cretae arenam fimumque bubulum admifceri atque ita vfque ad lentorem fubigi iubet, atque interponi et circumlini.* Crefcentius II. 22. *deinde, vt ait Cato, fubtili puluere in fuperiorem sciffuram immiffo, creta plurimum comprehenfa cum pauca arena et fimo. bubalo, vt idem ait, vel cum cera fuper truncum et ligaturam, ad defenfionem caloris venti et pluuiae congrue difponatur et precia fafcietur.* Ceterum veterem lectionem *vti lutum fiat* praefero; nam faepius ipfe Cato deinceps lutum nominat; quanquam Plinii *lentor* vulgatam exprimere videtur.

condepfito] Etiam infra 76. 2. libri fcripti *condempfito* habent. Hoc verbum reftitue Titinnio in Fullonia apud Nonium p. 245. *terra haec eft non aqua, vbi tu folitus argutari pedibus cretam dum compefcis veftimentaque lauas.* vbi Parmenfis 1480. *noua quafi vbi tu — leuas* habet. Lege *condepfis.*

artito] Ita ex libris fuis Victorius fcripfit, laudato Novii loco apud Nonium, vbi *artiuit* eft pro *artauit*, i. e. indidit. Infra c. 41. 2. eadem eft librorum varietas. Columella XII. 43. 2. perticas et fuftes arctare dixit pro arcte inferere. Similiter Palladius Octob. 8. 3. arctare foramini taleam. vbi Crefcentii editio Baf. *vehementer immittitur*, antiqua mea *arcetur*, Columella V. 9. 16. *arcte immittere* habet. Palladius Mart. 8. *ftricte coniicere.*

primores — duos] Plinius l. c. *ex iis, quae commentatus eft, facile apparet, illa aetate inter lignum et corticem nec alio modo inferere folitos, aut vltra latitudinem duum digito-* *rum*

rum calamos demittere. Primores digitos Turnebus Adv. XI. 13. interpretatur tenues, quoniam ſint primore parte digiti minus craſſi, hiſque opponi deinde *craſſos* digitos.

vorſum facito] Meurſius malebat *pacito*, id eſt pangito, antiquo more, quo *pago* et *tago* pro pango et tango dicebant; vnde in vulgari deinde conſuetudine remanſit *paciſci* et *paci*, monente Feſto, qui et *pacionem* pro pactione affert.

circumligato] Plinius l. c. *mirum quod non contentus inſitum muniſſe, vt dictum eſt, et ceſpite ab imbre frigoribuſque protexiſſe ac mollibus bifidorum viminum faſcibus, lingua bubula, herbae id genus eſt, inſuper obtegi iubet, eamque illigari opertam ſtramentis.* vbi verba herbae id genus ex gloſſa orta putat eſſe Pontedera.

craſſum] Lectionem antiquam *craſſum* pertinere ad *ceſpitem* a Plinio ex h. l. memoratum, qui culpa librariorum exciderit, probabilis eſt Pontederae coniectura. Vulgatum *craſſos* vel ideo ferri non poterat, quod digitus craſſus vnus eſt in manu, videlicet pollex; reliquos primores dicere videtur Cato, monente Pontedera.

depſto] In Pol. libro hic et alibi eſt *dempſto.* Ita in Ciceronis Epiſt. ad Famil. IX. 22. pro *depſit* Codd. Victorii *dempſit* habebant ſcriptum.

lingua] i. e. ſuper eam linguam alligato librum. Peſſime Popma ligulam e corio bubulo factam interpretatus ligula librum alligari putat, vt recte contra eum monuit Geſner. Sed malim *libro alligato.* Graece bugloſſum dicitur herba. Graeci plagae ſcillam imponebant, huic lectum, luto teſtam, vti docet Theophraſtus C. Pl. III. 6. et Xenophon Oeconom. 19. Noſter c. 28. arborum plantas praeciſas fimo oblinit foliiſque alligat. Video nunc demum Pontederam in Cur. ſec. lectionem *libro alligato* probare. De lingua bubula tamen aliter ſentit. Quantulum enim, inquit, primo vere, quo inſitiones fiunt, bugloſſi folium, quam tenerum et ſuccoſum, quo inſitum reſpuit? Igitur linguam cape ex veteri corio vel de pelle pecudis morticinae ad bouillae linguae ſimilitudinem ſecta. Haec vir egregius, cui quid reponam? niſi quod Cato ipſe c. 28. foliis vtitur in eadem re; et ſi corio vti voluiſſet, tum profecto ſtramentis circumdatis non erat opus, ne gelu noceret.

gelus] Antiquus ſermo ſexu maſculo gelum vſurpavit, vt ex Grammaticis antiquis ad h. l. docuit Victorius et Meurſius, quorum loca repetere non eſt opus.

Cap.

Cap. XLI. *altera eſt*] Plinius 17. ſ. 35. no. 21. ex h. l. *altera cum vua floret.* atque ita etiam Creſc. Baſileenſis habet; qui deinde pergit: *ea optima eſt per ver.*

Pirorum] Plinius 17. ſ. 24. *Inſeri autem praecipit pira ac mala per ver et poſt ſolſtitium diebus L. et poſt vindemiam. Oleas autem et ficos per ver tantum, luna ſitiente, hoc eſt ſicca; praeterea poſt meridiem ac ſine vento auſtro.* Vides ibi eſſe *poſt ſolſtitium et poſt vindemiam.* Etiam Creſcentius V. 12. in malo laudat ex Catone verba *per ſolſtitium quinquaginta dies vt ait Cato.* Igitur recte Pontedera in Plinio corrigit *per ſolſtitium — per vindemiam.*

ſic inſerito] Plinius hinc excerpſit haec: *Praeſectam findi iubet per medullam, in eam ſurculos exacutos, vt dictum eſt, addi medullas iungi. Altero, ſi inter ſeſe vites contingant, vtriuſque in obliquum latere contrario adraſo iunctis medullis colligari. Tertium genus eſt, terebrare vitem in obliquum ad medullam, calamoſque addere longos pedes binos, atque ita ligatum inſitum, intritaque illitum operire terra, calamis ſubrectis.* vbi Vincentius habet *medullaſque vniri — medullis adiunctis colligari.* Idem in Antiqq. p. 339. docet dies vernos 50. computari a vere ad ſucularum veſpertinum occaſum anno primo dieteridis romanae Eudoxi faſtis exornatae, altero autem anno ad veſpertinum etiam canis occaſum XI. Cal. Maias, qui Canis occaſus quatriduum infeſtum futurum ſignificabat agricolis. Propter quod publicis ſacrificiis immolando Caniculam placare ſoliti. Cato itaque antequam decretorii dies incidiſſent, vernam inſitionem peragendam praecepit. Dies porro quinquaginta a ſolſtitio referemus ad autumni initium cum Pontedera, quos eoſdem Heſiodus nauigantibus proſperos promittit.

vitem vtrinque] Hanc antiquam optimorum librorum, adeoque Polit. quia non diſſentit a Ienſoniana, praetuli interpolationi Aldinae ex Plinio ductae, qui manifeſto non verba, ſed ſententiam Catonis reddidit; alioquin plura inde erant addenda.

tertia inſitio] Creſcentii antiqua mea: *tertia inſitione terebra*, in ceteris cum Baſileenſi facit.

vtriuſque vitis] Ita legendum ex Plinio viderat iam Meurſius, quem ſequor in re manifeſta.

tertia inſitio eſt] Antiqua mea Creſc. editio *tertia inſitione terebra*, in reliquis conſentit cum Baſil.

inſectos obliquos] Plinius vitem in obliquum terebrari ait ad medullam. Hinc Meurſius lectionem *inſertos obliquos* probabat, vt ſaltem ex inſertione obliqua ſurculorum appareret

reret, vitem ipſam oblique terebratam eſſe. Contra monet Geſner, ſurculos inſecari debere oblique, vt medulla ſurculi tangat medullam vitis. Recte quidem ille; verum etiamſi hoc ſit, nunquam tamen medulla ſurculi medullam vitis tanget, niſi ipſa etiam vitis truncus in obliquum ſectus medullam tangendam obliquae ſurculi ſectioni et medullae exſtanti praebuerit. Contra Pontedera, vir doctiſſimus et rei ruſticae ſimul peritiſſimus in Curis ſec. *inſectos* interpretatur non reciſos. Scilicet is vites duas ſibi vicinas intelligit; nam, inquit, ſi reſectum ſurculum Cato dixiſſet, multo brevior eſſet, et ſupra terebrationem ſtirps reſecatur in tali inſitione. Itaque *medias vites* vtraſque *vinclis in terram defigi* putat, *terraque operiri*, videlicet, dum alterius ſarmentum ad alterius foramina perducitur, atque in ea aptatur, vt capita ad inſitum conſtent, ac maneant immobilia, vtramque vitem mediam vinculis firmandam, aggeſtaeque terrae pondere ſtabiliendam eſſe. Creſcentium reciſos ſurculos intellexiſſe, fatetur ipſe Pontedera, nec equidem excogitare potui rationem, quae virum egregium eo adduxit, vt putaret vites vicinas intelligi ſibi inuicem inſerendas. Omnia enim loquuntur ſurculos duos ex vite reſectos viti alteri inſerendos ita, vt truncus ex vtroque latere oblique vſque ad medullam perforetur, in quae foramina deinde adraſi oblique vſque ad medullam ſurculi induntur. Statim ipſum *ſurculi* vocabulum indicat flagellum, non matri ſuae haerens, ſed reciſum e vite ſua. Reliqua argumenta Pontederae, rationi contraria, deinceps explicabo. Generatim autem animaduertendum eſt, inſitionem per terebrationem eam, qualem Cato deſcribit h. l. toto, vt aiunt, coelo differre a ratione Columellae IV. 29. ſ. 13. 14. De Arb. c. 8. et Palladii III. 17. Hi enim ſurculum vnum adraſum ſeu delibratum inſerunt foramini obliquo medullamque medullae componunt.

pedes binos] Longitudo haec etiam ſatis arguit, non flagellum vitis proximae, ſed ſurculum ſeu calamum, vt Plinius ex h. l. retulit, inſeri. Fateor tamen, longitudinem ſurculi nimiam eſſe ex diſciplina Columellae IV. 29. ſ. 6.

in terram] Terebratae vitis ſurculos cur in terram demitti et in terram vinculis defigi voluerit Cato, rationem difficile eſt excogitare. Pontedera ſimpliciter vtramque vitem mediam vinculis firmandam aggeſtaeque terrae pondere ſtabiliendam ſtatuens, aperte vim facit verbis Catonis. Si vitis, cui inſeritur, ſupra terram eſſet recidenda, et ſurculus infra terram inſereretur, poſſem *demittere in terram* ſurculos

culos intelligere, ſub terra inſerere. Sed quid tum fiet verbis *medias vitis vinclis in terram defigito.* Si de ſurculis propagandis ſermo eſſet, poſtquam ad pedum binorum longitudinem excreuerunt, facilius eſſet haec verba omnia interpretari. Sed ſurculi binos pedes longi de vite ſumuntur atque inſeruntur. Quocunque igitur me verto, vulgatam huius loci lectionem nullo modo cum cognita terebrationis ratione eam conciliare et commode interpretari poſſum. Geſner flagellum vitis pertuſum cum inſertis vtrinque et intus in ipſo foramine ſibi occurrentibus ſurculis loquitur, quod iubeatur vinculis, id eſt furcillis, quibuſdam in terram defigi, ne rediens ad ingenium vitis et verſus caput ſuum reſiliens terram deferat, et totus ille labor areſcentibus ſurculis fruſtra ſuſceptus ſit. Verum ad hanc rationem vna eſt reſponſio, non flagellum, ſed truncum vitis terebrari. Plinius ex h. l. retulit *pedes binos atque ita ligatum inſitum, intritaque illitum operire terra calamis ſubrectis.* Ad calamos ſubrectos referuntur verba: *replicatoque ad vitis caput.* Inſitum ligatum Plinio quo ſenſu dicatur et vbi lateat in Catone, nunc diſpiciamus. Credo ſurculos propter longitudinem alligari, ne vento mouente vacillantes minus bene coaleſcant. Igitur Catonis verba *mediaſque vitis vinclis in terram defigito* licebit forte ita interpretari, vt ſurculi, defixis in terra haſtilibus, alligentur, vt immobiles conſtent. Superſunt verba *terraque operito*, quae Plinius etiam legit in Catone. Sed *intritaque illitum* fruſtra hodie in Catone quaeras. Quid ergo ſi ſtatuamus, intritam illitam latere in verbis *eos in terram dimittito.* Ita enim habent Edd. primae omiſſo *in* ante terram, quod Aldus addidit. Sed iterum quaeritur, cur terra inſitum operiatur? niſi fuit iuxta terram vel infra inſitum. Poteſt igitur fieri, vt ſcriptum fuerit a Catone *eos infra* vel *iuxta terram demittito.* Nam *demittito* eſt in libro Politiani et Aldina. Iudicent peritiores! In priore annotatione Pontedera Creſcentii lectionem *mediamque vitem* praetulerat, nulla tamen addita interpretatione. Verba *Haec omnia — tanquam oleas* pertinere videntur ad omnes tres inſitionis modos.

Cap. XLII. *eximito*] Plinius XVII. ſ. 26. ex h. l. *corticis ſcalpro excidi quatuor digitorum longitudine et trium latitudine atque ita coagmentari et illa ſua intrita oblini: eadem ratione et in malo.* Recte vero Pontedera annotauit h. l. eſſe legendum: *oleam eſſe noles.* Ab initio etiam vult inſeri ſtatim *inſerito*, quod male Victorius omiſit, et ſecutae editiones.

nes. Crefcentius IV. 19. de olea: inferitur autem in fe, et rami quidem in trunco fubtili infiti illico conualefcunt. Haec infitio fit optime per vindemias vt ait Cato.

Cap. XLIII. Lemma habet: *Vites et oleae quomodo infodiantur.* Inepte! Docet Cato quomodo locus olea conferendus, fi fit aquofus, exficcari debeat foffis ductis coecis et apertis per agrum ductis. Sed etiam Plinius a fententia aberraffe videtur Catonis, vbi haec tradit libro XVII. c. 11. f. 16. *Cato, fi locus aquofus fit, latos pedes ternos in faucibus imofque palmum et pedem, altitudine quatuor pedum ex lapide confterni, aut fi non fit, perticis falignis viridibus, fi neque eae fint, farmentis, ita, vt in altitudinem femipedem trahantur.* Videtur igitur Plinius verba Catonis ad fcrobes traxiffe, vbi arbores plantentur. Quem errorem ne confiteretur Harduinus, inepta interpretatione etiam auxit fuo more. Verba poftrema *ita vt in — trahantur* in Catone non funt, et damnauit Pintianus. In Codice Chiffl. eft: *altitudine femipede.* Eadem Catoni reddere Pontedera volebat ita, vt legeret h. l. *controuerfis P. I. S. elatis.* Sed verba *elatis* non potuit fignificari modus altitudinis, ad quam foffa fola inde erat replenda ingeftis perticis et farmentis. Nemo praeterea dixit, quid velit fibi *controuerfis*, nec magis aptum eft *quoquo verfus.* Corrigebat Schoettgen *contra verfis;* fed non explicuit. De foffis coecis agi docebit locus Columellae II. 2. 9. *opertae rurfus obcaecari debebunt fulcis in altitudinem tripedaneam depreffis: qui cum parte dimidia lapides minutos vel nudam glaream receperint, aequentur fuperiecta terra quae fuerat effoffa. vel fi nec lapis erit, nec glarea, farmentis connexus funis informabitur in eam craffitudinem, quam folum foffae poffit anguftae quafi accommodatam coarctatamque capere. Tum per imum contrudetur, vt fuper calcatis cupreffinis vel pineis aut, fi eae non erunt, aliis frondibus, terra contegatur.* Vides in altitudine variare Columellam, fed vt Cato latius apertas fumma parte, decliues et ad folum coarctatas fimilefque imbricibus fupinis facit foffas, quas Cato fulcos alueatos maluit vocare. Scrobes alueo fimiles habet Columella IV. 4. 1.

collatis] Ex fequenti *colligatis* vitiatam effe vulgatam, videram, antequam Codicis Gronouiani *conlactis* fcripturam cognouiffem. Igitur nunc malim cum Schoettgenio *contra verfis* vel potius *conuerfis inter fe.* Interpretationem fubminiftrabat locus Columellae de pedanda et iuganda vinea IV. 17. 1. *arundines inter fe conuerfis cacuminibus vinciendae funt,*

vt

vt aequalis craſſitudo totius iugi ſit. nam ſi cacumina in vnum competunt, imbecillitas eius partis grauata pondere iam maturum fructum proſternit. — At cum iugum in faſcem pluribus arundinibus alterna cacuminum vice ordinatum eſt. Igitur Cato etiam ſulcos conſterni iubet perticis colligatis, ſed ita cacumina alterna conuertantur inter ſe, quo faſciculi fiant aequaliores.

colligatis] Verba quae Plinius addit: *ita vt in altitudinem ſemipedem trahantur.* hic inſerenda ſunt, ſed ita corrigenda: *ſeſquipedis trahantur.* Nam et Columella foſſas coecas dimidia parte replet lapidibus, vel glarea, vel ſarmentis. De reliqua foſſarum coecarum natura dicetur ad Columellam.

ſcrobes] Vide ad Columellam V. 9. 7.

ſulcos et propagines] Ante Victorium erat *propagationes.* Propagines h. l. ſunt ſcrobes, aut ſcriptum olim fuit *vitibus ſulcos propagandis.* Vide etiam ſupra ad cap. 32. Columella IV. 5. ex Calendis Martiis vſque in Octobres triceſimo quoque die nouella vineta confodit.

ſulcos ſarrito] Ex I. B. R. addidi ſententia poſtulante verbum *ſarrito.* Infra cap. 46. de ſeminario olearum: *creboque ſarrito, ſi voles cito ſemina creſcant.* Sulcos igitur videtur ad vitem referre. Capita oleaginea ſunt codices, ſtipites. Alibi vitium capita c. 33. ablaqueare iubet. cap. 36. ad arbores circum capita amurcam ſpargit. vbi Plinius radices nominat. Capita talearum dixit Colum. V. 9. 3. et imis partibus oppoſuit.

trimae] Alio ſenſu trimas taleas ſeri vult infra c. 45. vt craſſitudinem ſignificet. Colum. V. 9. 2. Quinquennes plantas ex ſeminario tranſfert Columella V. 9. 6. trimas demum putatione format.

Cap. XLIV. *oliuetum*] Plinius 17. ſ. 30. no. 1. *ſi quis quaerat, quod tempus oleae ſerendae ſit, agro ſicco per ſementem, agro laeto per ver. Oliuetum diebus XV. ante aequinoctium vernum incipito putare. Ex eo die dies XL. recte putabis. Id hoc modo putato. Qua locus recte ferax erit, quae arida erant, et ſi quid ventus interfregerit, inde ea omnia eximito. Qua locus ferax non erit, id plus concidito, aratoque bene, enodatoque, ſtirpeſque leues facito.* Tum ſubdit, quae cap. 5. et 61. leguntur. Harduinus ex MStis libris addidit *inde* ante *ea omnia.*

diebus XV. ante aequinoctium] Ab eo die, quo Ornithiae venti flare ceſſant, X. Kal. Apriles, ad aequinoctium

vernum

vernum VII. Idus Apriles hos dies XV. computat Pontedera Antiqq. p. 339.

dies XLV.] Ab aequinoctio dies 45. computati incidunt in vergiliarum ortum matutinum X. Kal. Iunias, monente Pontedera l. c.

putare] Supra cap. 27. teneras oleas per sementim, seu autumno supputare iubet.

artatoque] Vulgo *arato.* Quorsum, inquit Pontedera, arare inter putandam? Immo *artatoque* aut *aratroque,* i. e. falce cohibeto, ne rami latius expandantur, sed paucioribus in ramis melius fructus alantur Recte! Theophr. C. P. III. 2. καὶ ἔτι τὰ πυκνὰ καὶ ἀλλήλοις ἐπιβάλλοντα auferri voluit; et Geoponica IX. 9. sect. 9. eadem tradunt, atque omnino ἀραιότητας προνοεῖσθαι. Ex graeco ἀραιὸς suspicor latinum *artus* deriuatum esse; nec dubitaui egregiam Pontederae emendationem recipere. Putationem olearum octavo quouis anno praecipit fieri Columella, improbante Palladio, quem sequitur Crescentius. Theophrastus C. P. III. 10. omnibus annis post fructum collectum putat; ita etiam Geopon. IX. 9. et 13. reliquam opinionum varietatem posui ad Columellam V. 9. 15. Rationes putationis autumnalis egregie explicant Geoponica IX. 9. easque probat Bernard p. 239. seqq. qui disciplinam hanc omnem copiose et eleganter tradidit. Is adeo putationem reliquae culturae defectum sarcire posse affirmat. Qui vernalem putationem praeferunt, fructibus oleam indui certius affirmant.

Cap. XLV. *taleas*] Plinius 17. s. 29. *taleas oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas facito, diligenterque tractato, ne liber laboret, cum dolabis aut secabis. Quas in seminario saturus eris, pedales facito, eas sic inserito. Locus bipalio subactus sit, beneque glutus. Cum taleam demittes, pede taleam opprimito. Si parum descendat, malleo aut matreola adigito, cauetoque ne librum scindas, cum adiges. Palo prius locum si feceris, quo taleam demittas, ita melius viuet. Taleae vbi trimae sunt, tum denique curae sint, vbi liber se vertet. Si in scrobibus aut in sulcis seres, ternas taleas ponito, easque diuaricato supra terram, ne plus quatuor digitos transversos emineant, gemma vel oculo seruato. Diligenter eximere oleam oportet* etc. vbi *oleagineas* habent Edd. et scripti libri quidam. Hodieque olearum taleas seri in Hispania, monet Bernard Mémoires pour servir à l'histoire naturelle de la Provence T. II. p. 194. Columella hanc rationem omisit, oleam melius truncis quam plantis oliuetum constitui mo-

nens De Arbor. c. 17. Geoponica IX. 5. plantas de feminario tranflatas certius conualefcere, in fua ftatim terra depofitas celerius prodire affirmant.

laboret] In taleis feminario inferendis idem cauet Columella V. 9. *ne corticem aut vllam aliam partem laedas.* Et nofter fupra c. 40. f. 2.

inferito] Eft pro ferito, plantato. Varro I. 40. 5. clavas vel taleas circiter pedales facit. Columella V. 9. fefquipedales.

beneque — fiet] Haec verba veluti gloffam verbi *glutus* inclufit Gefner, monente Meurfio.

glutus] Pontedera praefert fcripturam *glitus*, i. e. pinguis, et deriuat a graeco γλίσχρος. Contra *glutus* eo auctore eft bene fubactus, tener, quod iam praeceffit in Catone. Qui Plinio, inquit, falcem admouerunt, cum *glutus* idem cum tenero fignificare viderent, omiferunt verba *beneque terra tenera fiet.* De terrae tenerae vitio nihil admonet. Feftus: *glittis fubactis, leuibus teneris.* Gloffae latinae *glis, glitis humus tenax.* Vides eandem varietatem effe etiam in libris fcriptis Catonis. Liber fcriptus Plinii Chiffletianus habet *gluttus.* Iohannes Garlandius in Synonymis in Loefcheri Hift. Poet. medii aeui p. 315. *glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur, ris animal, fis terra tenax, tis lappa vocatur. Sic genus iftius dignofcitur et genitiuus.* Cangius affert gloffam ad Alexandrum Trallianum: *glutis terra tenax.* Equidem non video, quae fit *gliti* et *gluti* differentia, nifi forte ea eft in fcriptura, fiue a graeco γλίσχρος deriues, fiue a γλοιὸς, vnde *glus* et *gluten* originem habent. Columella, qui rationem taleae fcrobibus inferendae omifit, in feminario poftulat *terrenum modice validum et fuccofum, neque denfum, neque refolutum, potius tamen refolutum, id genus terrae effe fere nigrum.* Hinc apparet, *glutum* h. l. effe debere validum et fuccofum; *teneram* effe terram refolutam. Etfi fateor, verba *beneque terra tenera fiet* reliquis interiecta locum fuum fic male obtinere. Adde noftrum cap. 151. *ferito in loco vbi terra tenerrima erit, quam pullam vocant.* Rottboellio p. 36. magis placet *bene politus* vel *cultus.*

mateola] Turnebus XI. 13. interpretatur fuftem, quafi ex *materiola* contractum, probante Popma. Harduinus manubrium bipalii interpretatur. Infra c. 46. f. 2. Edd. primae habent *matiola.* vbi vide notam.

ne feceris] Hanc lectionem Gefner defendit; ita enim putat terram arctius et tenerius amplecti demiffam taleam,

quam

quam ſi laxata fuerit antea palo terra. Atque in terra ſubacta bipalio ſatis eſſe videtur malleo adigere taleam; nec Columella V. 9. palo ſolum antea laxat. Palladius tamen Februar. 18. ſ. 1. in paſtino plantam radicatam ſerit palo locum antea deprimente. Verum de radicata planta hic Cato non docet. Contra Bernard. p. 193. monet. librum facile laedi, ſi malleo adigatur talea. Forte hunc locum melius ita diſtinguemus, vt eſt in antiquis Plinii editionibus: *ſcindas. Cum adiges, palo prius locum ne feceris.* vt Cato arbitrio ſerentis permittat, malleo adigere plantam, vel palo antea terram laxare plantae inſerendae. In Cur. ſec. Pontedera probat lectionem *ne feceris;* alioquin mateola non opus eſſe. in Codice Plinii eſſe monet Abr. Gronov. *cauetoque ne librum non feceris* reliquis omiſſis.

vti ſtet] Praeclare Pontedera vidit vitium, quod correxit legendo: *vti prius, ſtet talea;* malim tamen *vti ſteterat.* Infra c. 49. de vinea eſt *ita vti fuerat, ponito in ſcrobe aut in ſulco.* Columella V. 9. *vt ſic quemadmodum in arbore ſteterat ramus ita deponatur. nam ſi inuerſa mergatur, difficulter comprehendet.* Mecum ſentire video nunc Erneſti in notula Curis ſecundis Ponnederae adſperſa. Male autem Pontedera interpretatur locum de taleae partibus iiſdem coeli regionibus opponendis. Verum vidit h. l. Geſner, qui monet, Plinium 17. ſ. 16. negare, Catonem de ea re praecepiſſe: *Non omiſiſſet*, inquit, *ſi attineret meridianam coeli partem ſignare in cortice.* Vide ad cap. 49.

maturae] Ad transferendum ex ſeminario. Ita Columella V. 9. 10. maturum truncum dixit; ſed idem quinquennem oleam ex ſeminario tranſfert, *trimam* demum putat et format. An Cato putationem dicere voluit, et vetus lectio *tibi curae ſint* reſtituenda atque ex praecepto Columellae explicanda erit?

ſiſe vertet] Harduini interpretationem ineptam de coeli regione eadem obſeruanda recte improbauit Geſner, ipſe colorem mutatum libri inſerens. Equidem Catonem puto dicere voluiſſe idem quod alibi *glubere*, Theophraſtus λοπᾷν, Columella *librum remittere*, quod ſit vere ſucco redeunte in venas, cum germinant. Sed Columella V. 9. vere ſi diſponantur plantae, ſeri iubet *paulo ante quam germinent.* Laetis ſcilicet et humidis in locis vere planta diſponitur, vt cum Columella noſter tradit cap. 61.

ternas] Tot ſeri, vt reliquae tollantur poſtea, quae minus bene prouenerint, putat Bernard p. 194. Aliud ſi

fuerit Catonis consilium, damnat illud. Vide notam antepenultimam.

diuaricato] i. e. in diuersum dirigito, vt in simili re, vbi plures malleoli vitis in eodem scrobe plantantur, tradit Columella III. 15. 3.

digitos] De praecepto ipso vide ad Columellam V. 9. 4. Ad plantas in seminario serendas haec pertinent; quae vel totae immerguntur, ita, vt putris terra quatuor digitis alte superueniat, vt ait Columella V. 9. 4. vel parte aliqua eminent. Vide notam ad Columellam et ad cap. 46. sect. 2. Sed ecce Geoponica IX. 11. sect. 9. *τινὲς δὲ ἐκ τῶν κατὰ γῆς μερῶν τοῦ πρέμνου ἐκκόψαντες πελεκήματα μετὰ τοῦ φλοιοῦ τετραπάλαιστα προεμβάλλουσι λίθον εἰς τὸν πυθμένα τοῦ βόθρου καὶ ἴσως περιτιθέασι τῶν πολεκημάτων τρία ἢ τέτταρα ὀρθὰ καὶ χωννύουσιν ἐπὶ παλαιστήν.* vbi si verba *ἐπὶ παλαιστὴν* interpreteris: vsque ad palmum exstantem obruunt: habebis ipsam Catonis rationem.

vel oculos serito] Pontedera malebat: *gemmas vel oculos seruato.* aut potius: *gemma vel oculo seruato.* In Curis secundis legendum esse censet: *vel occultos serito*, i. e. terra obruito. Quod vero negat Pontedera oleam, vt inulam et arundinem, gemmis seu oculis seri posse, in eo contrarium sibi habet Columellam V. 9. 4. vbi est: *quidam melius existimant radicum oculis siluestrium olearum hortulos excolere, et simili ratione disponere.* Eodem tradit Palladius III. 18. Manet igitur dubia huius loci lectio. Liber scriptus Pintiani in Plinio habebat scriptum: *transuerso semine vel oculis serito.* Vnde suspicor, propter similitudinem verborum *emineant* et *semine vel* excidisse quaedam h. l. et voluisse Catonem docere, oleam vel semine, seu planta, vel oculis seri. Itaque legerim: *emineant. Semine vel oculis serito.* Reliquas Harduini et Pintiani emendationes supra in varietate recensui. Sed vide etiam notam ad initium capitis 47. *Oculos inserito* coniicit Rottboell.

Cap. XLVI. *seminarium*] Crescentius II. 20. *praeterea scribit Cato, quod terra seminarii talis esse debet, qualem desiderant semina et surculi in ea sata. item dicit quod surculi non debent eminere nisi quatuor digitis supra terram, et cacumina debent fimo bubalo oblinire.* De seminario oleario agitur, sed miror, Plinium ne verbum quidem ex hoc capite transtulisse.

apertissimum] Columella V. 9. *coelo libero, terreno modice valido et succoso.* Festus: *apricum locum a sole apertum.*

simili-

ſimillimum] Vetus eſt Theophraſti praeceptum H. P. II. 7. τὰ φυτὰ λαμβάνειν ὡς μάλιστα καὶ ἐξ ὁμοίας γῆς εἰς ἣν μέλλεις φυτεύειν ἢ χείρονος.

ne nimis longe] Geoponica IX. 11. ſect. 3. δεῖ δὲ τὰ φυτὰ παραυτίκα ἀφελόντας φυτεύειν ἐν νοτίαις ἡμέραις. Plinius 17. ſ. 30. no. 3. *non inhumare taleas aut ſiccare prius quam ſerantur, vtilius repertum.*

bipalio] Columella in tres pedes paſtinat et foſſa circumdat V. 9. 1. vbi vide notam.

delapidato] Vſitatius eſt *elapidare* hoc ſenſu. Circumſepire locum iubet, ne pecori ſit aditus.

in ſeſquipedem] Capite praecedente taleas in ſeminario ſerendas pedales fieri iubet; h. l. ſeſquipedales, vt Columella V. 9. 3. At ita ſequens *quoquouerſum* ſenſu caret. Si ſcrobes fieret antea taleae deponendae, poſſit aliquis menſuram hanc ad ſcrobem referre. Et video Columellam V. 6. 8. vlmi plantas cum in alterum ſeminarium tenellas tranſferri iubet, ſcrobiculos ſeſquipede inter ſe diſtantes fodere, quibus plantas inſerat, ne radices altius agant, quoniam ea res in tranſferendo et eximendo magnum laborem afferat.

malleo aut mateola] Supra c. 45. eſt *malleolo aut mateola.* Principes Editiones *maleolo aut matiola* habent. Quid viri docti commenti ſint de mateola, ſupra dixi. Equidem mihi plane perſuaſi, ex varietate ſcripturae antiquae *maleolo* ortam eſſe lectionem *aut mateola.* Scilicet Editiones primae ante Aldinam in Columella III. 6. et alibi ſcripturam antiquam etſi non vbique a Geſnero annotatam *malcus*, *maleolus*, *maleolarem* habent, quam Iucundus Veronenſis neſcio quam recte mutauit. In Nonio p. 556. edit. ſec. Mercer. *Malleoli manipuli ſpartei pice contacti qui incenſi aut in muros aut in teſtudines iaciuntur. Siſenna Hiſtor. libr. IIII. de quibus partim malleolos partim faſces ſarmentorum incenſos ſupra vallum frequentes.* Editio Parmenſis 1480. habet *maleoli man. parte ipice contracti — Siſenna in* IIII. hiſtor. — *maleolis — ſupra pallium fr.* Maleoli hi pice obliti fuerunt igitur ex ſparto; mihique dicti videntur eſſe ita, quod erant de ſparto *maleato.* Columella XII. 19. *cola ſpartea crudo, id eſt non malleato ſparto praeparata;* vbi etiam Edd. principes *malleato* habent. Geſneri Theſ. L. L. in his maleolis etiam ſimilitudinem vitigineorum maleolorum quaerere videtur cum aliis ſcriptoribus. Vegetius I. 63. *mallonem ceparum* ipſe II. 60. interpretatur *calamos ſiccos vnde faſces dependent.* Sed Hippiatrica p. 60. in eo morbo nominant τὸν ἀπόδεσμον τῶν κρομμύων ἐξ ȣ ταῦτα ἠρτημένα ἐτύγχανεν, τυτ-

 ἐστι

ἐστι τὰ ξηρανθέντα φύλλα. Igitur hic mallo huc non pertinet; ſed mallo eſt coma, cirrhus, docente Cangii Gloſſario.

fimoque bubulo] cinerem iungit fimo Columella V. 9. eaque talearum capita oblinit, atque imas partes. Imam partem vbique etiam Geoponica oblinunt; igitur *ſummam* h. l. eſt pro *imam* aut vitioſum eſt vocabulum.

digitum] Ex loco Creſcentii Pontedera malebat legi *quatuor digitos.* Atque etiam capite antecedente *ſupra terram ne plus quatuor digitos tranſuerſos emineant.* Pontedera nititur inprimis eo argumento, quod Columella III. 6. malleolum obrui iubet gemmis tribus vel quatuor exſtantibus ſupra terram. Verum is locus huc non pertinet, vtpote de vite tradens, non de olea, vt recte monuit Geſner, qui praeterea bene vidit, verba: *ſignumque apud taleam opponito* emendationi Pontederae non ſatis apta eſſe. Quid enim opus ſigno, vbi talea eminet quatuor digitos? Contra equidem eo ipſo ſigni appoſiti argumento confiſus ſuſpicor h. l. longe aliter legendum eſſe. Vide enim mihi Columellae locum eadem de re tradentem V. 9. 4. *et ita totas taleas immergi, vt patris terra quatuor digitis alte ſuperueniat. Sed binis indicibus ex vtraque parte muniantur.* ne ſcilicet a foſſoribus laedantur taleae inter ſarriendum. Nec licet ad vulgatam defendendam vti capitis praecedentis verbis poſtremis, quae Creſcentius cum h. l. temere copulauiſſe videtur. Nam eius loci ratio diuerſa eſt. Quare malim h. l. legere: *digitum* aut *digitos IV. ſupra ſemina facito terra emineat.* Librarius, qui diuerſam vtriuſque loci rationem non animaduertebat, verba huius loci ad praecedentis formam refinxiſſe videtur.

ſarito, ſi voles] Vulgatam olim huius loci diſtinctionem de ſententia Pontederae emendauit Geſner. De ſarritione primi anni conſentit Columella V. 9. 5. Geoponica IX. 5. operam ſarriendi vſque ad menſem ſeptimum iniungunt.

ad eundem] At capite ſequenti et 48. ſtatim de ſeminario vitiario et pomario ſubiungit, quorum nihil Plinius excerpſit. Quare ſpuria videri poſſunt duo haec capita cum initio capitis 48. vbi quae de cupreſſo traduntur, reddidit Plinius. Itaque olim capiti 45. ſtatim ſubiunctum legebatur caput 48. Ex qua obſeruatione adiutorium accedet obſervationi ſequenti.

Cap. XLVII. *Harundinem — diſponito*] Haec verba, alieno loco poſita, vt recte admonuit Pontedera, interim incluſi.

inclusi. Harundo enim nec in eadem terra, nec eodem modo neque eadem cultura feritur vt vitis et olea; praeterea fationem arundinis abunde iam docuit Cato cap. 6. Ita fecutus Pontederam iudicaueram, antequam animaduertiffem, caput antecedens olim in libro Catonis non fuiffe aut diuerfo ordine fuiffe. Quid igitur fi ftatuamus, initium hoc pertinere ad finem capitis 45. fic redintegrandum: *vel oculos ferito; vt arundinem, fic ferito; ternos pedes alium ab alio difponito.* Ita enim difponit Cato cap. 6. arundinum oculos. Vide de ipfa ratione notam ad cap. 45. Vulgatam defendere conatur Rottboell p. 37.

bima] anniculae enim parcebant veteres. Cf. Columella IV. 11. nofter cap. 33. fect. 2.

eximito] Vulgo continuo legebatur *eximito, fi pecus pafcetur, vbi.* Pontedera diftinguebat: *eximito. Si pecus pafcetur, vbi* etc. Gallicus Interpres legit: *ne pecus pafcatur,* fc. vitem. Vulgatam diftinctionem: *eximito, fi pecus pafcetur* defendit Rottboell p. 38. et fententiam Catonis hanc effe cenfet, vt teneram vitem transferre iubeat e feminariis, priusquam eo immittatur pecus. Sed feminario vitiario quis pecus immiffum non mirabitur? Scilicet viri docti non admonuerunt, haec praecipi de vite in arbuftum transferenda; quae robuftior et altior effe debet, fi arbuftum eft pafcuum, ne pecus vitem praerodat. Hinc Columella V. 6. f. 21. vitem caueis munit a pecore. Idem de Arbor. c. 16. fexto anno vlmum maritat et vitem e feminario non minorem decem pedum fternit in arbufto. Vide ad Colum. V. 6. f. 18. Igitur de numero V. nodorum vereor, vt recte habeat. Vix enim nodus vnus pedis longitudinem attingere videtur.

refecato, quam] Vulgo ineptiffime diftinguitur *refecato. quam.* Ita etiam deinceps vulgo legitur: *ponito, quotannis.* Vitium correxit Pontedera et Gallicus Interpres. Neuter interpretationem addidit. Quod fi bima vitis primum refecatur, et trima tranffertur in feminarium; vbi pafcuum eft arbuftum, et vitis ter antea refecatur, altior vitis et aetate robuftior tranfferenda effe dici nunc videtur. Quod fere congruit cum ratione Columellae.

inferito] Vitiario, vt interpretatur Gefner.

Cap. XLVIII. *fuum quidquid*] feorfum fuum quodque genus ferito. Ita *quidquid* pro *quodque* dixit etiam Cicero.

porcas] Infra cap. 151. in eadem re alia methodo perficienda eft: *areas facito pedes latas quaternos,* quam men-

 furam

furam commodiorem putabat Pontedera runcationi. Ceterum porca h. l. eſt pro area Plinius XVII. ſect. 35. no. 9. de vineis: *Vmbri et Marſi ad vicenos pedes inter vites intermittunt arationis gratia in his, quae vocant porculeta.* De cupreſſi ſatione vide notas ad cap. 151.

conſarito] Vix aptum h. l. verbum, pro quo infra legitur: *terram cum ſtercore bene permiſceto.*

crebrum] Ita pro *cribro* legendum eſſe, monuit Aſcenſianae Editionis auctor poſt Praefationem, poſtea Popma cum Meurſio, ſecuti Gellium III. 14. vbi ex h. l. eſt: *Semen cupreſſi ſerito crebrum, ita vti linum ſeri ſolet. Eo cribro terram inſternito dimidiatum digitum. Iam id bene tabula aut pedibus aut manibus complanato.* Quorum partem reperias infra cap. 151. vnde haec eſſe violenter diuulſa eſt manifeſtum. In Gellio libri ſcripti quidam habent rectius *incernito.*

furcas] Plinius 17. ſ. 14. de ſeminario: *Cato et furcis crates imponi iubet, altitudine hominis, ad ſolem recipiendum, atque integi culmo ad frigora arcenda. Sic pirorum malorumque ſemina nutriri, ſic pineas nuces, ſic cupreſſas ſemine ſatas et ipſas.*

et ſolem] Pontedera ex Plinio *admittant* inſerit; altitudinem enim hominis definire ideo ait, quod ſol per ver obliquus fertur, eoque melius admittitur ſub crates. Contra Pintianus in Plinio *reiiciendum* vel *arcendum*, Geſner *intercipiendum* malebat. Haec forte ratio poterat eo defendi, quod olitores plantarum ſemina lacteſcentia in ſeminariis a ſole aeque atque a frigore defendere ſolent apud nos primo vere.

ſarmenta] Ex Plinio etiam manifeſtum eſſe puto, *ſtramenta* ſubſtitui deberi, quae ille culmum interpretatus eſt; et infra ſola ſtramenta poſuit Catonis librarius.

ficarias] Vide Colum. XII. 15. 1.

niſi tanquam] Popma *niſi* interpretatur *ſed*, Meurſius tolli mauult. Geſner etiam hoc loco eſſe ait particulae *niſi* vim exceptiuam; velle enim Catonem *ad eundem modum ſeri nuces.* Quam equidem rationem plane non intelligo, etſi ſententiam Catonis coniiciendo aſſequi mihi videor. Eſt ſcilicet pro *niſi quod*, vt ſaepe alibi apud Catonem. Ceterum ſatis obſcurum eſt, quomodo ſeri voluerit; cum allio comparans. Palladius Martio X. 37. et Nouembri VII. 10. pini ſemen frumenti more aſpergi iubet. Magis aliena eſt Rottboellii coniectura p. 39. *tanquam talcam* legentis.

Cap.

Cap. XLIX. *crassam*] Plinius haec verbotenus repetiit 17. sect. 35. no. 21. vbi Harduini editio cum Vincentio *crassum*, sed aliae rectius *crassam*. Ceterum verba a Gesnero inclusa omittit Plinius. Verbum *licebit* ex libris scriptis addidit Harduinus, et habet Vincentius. Ceterum Brotier Plinio suo restituit ex MSt. *ne amplius*. Harduinus enim dederat *nec amplius*. Plinii deinceps editio princeps cum libro Regio 1. et 2. habent *occultato*. Vitiosum *crassum* repetiit Brotier. In Codice Plinii reperiri verba *vsque radices persequito*, vt h. l. habent Edd. primae testatur Abr. Gronov.

ita vti fuerit] Vide ad cap. 45. f. 2. vbi Gesner hunc locum apponit Plinio affirmanti 17. sect. 16. Catonem nihil praecepisse de cortice signando et iisdem coeli regionibus opponenda, quibus antea steterat planta.

persequitor] Seneca Epist. 56. illud etiam nunc vidi, vitem ex arbusto suo annosam transferri: huius capillamenta quoque si fieri potest colligenda sunt, deinde liberalius sternenda vitis, vt etiam ex corpore radicescat. Sed Cato nunc de vinea, non arbusto, loquitur.

Cap. L. *luna silenti*] Plinius 18. f. 65. no. 3. *prata stercorari luna sitiente, quae rigua non erunt; ab afflatu favonii defendi, purgari, herbas malas radicitus erui, ficus interpurgari, seminaria fieri, et vetera sarciri. Haec antequam vinea florere incipiat; itemque piro florente arare incipiat macra arenosaque; postea vti quaeque grauissima et aquosissima ita postremo arato.* Scilicet Plinius in illo loco coniunxit, quae hodie disiuncta leguntur in Catone supra cap. 40. et infra c. 131. vbi est: *dapem pro bobus piro florente facito. postea verno arare incipito: ea loca primo arato, quae rudeata arenosaque erunt. Postea vti quaeque gravissima atque aquosissima erunt, ita postremo arato.* vbi recte Polit. liber *rudecta* habet, quod Plinius *macra* interpretatur. In loco Plinii recte Brotier a *flatu Fauonii* posuit ex Codice Regio 2. atque ita habet etiam Pintiani Codex. Deinde Pintianus *interputari* emendabat, quo verbo et Varro vsus est I. 30. et Columella Arbor. 30. 2. Vide etiam notam supra ad cap. 29.

prata defendes] A pastione scilicet, vt Varro ait I. 37. 5. sed idem simpliciter prata defendere c. 30. defendi a piro florente ait cap. 37. inter vernum aequinoctium et vergiliarum exortum cap. 30. Columella XI. 2. 7. de tempore ab Idibus Ianuariis medio inter brumam et ad ventum Fauonii: *apricis etiam et macris aut aridis locis prata iam pur-*

ganda et a pecore ſunt defendenda, vt foeni ſit copia. Menſe Februario luna creſcente prata macra ſtercorari et ſubmitti iubet Columella II. 18. et Palladius Februario 1. Vide et Columellam XI. 2. 27. et 31. Idem dicitur *ſeruare, cuſtodire, ſubmittere prata.* Scilicet ex his locis inuicem comparatis colligimus, prata macriora vere ſtercorari et temporius defendi et ſubmitti quam pinguia. Contra irrigua non opus habent ſtercoratione; nec irriguis immittuntur pecora, quia deprimunt altius veſtigia et pratis noxam inferunt. His ita obſeruatis debebat locus rectius interpungi, quam a Geſnero factum fuit, etſi monuit iam olim Meurſius de vitio vulgaris diſtinctionis. Victorii auctoritati plus tribuit Geſner, quam rerum ruſticarum ſcientiae ſuae; quod equidem non miror. Rem ita eandem docuit Columella II. 18. 7. *curandum vt ſecundum Fauonii exortum menſe Februario circa Idus immiſtis ſeminibus foeni macriora loca et vtique celſiora, ſtercorentur.*

aceruum] i. e. ligna et virgas deciſas in aceruum congerito, ne vinearum cultum morentur. Hinc pendet interpretatio cap. 37. ſect. 5.

ficos ſubradito] Alii ſcilicet ficis imponebant vitem arbuſtiuam, alii in extremis vinearum ordinibus ficos ponebant, vt Columella III. 21. 11. ſuadet. Has ab inferiore parte ramis purgari vult Cato, ne vitis eos apprehendat et arbores ſcandat. Ante Victorium erat *ſuccidito:* neſcio an rectius. Similis varietas in verbo *interradere* apud Columellam V. 10. 5. et Arbor. 19. 3. vbi Pontedera malebat *interuellere* reponi ex libris.

fodere incipias] A putatione foditur vinea, vt eſt cap. 33. et in Columella. Vitiarii igitur ſeminarii tempus nimis longe produxit Plinius, in quo Pontedera corrigit lectionem vulgatam ex h. l.

profanata] Varro de L. L. V. 7. *profanatum quod in ſacrario polluctum — polluctum, quod a porriciendo eſt factum — vt cum profanum dicitur, id eſt proinde vi ſit fani factum.* Cf. et Macrobius Saturn. III. 8. et infra cap. 131.

et quae craſſiſſima] Plinius: *poſtea vti quaeque.* Sed ibi Edd. antiquae habebant: *poſtea vtique.*

Cap. LI. Eadem verbis aliquot diuerſis leguntur infra cap. 133. vbi vide notas.

capiat] Ex rei natura et altero loco *capiant* legi debere, monet Pontedera.

Cap.

Cap. LII. *per imum*] Ita Edd. primae. Rottboell malebat p. 40. *ex ima parte perpetuum.*

vitem facito] i. e. propagato. Cicero Tusc. V. 3. *an Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere non poterunt.* Similiter ille Orat. 19. et post Redit. c. 8. et Victorii V. L. IX. c. 17.

Cap. LIII. *semen maturum*] Plinius 18. s. 67. no. 4. *Secandi tempus cum spica deflorescere coepit atque roborari; secandum antequam inarescat. Cato foenum, inquit, ne sero seces; priusquam semen maturum sit, secato.*

cum arabitur] Antiquam lectionem, a Victorio temere mutatam, probat mecum Pontedera, qui recte monuit, foenum optimum recondi in vernum boum pabulum antequam ocimum seu farrago nascatur. Atque ita Columella VI. 3. Martio et Aprili ad foeni pondus adiicit bubus, quia terra proscinditur, ab Idibus deinde Aprilibus recte viride pabulum secari.

ocinum nascatur] Addidi *nascatur* ex Edd. antiquis, etsi etiam sine *nascatur* sententia constet, si recte interpunxeris.

edant bubus] Victorius in Codice repertum *edunt* posuit, sed male *bubus* ad sequens caput reiecit. Mecum sentire video Pontederam, qui primus h. l. emendauit, cui tamen Gesner non obtemperauit. Victorianam lectionem etiam in Vaticanis Codicibus reperiri testatur Pontedera.

Cap. LIV. *Pabulum*] Edd. I. I- G. reiecto *pabulum* ad antecedentia ita habent: *Id hoc modo.* Equidem Pontederae rationem sequor, qui cur posuerit: *pabulum hoc modo denique parari oportet ignoro;* nisi sit *denique* vitium scripturae pro *darique.* Ceterum cum hoc capite iungendum est cap. 60.

patraueris] i. e. perfeceris. Altera lectio *paraueris* inepta est, vt recte monuit Gesner. Glans legitur post sementem autumnalem mense Nouembri ac Decembri perfectam. De mensibus hibernis loqui Catonem, patet vel inde, quod pasci vult boues; quod tamen nisi per hiemem fieri debere deinde negat.

semodios] Haec de Ianuario et Februario mense intellige ex Colum. VI. 3. 8. Martio enim et Aprili cum terra proscinditur, pabulo adiicitur.

in aquam] glandes bobus dandas aqua macerari vel potius in aqua seruari patet ex Columella VII. 9. 8. quem locum

locum male habuit suspectum Pontedera. Ita lupinum etiam aqua maceratum in pabulo dabatur.

modium vinaciorum] eandem mensuram large paleis additis Nouembri et Decembri, hoc est grauissimo tempore dat Columella VI. 3. Ianuario et Februario eadem vinacia dat, sed mensuram non definit. Vinacia in doliis picatis recondit Cato c. 25. vt sit quod det bobus per hiemem. Hodie Itali frondem vel in doliis ligneis arena opertam, aut in lacu vinaciorum stratis intermistis conditam seruant in pabulum hibernum boum, auctore Symond in Yungii Annalibus Agricult. Vol. I.

pondo XXV.] Columella Nov. et Decembri foeni pondo XL. dat sine alio pabulo, Ianuario et Februario pondo XXX. sed idem XI. 2. 99. Ianuario et Februario foeni pondo XX. cum paleis. Martio foeni pondo L. Aprili pondo XL. Ex his locis inuicem comparatis recte suspicatus est Dickson Vol. II. p. 423. numerum huius loci vitiosum esse, cum foeni ponderi accedat pascuum nocturnum. Igitur malebat legi *pondo XV.*

iligneam] Meliorem quernea ait Columella VI. 3. sed eius generis, quod spinas non habet. Ceterum eadem genera supra nominauit c. 30. excepta ederacea.

acus fabaginum] Vide supra ad cap. 37. Ceterum lectio I. I- G. *viciam, acus fabaginum* probanda est, aut vulgata corrigenda *viciae, vel de lupino.* Post *frugibus* forte comma fuerit ponendum.

foeni pondo XV.] Columella Martio et Aprili, cum terra proscinditur, pondo dat XL.

manibus carpito] Farraginem ordeaceam Columella II. 11. 8. aut desectam condit in hiemem, vel depasci facit boves. Velli ocinum quomodo possit, vt renascatur, equidem non intelligo, etiamsi farraginem ordeaceam non interpreteris, sed potius cum Mamilio apud Plinium 18. s. 42. viciam cum faba et eruilia mixtam in satione, quae tam facile non euelluntur, quam ordeaceae farraginis culmi.

ita temperato] Cum vulgata sensu plane careat, praefero antiquam lectionem *item temperate post.* Deinceps lego: *Deinde viciam dato.* Columella etiam XI. 2. 99. farraginem ordeaceam siccam dat mense Ianuario et Februario. Cf. idem II. 11. 8.

secundum panicum] Columella a Calendis Iuliis ad Calendas Nouembres frondem praebet.

vt vlmea satis] Vlmeam enim frondem primam omnium in pabulo boum posuit etiam Columella.

fiscellas

fiscellas] Plinius 18. s. 49. *Si inter arbores vitesque aretur, fiscellis capistrari, ne germinum tenera praecerpant.* vbi Vincentius Spec. nat. VI. 54. habet *capistrati incedant.* Vide ad Varron. II. 2. 14.

Cap. LV. *ligna*] Supra cap. 37. s. 5. *et ligna in caminum ficulna et codicillos domino in aceruum componcto.* Codicillos oleaginos et caetera ligna amurca consperfa et in sole siccata fumo nullum parere taedium tradit cap. 130. Ex his locis medicinam huic nostro facient peritiores. Fici et caprifici ligna fumum acerbissum edere, sed decorticata et in aqua fluuiali madefacta deinde exsiccata sine omni fumo et flamma mollissima ardere tradit Theophrastus H. P. V. 10. Addit ad igniarium instrumentum (hodie silice cum ferro vtimur) optimi facere lignum ficulneum et olegineum. Martialis XIII. 15. de lignis acapnis: *Si vicina tibi Nomento rura coluntur, ad villam moneo, rustice, ligna feras.*

metas] Haec esse vitiosa et lacunosa, manifestum cuivis, etsi Interpretes tacent. Metae foeni sunt Columellae II. 19. 2. qui Varroni I. 56. acerui. Sub dio metae et acervi struuntur. Proprie autem foeni aceruus in metam seu conum struitur; lignum vero aut radices arborum nemo facile diligens paterfamilias eam in formam componet. Verba igitur *Subdio metas facito* pertinuisse olim puto ad foenum.

Cap. LVI. *epistatae*] Post *vilicae* interpungendum esse, monuit iam olim Popma; quod feci. *Epistatae* esse vilicae interpretationem inutilem, putabat Pontedera; quod equidem non credo. Procuratorem, qui villicum obseruet, nominat Columella I. 6. 7.

ficus] Plinius 15. s. 21. *cum Cato cibaria ruris operariis iusta ceu lege sanciens minui iubeat perfici maturitatem.* Seneca Epist. 80. *Seruus est, quinque modios accipit et quinque denarios. — diurnum accipit, in centunculo dormit.* Centonem vocat Cato. Donatus ad Terentii Phormionem I. 1. 10. *Serui quaternos modios accipiebant frumenti in mensem.* quod demensum vocabatur. Quinque modios posuit etiam Sallustius in Fragmento Historiarum libri III. de quo Schottus Observ. III. 24. Graeci seruis χοίνικα dimensum dabant, hoc est quatuor sextariorum mensuram. Cf. Plutarchi Q. Symp. VII. 4. Cf. Schotti Observ. II. 34. et Pignorium de Seruis p. 160. Senecae locum suspectum habuit Ciacconius de Mensuris p. 101. qui modios romanos cum Hispanicis com-

comparauit, aeſtimans modium parem menſuram huic: *Celemin y medio y un quartillo.* Sanis etiam ex tritico cocti militaris pondus cum modiorum tritici pondere ex loco Plinii XVIII. 7. comparauit; denique ex Polybii libro VI. admonuit pediti menſtruum cibum duarum tertiarum medimni Attici, id eſt quatuor modiorum tritici praebuiſſe.

Cap. LVII. *loram*] Plinius 14. ſ. 12. *non poſſunt iure dici vina, quae Graeci deuteria appellant, Cato et nos loram, maceratis aqua vinaceis; ſed tamen inter vina operaria numerantur.* Poſt vindemiam opus ruſticum fere ceſſat; hinc lora contenti eſſe debent ſerui, opere grauiore inſtante iterum vinum accepturi.

congios II. S.] Veterem lectionem *congios tres* recte correxit Victorius, vt rationibus arithmeticis etiam docuit M. Cagnatus Var. Obſerv. IV. 16. Congius ſextarios ſex, heminas duodecim continebat. Amphora proprie heminas continet XCVI. ſed Cato numerat tantum XC. Amphora dicitur etiam Quadrantal.

et duodecimo] Haec verba ex Edd. primis reſtitui monente Cagnato et Popma.

inter annum] Meurſius malebat veterem lectionem *intra* reſtitutam; Popma vulgatam defendit, ſed exempla, ab eo poſita, ſunt diuerſa plane; in loco enim Plauti eſt *inter hos dies*, in Titinnii *inter decem annos.*

Q. VIII.] Probaui cum Geſnero lectionem Edd. I. I-G. ſententia ipſa ſuadente; vulgata enim *annum cum* orta eſt ex nota numerorum hac ipſa. Ita paulo poſt in Edd. primis pro *quadrantalia decem* eſt IIII. X. in libro Politiani eſt pro numero IIII ſcriptum q, in margine vero *al. quadrantalia.*

Cap. LVIII. *pulmentorium*] Eſt pulmentum, quod cum pulte olim comedebant, cuius deinde in locum panis ſucceſſit. Graece ὄψον. Primus egregie de ſignificatione pulmenti diſputauit Io. Fr. Gronov. ad Plinium p. 788.

halecem] Salſum piſcem. Alibi halex dicitur ipſa muria, qua varia opſoniorum genera condiri ſolebant, ex graeco ἅλς, vnde et ſalſamentum dicitur. Faecem gari Plinius 31. ſ. 43. alecem, Geoponica XX. 46. ἅλμα vocant. Haec duo loca ſunt claſſica de gari vario genere; quibuſcum comparandus Manilius V. 671. qui capturam et gari varia genera ex thynnis parata omnium optime deſcripſit; praeterea operae erit legere diſputationem Cornarii ad Galenum Compoſ. medic. ſec. loca p. 363.

Cap.

Cap. LIX. *Vestimenta*] In Polit. libro est *alias quadrantalia.* Vnde suspicor, sequi debere Caput 104. de vino familiae.

Sculponeas] Infra cap. 135. iterum nominat noster. Calceamenti lignei genus a sculpendo deducit Turnebus Aduers. VI. 23. Κρεπέζια, calceos ligneos interpretatur etiam Gataker. Aduers. II. 19. monente Gesnero. Varronis locum apud Nonium in voce *rurant* annotauit Popma, vbi est: *adspicio Triptolemum sculponeatum bigas sequi cornutas.* Ex Plauti etiam Casina *sculponeas* apposuit Popma. Ceterum Meursius malebat *binas* vel *nouas* legi pro *bonas.*

Cap. LX. *ocini*] Numerus excidisse ponderum ocini videtur, quem addunt Iuntae, Aldus, Gryphiana anni 1535. et Basil. 1528. Ceterum Edd. antiquae *annua singula in iuga singula.* Qui deinceps prius *singula* omiserunt; poterant commode aeque alterum omittere. Vide Burm. ad Petron. c. 65. p. 323.

granatui] Turnebus 17. 23. interpretatur ad granum quae perueniat. Gesner *praeterea* mutari voluit in *propterea.* Pontedera vocabulum *granatui* adiectum censebat a glossatore, qui explicare vellet ocinum; quod faba et vicia mista constet; vulgo enim ab Italis farraginem et ocinum vocari hodie *granata.* Praeterea monet, in primis Edd. esse *generatim*, in Iens. per compendium tale scriptum, vt inde facile *granatui* effingi potuerit. Politianum denique ad Iensonianam editionem nil varietatis annotasse; igitur librum eius habuisse similiter scriptum id quod viri egregii auctoritate accedente restitui, quod intelligi potest.

Cap. LXI. *Quid est agrum*] Plinius 18. c. 19. *In arando magnopere seruandum Catonis oraculum, quid est primum agrum bene colere? Quid secundum? bene arare. Quid tertium? stercorare.* vnde Meursius h. l. deleri malebat verba primo loco posita *bene arare* et scribi: *Quid est primum? agrum bene colere.* Ita scilicet in Plinio olim edebatur: sed recte distinctionem corrigi iussit Pontedera, qui Catoni inde *primum* restitui volebat, vel potius, quia *secundum* et *tertio* male inuicem conueniunt, per notas I. II. III. scriptum olim putabat. Seruius ad Aeneid. VII. 539. *Cato, qui interrogatus, qui esset paterfamilias, respondit eum, qui bene pascit et bene arat.* Vide ad Columellam VI. Praefat.

qui oletum] Plinius 17. s. 30. *qui oliuetum saepissime et altissime miscebit, is tenuissimas radices exarabit. Radices si sursum*

ſurſum abibunt, craſſiores fient, et eo in radices vires oleae abibunt. Idem paulo antea huius loci reliqua ſic repetit: *Diligenter oleam eximere oportet, et radices quam plurimas cum terra ferre. vbi radices bene operueris, calcare bene, ne quid noceat. Si quis quaerat, quod tempus oleae ſerendae ſit; agro ſicco per ſementem, agro laeto per ver.* vbi veteres libri, teſte Dalecampio, habent: *et in eas radices vires.* Pintiani etiam Codex delet *eo.* Pontedera antiquam huius loci lectionem praefert hanc: *qui oletum ſaepiſſime, et tenuiſſimas radices exarabit.* aitque Plinium etiam ex corruptis Catonis libris vitiatum fuiſſe. Columella V. 9. ſ. 12. *Oliuetum minime bis anno arari debet et bidentibus alte circumfodi.* Idem ibidem ſect. 15. *veteris prouerbii meminiſſe conuenit, cum, qui aret oliuetum, rogare fructum, qui ſtercoret, exorare, qui caedat, cogere.* Gallus Bernard de Cultu oleae p. 78. *Les racines qui naiſſent de la partie ſupérieure de la ſouche, et qui ſouvent ſont à moitié decouvertes, ne ſont que des filaments que l'engrais multiplie, et que l'on détache de la ſouche.* Sumas radiculas aeſtiuas vocat Columella XI. 2. 19. in vlmis, fraxinis et populis, caſque vere primo amputat, vt in vite IV. 8. 1. vbi inferiores deficere ait, niſi aeſtiuae amputentur. vbi vide notam. Hinc pendet loci huius ſententia. Cato igitur aeſtiuas ſummas radiculas ſaepiſſime arando exſcindere iubet; quod niſi ſaepe fiat, ſed raro ſolicitentur et amputentur radiculae, ceteras ſurſum calore euocatas abire atque in ſuperficie facile calore et frigore tentatas languori oleam obnoxiam facere, quod in vite fieri etiam monet Columella l. c. Craſſiores fieri radices omiſſa aratione frequenti, non puto, ſed aeſtiuas frequentiores ſubnaſci, eaſque ipſas facillime exſiccari.

Agrum — ne ares] Haec alieno loco poſita incluſit Geſner. Collocanda ſunt ſtatim poſt verba *tertio, ſtercorare.* Laudauit eadem Plinius 18. ſect. 49. explicauit Columella II. 4. 5. Vide ſupra ad cap. 35. *terram caue carioſam tractes.*

tempeſtiue] Pontedera praefert lectionem Polit. *tempeſtiuo.* Sic *verno arare incipito.*

multum ſerere] Voluitne ſeminarium olearum frequens ſemper eſſe? An potius *ſarrire?* Semina deinceps ſunt plantae, quae quomodo cum terra ſua eximantur, docuit ſupra cap. 28.

cum terra] Modum docet Columella V. 9. 8.

calcare bene] Idem praecepit ſupra c. 28. in oleis tamen omiſit Columella l. c.

ne

ne aqua noceat] Plinii lectio *ne quid noceat*, nescio vnde fluxerit. Vulgatam vix sanam esse puto. Aqua enim pluuia plantae nocere vix potest, quam aquae immergunt per diem vnum alterumue in Gallia, antequam serant, teste Bernard p. 204. Superest, vt argillam cogitemus, in qua scrobem profundiorem fieri et plantae vere serendae terram leuem subiici, ne aqua pluuia consistens in scrobe putrefaciat radices, vult Bernard p. 210.

per sementim] Supra cap. 27. *Si erit locus siccus, tum oleas per sementim serito, et quae ante satae erunt, teneras tum supputato, et arbores ablaqueato.* Columella V. 9. 6. *plantae autem in olivueto disponuntur optime siccis minimeque vliginosis agris per autumnum, laetis et humidis verno tempore, paulo ante quam germinent.* Catonis verba repetiit Plinius; locum vide supra positum ad cap. 44. De tempore vide ad Colum. de Arbor. c. 17.

Cap. LXII. *boum*] In libris scriptis *bouerum* reperit Victorius, quam formam exemplo Varronis ex libro VII. de L. L. p. 98. lin. 30. confirmat. Eandem praeferebat Turnebus VI. 23. Vrsinus repertum in libris duobus *bouerum* confirmauit etiam Lucilii exemplo; itaque recepi.

mulorum] Plaustris iungi solitos esse mulos, hoc alteroque Homeri exemplo posito docuit Scheffer de Re Vehic. II. 9. monente Schoettgen. Vide etiam supra ad cap. X. 2.

Cap. LXIII. *subiugia lorum*] Infra cap. 135. 5. subiugia in lustrum lora et subiugia lora in aratrum nominat. vbi recte iam olim Scheffer de Re Vehicul. p. 120. vidit legendum esse *in plostrum*. Hoc in loco Scheffer malebat *lorum P. XII.* et subiugia interpretatur ζεύγλη. Turnebus contra Aduers. VI. 23. *lora* corrigebat. cui assentior ob locum alterum Catonis. Vitruuius X. 8. *Eadem ratione iumenta cum iuga eorum subiugiorum loris per medium temperantur, aequaliter trahunt onera.* Iuga lorata nominat Moret. versu 122. De iugandi ratione vide ad Columell. II. 2. 7.

Cap. LXIV. Plinius 15. s. 6. ex h. l. *oleum in tabulato minui, deteriusque fieri: item et in amurca et fracibus. hae sunt carnes, et inde faeces. quare saepius die capulandum.* Sed fraces h. l. Cato simpliciter de faecibus dixit. Ceterum maturam oleam esse ad oleum efficiendum quidam olim putabant antequam nigresceret; contra Presta in altero libro,

Memoria intorno etc. p. XLII. monet, maturam esse tum demum, cum pulpa et ipsa nuclei superficies vna cum pelle nigrescit, ipsumque oleum in oliua magis magisque subtile reddi. nec maturitate crassescere. Ceterum memorabilis est Theophrasti C. P. 6. c. 12. locus, vbi ait oleum a carnibus oliuae separatum nec immistum, vt vuae succum carnibus reperiri. Quam quidem opinionem vellem a peritis naturae accuratius inuestigatam.

putescit] Plinius 15. s. 4. *putrescere in amurcam* dixit.

efficiant] non leguli, sed olea efficit oleum. Igitur malim *efficiat.*

totidem modiis] quot diebus citius colligentur, totidem modiis plus efficient, explicat Gesner. Sed plura h. l. legisse videtur Columella XII. 50. 19 et 20. vbi vide notam.

fracibus erit] Cresc. V. 20. *quod oleum quanto ab amurca steterit tanto deterius erit.* vnde videtur lectio *fuerit* probanda esse.

Cap. LXV. *oleum viride*] Graece ὀμφάκινον, quod ex viridi seu immatura oliua conficitur. Cresc. l. c. *Item dicit Cato quod olea purganda est a frondibus et omni immundicia antequam oleum fiat.* Plinius XII. s. 60. ex olea alba candidum, ex drupa seu varia viride oleum cogi ait. Sed Plinium falsum specie fuisse nec meminisse, oleum omphacinum arte dealbari solitum, quam tradit Dioscorides I. 27. monet Presta *Memoria intorno* p. XXXVII. Oleum enim omne omphacinum colore viridi flauescit. Viride etiam strictiuum dicitur, et ad vnguenta adhibebatur. Cum oleo gallico *d'Aix* comparat Presta ibid. p. XXXIX.

foliis] Meursii eumque secuti Bodaei ineptum commentum *foriis* satis confutauit Niclas ad Geopon. p. 613.

quam acerbissima] Plinius 15. s. 6. *oleum quam acerbissima oliua optimum fieri. Cetera quam primum e terra colligendam; si inquinata sit, lauandam; siccari triduo satis esse. Si gelent frigora, quarto die premendam; hanc et sale adspergi.* Ceterum sententiam vulgarem, oleum augeri ad Arcturi exortum a. d. XVI. Calendas Octobres, postea nucleos increscere et carnem, ex Theophrasto et Plinio posui infra ad cap. 97. Contra primum nucleum indurari a natura, quod fieri intra octauam vel nonam a flore septimanam, deinde carnes atque oleum augeri demum, nec antea oleum vllum inesse oleae, demonstrauit Presta Memoria intorno ai sessanta due Saggi di Olio p. XXVIII. et Bernard Mémoire sur l'Olivier p. 122.

facito]

facito] Aut intelligendum aut ex Edd. inferendum eſt *oleum.*

Oleam vbi — ſtringito] Haec verba hoc loco aliena ſunt, et ſpuria aut tranſpoſita. In oleo enim viridi oliua non nigra, ſed viridis legitur, non ſtringitur, nec in terram cadit. Malim igitur ab initio ſic legere h. l. *Oleum viride ſic facito. Oleam acerbam legito. Quam acerbiſſima olea facies, tam oleum optimum erit. Domino de matura — expediet. Oleam vbi nigra erit, ſtringito; oleam* (vel *eamque*) *quam primum ex terra tollito. Si ing. — lecta erit, facito. Si gelicidia erunt* etc. Sic puto omnia ſine vitio procedere verba.

expediet] Quia immatura oliua minorem olei, ſed praeſtantioris copiam largitur; matura ſeu nigra copioſius, ſed peius et ſapore et odore oleum praebet; recte monente Bodaeo ad Theophraſtum H. Pl. IV. 3. p. 313. et res hodie ſatis nota eſt.

quam calidiſſimum — habeto] Haec verba Plinius in mentione viridis olei ex Catone omiſit, et in vulgaris olei demum confectione habet: *aere vitiari. feruentibus omnia ea fieri clauſiſque torcularibus et minime ventilatis; ideo nec ligna* etc. Nec in viridi oleo Columella adhibet ahenum calefactum XII. 50. ſed in vulgari oleo; etſi idem I. 6. generatim praecipit: *torcularia praecipue cellaeque oleariae calidae eſſe debent, quia commodius omnis liquor vapore ſoluitur, ac frigoribus magis conſtringitur oleum.* Et Plinius 15. ſ. 3. *omnino enim eſt olei cauſa calor, quare et in torcularibus et iam in cellis multo igne quaeritur.* Idem ſ. 6. poſt Catonem inuentum eſſe ait, vt oliuae aqua feruenti lauatae protinus prelo ſubiicerentur ſolidae. Quanquam vulgata poteſt etiam hic locum ſuum obtinere, ſi vaporata atque ita calefacta ſimpliciter intelligas; non feruentia cum Plinio, quaſi ab aqua feruenti infuſa.

Cap. LXVI. *neque nucleis*] Plinius ex h. l. ſolum olei vitium retulit, quod ex vaſe aeneo concipit; et e nucleis ignem aptiſſimum fieri ait, ne ligna caedere in torculari opus ſit. Contra vulgatam Geſnerus interpretatur ita, vt cauere iubeat Cato, ne nucleorum fractorum liquor oleo admiſceatur, cuius ſaporem repudiat etiam Columella XII. 50. 6. Sed nucleorum liquorem ſi voluit Cato abſtinere oleo, admodum obſcure locutus eſt, atque alieno loco immiſcuit vaſorum mentioni. Plinius forte in hoc loco, aut in capite ſequenti ſcriptum reperit: *nucleis ad ignem vtatur.*

Ex capite enim 67. tranſlata in caput 65. eſſe etiam verba *quam callidiſſimum torcularium et cellam habeto* ſupra admonui. Ceterum nucleorum odorem oleo admiſtum cauent etiam Geoponica IX. 19. quam tamen veterum opinionem multis argumentis et experimentis refutare conatus eſt Preſta in altero libro p. 108 ſeqq. Qui eandem ob cauſam repudiauit vſum antiqui trapeti, Stabiis reperti, cuius fabrica eſt accommodata ei opinioni, quae nucleos confringi vetabat. Vide etiam ad Varronem I. 65. 3. Fracibus cum nucleorum fragmentis ligni vice vtuntur hodieque Itali et Galli, vt ad Colum. XII. 50. docui. Nunc demum video, Catonem nucleos antea voluiſſe ſuccretos, ne cum ſampſa premerentur. Vide notam ad cap. 37. ſect. 2.

Cortinam plumbeam] Plinius 15. ſ. 7. *Quare ſaepius die capulandum: praeterea in conchas, et plumbeas cortinas: aere vitiari. Feruentibus omnia ea fieri, clauſiſque torcularibus et quam minime ventilatis; ideo nec ligna ibi caedi oportere: qua de cauſa e nucleis ipſarum ignis aptiſſimus. et e cortinis in labra fundendum, vt fraces et amurca liquentur. Ob id crebrius vaſa mutanda, fiſcinas ſpongia tergendas, vt quam maxime pura ſinceritas conſtet.* In ſapa et defruto etiam Columella XII. 50. 6. repudiat vaſa aenea propter aeruginem. Capulare Gallici artifices dicunt *cueiller*, et conchis, ex ferro ſtannato factis, vtuntur, teſte Bernard p. 441. Ceterum in cortina defrutum, pigmenta aliaque coqui ſolebant; hinc merito ſuſpiceris, cortinam etiam h. l. adhiberi ad oleum calefaciendum, quo melius ab amurca ſeparetur fluidum. Ignem, forte ex nucleis accenſum, quomodo ſubdiderint cortinae in lacu, dicere non habeo. Gallicus interpres lacum interpretatur fornacem aut lacunam, aqua calida plenam, quae vicem balnei Mariae gereret, cuique cortina imponeretur. Cortinam quidem recte interpretatur *chaudiere;* in ipſa tamen Catonis oratione ineptiſſime poſuit: *il faut que le baſſin, dans le quel l'huile ſe rend à la ſortie du preſſoir, ſoit revêtu interieurement de plomb.*

alterum dolium] Locum lacunoſum aut vitioſum eſſe, recte monuit Geſner comparato Columella XII. 50. vbi per triginta labra tranſfunditur oleum et eliquatur, antequam in dolium veniat. Ipſe etiam Cato capite ſequenti plures lacus, in quos tranſfundatur, agnoſcit, et Plinius ex h. l. retulit *crebrius vaſa mutanda, vt quam maxime ſinceritas pura conſtet.* Quid? quod ſequitur: *de iis labris;* cum de vno modo ſermo fuerit factus. Quare excidiſſe quaedam puto, et *dolium* male intruſum fuiſſe.

ſemper

ſemper ſubtrahito] Plinius: *vt fraces et amurca liquentur.* vbi Pintianus ex Codice addit *ſolide.*

Cap. LXVII. *Item cuſtodis, qui in torculari erit, officia.* Hoc lemma ita in Codice Gronouii ſcriptum anteponere capiti malo, vt, qua de re agatur, lector ſtatim intelligat.

perficiatur] Expectabam *lauetur, purgetur,* antequam trapeto ſubiiciatur frangenda. Commolitae vero nulla alia fuit cura, niſi vt nuclei ſuccernerentur, antequam ſamſa prelo ſupponeretur.

capiant] i. e. capulent, depleant. Editiones quaedam habent *capulent.*

factus] Plinius 15. ſ. 6. *premi plus quam centenos modios non probant. Factus vocatur.* Varro I. 24. facto (ita enim Columella XII. 50. genere neutro dixit) definit modios centum viginti ad centum et ſexaginta, aut quadraginta, vt Edd. habent quaedam. Quot modios Cato facto contribui voluerit, non dixit; igitur mercedem factorum aeſtimare non licet. Factum Neapolitani *macina* dicunt, idque corbibus octo conſtare, corbes autem ſingulos continere rotulos triginta Neapolitanos, refert *Swinburne* Itinerarii Neapolit. T. I. p. 471. verſ. germ. Florentini *macinata* vocant factum, ipſam vero molam *macinatojo.*

lacum poſtremum] Antea cap. 66. lacum dixit quo fluit oleum ex torculario; inde in labra plura defundi iuſſit donec in dolia perueniat. Nunc vero lacus dicit ſubito, neſcio igitur, an ſcriptura recte habeat. Lacus immobiles ſolo haerere, docent loca ſcriptorum noſtrorum omnia, quae comparaui; contra ſeria tranſferebantur de ſuo loco, docente inprimis Catone cap. 154. Columella contra XII. 50. 10. oleum viride ſtatim defluere vult in labrum rotundum; ſed is nec cortinam adhibet. Lacum amurcarium intelligere vix licet, quia etiam haec in doliis condebatur.

amurcam commutet] Geſner interpretatur: commutandis labris ſeparet ab oleo. Equidem malim *fraces quotidie reiiciat et amurcam. commutet* (ſc. oleum) *vſque adeo.* Nam in vulgata lectione amurca inepte dicitur peruenire in poſtremum lacum, vnde oleum in dolium mittitur.

effingat] Ciceronis pro Sextio cap. 35. *ſanguinem ſpongiis effingi* comparauit Turnebus. Spongia tergere ex h. l. retulit Plinius. Piſcinae ſunt, in quibus exprimitur ſamſa.

Cap. LXVIII. *Oleitas*] Vt ab oliua oliuitatem Varro et Columella, ita ab olea oleitatem dixit Cato etiam infra

cap. 144. 2. Graeci ἐλαιᾶν oliuas legere, ἐλαϊστὰς legulos dicunt. Gesner ex Mamertini Gratiarum Actione ad Iulian. c. 22. et Minutio Felice cap. 17. laudat *oleitatem*, sed in vtroque loco optimae Editiones habent *oliuitas*. Infra c. 144. Polit. liber *oleatate* habet; *oliuetam* habet Festus. Ita *ficitatem* fici fructum et *ficitores* ex Nouio affert Nonius Mercerii p. 109.

prela] Quae in Catonis prelo gerunt vices cochlearum, quas in recentioribus machinis adhibebant romani agricolae. Hoc prelum, seu trabs in superiorem locum totius machinae binis arboribus et totidem stipitibus compositae tollitur, atque inde funes suspensi reponuntur. Prelum fuisse carpineum, docet cap. 31.

scutulas] Recte *succulas*, quibus prelum deprimitur, substitui voluit Turnebus VI. 23. approbante Popma.

Cap. LXIX. *imbuito*] Columella XII. 50, 16. *quam tamen et ipsam ceraturam nostrorum temporum agricolae repudiauerunt, existimaueruntque satius esse noua dolia liquida gummi perluere, siccataque suffumigare alba cera ne pallorem aut malum odorem capiant. nonnulli prius amurca, deinde aqua vasa perluunt et assiccant, tum considerant, num quid ceram nouam dolia desiderent.* Commin genere foeminino dixit etiam Plinius 13. f. 20. alibi gummi, quod ex acacia, amygdalis amaris, ceraso, prunis, vitibus et olea colligi ait. Amurca cur dolia imbuere velit noua, rationem exponit Cato infra cap. 100. Creta figulari resoluta vtitur Colum. XII. 50. 15. gypso Geopon. IX. 19. Polit. liber bis *cummini*, Edd. principes *cumini* habent. In Columella XII. 50. sect. 16 et 17. liber Polit. *cummi* pro *gummi*, et *cummis* pro *gummis* habet. Vulgo ibi est *gummi* pro *gummis*. In Plinio Codices constantissime *commin* praeferre, ait Harduinus ad XIII. f. 20. Contra optimus Vossianus vbique *gummin*, *gummi*, et *gummis* habet, testante I. Fr. Gronouio ad Plinium p. 787. Politiani libri *cummini* deprauatum est ex *cummim*. Ita in locis Plinii libri scripti modo *guminum*, modo *gummini* habent, annotante Gronouio. Idem p. 792. annotat, Plinii Codices optimos pro *gummosus* habere *gumminosus* et *cumminosus*. Vide etiam ad Palladium Nouembri c. VII.

arfacito] Amurcam an dolium siccari velit, incertum est, sed dolium siccari debere, sententia et ratio demonstrat. Quod vero ex Columella XII. 50. huic gummitioni opposuit Gesnerus, quae semel oleum testa combiberit, alteram gummitio-

mitionem non recipere; reſpuere enim olei pinguedinem talem materiem, qualis eſt gummis et cera; id amurcae non conuenit, minus pingui, quam eſt oleum, vt ipſe confitetur. Sed ipſe gummitionis ordo et modus mire perturbatus fuit a librariis. Amurca enim, qua imbuitur prius dolium, non ſolum eximenda, ſed et aqua eluenda eſt; poſtea vas ſiccatum et calefactum demum gummitionem bene recipit. Ita in vaſis cerandis et gummandis facit Columella. Gummi et tragacantham aqua multa maceratam albuminis ouorum vices ſubire in collyriis ocularibus, monet Galenus Compoſit. Medic. ſecund. loc. IV. cap. 4. ſed is gummi acanthinum ſeu arabicum intelligit. Quale Cato et Columella intelligi voluerint, neſcio. Arabici enim pretium maius eſſe debebat, quam agricolae rationibus conueniebat.

diluito] i. e. perluito, vt eſt in loco Columellae; ſed ſequitur *poſtea linito;* igitur dolia et perlui et perlini gummi liquida et craſſa ſimul voluiſſe videri poſſit. Forte praeſtat Codicis Gronouiani lectio *eam diluito.*

lenibus lignis] Scaliger ἄκαπνα; Popma tenuia ſeu cremia ex Columella XII. 19. 3. interpretatur, quibus opponantur grandia, ſeu codices. Recte!

liueris] Polit. liber *leueris.* In Columella XII. 50. ſ. 16. ſimiliter eſt gummi *liuerunt* ſine varietate vlla.

cummin P. IIII.] Geſner malebat *cummis.*

Cap. LXX. Columella VI. 4. *multi et largo ſale miſcent pabula, quidam marrubium deterunt, cum oleo et vino, quidam porri fibras, alii granaturis, alii ſabinam herbam rutamque cum mero diluunt, eaque medicamenta potanda praebent. Multi caulibus vitis albae et valuulis erui bubus medentur.* vbi vides, pro lauri foliis nominari marrubium. De valvulis erui poſtea dicitur. Ceterum miror, nec Geſnerum nec alium Interpretum vidiſſe, hinc verbotenus eſſe exſcripta, quae Garg. Martialis fragmentum habet ab initio.

ſanis dabis] Pontederae ſuſpectum eſſe vocabulum, male poſuit Erneſti ad h. l. Sed is recte contra Salmaſium, qui h. l. *ſticas* corrigebat, demonſtrauit, ſpicas allii et vlpici eſſe nucleos, quibus capita alliorum componuntur. Graece ἄγλιθες, σκελλίδες et γέλγεις dicuntur. Idem *fibras* folia eſſe docet anguſta oblonga et in mucronem faſtigiata; peſſime enim Salmaſius h. l. interpretatus erat Exercit. Plinian. p. 748. Bene Albertus de Vegetab. p. 463. *allium radicem habet diuaricatam ſicut porrum, et id quod eſt ſuper radicem, in quo eſt virtus germinis eius, eſt dentatum, multos habens*

 dentes,

dentes, quorum quilibet inuoluitur in ſpica propria, cum tamen omnes ſimul dentes eius ſpicam habeant communem, in qua inuoluuntur, et ſunt dentes eius ſicut pyramides duae baſibus coniunctis etc. Creſcent. libro VI. in lilio: *accipiuntur ſpici ſiue bulbi eius virides.* Scilicet Itali hodieque *ſpicchio* vocant ſpicam allii vel cepae. Garg. Martialis: *Boues morbos ne noceat dato ſumptas ſalis, terna lauri folia et totidem porri ſectiui, et ulpici alii ternas ſpicas.* Seruius ad Georg. I. 120. *et amaris intyba fibris* ex Nigidio haec ponit: *Φορβή, herba. Sed antea fibra dicta eſt, vt nunc etiam ruſtici dicunt.* Rottboell p. 40. malebat *micas* ſalis ſcilicet gemmae legi.

thuris] G. Martialis *turis grandis grana terna, herbae ſabinae erbas ternas, rutae cauliculos ternos.* Ceterum Polit. liber *turis* habet, contra morem antiquum, quem obſeruat Seruius ad Aeneid. VI. 3.

ſabulos albos] Columella *valuulas erui* habet; ſed ibi Lipſ. liber cum Edd. Ienſ. habent *balbulis* et pro *erui* Edd. I. B. R. *albis* habent. Columellae lectionem Catoni reddi volebat Pontedera. G. Martialis poſt rutam nominat: *ſambuci carbones ternos.* vbi Geſner *turiones* carbonibus ſubſtituebat, quoniam fontem hunc ignorabat. Pergit Martialis: *Haec omnia ſub dio caeli per triduum ex eadem potionem dato, adiecto ſcilicet vino. Quod ita partieris, vt aequas potiones* per triduum accipiat. Verba *ſabulos — viuos III.* omiſit Ald. et quae eam ſequuntur.

ſublimiter] In hoc vocabulo haeſit Schoettgen et malebat legi *ſubtiliter;* ſaltim eſſe ſublimiter referendum monebat ad eum qui leget, teret et dabit medicamentum, vt ſublimis ſeu erectus ſtet; etſi rationem eius praecepti ignorare confitetur. Geſnerus excogitauit rationem ſed ineptiſſimam. Scilicet ſublimiter infunditur medicamentum naribus boum, quo facilius ad interiora perueniat. alias enim in terram relabitur. Igitur *ſublimiter* h. l. ineptum eſt; infra vero recte ponitur, vbi et bos et medicus, ſublimes ſtant. Excidit oleum aut vinum, cum quo haec omnia terenda et infundenda ſunt boui. Ecce in Martiali ſequitur: *Sane is, qui dabit ſublime ſtet et vaſo ligneo infundat in os, deiiciat in gutture.* Vnde aliquo modo Catonis locum ſarcire licebit. Itaque legerim: *Haec omnia ſub dio coeli teri darique oportet. Ieiunus ſiet, qui dabit. Per triduum* etc. In Martiali verba *deiiciat in gutture* ſunt ex gloſſa. Rottboell p. 42. malebat: *ieiunis ieiunus ſiet, qui dabit.* Recte, puto! Idem vox *ſublimiter* quo pertineret, egregie vidit.

Cap.

Cap. LXXI. Columella VI. 4. 2. *saepe etiam languor et nausea discutitur, si integrum gallinaceum ouum crudum ieiunis faucibus inseras, ac postridie spicas vlpici vel allii cum vino conteras, et naribus infundas.* Diuersam formulam habet Plinius 28. f. 81. Sed ecce Martialis haec etiam repetiit sic: *Boues si aegrotare coeperint, dato continuo ouum gallinacium, quod crudum integro facito vt deuoret.*

terat et vase ligneo det] Haec inepte dici, iam antea demonstraui ad cap. 70. et recte omittunt I. I. G. Vitium arguit vocabulum *vaso*, cum capite praecedenti dixisset *vase;* deinde variatio casus *det*, cum vbique secunda vtatur, *dato, terito.* Quare si verba *vase ligneo* seruari velis, post *boui dato* adde *et vase ligneo.* Nunc video, *vaso* esse vitium Gesnerianae; antiquissimae enim *vase* habent.

Cap. LXXII. *cornua*] Corneam pedum partem, vti Aristoteles H. A. VIII. 7. ἐάν τις τὰ κέρατα ἀλείφῃ κηρῷ ἢ πίττῃ ἢ ἐλαίῳ. Vide notam ad Columellae VI. 15. 2. Plutarchus de Sera N. Vind. p. 65. καὶ τῶν βοῶν, ἂν εἰς τὰς χηλὰς μαλακιῶσι, προσαλείφειν τὰ ἄκρα τῶν κεράτων. vnde apparet, eum cornua capitis intellexisse. Lectionem Garg. Martialis veram esse puto, quam vide in varietate reliqua positam.

Cap. LXXIII. Columella l. c. *nonnulli pellem serpentis obtritam cum vino miscent: est etiam remedio cum dulci vino tritum serpyllum et concisa et in aqua macerata scilla.* Plinius 30. f. 53. *Anguina pelle et sale et farre cum serpyllo contritis vna deiectisque cum vino in fauces boum, vua maturescente, toto anno eos valere.*

liquida] i. e. pura, non turbida. Inepte igitur Meursius *limpidam* corrigebat. Hinc *eliquare* oleum et multum et vinum est faecibus purgare. Haec recte admonuit Popma. Aristoteles H. A. VIII. de boue: ἐὰν γὰρ μὴ καθαρὸν ᾖ τὸ ὕδωρ καὶ ψυχρὸν καὶ ἀκέραιον, οὐκ ἐθέλει πίνειν. Monitum igitur Catonis pertinet non ad solam aestatem, sed ad reliquum etiam anni tempus. Nec tamen verba *per aestatem* commode licet ad remedium antea positum referre.

Cap. LXXIV. *testitium*] Edd. principum *testitium* praefero vulgatae *depsticium*, admodum ineptae. Omnis enim farina in panem depsitur, adeoque omnis panis esset depsticius. Sed qui sub testu coquitur, recte dicetur *testitius*, graece κριβανίτης; diuersus a furnaceo, Graece ἰπνίτῃ, quo et

 quali-

qualitate et bonitate ſuperior, vtpote magis percoctus, teſte Galeno L. I. de Alim. Facult. Cf. Cornarium ad Galen. de Medic. compoſit. p. 306. Harduinus Plinii 18. ſ. 27. ſpeuſticum intelligi putabat, quia farina ſine fermento ſubigatur, nec aqua calefiat. Sed fermenti mentionem nullibi fecit Cato. Addo nunc locum Plinii 18. c. 11. *certumque ſit Ateii Capitonis ſententia, teſtu panem lautioribus coquere ſolitos, piſtoreſque tantum eos, qui far pinſebant, nominatos.* Sic vulgatum *toſtum* correxit Vrſinus Append. ad Ciacconii Triclin. p. 160. vbi tamen rectius cum Turnebo Harduinus *coquos* dedit. Artoptam ex Plauti Aulul. II. 9. 4. nominauit etiam Plinius l. c. Quanquam in Catone fuiſſe puto olim *teſtuatium.* Ita enim Varro L. L. IV. p. 27. *teſtuatium, quod in teſtu caldo coquebatur, vt etiam nunc Matalibus id faciunt matronae.* Ceterum idem Varro Libro I. de vita populi romani apud Nonium in *Lixarum* ita tradit: *Proinde vt clixum panem ex farre et aqua frigida fingebant.*

ſub teſtu] Priſciani et Plinii exemplis atque auctoritate hanc formam pro vulgata *teſta* confirmauit Schoettgen et Geſner. Vas teſtaceum primum, deinde etiam aeneum ſignificauit. Ad hoc et reliqua capita facit egregie locus in Moreto verſu 43. et ſeqq. *laeui tum protinus illam* (farinam) *componit tabula, tepidas ſuper ingerit vndas. Contrahit admiſtos tum fontes atque farinas, tranſuerſa duratque manu, liquidoque coactos grumoſo interdum ſpargit ſale. Iamque ſubactum format opus palmiſque ſuum dilatat in orbem, et notat impreſſas aequo diſcrimine quadras. Infert inde foco: Cybale mundauerat aptum ante locum: teſtiſque tegens ſuperaggerat ignes; dumque ſuas peragit Vulcanus teſtaque partes* etc. Ita enim locus ille eſt legendus. Varro de L. L. V. p. 46. *Liberalia dicta quod per totum oppidum eo die ſedent ſacerdotes Liberi,* hedera *coronatae anus cum libis et foculo pro emptore ſacrificantes.*

Cap. LXXV. *folia ſubdito*] laurina adhibet Cato c. 76. 3. et cap. 121. Liba ſunt, quae Graeci ἴτρια vocant. Ceterum recte Pontedera corrigit: *diſteras — diſtriueris.*

Cap. LXXVI. *ſolum*] Turnebus Aduerſ. 23. 10. et Popma admonuerunt, placentae fundamentum, quod primum fingitur latius, dici ſolum; balteum, ſoli partem, quae placentam ambit et cingit; ſolo imponi tracta, id eſt maſſulas farinaceas varie fictas, et manibus ſubactas et tractatas. Apicius V. 1. in pultibus tractogalatis tres orbiculos tractae ſiccas

cas confringit et ſummittit lacti. Sed VI. 9. tracta confringit, genere neutro. Plinius 18. ſ. 27. de pane Piceno ex aliua facto: *eum nouem diebus macerant, decimo ad ſpeciem tractae ſubigunt vuae paſſae ſucco.* Pani et *καπυριδίοις* admiſceri tracta (*τράκτα*) monet Athenaeus III. p. 113. Sed vide ad cap. 78.

in tracta] Diſtinctionem ante haec verba poſui, vt appareret nunc diſpenſari farinae et alicae portionem in tracta, cum antea in ſolum placentae farinam promiſiſſet. Sic voluit etiam Rottboell.

alicae primae] Tria enim genera eius pro granorum magnitudine facit Plinius 18. ſ. 29.

id vtrumque] id eſt ex farina et alica ſimul ſubacto facito tracta.

puriter] Turnebus l. c. emendat *pariter*, i. e. facies, vt ante feceras, cum in qualo poneres. Ceterum tracta ſicca, quae confringantur, ſupra ex Apicio poſui. Sed h. l. dubium eſt, tracta an farinam cum alica ſubactam in qualo componat Cato. Puto farinam cum alica intelligi; nam tracta mox finget. Paulo antea *vti areſcant* malebat A. Gronov.

in ſingula tracta] Turnebus interpretatur: ſingula tracta tractabis, ſubiges et finges. Sed ita delenda erit praepoſitio. Quid ſi fuit olim: *vbi arebunt, puriter tum facies ſingula tracta?* Ceterum videtur tracta antea coqui, et cocta deinde ſolo placentae imponi velle. Alioqui foci et teſti mentio hoc loco aliena erit.

panno vncto] Hodie penicillos adhiberi in ſimili vſu, admonet etiam Geſner. Quin Rottboell mauult h. l. legi *penna olea vncta!*

vbi tracta erunt] Turnebus: cum tracta ficta erunt; Geſner: locum ſoli, vbi tracta erunt: interpretatur, quaſi per prolepſin, quia deinceps demum de ſolo praecipit. Praeterea Pontedera, probata Turnebi interpretatione, admonet interpungendum poſt coquas, non vt vulgo fit, poſt erunt. Vngi enim iubet focum, id eſt, vas coquinarium, in quo cibi aſſantur. Minus foculum vocabant, vnde Italorum *focolare* deriuat Pontedera. Prius igitur teſtum calefit focus autem vnguine tangitur, ne aduſta placenta adhaereat. Teſtum eſt *κρίβανος* in quo focus ipſe cum placenta coquitur. Non dubitaui obtemperare viro docto in re manifeſta. Idem locum Altii in Atreo apud Nonium: *concoquit partem vapore, flammam tribuit verubus, lacerta in focos* corrigit ita, vt *ſemen tribuit* corrigat. Denique a foco deriuat verbum *focillare,*

cillare, refocillare. In vtroque Florent. Codice *calefacito* esse addit.

solum tenue] Recte post haec interpungi vult Gesner. itaque feci. Nam solum fit e farina.

paulatim manibus] Edd. primae *manibus* omittunt, igitur inclusi, vtpote ex sequentibus huc tractum. Manibus enim caseus siccari non poterat.

omne caseum] Hanc vt antiquiorem formam ex Nonio defendit Barth. Adv. 24. 1. et Meursius. Ceterum in vario placentarum genere caseus arefactus et contritus per cribrum adiiciebatur. Athenaeus XIV. p. 647. Ita de phthoe: *τυρὸν ἐκπιέσας τρίβε καὶ ἐμβαλὼν ἐς κόσκινον χάλκεον διήθει, εἶτ' ἐπίβαλλε μέλι καὶ σελίγνεως ἡμίναν καὶ συμμάλαξον εἰς ἕν.* Caseum molle ex Pomponio laudat Charisius I. p. 60. Idem I. c. 17. *seru*, *ὀῤῥὸς* habet, pro *serum.*

cribrum farinarium] Viciarium et loliarium habet Columella VIII. 5. 16. Palladius Octobri XIV. 13. *tundis et in tenuissimum puluerem cribro excutiente deducis.* Intelligit cribrum excussorium. Plinius 18. cap. 11. *Cribrorum genera Galli e setis equorum inuenere, Hispani e lino excussoria et pollinaria, Aegyptus e papyro atque iunco.* Farinaria et pollinaria cribra dicuntur, quod frumenta commolita succernebantur eorum ope, vt farina et pollen purus a furfuribus discerneretur. Scilicet antiquus mos frumenti moliti separatim purgandi cribris hodieque in multis Galliae et Germaniae locis obtinet. Recentior et multo commodior molarum fabrica appenso sacciformi cribro statim furfures a farina secernit. Vide haec accurate explicantem Io. Becmann Historiae Inuentor. T. II. p. 40.

balteum] Turnebus soli partem replicatam interpretatur. Ceterum ordinem verborum turbatum esse suspicor. Primum enim ponendum erat solum, deinde balteus; vtrique prius subiiciuntur folia. Docet id cap. 121. de mustaceo: *vbi definxeris lauri folia subtus addito, cum coques.* Deinde miror folia laurea vncta supponi; aptius enim mihi videtur tabula vngi, ne massa adhaereat. Ordo hic esse debere videtur: *tabula pura et vncta, quae pateat pedem vnum, placentam fingito, ibi balteum ponito, folia laurea supponito.*

de mortario] De caseo per cribrum in mortarium succreto et cum melle mixto. Monet ita Gesner. Ceterum sequentia verba aptius hoc ordine collocanda mihi videntur: *tracta addito singulatim, item linito, vsque adeo in summum*

tracta

tracta ſingula indito, donec omne caſeum cum melle aduſus eris; poſtea ſolum contrahito.

aduſus] Antiquam lectionem *abuſus* praeferebat Turnebus.

ſolum contrahito] Turnebus ita explicat. Cum fingitur placenta, poſitis tractis ita, vt in ſummo ſingula ſint, ſolum, quod in imo latum erat, replicatum in metam ſurſum verſus colligitur, totaque tracta cingit et tractorum condimenta complectitur. Hinc comparat cum Gallorum tartis. Contra Geſner interpretatur: replicato vt minus ſiat, exiſtatque balteus. At enim balteum iam antea poſuerat, cum placentam fingi iuberet. Praeterea *in totum ſolum primum* tracta poni iubet, et deinde in *ſummum* ſolum memorat, idque contrahi ait, et replicatum in metam ſurſum colligi, vt vltima tracta contegantur. Igitur magis probo rationem Turnebi.

de ve primo] Mendae notam liber Victorii etiam, vnde lectio vulgaris fluxit, appoſitam gerebat. In tam corrupto loco certam emendandi rationem eſſe recte negat Pontedera, qui primum coniecit: *leni pruna temperataque* vel *leni igne*, deinde in Curis ſecundis *adepe verino* vel *primo temperatoque* interpretatus *primo* praecipuo, quia citius liqueſcat adeps verrinus. Turnebus malebat: *bene primo.* Popma *leni pruna*, Gallicus interpres *igne primo.* Rottboell: vel *inde ignem primo temperatoque.* vel *deinde igne parum temperato.*

imponito teſto] Audacter mutaui vulgatam diſtinctionem, factam ab iis, qui non intelligebant, focum poni in teſto ſeu clibano calefacto, et clauſilem fuiſſe. Hunc focum deſuper et circa latera prunis tegere iubet; quo melius percoquatur placenta. Vulgata diſtinctio teſto caldo operiri placentam vult perquam inepte. Nolo diutius immorari confutandis Geſneri rationibus. Focum ſub teſtu poni manifeſte tradit Cato cap. 75.

ſemodialis] Rationem nominis nondum excogitaui. Forte tamen dicitur ita, vt *κοτυλίσκοι* apud Athenaeum XIV. p. 647. *οἱ ἐκ τρίτȣ μέρȣς τȣ̃ χοίνικος γενόμενοι πλακȣ̃ντες* Semodius continet 13 libras 8 vncias. Farinae Cato et alicae libras 8, caſei 14 mellis 4½ indit, igitur libras omnino 26½ quae ipſa menſura efficit modium, non ſemodium. Quid igitur, ſi fuit *modialis?* Nunc demum video Gallicum interpretem mecum ſentire: *pour deſigner la quantité d' ingrédiens qui entroient dans la compoſition.*

Cap.

Cap. LXXVII. *Quantum voles*] Haec pertinere puto ad menſuram farinae, proportione magnitudinis, quam volueris placentae ſeu ſpirae dare, ſumendam. Itaque poſt *ratione* punctum ponendum cenſeo. Sic cap. 93. eſt *pro ratione.*

niſi alio] i. e. ſed alio modo. Rectius fortaſſe Edd. I. B. R. *niſi quod alio.* ſed etiam alibi *niſi* ſimpliciter ita poſuit Cato. Spira ſimilis videtur Graecorum στρεπτοῖς apud Demoſthenem et Pollucem VI. 77. Feſtus: *Spira dicitur — et genus operis piſtorii et funis nauticus in orbem convolutus.*

fingito] Poſt hanc vocem interpungam; nam tracta non finguntur nunc, ſed imponuntur ſolo. Deinceps Meurſius malebat *tum melle oblinito bene.* Equidem deeſſe verbum puto *imponito* poſt *tracta*, totumque locum ita corrigo: *fingito; in ſolo tracta imponito; tum melle obl. bene.*

tractes facito] Recte Iuntt. omittunt *tractes.* Locum corrigo: *tanquam reſtim facito, ita tracta imponito in ſolo.* Infra c. 80. *hoc in reſtim quaſi ſpiram facito.* Vocabulum *tracta* eodem modo vitiatum legebatur capite inſequenti.

dein plicis] Vulgatam a Victorio *ſimplicibus* vitioſam eſſe, ſententia ſatis docet, nec explicare eam potuit Victorius, vti ipſe confitetur. Ex veſtigiis huius lectionis et antiquioris *de ſimplicibus* aut *dein plicis* Pontedera effecit hanc: *reſtim plicis vſque bene arcte completo.* In curis ſecundis tentauit: *reſtim plexibus:* i. e. ſic comprime, ne plicae appareant, vt de ſphaerita loquitur. Locus de ſphaerita infra cap. 82. ita habet: *ſphaeras in ſolo componito, denſas eodem modo componito atque ſpiram.* Geſnero placebat *ſine plicis.* At ſic non apparet forma ſpirae. Quare veterem lectionem *dein plicis* reſtitui, quoniam intelligi poteſt, et ad formam ſpirae pertinet, quae plicis bene denſis et arctis efficitur. Ad *completo* intellige ſolum. Ceterum ſcriblitam, enchytum et ſpiram ex caſeo fieri tradit Athenaeus XIV. p. 647. non omnino eſſe verum, hic locus docet. Scribilitam aeſtuantem nominat Plautus in Poenulo, et Martialis Libro III. epigr. 17. menſis ſecundis ſcriblitam adhibet. A notis, quibus erat ſignata, dici monet Popma. Alii voluerunt *ſtriblitam* quaſi *ſtreblitam*, id eſt, tortum dici. Scriblitarium ex Afranio nominat Nonius. Vulgatam *ſimplicibus* defendit, atque ita interpretatur Rottboell: in ſpira modo vnam et ſimplicem fuiſſe tractarum ſeriem, in placenta duplicem vel triplicem factam e tractis, quarum vna alteri imponeretur.

Cap.

Cap. LXXVIII. *tracta ex caseo*] Hanc lectionem Victorianae praeferebat ipse Gesner. Intellige *ponito*. In placenta tracta fiebant ex alica et farina, caseo cum melle mixto linebantur. Hinc apparet *tracta* quae proprie dicantur. Ecce enim Athenaeus XIV. p. 645. ἐμπεπτα, πύρινος ἄρτος κοῖλος καὶ σύμμετρος ὅμοιος ταῖς λεγομέναις κρηπῖσιν, εἰς ἃς ἐντίθενται τὰ διὰ τοῦ πυρὸς σκευαζόμενα πλακούντια. Hesychius: ἔμπιπα· πλακούντια πύρινα εἰς ἃ ἐντίθενται τὰ διὰ τυροῦ. Ῥόδιοι. Tracta sunt igitur h. l. πλακούντια διὰ τυροῦ σκευαζόμενα. Forte etiam comparare licebit Graecorum πηνία, ἃ τοῖς πλακοῦσιν ἐπετίθετο προσεοικότα πηνίοις apud Pollucem VI. f. 79.

sine melle] Scriblita hoc differt a placenta, quod sine melle fit. Scilicet etiam Horatius I. Epist. 10. versu 11. mellitas placentas dixit. Igitur post *placentam* interpungo. Hinc apud Petronium c. 66. mensa videtur rustica, vbi *scribilita fuit frigida, et supra mel caldum Hispanum infusum,* In quo duplex error homini eleganti committi videbatur, quod mel addebatur, et quod ipsa scriblita frigida ponebatur. Martialis III. Epigr. 18. *Circumlata diu mensis scriblita secundis vrebat niueo saeua calore manus.* vbi niueus calor arguit absentiam mellis.

Cap. LXXIX. *globos*] In loco Varronis de L. L. libro IV. ita etiam ex libro scripto legit Victorius: *a globo farinae dilatato item in oleo cocti dicti globi.* vbi ante erat *globuli.* Hinc *mellitos verborum globulos* a Petronio cap. 1. dici monent Interpretes. Sed in Varrone p. 28. hodie legitur: *Item in oleo cocti dicti a globo globuli.* et verba *a globo farinae dilatato* pertinent ad antecedentia.

quantos] i. e. quot. Saepe ita Palladius, qui et *aliquantos* pro aliquot posuit.

papauer] Ex antiqua lectione *papauere* Meursius efficiebat *papauerem*, et multis exemplis docet, veteres scriptores etiam sexu masculo vsurpasse papauerem. Athenaeus XIV. p. 646. sesamides interpretatur σφαιροειδῆ πέμματα ex melle sesama et oleo fricta. Varro apud Nonium p. 220. ed. Mercerii: *infrias seni papauerem.*

Cap. LXXX. *Encytum*] Haud scio an praeferenda lectio *Enchytum*, quod est ipsum graecum vocabulum; etsi monet Popma saepe adspirationem ab antiquis scriptoribus omissam fuisse in vocabulis graecis. Ἔγχυτον cum aliis placentorum generibus nominat Pollux VI. f. 77. Alius est πλακοῦς ἐπίχυτος dictus ibidem. Nominat etiam Athenaeus XIV.

XIV. p. 644. Feſtus: *ſubucula genus tibi quod diis datur ex alica et oleo et melle.* vbi Scaliger ex Gloſſis ſuis poſuit: *Subitillus* ἔγχυτον. vbi forte *ſauillum* Catonis cap. 84. ex *ſavitillum* contractum latet.

habeas] Ita cum Broukhuſio ſcribendum eſſe pro *habeat*, monuit Geſner. Senſus eſt: niſi quod calice cauo pertuſo opus eſt, per quem maſſam in vnguen calidum fundis. Calix pertuſus infundibuli vices gerit.

in reſtim] Quod Victorius e libris edidit, *honeſtum*, ad magnitudinem et elegantiam ipſe referebat. Iucundi correctionem cum Meurſio probaui; alias non apparet ſpirae ſimilitudo. De ſpira vide ſupra cap. 77. Ex lectione *peſtum* Geſner efficiebat *paſtum*, vnde paſtilli. Sed nihil paſtus ſeu paſtum ad hunc locum. Vulgatam intelligi poſſe nunc puto; veram tamen non praeſto. Forte fuit *quaſi reſtim ut in ſpira facito.*

praeſtatoque] Etiam hic praefero antiquam lectionem *perfrigitoque.* Victorianam nemo potuit explicare. Popma malebat *preſſatoque*, interpretatione non addita. Demum Cel. Rottboell *praeſtato* interpretatus eſt *coctos eximito;* quod ni fieri poſſit, malebat *prenſatoque.* Idem ſimplicitate Catonis alienum cenſens *coloratoque* mutat in *collocatoque.*

Cap. LXXXI. *Erneum*] Vaſculum planum et ex parte concauum, referens formam manus, ab *hir*, *hirneam* dictam eſſe docet Turnebus 23. 10. Hinc *irnella vaſis genus in ſacris* teſte Feſto. Vaſis vinarii genus eſt apud Plautum in Amphitruone. Caſaubonus irneum eſſe ſuſpicabatur, qui Athenaeo dicitur ὀστρακίτης πλακοῦς. In Plauti Amph. I. 1. 223. olim *cyrneam* non *hirneam* legit Nonius, qui vaſis vinarii genus interpretatur. Ex Gruteri Inſcript. *Cyrnearium* poſuit Geſneri Theſ. L. L. Scaliger *Erneum* dictum cenſebat ab ὄρνεον, vt a ſcarabaei genere cantharum. Ab alio fonte, *hira*, *hilla*, pro inteſtinis deriuatur *hirnea*, quae vulgo *hernia* ſcripta legitur. In Nonio p. 166. ſcriptura Codicis egregii Guelferbytani primum me in viam verae etymologiae deduxit.

placentam facito] Verbum *facito* addi voluit etiam Pontedera.

confringito] Geſner malebat *erneum confrigito*, id eſt, diligenter in oleo feruente frigito. Sed erneum a vaſis forma, vbi coquitur, dictum puto; quae forma vt ſeruetur, vas confringitur vile, et niſi fallor, collo anguſto.

Cap. LXXXII. *Spaeritam*] Antiquo more pro ſphaeritam; et tamen paulo poſt *ſphaeras* nominat, non *ſpaeras*. Ceterum rectius leges *Spaeritam ita facito, vti ſpiram*. Deinde poſt *fingito* diſtinctionem poſui; et vocabulum *detractis* diuiſi, vt ſenſus conſtaret.

Cap. LXXXIII. *Siluano*] Eundem eſſe putant, qui c. 124. Mars pater dicitur.

ferris adorei] Vrſinus abeſſe malebat *adorei*, fretus auctoritate duorum Codd. et Polit. Mihi vera videtur lectio Edd. principum *facito. adoris libras III.* Quod enim frumentum antiqui ador vocarunt, recentiores ſcriptores romani *far adoreum* dixerunt.

liceto] Comparat Rottboell *oporteto*, quod Feſto in *occiſum* et *opima ſpolia* reſtitui voluit Scaliger.

Cap. LXXXIV. *Sauillum*] A ſuauitate dictum monet Popma. Veteres enim *ſauior* et *ſauiata* pro *ſuauior*, *ſuaviata* dixerunt. Vide ſupra ad cap. 80.

quaſi libum] In libo enim cap. 75. caſeum et farinam ſimiliter poſuit. Ceterum poſt *libum* poſui diſtinctionem.

commiſcueris] Vulgatam diſtinctionem: *commiſcueris, in catinum indito. Catinum texto operito.* mutaui, vt ſenſus fieret manifeſtior. Catinum immittitur teſto, (ita enim ſcribendum erat pro *texto)* ſed non operitur teſto; ſed operculo contegitur, et deſuper forte prunis, vt percoquatur. Teſtum eſt κλίβανος, vt ſaepe iam admonui. Similiter focum immiſſum teſto operire iubet, et prunis deſuper tegi.

lingulis] Sauillum in catino apponitur, nec eximitur, ſed ligulis hauritur a conuiuis ex catino.

Cap. LXXXV. *Punicam*] Hinc pultifagus opifex apud Plautum Moſtell. III. 2. 143. Vide Interpretes ad Plautini Poenuli Prologum. Romana puls erat ex faba cocta, vt graeca. πολτὸν πυάνιον ex Alcmane habet Athenaeus XIV. p. 648. Punicum libi genus, alias probum dictum, omnium ſuauiſſimum habet Feſtus h. v.

inſipito] Infra cap. 90. iterum ponitur verbum. Feſtus: *inſipere farinulam, iacere pultis, vnde diſſipare, obſipare, vt cum ruſtici diſſipant obſipa pullis eſcam.*

Cap. LXXXVI. *Graneam*] Plinius 18. ſ. 29. n. 3. *alia vbique ratio adulterandi alicam. ex tritico candidiſſima atque grandiſſima eligunt grana, et ſemicocta in ollis poſtea arefa-*

ciunt ſole ad initium, rurſuſque leuiter adſperſa molis frangunt. Ex zea pulcrius, quam ex tritico fit granum, quamvis id alicae vitium ſit. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mixtura confert. Deinde libri ſcripti pro *granum* alii *granacum* alii *gracum,* Colbert. 2. *granaeum* praeferunt. Poſtremam ſcripturam praefert Harduinus. Hieronymus Libro I. Paralip. cap. 23. *primitiae enim ſpicarum quando deferebantur, et grana comedebantur, quod genus cibi vulgo graneas vocant.* Ex auena granellum habet Vincentius Specul. natur. XI. cap. 60. Mihi Cato cum Plinio graecum tragum dicere videtur, quem ex zea olyra et tritico parari teſtatur Galenus. Ex olyra et tritico parant Geoponica III. 8. maceratum triticum pinſunt, deinde ſole ſiccant, poſtea aſperſa pilo repetunt, donec cortices omnes fuerint detriti. De modo ad coenam apparandi tacent. Quod Harduinus mecum ſentienti Turnebo opponit ſect. 16. Plinium iam antea de trago docuiſſe, id me quidem non moratur. Nam locus ille: *ſimili modo ex tritici ſemine tragum fit in Campania duntaxat et Aegypto.* nimis breuis eſt; et Plinius eandem rem variis nominibus celebratam diuerſis etiam locis ſaepe repetiit. In eodem loco *tritici ſemine* vitioſe poni videtur pro *tritico et ſemine* ſc. adoreo, ſeu alicaſtro.

indat] Formam *indas, laues — deteras, eluas* et ſic in reliquis reſtitui volebat Pontedera; recte! Ita etiam reconcinnabis vulgatas formas capitis ſequentis. Ceterum ordo naturalis eſſe videtur hic verborum *puri lauet bene, in mortarium — indat, cortic.* etc.

eluatque] Puto velle quod Mago apud Plinium 18. ſ. 23. *ſelamam in calida maceratam exporrigi, deinde confricari et frigida mergi, vt paleae fluctuentur.*

Cremor] Ptiſanae cremorem ex Vegetio I. 26. 4. comparauit Geſner, et ex Celſo III. 7. Addit ex Ouidio Medic. fac. 95. Hordea quem faciunt, illis infunde cremorem. Lac expreſſum ex grano, aqua macerato, Georgius Alexandrinus, ſuccum ptiſanae interpretatur Cagnatus Var. Obſ. I. 30. Scaliger in Scaliger. primis p. 52. ait eſſe vocabulum vetuſtum Gallicum *cremor,* vnde ſit Cremona appellata, propter ſoli vbertatem. Potuit etiam a creſcendo fieri *cremor* et *crementum.* Iterum capite ſequenti cremor nominatur.

Cap. LXXXVII. *Amulum*] Plinius 18. ſ. 17. *Amylum ex tritico ac ſiligine, ſed optimum ex trimeſtri. Inventio eius Chio inſulae debetur, et hodie laudatiſſimum inde eſt, appellatum ab eo, quod ſine mola fiat. Madeſcit dulci aqua ligneis vaſis,*

vafis, ita, vt integatur, quinquies in die mutata; melius fi et noctu, ita, vt mifceatur pariter. Emollitum, prius quam acefcat, linteo aut fportis faccatum *tegulae infunditur illitae fermento, atque ita indole denfatur. Probatur laeuore et leuitate, atque vt recens fit, iam et Catoni dictum apud nos.* Ita h. l. e libris fcriptis emendauit Harduinus. Antea enim legebatur: *fportis ficcatum.* Saccari feu colari voluit etiam Diofcorides II. 123. qui in tegulis nouis fali feruentiffimo exponi iubet, nulla fermenti mentione facta, quod ad naturam Amyli non facit, nifi forte a contactu tegulae defendat amylum recens. Potuit etiam Plinius aberrare. Artem amyli conficiendi docuit Du Hamel vniuerfam, partem Le Sage in libro de elementis frumentorum, et ex noftris vir doctiffimus Io. Becmann in Technologia, qui veterum loca, praeter hunc Catonis, non neglexit.

aquam exficcato] Infra cap. 156. 3. de braffica: *eximito, in linteum exugeto fuccum quafi heminam, in pocillum fictile.* vbi Polit. 2. *exugito*, Edd. I. B. R. *exuggito* habent. Turnebus ibi malebat *exurgeto*, i. e. exprimito. Plautus Rudente IV. 3. 69. *exurgeri penicillus nouus folet — exurgebo*, vbi alii *exugi — exugebo.* Ceterum h. l. malim *aquam eximito.* Ad amylum ipfum refertur *exurgeto.* In fragmento Accii Antigonae apud Nonium p. 104. Merceri: *Heus, vigiles, properate, expergite pectora tarda, foporem extergite.* Ita enim ex Codice Palat. correxit Gebhard Antiq. Lect. I. 5. vbi vulgo legitur *fopore exfurgite.* Comparat Gebhard locum Ennii apud Lutatium: *Cum fefe exficcat fomno romana iuuentus.* Mihi hoc loco *exficcato* ex gloffa ortum verbi *exfugeto* vel *extergeto* videtur; nec verbi *exurgeri* auctoritas vlla fatis certa reperitur.

faex fiat] Gefner interpretatur: aqua denuo affufa agitato, vt folutis granis et interfluentibus corticulis fimilitudinem faecium habeat; recte!

cum lacte] Lacte incocto quaeritur candor, vt fupra in granea. Ex latino amylo Galli fecerunt *Amidon*, noftri *Ammelmehl, Kraftmehl*, quo vtuntur etiam hodie ad opera piftoria et dulciaria; eodem pigmenta tinctores incraffant atque obligant, et puluis capillis infpergendus fit inde. Cum ad lintea fubtilia duranda eo vtimur, appellamus *Stärke*, Galli *Empois.* Veteres ad vfum medicum operifque piftorii et culinae adhibuerunt; amylo iura varia obligat feu infpiffat Apicius IV. 2. VIII. 1. vbi *amylum, amolum* et *amulum* fcriptum legitur. Inde facto *amylare* verbo vtitur faepe Apicius.

cremorem] Liquorem seu succum ex massa, sacco seu colo indita, expressum, qui continet ipsum amylum cum aqua mistum, quem hodie in vasis ligneis consistere sinunt, vt aqua separetur, et amyli massa densatior siccetur deinde in vmbra.

id omne — denuo] Haec verba alieno loca posita sunt; postquam enim cremor fuit expressus, non refricatur, sed siccatur. Vitium demonstrant etiam sequentia *eam patinam* etc. quae male interpositis verbis alienis ab hoc loco separata fuerunt ab antecedentibus, quibuscum haerent nexa.

Cap. LXXXVIII. *Salem*] Debebat esse: *Muriam et salem candidum sic facito*, vt apparet ex ipso capite. Eodem plane modo muriam duram, id est, qua carnes durantur, conficit Columella XII. 6.

defracto collo] Columella dolium quam patentissimi oris desiderat, aqua caelesti aut fontana dulci implet, in eam sportam iunceam vel sparteam, sale candido repletam, indit, quo candidior muria fiat. Hinc patet ratio colli defracti ex amphora fictili. Lectio altera: *defricato colluitoque*, vnde orta sit, ignoro. Vertices amphorarum defixos pro terminis habet Siculus Flaccus Agrariae R. S. p. 6. Molliter obliquo latere amphoram effictam in rota figulina habet Auianus Fabul. XLI.

maenam] Signum facit Columella caseum dulcem demissum; vbi vide notam. Geoponica XX. 46. ἅλμην στακτὴν δεδοκιμασμένην ὥτως ὡς ὠὸν ἐμβληθὲν ἐπιπλεῖν.

qua vel carnem] Recte h. l. inserunt *qua* Edd. I. I. G. Vulgo *quo* post *salsamenta* positum legebatur. Saltim debebat esse *qui*. Festus: *Muries est ea, quae fit ex sale sordido in pila pinsato et in ollam fritilem coniecto ibique operto et gypsato et in furno percocto, cui virgines Vestales serra ferrea secto et in seriam coniecto aquam iugem vel quamlibet, praeterquam quae per fistulas venit, addunt atque ea demum in sacrificiis vtuntur.* Vnde emendari debet locus Varronis apud Nonium p. 106. editionis Paris. 1583. vbi Fabii verba sunt: *Tessit et sale, quo sale sordidum vstum est, et ollam rudem facile abiectum est, et postea id sal virgines Vestales serra ferrea secant.* vbi Mercerius p. 223. dedit: *muries fit ex sale, quod sale sordidum sustum est et in ollam rudem fictilem adiectum est, et postea id sal.* et in notis probat correctionem *sal sordidum tunsum est.* Scaliger ad Varronem p. 77. correxerat: *Exsit est sale sordidum quod iustum est et in ollam fritilem*, laudato Festi loco; *Exsit purgamentum, vnde hodie*

hodie remanet ſuffitio. Hunc ſalem Veſtales molae farreae addebant, quam ter in anno conficiebant.

Cap. LXXXIX. *nec plus aqua ſita ſiet*] Geſner interpretatur: *ne hora vna amplius aqua abſit.* Pontedera: *vt horae tantum ſpatio auibus bibendi poteſtas fiat.* Sed ex verbis hanc ſententiam non licet exſculpère. Libri fere omnes *aquas ita.* Edd. I. I. G. *aquam ante ſinat.* Columella, Varro, Palladius in gallinis ſaginandis potus mentionem non faciunt, ſed anſeribus *ter in die* eſcam et largam aquam praebent, gallinis vero poſt eſcam aliquantulum temporis dant vagandi, vt pediculos corpore expurgent. Hinc malim h. l. legere: *nec plus vagari ſinat horam vnam;* aut, ſi forte ad potum dimitti voluit; *nec plus aquari ſinat horam vnam.* Deinde vt ſenſus et differentia conſtet, *niſi ſaepius dato bibere his in die, ter eſcam.* Rottboell p. 47. malebat: *nec plus. aqua ſita ſiet coram.* At ſi coram eſt aqua, quid opus gallinis bibere dare erat?

Cap. XC. *recentem ſic farcito*] Ita recte Edd. ante Victorium, qui omiſit verba *ſic farcito;* quod factum tamen laudat et defendit adeo Geſner. Nobiſcum ſentit Pontedera. Ceterum in Varronis loco altero III. 9. ſ. 21. *palumbes* ſcriptum exſtat, in reliquis *palumbus* nominatur. At in Plinii locis quinque optimus Voſſianus liber *palumbem* nominat, teſtante I. Fr. Gronouio p. 805.

et fabae pars] Recte Pontedera legit et diſtinguit: *facito. et fabae pars tertia vbi inferueſcet, tum far inſipias.* Ceterum palumbos Varro et Columella faciunt alia ratione, veluti gallinas.

excoxeris] Malebat Pontedera *excuſſeris,* aut *exlueris,* antiquo more dictum.

depſitoque dum] Pontedera corrigit *depſito vſque dum,* ex more Catonis.

eſcam temperato] Ne plus turundarum infercias, quam auis concoquere poſſit.

Cap. XCI. *aream*] Infra cap. 129. eſt rectius: *Aream vbi frumentum teratur, ſic facito. Confodiatur minute terra.* vbi legendum puto *creta.* Sic enim Plinius 18. ſ. 71. *Aream ad meſſem creta praeparare Catonis ſententia amurca temperata, Virgilii operoſius. Maiore ex parte aequant tantum et fimo bubulo dilutiore illinunt. Id ſatis ad pulueris remedium videtur.* Virgilius I. 179. *area creta ſolidanda tenaci.* In Plinio lege: *praeparare Virgilii ſententia, amurca temperata Catonis operoſius.*

finitoque] Infra: *vt combibat quam plurimum. comminuito terram, et cylindro aut pauicula coaequato.* partim rectius, partim minus integre. Plinius 17. f. 14. *area aequata cylindris aut volgiolis.*

poftea denuo — acefcat] Haec infra omiffa funt. Male.

confpergito] Hinc Plinius 15. f. 8. *Amurca fubigi areas terendis meffibus vt formicae rimaeque abfint.* vbi Codex Toletanus *fubiici areae amurcam* habet. Praeterea recte ibi *herbae* pro *rimae* corrigi voluit Pintianus. Geoponica II. 26. χρὴ δὲ συνεχῶς καταβρέχειν τὴν ἅλω ἀμόργῃ καὶ ἐπιλεαίνειν τῷ κυλίνδρῳ· ὅτω γὰρ οἱ μύρμηκες ὀκ ἀδικήσουσι. Si Plinius fimiliter aream aequandam cylindro dixiffet, recte tunc *rimaeque* haberet. Columella etiam I. 6. rimas caueri ita ait. Infra cap. 129. additur *et cum pluerit lutum non erit.* vbi vide notam.

Cap. XCII. *lutum de amurca*] Argumentum omne repetitum infra cap. 128. ad habitationem delutandam inepte tranflatum fuit. Ibi eft: *Si habitationem delutare vis, terram quam maxime cretofam vel rubricofam fumito* etc.

macerefcant] Infra c. 128. eft: *finito quatriduum fracefcat.* Vnde etiam h. l. malim *macerefcat* fcilicet lutum.

fubigito] Infra: *vbi bene fracuerit, rutro concidito, vbi concideris, delutato.*

Cap. XCIII. *olea*] Pars horum legitur fupra cap. 36. vbi vide locum Plinii, qui haec repetiit, et notam. Arborum vetuftarum radicibus ablaqueatis ftramenta circumponit hodieque pars Italiae, tefte Swinburne Itinerar. Sicil. T. I. p. 467.

amphoram] Antiquam lectionem, a Plinio comprobatam, recepi, qui deinde ad minorum radices vrnam amurcae addi ait. Sed ne fic quidem locus integer eft, quem ex loco Columellae, fupra ad cap. 36. pofito, fic redintegro: *ad minores arbores vrnam; ceteris pro ratione indito.* Veftigium verae lectionis eft in antiquis editionibus, vbi exftat *amphoram vnam.*

arbores feraces] i. e. pomiferas. Plinius enim 17. f. 47. ex h. l. *in olea hoc amplius, ftramentis ante circumpofitis.* Etiam haec Columella hinc tranftulit. Vide locum ad c. 36. appofitum. Stramenta tamen is omifit; nec ego quidem fatis intelligo rationem difcriminis, quod facit Cato in olea aegra et fana. In aegra forte cauit, ne amurca ipfas radices tangeret et laederet.

Cap.

Cap. XCIV. *fici*] Plinius 17. f. 47. *item fico. huius praecipue vere terram adaggerari radicibus: ita futurum, vt non decidant groſſi; maiorque foecunditas nec ſcabra proveniat.* Ita ex libris ſcriptis emendauit Harduinus vulgatum *veterem terram.* atque ita voluit legi Meurſius ad h. l. Contra Pontedera ex Plinio et Edd. vetuſtarum lectione, quae *adaggerato terram* habent, Catoni reſtitui volebat *veterem terram;* quod miror. Geoponica X. 48. trunco affundi iubent amurcam aqua aequaliter miſtam, et ablaqueari circa Pleiades.

ſcabrae] Sunt quae Geoponic. X. 50. ψωριῶσαι dicuntur, cui vitio medentur rubrica aqua diluta et trunco allita, et ſcilla radicibus plantae ſubiecta. Scabie (ψῶραν) et cochleis infeſtari ficos in locis quibuſdam, monet Theophraſtus H. P. IV. 16. atque inde Plinius 17. f. 37. no. 4.

Cap. XCV. *Conuoluulus*] Plinius l. c. *Simili modo ne conuoluulus fiat in vinea, amurcae congios duos decoqui in craſſitudinem mellis, rurſuſque cum bituminis tertia parte et ſulphuris quarta ſub dio coqui, quoniam exardeſcat ſub tecto. Hoc vites circa capita ac ſub brachas vngi: ita non fore conuoluulum.* Brachia eſſe ramos, bene monuit Meurſius; capita ſunt radices. In libris ſcriptis ſimul exſtat *Inuoluolus.* Feſtus: *inuoluolus vermiculi genus, qui ſe inuoluit pampino.* Inuoluolum vocat Plautus Ciſtell. IV. 2. 63. *inuoluolum qui in pampini folio intortus implicat ſe.*

quartarium] Quartam partem interpretatur Plinius. Ita vtitur etiam Columella XII. 5. 1. Poſtea *infricato* Codex Gronouii.

excandeſcet] Plinius *exardeſcet.* Ignem concipit tota maſſa et periculum inde tecto. Simile eſt experimentum thaumaturgi memoratum a Galeno, qui candelam exſtinctam parieti, antea ſulphure illito, clam appropinquabat atque ita accendebat.

non naſcetur] Victorius in editis et manuſcriptis libris eſſe ait *naſcebit*, et in margine optimi Codicis eadem manu eſſe ſcriptum: *nocebit.* quam lectionem praeferebat Pontedera. Geſner neutram varietatem in libris Victorii aut editionibus antiquis reperiſſe ſe teſtatur. De conuoluulo dixi ad Columellam X. 333. Remedium fere idem eſt quo Aſiatici hodie vtuntur. Scilicet Strabo VII. p. 487. de fontibus aſphalti Apolloniae Epiri tradens ex Poſidonio: λέγει δ' ἐκεῖνος καὶ τὴν ἀμπελῖτιν γῆν ἀσφαλτώδη τὴν ἐν Σελευκίᾳ τῇ Πιερίᾳ μεταλλευομένην ἄκος τῆς φθειριώσης ἀμπέλȣ. Χρισθεῖ-

σθεῖσαν γὰρ μετ᾽ ἐλαίȣ φθείρειν τὸ θηρίον πρὶν ἐπὶ τȣ̃ς βλαστȣ̃ς τῆς ῥίζης (lege *ἀπὸ τῆς ῥίζης*) *ἀναβῆναι. τοιαύτην δ᾽ εὑρεθῆναι καὶ ἐν Ῥόδῳ πρυτανευόντος αὐτȣ̃, πλείονος δ᾽ ἐλαίȣ δεῖσθαι.* Diofcorides V. ex quo fua Plinius 35. f. 56. vfum terrae ampelitidis ex genere bituminofo ad vites illinendas commemorat; praeterea Galenus IX. S. M. Facult. Aetius et Oribafius. Hodieque afphaltum maris fic dicti mortui Iudaeae oleo liquatum, *Lamar* appellatum, Arabes truncis arborum contra noxia infecta illinunt, tefte Mariti Itinerar. prioris Hierofolymit. p. 426 et 542. verf. germ. Conuolvulus videtur effe, qui curculio bacchus Linnaeo dicitur, noftris *Rebenftecher;* is oua foliis vitis feu pampinis conuolutis concredit, vnde enatae erucae feu vermes in terram decidunt, ibique tranfformantur in animal perfectum fui generis. Hefychius infectum hac appellat ἴξ et ἴψ et ἄψοος. Veterum loca pofuit Bochart Hieroz. II. p. 571. In Carniolia appellatur *taftanello* tefte Scopoli Anno V. hiftor. naturali p. 90. Remedio hodie vtuntur eo, vt pampinos intortos cum ouis colligant et collectos comburant. Praemiis publice propofitis exitium noxae huius quaefiuerant noftri homines, et varia remedia a fcriptoribus prodita excerpfit Beckmann in Biblioth. Oeconom. Vol. II. p. 308 et 336. Vol. XIII. p. 27. Vide et Sprengeri Cult. vineae p. 429. Ceterum bitumine cum oleo mifto vites linit Colum. Arbor. 14. ne formicae adfcendant, certiore effectu. In Hungaria fcarabaei genus depopulatur vites, referente Mitterpacher Elem. rei rufticae T. II. p. 76. quod Scopoli Lethrum vocavit, lucanum apterum Laxmann in Comment. Petropol. T. XIV. p. 594. pictum in tab. 24. Campas vitium nafci prohiberi, fi circa vitium crura bitumen et fulfur incendas, tradit Palladius I. 35. 6. Stercoris, galbani, cornu ceruini et lilii radicum fumum contra ἶπας vitium adhibet Aetius de Alexiph. c. 55.

Cap. XCVI. *ne fcabrae*] Geoponica XVIII. 8. fed inprimis huc pertinet locus c. 18. *ψώρα ȣ̓δὲ τὴν ἀρχὴν προσπελάσειεν εἰ οἷς προείπομεν* (cap. 8.) *μετὰ τὸ κεῖραι τὰ πρόβατα, τις χρίσειεν· εἰ δὲ ἀμελήσαντός σȣ συμβῇ, θεραπεύσεις αὐτὴν ȣ̔́τως. ἀμόργη ἄναλος διηθεῖται καὶ ὕδωρ πικρῶν θέρμων ἀποβραχέντων καὶ τρὺξ λευκȣ̃ οἴνȣ, τὸ ἴσον ἑκάστȣ μιχθὲν ἐν ἀγγείῳ θερμαίνεται καὶ τὸ πρόβατον τȣ́τῳ χρισθὲν ἐπὶ δύο ἡμέρας μένει· τῇ τρίτῃ δὲ ὕδατι θαλασσίῳ ἢ ἅλμῃ θερμῇ λȣτέον, καὶ μετὰ ταῦτα ὕδατι ποτίμῳ.* Eadem remedia quafi ex Celfo repetit Columella VII. 4. 7. qui quarto die mari mergit.

Aliter

Aliter curat Varro tonſas II. 11. 7. Plinius 22. ſ. 74. *lupini ſanant et ſcabiem quadrupedum omnium in amurca decocti vel vtroque liquore poſtea mixto.* Ceterum Vrſinus ait in Veteribus Codd. eſſe *ſcabeſiant.*

amurcam condito] Ita etiam eſt cap. 95. *amurcam condito, puram bene facito.* Vtroque vero loco intelligo quaſi ſit ſcriptum *colato*, quod fieri iubent Geoponica, vt fiat amurca inſulſa. Quae cautio in remedio praecedenti eo magis neceſſaria eſt, quod amurcae coctae miſcetur ſulphur et bitumen.

Cap. XCVII. *axem*] Plinius 15. cap. 8. *lora etiam ac coria omnia et calceamina axeſque decocta vngi. atque aeramenta contra aeruginem coloriſque gratia elegantioris. et totam ſupellectilem ligneam. — veſtiarium etiam contra teredines ac noxia animalia amurca adſpergi.*

Cap. XCVIII. *adaruerit*] Creſcent. *aruerit — nocebunt. Item.* Saltim *et* ante *item* omittendum puto. Editio mea antiqua Creſc. habet *condita ſi hoc feceris.* Baſileenſis verba: *veſtimenta condita* omiſit.

cum vnxeris] Haec verba omiſit Creſc. deinde habet *volueris.*

Cap. XCIX. *vas fictile*] Plinius 15. cap. 8. ex h. l. *ac vaſa fictilia, in queis ficum aridam libeat aſſeruare.*

amurca decocta] Cum tam copioſe amurcae laudes tractauerit Cato, dicamus breuiter de natura amurcae. Nomen ex Graeco *ἀμόργη* ductum eſt. Seruius ad Georgic. I. 194. ſordes eſſe monet olei, ſed eas, quae praecedant oleum; illas vero, quae ſequantur oleum, faeces dici, et amurcam pronunciari velut amurgam. Cato 64. *oleum ſi poteris bis in die depleto; nam oleum quam diutiſſime in amurca et fracibus erit, tam deterrimum erit.* Ibidem ait: *vt in tabulato diu ſit, vt fracida ſit, quo facilius oleum efficiant.* Similiter Columella XII. 50. 14. *ſi quae faeces aut amurcae in fundis vaſorum ſubſederint.* Sunt igitur fraces ſeu faeces eaedem natura, ſed diuerſae tempore. Ita enim in olei viridis factura oliuae variatae prelo ſubiiciuntur, vt amurcam exſudent; quod *exſaniari* dixit Columella XII. 47. 10. c. 50. 10. et 13. cap. 55. 2. deinde ſale addito oleum exprimitur demum. Hae ſunt igitur ſordes, quae oleum praecedunt. Sed amurca etiam dicitur de ſordibus, quae ſequuntur oleum. Colum. XII. 50. 11. *quanto ſaepius tranſlatione ipſa ventila-*

tur oleum, tanto fit liquidius et amurca liberatur. Scilicet in nigrescente seu varia, et nigra seu matura oliua amurca non exprimitur ante prelo, quod nec fieri potest, sed cum oleo baccae commixta intime post facturam demum in lacu seu dolio subsidit. Amurcam baccae seu sordes praecedentes oleum Varro I. 64. humorem aquatilem ac retrimentum vocat; vbi simul docet, quem ad modum decoquatur. Et Geoponica IX. 19. amurcam subsidentem, olei partem aquatilem esse monent, τὸ ὑδατῶδες; eamque sale, inprimis nitro eliquari, consentiente Columella XII. 50. 12. qui addit, oleum non recipere salem. Quodsi igitur depurandi olei et ab amurca separandi caussa sal additur, fit inde amurca salsa. Alia erat insulsa, quam in re rustica saepe adhibent hi Scriptores, cum sal additus non fuit. Denignare terram dixit Varro I. 55. Sed audiamus nunc Plinium 15. s. 3. *Oliuae constant nucleo, oleo, carne, amurca. sanies haec est eius amara. Fit ex aquis; ideo siccitatibus minima, riguis copiosa. Suus quidem oliuae succus oleum est; idque praecipue ex immaturis intelligimus; sicut de omphacio docuimus. Augetur oleum ad Arcturi exortum a. d. XVI. Calendas Octobris, postea nuclei increscunt et caro. Cum sitienti imbres copiosi accessere, vitiatur oleum in amurcam. Huius color oliuam cogit nigrescere: ideoque incipiente nigritia minimum amurcae, ante eam nihil. Est error hominum falsus existimantium maturitatis initium, quod est vitii proximum; deinde quod oleum crescere oliuae carne arbitrantur, cum succus omnis in corpus abeat, lignumque intus grandescat.* Deinde idem sect. eadem: *tarde putrescentium in amurcam — cum omni mora in tabulato oleum decrescat, amurca augeatur — quanto ea copiosior reperiatur adiectis diebus.* Quae quidem omnia debet Plinius Theophrasto C. P. VI. 11. qui tamen plura multo habet, opinioni huic ab aliis opposita. Amurca in pelle oliuae nascitur, dehinc in pulpam distribuitur, eamque nigro tingit colore. *Presta Memoria intorno* p. XLI. Itali *la morchia*, Hispani *Alpechin*, Galli *la Lie.* Non satis naturam amurcae inuestigasse videtur Bernard p. 133. nec a fracibus distinxisse, qui amurcam putat nasci, olei parte cum carnibus oliuarum putrescentibus commixta atque adhaerente. Ipse amurcam, oleum praecedentem, *l'eau principe, principe aqueux*, amurcam, oleum sequentem, *les marcs d'olives, grignons* et *lie* vocat.

Cap. C. *Oleum sic*] Ita suadente Pontedera scripsi cum antiquis Edd. pro *si.* Eodem etiam auctore ex Cresc. inserui ver-

verbum *oppilato.* Forte ex eodem Cresc. legendum est *calida vel cruda*, et de metreta intellige. Amurca dolia olearia imbuere et gummire docuit Cato supra cap. 69. vbi vide. Plinius 15. s. 8. *dolia olearia cadosque amurca imbui, ne bibant oleum.* Vide ad Colum. XII. 49. 11.

faciet] Recte Cresc. omittit, aut lege *fuerit* vel *fiet* ex Edd. antiquis.

Cap. CI. *cum bacis*] Plinius 15. s. 8. *aut si folia baccasque in virgis myrti, aliudue id genus simile seruare.* Idem 15. s. 35. *Alius vsus baccae fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illius obtinens vicem: quodam etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocatur. Eademque origine aprorum sapor commendatur, plerumque ad intinctus additis myrtis.* Geoponica XI. 8. baccas in vasis non picatis condunt, aliosque monent condere eas cum virgis (*μετὰ τῶν θαλλῶν.*) Virgas cum baccis algamarina condiebant Graeci, teste Aristotele Problem. XXI. 31. qui monet, folia tum defluere a virgis.

Cap. CII. *acetabulum*] Ita recte Edd. veteres, pro eo quod Victorius casu vel errore operarum dedit *caetabulum.* Paene verbotenus Hippiatrica p. 220. *ἐάν τι τῶν ζώων ὑπὸ μυγαλῆς δηχθῇ μελανθίȣ ὀξύβαφον τρίψας ἐν οἴνῳ εὐώδει δίδȣ διὰ τῶν μυκτήρων· ἐπὶ δὲ τὴν πληγὴν κόπρον κυνείαν κατάπλασσε· τȣ͂το δὲ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων ὠφέλιμον.* vbi ex h. l. legendum est *κόπρον ὑείαν.* Idem stercus Anotolius adhibet in plaga scorpii p. 217.

et quod] Copulam libri ante Victorium editi et Pol. 2. recte inserunt, pessime Victorium secuti Editores omiserunt. Melanthii semen (hoc enim solum intelligi puto,) etsi odoratum et medicatum est, *smyrnii* tamen cognomen melanthio vnquam fuisse additum, apud nullum scriptorem legi annotatum; smyrneum est quod olus atrum Latini, Graeci aliter hipposelinum dixere, Linnaeus Smyrnium olus atrum, cuius radix nigra eiusque succus myrrhae odorem habet. Et de smyrnio hoc Plinius 27. s. 109. *Prodest*, inquit, *et contra phalangia ac serpentes admixto canchry aut polio aut melissophyllo in vino pota, sed particulatim, quia vniuersitate vomitionem mouet.* De reliquo eius vsu vide ad Palladium Aprili III. 2. Vulgatam lectionem sequitur tamen Rottboell.

Cap.

Cap. CIII. Columella VI. 4. *maxime tamen salutaris amurca, si tantumdem aquae misceas, et ea pecus infuescas. quae protinus dari non potest, sed primo cibi adsperguntur, deinde exigua portione medicatur aqua, mox pari mensura mixta datur ad satietatem.* ex quo loco corrigo nostrum ita legendo: *et dato primo rarenter bibere commixtam cum aqua, aequabiliter quarto quintoque die. Hoc si feceris ita, oues* etc. Interim vulgatam distinctionem mutaui, quae verba omnia inde a *et dato* vsque ad *facies* continuabat velut vna sententia. *Feceris* pro *facies* dedi ex Edd. antiquis; *si* de meo.

Cap. CIV. *Vinum familiae*] Supra cap. 5. loram familiae parauit. Infra cap. 153. faecatum parat. Inter vina operaria refert Plinius 14. sect. 12. Hoc nostrum genus nullibi memoratum reperi, sed simile ex musto, aceto et aqua dulci sub nomine ὄξος γλυκέος, aceti dulcis, parant Geoponica VIII. c. 36.

musti quadrantalia] Edd. primae *quartarios;* atque in libris MStis reperit Victorius ita scriptum multis locis, vbi vulgo est *quadrantalia.* In optimo tamen Codice primam modo eius nominis litteram scriptam reperit, vt est etiam in Edd. primis scriptum paulo post *Q. L.* Quartarium sulphuris posuit supra Cato cap. 95. mellis Columella XII. 5. 1. In Catone quartarium sulphuris Plinius quartam partem, bituminis tertiarium, tertiam partem interpretatur. Farris quartarios aut heminas dixit Plinius 18. s. 3. Igitur vt sextarius congii sexta pars dicitur, ita quartarius dicebatur olim quarta pars congii. Liuius V. 47. quartarios vini habet. Contra Gesneri Thes. L. L. quartarium facit quartam sextarii partem ex Volus. Maecian. qui quadrantali seu amphorae tribuit sextarios 48. quartarios 192.

oblinito dies X.] Post haec bibendum, an potius *oblinito post dies X?* Posteriorem rationem placuisse Abr. Gronouio nunc demum video. Comparauit is Cap. sequens et cap. 109. item correxit *et oblinito post dies LX.*

Cap. CV. *Viennium*] Pontedera in *biduum* mutabat; vt infra cap. 113. in vino Coo liber Medic. *quadriennium* habet pro *quatriduum.*

Cap. CVI. *aquae marinae*] Ex argumento, et Edd. I. I. G. *concinnatio* inferi volebat cum Meursio Pontedera; et sane capitis finis de aquae marinae concinnatione loquitur.

tur. At cum vinum admiſceri, idque ſeruari vides, facile agnoſcis, aliam vini graeci ſpeciem parari. Deinde ſi docere voluit Cato aquae marinae concinnationem, cur ſalem addidit aquae marinae ex alto petitae? Dicere forte licebit, ſalſedinem maiorem in hac vini graeci ſpecie requiri. Audio; vel ita tamen apparet, aquae marinae concinnationem non doceri.

coctum] Vix trientem grani coquendo perdere conſtitit Geſnero experimento Hambergeri; non male igitur vocabulum omittunt Edd. aliquot. Ex peruerſa vocis *gallinaceum* ſcriptura ortum *coctum* cenſet Rottboell p. 48. Quid? ſi *crudum* fuit olim ſcriptum?

ſi quis] Ex lectione *ſi quidem* Pontedera efficiebat *ſi quid plus voles.*

pro portione] Non dubitaui vulgarem lectionem *pro proportione* corrigere aperte vitioſam, vt in reliquis locis, quae Geſner poſuerat in Indice, ſcilicet e Varrone I. 18. 3. et I. 41. 4. Proportionem enim ex graecorum philoſophorum *ἀναλογίᾳ* primus effinxit Cicero, docente Erneſtio ad Ciceronis Verrinam IV. 21. et ad Orat. pro Flacco cap. 14. Nunc demum video, Edd. principes, ante Victorium impreſſas mecum facere, nominatim Bruſchianam et Aldinam, quas ipſe inſpexi.

Cap. CVII. *quam optimae*] Ita pro vulgato *quam optime* ſcripſi, admonitus etiam a Meurſio. Similes compoſitiones ad labra et opercula doliorum perungenda habent Geoponica VI. 9. et Plinius XIV. c. 21.

ſertam] Vide ad cap. 113.

polentam] Ex hordice factam, graece ἄλφιτα. Geoponica VII. 15. 29. *ἔνιοι ἄλφιτα μιγνύουσι καὶ καταστήσαντα γεύονται. τινὲς σελίνου σπέρμα καὶ κριθῆς πίτυρα καὶ δάφνης φύλλα καὶ κλήματα μελαίνης ἀμπέλου ἐν ζέσαντι καὶ βράσαντι οἴνῳ βάλλουσι καὶ ψύξαντες γεύονται καὶ οὕτω δοκιμάζουσι.* Experimenti rationes ignoro; igitur de veritate iudicare non poſſum. Pro *grandem* Rottboell p. 48. coniicit *quantum.*

Cap. CVIII. *eruo*] farinam erui ad varia vini vitia adhibent Geoponica VII. 12. et 25. et 37.

Cap. CIX. *vini cyathos*] Geſner recte *ſapae* emendat, cuius cyathos quatuor conſpergi, id eſt, admiſceri vult farinae erui. *Vini* additur aut librarii errore, aut vt cyathi vinarii menſuram ſignificet, recte monente Geſnero.

later-

laterculos] Operis piſtorii et dulciarii laterculos a forma dictos ex Plauti Poenulo I. 2. 112. et Apuleii Metamorph. X. annotauit Popma.

oblinito dies] Recte *poſt dies* corrigit Abr. Gronov. Vide ad cap. 104. ſect. 2.

Cap. CX. *deterior*] Geſner malebat *tetrior* hic et paulo poſt ſcribi.

teſtam] Geoponica VII. 26. *οἱ δὲ ὄστρακα ἐκπυρώσαντες ἐμβάλλουσιν.*

Cap. CXI. *ederacea*] Experimentum habet etiam Plinius XVI. ſ. 63. Grammatici tale vas graece volunt dici *κισσύβιον.*

Cap. CXII. *Coum*] Plinius 14. ſect. 10. *Coi marinam aquam largiorem miſcent, idque tranſlatum in album muſtum leucocoum appellatur. In aliis autem gentibus ſimili modo factum tethalaſſomenon vocant. Thalaſſiten autem vaſis muſti deiectis in mare, quo genere praecox fit vetuſtas. Nec non apud nos quoque Coum vinum ex Italico faciendi rationem Cato demonſtrauit, ſuper cetera in ſole quatriduo maturandum praecipiens. Rhodium Coo ſimile eſt. — Omnia tranſmarina ſeptem vel in ſex annis ad vetuſtatem mediam peruenire exiſtimantur.* Plinius diuerſam lectionem habuit hoc in loco aut ſupra cap. 105. vbi vinum parare docet non deterius Coo. Supereſt etiam alia ratio defendendi Plinii. Scilicet is videtur caput hoc cum ſequenti copulaſſe, et caput 113. de eodem vino Coo interpretari; vbi Cato *ne plus quatriduum in ſole ſiueris.* Contra Codex Mediceus *quadriennium* habet ſcriptum. Plinii lectionem adiuuare videtur comparatio cap. 105. vbi vinum, non deterius Coo, addita muſto cocto aqua ſalſa, parat Cato, idque addito ſchoeno et calamo odoratum facit, et in ſole per biennium poſitum eſſe ſinit, deinde in tectum confert. Deinceps *de mare* eſt in Bruſch. forte etiam in I. B. R. quam formam in Varrone ex Grammaticis veteribus reſtitui voluit Pontedera.

quo aqua] Haec verba nimis longe ab illis *ex alto marinam ſumito* ſeparata fuiſſe a librario, docet comparatio cap. 106. et nunc video etiam Cel. Rottboellium p. 48. ea tranſferre iuſſiſſe poſt verbum *ſumito.* Oſtia fluuiorum dulcem aquam mari affundunt.

Q. S. S. E.] i. e. quae ſupra ſcripta eſt. Male vulgo ponitur numeralis nota ϵ. Mecum Codex Gronouii facit.

Neſcio

Nescio ex quo Codice Meursius attulit: *aquae marinae S. S. Q. X.*

aquam marinam] Supra c. 105. vinum Graecum Coo non deterius consiciebat musto decocto seu sapa addita muriae, absque vuis in sole siccatis. Geoponica Coum aliter parant. Geoponica VIII. 24. Thasium parant cap. 23. ex vuarum passarum aquae marinae decoctae et musto immersarum deinde proculcatarum succo, addita postremo sapae parte vicesima.

Cap. CXIII. *vt odoratum*] Hoc scilicet ipsum vinum Coum, vt monui ad cap. 112. ex Plinio. Recte igitur Codex Gronouii cum praecedente copulat hoc caput.

serta] Cap. 105. schoenum et calamum adhibet in pila contusa. Palmam eandem voluit intelligi Columella XII. 29. 5. in medicamento vini. Et quam phoenicobalanam dixit Plinius XII. s. 47. vbi vide notas. Vnguentarii sunt μυρεψοί. Sertam supra c. 107. Campanicam dixit. Plinius XXI. c. 9. *Meliloton quod sertulam Campanam vocamus. Est enim in Campania Italiae laudatissima — odor eius croco vicinus et flos, ipsae canae.* Rottboell p. 49. *sertam* interpretatur Linnaei melilotum italicam, *schoenum* andropogonem schoenanthum, palmam balanum myrepsicam Bauhini.

voles. de lacu] Vulgo hic positum comma puncto commutaui.

operta] sc. operculo, vt deferuescendo purgare se atque exhalare spiritum possit.

infimarum fini] Supra cap. 28. 2. *radicibus fini.* vbi vide notam.

post quatriduum] Hanc partem vltimam capitis ab argumento alienam esse, censebat Gesner, qui exspectasse se ait, vt in cellam vel apothecam vinum inferretur. Codicis Medicei *quadriennium* vnde ortum fuerit, disputaui ad initium cap. 112. Gesneri coniecturam firmat, quod cap. 105. in simili re est: *deinde in tectum conferto.* An fuit *insipato*? i. e. indito, vnde dissipare. Ita in loco Pomponii ex Fullone apud Nonium in *Feruat: Facite: vt ignis feruat, ligna insipite, far concidite* ante Iani Guilelmi emendationem Verisim. I. 11. legebatur *instipite.* Cel. Rottboell p. 49. coniicit cum Gesnero *cellam* vel *cauum* vel *caulam* pro *culleum.*

Cap. CXIV. *veratri radices*] Plinius XIV. s. 19. no. 5. de hyssopite et absinthite vino: *fiunt vtraque et alio modo, circa radices vitium sato. Sic et elleboriten fieri ex veratro*

nigro

nigro, Cato docet. Sic fit et ſcamonites. — ſic et elleborum ſeritur in Thaſo, aut cucumis ſilueſter, aut ſcamonia, quod vinum phthoricum vocant, quoniam abortus facit. Ceterum vocem *atri* excidiſſe, recte monet Pontedera, et demonſtrat caput ſequens. Dioſc. 4. 151. *ἐλλέβορος μέλας — συμφυτευθεὶς ἀμπέλοις πρὸς τῇ ῥίζῃ τὸν ἐξ αὐτῦ οἶνον καθαρτικὸν ἐργάζεται.* Geoponica 8. 18. *ἐλλεβόρυ τὰς ῥίζας κόψον καὶ περικαθάρας τῆς ἀμπέλυ τὰς ῥίζας περίβαλλε αὐτὰς τῷ κοπέντι ἐλλεβόρῳ καὶ ὕτως φύτευσον.* Eadem 4. 8. *καὶ τὴν καθαρτικὴν ἄμπελον τύτῳ τῷ τρόπῳ ποιῦμεν σχίζοντες τὸ κλῆμα καὶ ἐλλέβορον ὑποτιθέντες.*

ſtercus vetus] Heinſius Aduerſ. III. 458. *victum* corrigebat, ne idem vocabulum repeteret auſterus Cato, vel potius compilator Catonis!

Cap. CXV. *vinum muſtum*] i. e. nouum, muſteum. Sic *agnam muſtam* pro noua ex Catone noſtro refert Priſcianus VI. p. 711.

ne admiſceas] haec in capite antec. male omiſſa ſunt. Deinceps faſciculos veratri atri cur nominet, nec radices contuſas, ignoro; niſi forte diuerſam rationem vini helleboritis concinnandi voluerit tradere auctor.

ceteram potionem] In altero loco cyathum vini miſcet aquae; quam et h. l. intelligi puto.

Cap. CXVI. *oleo perfricato*] Plinius 18. ſ. 73. *alii qui in ſalſamentariis cadis gypſo illinant, alii qui lentem aceto laſerpitiato reſpergant ſiccatamque oleo inungant.* Geoponica II. 37. *ὄξει ὀπὸν ἔχοντι ἐπιῤῥανθεῖσα ἄσηπτος διαμένει.* Colum. II. 10. 15. *tum in ſole ſiccetur et radice ſilphii trita cum aceto aſpergatur defricèturque, atque ita rurſus in ſole ſiccata et refrigerata recondatur*, vbi miror, Interpretes non vidiſſe, poſt *perfricetur* excidiſſe *oleo.* Ceterum miratur Geſner, tam operoſe in Italia ſeruari lenticulam. At ita etiam fabas ſeruant Geoponica II. 35. 9. *οἱ κύαμοι θαλαττίῳ ὕδατι καταῤῥανθέντες ἄκοποι ἔσονται· ὁμοίως καὶ μαγυδάρεως ἀποβρέγματι.* Seminum integritati ita conſuli et meſſis futurae proſperitati, monet Brodley Survey of the ancient Huſbandry p. 159 et 163. qui aceti vſum ad necanda inſectorum oua, cinerum vero ad corruptelam putredinis arcendam refert. Lentem Peluſiacam Virgilius Georg. I. Niliacam, faba cariorem, commendat Martialis XIII. 9. Alexandrinam Vegetius. Maior ea fuiſſe videtur, in pingui Aegypti ſolo nata. Obiter etiam fabam conchin Martialis Epig. 7. XIII. memo-

memorabo, quam *pallidam*, alibi VII. 77. *inunctam* vocat; eandem Iuuenalis 3. 293. nominat inter pauperum cibos. Vulgo interpretantur fabam, cum cortice suo elixam, falsi loco Pollucis VI. s. 94. vbi conchyliorum testa κόγχυς dicitur. Sed ibi κόγχους legendum est; et faba conchis est, quae cum oleo apparatur in cibum. Suspicor, Italicum vocabulum inde deriuatum esse, quo faba condita dicitur *in concia*.

Cap. CXVII. *contundantur*] N. Heinsius ad Petron. c. 47. memorat ex libris nescio quibus lectionem ineptam *commundantur*. Cato enim oliuas θλαστὰς dicere voluit.

in aquam] Frigidam an calidam? Columella XII. 47. pauseam acerbam contusam aqua calida paululum maceratam exprimit; sed in altera compositione frigidae muriae immersam exprimit. Geoponica IX. 32. contusas prelo (ἐπὶ ξύλου) calidae immittunt, deinde sporta inclusas exprimunt. Sed vide notam paulo post ponendam.

mutes] Ita vulgatum *mutet*, et deinceps *exprimat* — *coniiciat* — *addat*, — *condat* correxi ex sententia Pontederae. Praeterea verba: *crebro aquam mutes* ab antecedentibus maiore distinctione separaui, et cum sequentibus copulaui.

oleum addas] Pauseas albas in oleo seruari et recentissimas repraesentare, monet Colum. XII. 47. 8. sed in conditura albarum pausiarum reliqua oleum non adhibet. Deinceps *modium olearium* in emendandis correxit Popma.

lentiscum] Semina lentisci, et foeniculi semina vel caulem et folia concisa adhibet in condituris olearum Columella.

cito vtitor] Infra c. 123 et 126. est *vtito*. quod ex libris suis dedit Victor. Verba ipsa *cito vtitor* male huc transierunt ex loco suo, post *sumito* collocanda. Videtur admistio foeniculi et lentisci impedire, quo minus ita conditae oliuae durent. An omnis conditura haec aetatem non fert? Simile quid de conditura maturissimarum nigrarum et confractarum oliuarum monet Columella IX. 49. Vapore balnei maceratas et salibus sparsas vltra 8 dies seruari posse, negat Palladius Nouembri 22. 2.

Cap. CXVIII. *quam secundum*] Hanc lectionem Victor. intulit. Antea: *sec. vindemiam qua*. De casu *quam* sollicitos nos esse vetat cap. 123. *id vtito*. Sensum viri docti non attigerunt. Condituram olearum per mustum docent Geopon. IX. 3. sed ibi albae oleae per dies 30. muria maceratae

 et

et cum mufto recenti feruefactae oblinuntur conditae. Eadem cap. 32. albas oleas et fractas exemtis nucleis cum fale trito cumino et foeniculi ramulis infufo mufto condiunt. Geminam per muftum conditurarn habet Columella XII. 47. fed eam non magis, quam graecam, oleum nec acetum ingreditur. Tempus autem conditurae ita definit: *Acerbam paufeam menfe Septembri vel Octobri, dum adhuc vindemia eft, contunde.* De vfu addit: *fic curata oliua tertio die poffis vti.* Inde apparet, fecundum vindemiam, i. e. poft vindemiam albam oleam non ftringi et condi, paufeam certe. Videtur igitur lectio Victoriana vera effe; alias addendum foret *cito*, fi verba *fcc. vino*, ad tempus conditurae retuleris. Ceterum rationem oliuarum condiendarum hodiernam docuit Bernard Mémoire fur l'Olivier p. 147 feqq. vbi monet, oliuas, quamuis maturas et nigras, faporem amarum et quodammodo acidum, oleo permiftum, gerere, quem aqua pura affufa eliquat; fed multo celerius hoc fit oliuis antea contufis; atque ita eliquatas per octo dies fale minuto, foeniculo et coriandri femine addito condiunt. Contufas fi calida aqua eliquaueris, multo citius vfui fiunt aptae, fed facilius corrumpuntur. Ad vfum diuturnum lixiuio cinere maceratas et aqua pura elotas condiunt muria, addito foeniculo, coriandro, lignoque rhodio; interdum acetum adiiciunt, ne forte conditura ferueat fubito. Quidam exemtas hac conditura oliuas fectione fpirali aperiunt, exemto nucleo fardinae partem et baccam capparis fubftituunt, atque ita in oleo feruant. Quae qui comparauerit cum locis Catonis, Columellae et Palladii, facile rationem fingularum conditurarum ipfe videbit.

caetera] i. e. quod reliqua condimenta attinet.

Cap. CXIX. *Epityrum*] De quo accurate dicetur ad Colum. XII. 47. 9.

Cap. CXX. *corticem*] Vrfinus comparauit Horatium III. Od. 8. 9. *hic dies corticem adftrictum pice dimouebit amphorae.* Corticem fuberis intelligi, docebo ad Columellam IX. 6. et XI. 2. 90. De re ipfa vide ad Colum. XII. 29.

Cap. CXXI. *muftaceos*] Genere neutro muftacea dixit Iuuenalis VI. 203. Hinc prouerbium apud Ciceronem ad Attic. V. 20. *laureolam in muftaceo quaerere.*

Cap. CXXII. *Caprcidam*] Caprifolium interpretatur Popma, graece periclymenum, cuius femen et folia decocta

et

et cum vino fumta vrinam ducere, annotat ex Diofcoride et Plinio. Sed Caprifolium nomen eft ignotum Italiae antiquae. *Caprago* Apuleii c. 108. eft lactuca caprina, quae huc non pertinet, etfi filueftris lactucae fuccum vrinae difficultates emendare ait Plinius 20. f. 26. Forte capparis intelligitur, cuius radicem in vino potam lienem totum per vrinam et aluum emittere, tradit Plinius.

iuniperum] baccas aut lignum mufto decoqui, monet Plinius 14. f. 19. Baccam h. l. intelligi puto. Diofcor. V. 46. vinum iuniperinum conficere docet.

deferuefacito] Meurfius malebat *et feruefacito.*

lagoenam] Victorius in Codice vetufto reperit etiam *lagonam* fcriptum, vt in Epiftola Ciceronis Quinti ad Tironem et in libro Plinii XVI.; Codices Palatini in Palladio *laguna* alibi *laguena* dant, teftante Sylburgio. Quam fcripturam, *lagunam*, veram effe, monuit Gefner, comparatis *laguncubis*, quas nominat Columella. Graece eft λάγυνος, quam μακροφάρυγμα et στεινᾶύχενα vocat Argentarius Analector. Graec. T. II. p. 270 et 271. ed. Brunckii. In fragmento Varronis apud Nonium p. 543. Merceri: *Vulcanum nec quum nouae lagoenae ollarum figura, ter precatur*, vbi antiquae Edd. *frangantur.* Cod. Palat. *figurantur*, vnde Gebhard Antiq. Lect. II. 19. corrigebat: *nec non cum nouae lagoenae ollarum figurantur, ter precatur* fc. figulus. Sed *lagoenae ollarum* etiamnum vitiofae fuperfunt; itaque lego *lagoenae ollaeue figurantur.*

Cap. CXXIII. *id vtito vini*] i. e. eius vini cyathum fumito, vt cap. 122. De vfu iuniperi Plinius 24. f. 36. ex Diofc. I. 103. *vrinas ciet — datur ifchiadicis cum vino albo potum pilulis quaternis aut decoctis viginti in vino.*

Cap. CXXIV. Loco alieno haec de canibus tradi, monuerunt Pontedera et Gefner. Eadem fere habet Varro I. 21. cui ex Edd. antiquis reftitui.

Cap. CXXV. *murtam nigram*] Operofe myrtiten vinum conficit Columella XII. 38. Plinius 15. f. 37. *Cato docuit vinum fieri e nigra, ficcata vfque in ariditatem in vmbra, atque ita mufto indita. Si non ficcentur baccae, oleum gigni.*

contundito] Poffis fufpicari *confundito* legi debere; fed contufas baccas myrti nigrae etiam Columella mufto indit. Si *eximi* debet myrta, pendere debet fifcella aut lino inclufa.

aluum crudam] Ad tormina, alui proluuiem et imbecillum ſtomachum facere ait Columella.

Cap. CXXVI. *ad tormina*] Plinius 23. ſ. 58. *contuſum malum ex tribus heminis vini decoctum ad heminam, tormina et taenias pellit. Punicum in olla noua, cooperculo illito, in furno exuſtum et contritum potumque in vino ſiſtit aluum, diſcutit tormina.*

vbi florebit] Cytinum, primum punici partum ſeu calycem, pomi rudimentum et flores continentem, aut flores, cytino incluſos, ſeu balauſtium. De balauſtio Plinius l. c. ſ. 60. teſtatur, ſiccati et tuſi farinam dyſentericos curare et aluum ſiſtere.

Cap. CXXVII. *mederi*] Recte verbum inutile incluſit Geſner, cui liber Wratiſl. melius ſubſtituit *medela.*

tris minas] Libras intelligi romanas, ex Plinio 12. ſ. 32. 14. ſ. 21. 23. ſ. 29. et 21. c. 34. monuit Geſner. Sed fallitur, cum putat, de liquidis modo dici heminam; nam ſalis heminas ternas habet Columella XII. 47. 6. neque tamen ideo antiquam lectionem *tres heminas* h. l. probauerim.

origaniti] Dicitur pro *origanitis*, vt Pericli et ſimilia, monente Geſnero. Cel. Rottboell p. 50. malebat legi: *mellis cocti origaniti* vel *mel coctum origanitum dr. vnam.*

et vini heminam] Cum vox *vini* abundet, et puero heminae menſurae data ſit nimia, hinc Pontedera malebat *viro heminam.* Contra Geſner monebat, hanc proportionem aetatis puerilis et virilis non eſſe, iuſtam; et de pueris Catonem ſolis loqui voluiſſe, quia haec aetas lumbricis et taeneis prae ceteris ſit obnoxia. De lumbricis quidem aſſentior viro docto, ſed teniis aetates fere omnes ſunt obnoxiae. Sed nihil promouet haec annotatio, et vitium loci permanet manifeſtum. Quid ſi ex vetuſta lectione *et origanum* ita legas: *vini ſextarium et origani triobolum (inde), dato ieiuno vini heminam, et puero pro aetate.* Cel. Rottboell p. 51. coniicit: *dato iuueni et puero pro aetate in triobolum, et viro heminam.* quam correctionem meae longe praefero. Addit vir doctus, infantes a ſcaridibus, pueros lumbricis, prouectos aetate homines taeniis maxime infeſtari innatis.

pilam] Vt ſaltu aluum concutiat. Meminiſſe debemus meretriculae Hippocraticae, quae ſaltu conceptum excutiebat.

Cap. CXXVIII. *delutare*] Ex illis, quae poſtea diſputabo, conſtabit, de ſolo et parietibus granarii haec eſſe intelligenda.

genda. De folo igitur interpretaberis *delutare* ex Virgilio Georg. I. 179. creta folidare. Vide fupra ad cap. 91. Rubrica eft genus argillae rubrum, ex qua lateres duci, monet Palladius VI. 12. Quanquam habitationem etiam intus delutatam non debemus mirari in ruftico auftero, qualem Catonem fuiffe nouimus. Vide notam ad cap. 15. Ceterum ex veftigiis Edd. et Codd. fcripturae Abr. Gronov. corrigebat: *Habitationem delutato terra quam maxime cretofa vel rubricofa: eo amurcam* etc.

amurcam] Plinius 15. f. 8. *Amurca fubigi areas terendis meffibus, vt formicae rimaeque abfint. Quin et lutum parietum, ac tectoria et pauimenta horreorum.* Latera et parietes horreorum ita etiam munit Columella I. 6. 13. Hinc igitur fit manifeftum, in Catonis hoc loco multa effe vitiofa, quaedam deeffe. Habitationem nominauit folam, et delutare dixit, quod ad folum et parietes referendum eft. Ad folum pertinent verba *neque mures caua facient, neque herba nafcetur.* Poftrema *neque lutamenta fcindent fe* ad parietes magis pertinent, aut potius ad areae folum capitis fequentis. Denique totum hoc caput repetit ea, quae cap. 92. fupra iam rectius de granario tradita fuerant. Vide ibi notas. Idem factum eft cap. fequenti.

afpergo] Si parietes exteriores intelligas, ferri poteft; fed intus nocere non poteft. Puto, olim fuiffe fcriptum *curculio*, vt fupra cap. 92. Aut potius defunt verba quaedam, eadem fententia fcripta, quae fupra; *poftea confpergito amurca omne quod lutaueris. vbi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito. curculio non nocebit.* Ex *confpergito* factum eft *afpergo.* Forte fuit olim: *delutato iterumque afpergito amurca. Ita neque curculio nocebit, neque mures* etc.

Cap. CXXIX. Haec eadem fupra c. 91. minus integra ex parte leguntur. vbi vide notas.

terra] Legendum effe ex Plinio et natura rei *creta*, docui ad cap. 91. Male contra in Plinio *terra* pro creta reponi volebat Pintianus.

vbi coaequata erit] Defunt verba fupra pofita: *poftea denuo amurca confpergito, finitoque arefcat.*

et cum non erit] Haec fupra defunt. Addenda hic etiam putem verba poftrema cap. 128. *neque lutamenta fcindent fe.*

Cap. CXXX. *neque fumofa*] Plinius 15. f. 8. *ligna macerata amurca nullius fumi taedio ardere.* Vide fupra ad cap. 37. f. 5. et c. 55.

Cap. CXXXI. Eadem ſupra cap. 50. vbi vide notas. Verba ibi leguntur huc retrahenda: *Vbi daps profanata comeſtaque erit*, verno arare incipito etc. Scilicet haec tria capita 131. 132. et 50. male diſcerpta ſunt, hoc fere ordine legenda: *Dapem pro bobus piro florente facito. Dapem hoc modo fieri oportet. Ioui — contagione. Vbi daps profanata comeſtaque erit, verno arare incipito. Ea loca — ita poſtremo arato. Poſtea ſerito milium, panicum, alium lentim.*

rudecta] Hanc lectionem voluit reſtitui etiam Geſner in Theſ. L. L. Nam ſupra c. 34. ſ. 2. et 35. ſ. 1. eadem forma exſtat. Abr. Gronov. *grauiſſima* mutabat in *craſſiſſima*. Ita enim eſt in altero loco, et in Plinii Codice eſſe ait *graſſiſſima*.

Cap. CXXXII. *Dapem*] Feſtus: *Daps apud antiquos dicebatur res diuina, quae fiebat aut hiberna ſemente aut verna.*

culignam] Feſtus: *Culigna vas potorium. Cato, Culignam, inquit, in foeno graeco ponito, vt bene oleat. Culigna vas vinarium a Graeco dicta, quam illi dicunt κύλικα.* vbi recte Scaliger corrigit κυλίχνην.

polluceto] Pollucere dixerunt antiqui Romani pro porricere, ſacrare deo. Varro L. L. V. p. 54. *Profanum eſt quod ante fanum, id eſt, coniunctum fano; hinc profanatum, quod in ſacrario pollutum. Atque inde Herculi decuma data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam fanatur, id eſt, vt fani lege ſit; id dicitur pollutum, quod a porriciendo eſt fictum. Cum enim ex mercibus libamenta porrecta ſunt Herculi in ara, tum pollutum eſt: vt cum profanum dicitur, id eſt, proinde vt ſit fani factum. Itaque vbi olim fano conſumebatur omne, quod profanum erat, vt etiam ſit; quod praetor vrbanus quotannis facit, cum Herculi immolat publice iuuencam.* Ita pollucere Herculi decimam dixit Plautus Sticho I. 3. 80. De polluctu vide Scaligerum ad Feſtum in *pollucere merces.*

dapi, eius rei] Vulgarem diſtinctionem *dapi eius rei ergo. Macte* correxit Geſner. Bene; ſed plura deeſſe ſuſpicor comparato ſacrificio luſtrali infra c. 141. vbi eſt: *Mars pater te precor quaeſoque vti ſies volens propitius mihi, domo familiaeque noſtrae, quoius rei ergo agrum terram — ſuouetaurilia circumagi iuſſi.*

macte] Praeter alia lacunae et vitii argumenta hoc etiam eſt manifeſtum ſatis mihi quidem, quod de dape pollucenda verba paulo poſt repetuntur, hoc vero loco, vbi vini culigna nominatur, verba aliena de dape inferuntur. Edd. primae

primae inferunt h. l. *macte vino inferiori esto*, vel vt esse debebat *inferio esto*. De dape sola hic agi, arguunt sequentia verba: *postea vinum sumito*.

interluito] Postquam dapem polluxit, manum lauare iubet, more solenni sacrificiorum. In singulas libationes manum lauasse inepte ex h. l. arguit Popma. Praecessit enim dapis mentio, vt antea demonstraui.

macte istace dape p. esto] Haec verba, tanquam aliena ab hoc loco, inclusi. Rationem antea edidi.

inferio] Ex Arnobio VII. p. 236. qui formulam hanc posuit: *Mactus hoc vino inferio esto*, constat, esse vinum, quod infertur, seu offertur. Hinc inferiae, graece χοαί. recte monente Vrsino, qui primus ex Codd. duobus vulgatum *inferiori* correxit, quod fecit iam antea Leopard. Emend. XVIII. 16. Seruius ad Aeneid. IX. 641. *In Pontificalibus sacrificantes dicebant Deo, Macte hoc vino inferio esto.* Festus: *inferium vinum, id quod in sacrificando infra paterae labrum ponebant.*

Vestae] Vt in sacro lustrali, vbi Marti facit suouetaurilibus Cato, Ianum Iouemque praefatur, et in cap. 134. vbi Cereri porca praecidanea facit, Iouem Iunonemque praefatur, ita fortasse h. l. praefari voluit Vestam.

assaria] aptam et paratam assurae interpretatur Popma, qui memorat et damnat simul emendationem nescio cuius: *Daps Ioui Assir a pecu in vrna vini caste.* Pecuina est a forma *pecuum*, quam infra habes cap. 141. 3.

Ioui caste] Popma ita distingui voluit *vini. Ioue caste profanato sine contagione.* Recte, puto. De verbo profanare, quod antiquis significabat consecrare, deo dicta interpretatur *profanata* Festus in verbo *porriciam*. Vide Thes. L. L. Gesneri.

Cap. CXXXIII. *propagatio*] Supra cap. 51. eadem sic leguntur: *propagatio pomorum, aliarum arborum. ab arbore abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito extollitoque primorem partem, vti radicem capiat; inde biennio post effodito seritoque.* vbi ante Victorium legebatur: *aliarumque arborum.* Ceterum rectius ibi additur *primorem partem*, i. e. apicem. Ex lectione *ab altera*, Meursius efficiebat *ad latera*. Sed vitium esse videtur edit. Basil. *altera*. Idem Meursius inepte *extollito* mutabat in *excolito* cum Edd. quibusdam. Nescio quam bene h. l. Cato stolones a radicibus ortos propagari velit, cum Plinius ramos ab arbore, et in vite similiter Columella Arbor. 7. virgam, a matre editam,

in ſcrobem propagari dicat. A capitibus propagari cum deinde dicat Cato hoc genere, apparet, hinc nullum librarii errorem hic interueniſſe. Oleam ſtolonibus a trunco et a radice natis propagari, ex Theophraſto doceo ad Columellam V. 9. vbi vide.

mala ſtruthea] Haec, Cypriam, Delphicam, prunum, coniugulum, album et nigrum, Auellanas omiſit altero in loco Plinius 17. ſ. 21. *Cato propagari praeter vitem tradit ficum, oleam, Punicam, malorum genera omnia, laurum, prunos, myrtos, nuces Auellanas, et Praeneſtinas, platanum* Pontedera prunum Catoni nondum innotuiſſe cenſet; item platanum male inter arbores pomiferas memorari, nec videri Catoni iam innotuiſſe. *Prunum* in loco Plinii habet Vincentius. In Hadria et nominatim in Italia tota raram eſſe ſuo aeuo, aliena fide refert Theophraſtus H. P. IV. 7. quem locum male vertit Plinius XII. ſect. 3. Cum ſola vmbra platanus cenſeatur, probabilis non eſt lectio vulgata, quae Catoni curam eius aſſignat inter pomiferas arbores.

genera] Altero in loco: *haec omnia a capite — propagari ſerique eodem modo oportet.*

ſeri voles] Supra cap. 52. rectius *propagari voles.* Porro *in aulas aut in qualos pertuſos propagari oportet, et cum iis in ſcrobem deferri oportet.* Plinius l. c. *Propaginum duo genera ramo ab arbore depreſſo in ſcrobem quatuor pedum quoquo et poſt biennium amputato flexu, plantaque tranſlata poſt trimatum. quas ſi longius ferre libeat, in qualis ſtatim aut vaſis fictilibus defodere propagines aptiſſimam, vt in iis tranſferantur.* Vnde apparet, verba haec *quae diligentius — ſeri oportet*, pertinere ad primum genus adhuc, et prius *ſeri* mutandum in *propagari.* Deinde pro *diligentius* Plinius forte legit ſcriptum: *quae ſi longius.* Intelligo de propagine, in regionem longinquam mittenda, ne radices in itinere exſiccentur. Vulgatam lectionem *diligentius* poſſis interpretari de cautione, ne longius a matre productum ſtolonem caſus conuellat, in qualis ſtatim defodiendum eſſe. Sed de arbuſto videtur Cato loqui velle, vbi quoniam qualorum ratio in tabulato ipſo maxime probata fuit ratio, teſte Plinio l. c. no. 23. quoniam a pecore tutiſſima eſt. Eandemque tranſferendae ex arbuſto vitis rationem docuit Palladius III. 10. 6.

vti capiant] ſupra: *in arboribus, vbi radices capiant, calicem pertundito per fundum aut qualum. ramum quem radicem capere voles traiicito, eum qualum aut calicem terra impleto, calcatoque bene, in arborem relinquito,* vbi Edd. quae-

quaedam *ſcarificato traiicitoque.* recte. nam etiam in primo genere, vbi in ſcrobem virga propagatur, Columella Arbor. VII. 2. partem virgae matri continentem adradere iubet, ne ſarmenta procreet ſuperuacua, et diuerſae etiam partis gemmas in terra abſconditas, exceptis quatuor imis, adradere iubet, ne radices inutiles citent.

biennium erit] *vbi ita fuerit* ſupra. vbi Edd. addunt: *et radices egerit.* Forte quae h. l. paulo poſt leguntur *vti radices bene habeant.* loco plane alieno, huc retrahenda ſunt, hoc ordine: *biennium erit, et radices bene habebit* aut *habebunt.* Ceterum *biennium* mecum probat etiam Pontedera, atque huc ducit Polit. *biemum.* Scilicet a δὶς et ἔνος fit *bienus, biemus, bimus, bienium.*

tenerum] Supra: *ramum ſub qualo praecidito. qualum incidito ex vna parte perpetuum. Si vero calix erit, conquaſſato. cum eo qualo aut calice in ſcrobem ponito. Eodem modo vitem facito, eam anno poſt praecidito, ſeritoque cum qualo. Hoc modo quod genus vis propagabis.* vbi pro *perpetuam* Edd. ante Victorium habebant: *prope imam.* Plinius l. c. *alterum genus luxurioſius radices in ipſa arbore ſollicitando, traiectis per vaſa fictilia vel qualos ramis, terraque circumfaritis: atque hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipſa et cacumina, in ſumma etenim cacumina hoc modo petuntur, audaci ingenio arborem aliam longe a tellure faciendi; eodem quo ſupra biennii ſpatio abſciſſa propagine et cum qualis illis ſata.* vbi rectius Vincentius habet: *cacuminum ſumma.* Ceterum hoc genere propagandae vitis vtuntur hodieque Galli, et pro qualo ſaepe adhibent ceſpitem in medio pertuſum. Probatque hanc rationem Sprenger p. 201.

Cap. CXXXIV. *praecidaneam*] Praeter Feſtum, qui porcam et agnam praecidaneam habet, locum Gellii IV. 6. poſuit Geſner hunc: *Porca etiam praecidanea appellata, quam piaculi gratia ante fruges nouas fieri coeptas immolari Cereri mos fuit, ſi qui familiam funeſtam aut non purgauerant aut aliter eam rem quam oportuerat, procurauerant.* Ei opponitur hoſtia ſuccidanea, de qua ibidem Gellius et Feſtus tradit. Varronis locum de porca praecidanea habet Nonius in Praecidaneum, monente Vrſino.

porco femina] Meurſius comparauit *agnum feminam* ex Feſto in *Pellex*, et *lupum feminam* ex Ennio. Ceterum verba *Cereri porca praecidanea* Pontedera eiici vult; tres enim modo libationes fieri ait, igitur tribus etiam diis mo-

do facrificari. Sed Cereris nomen porcam praecidaneam poftulat. Contra Pontedera Iunonem eandem effe ftatuit cum Cerere, et porcum foeminam eandem, cum porca praecidanea.

hafce] Cum Popma Pontedera malebat *haece*, cui non conuenit deinceps *fabam*, vt recte monuit Gefner. Altera Popmae coniectura *condant vt* non magis eft probabilis. In Curis fecundis Pontedera *haece* — *faba* corrigit, et verba *priufquam* — *rapicium* figno parenthefeos includit. Cel. Rottboell p. 53. malebat: *conditum eatur*.

femen rapicium] Pro rapo dicere videtur vt Palladius Iulio L.

thure vino] Seruius ad Aeneid. IV. 57. et IX. 641. *Prius quam victimam immolarint, thus ac vinum fuper eam fundebant, vnde mactum effe taurum dicebant, ture ac vino cumulatam hoftiam et magis auctam.*

Iunoni praefato] Eft pro *praefator*. Infra c. 141. eft: *Ianum Iouemque vino praefamino.* Deinde nomen *Iunoni* fpurium aut in *Iano Iunonio Ioui* mutandum cenfebat Meurfius; Iunonis enim in caetero capite non fieri mentionem; et Ianum Iunonium habet Macrobius Saturn. I. 10. Quod addit Meurfius, Iunonem non nominari in fimili facrificio c. 141. habet dubitationem aliquam, quia liber Polit. ibi pro *vino* habet *Iuno*, Edd. primae autem *vino* praeferunt. Cel. Rottboell p. 53. ex varietate in margine annotata Iunonem irrepfiffe tandem iterumque eliminandam cenfet. Recte! Igitur malim: *thuri, vino Ianum Iouemque praefamino.* Scilicet equidem ex *vino* ortam Iunonem puto hic in grammaticorum libris, vt ex cerebro Iouis Mineruam. Ita ex *vinectus* ortum effe *iunctus, viretus*, fupra vidimus. *Iuno nouella* in Varronis de L. L. V. p. 49. orta Scaligero videbatur fimiliter ex *Iana nouella.*

Struem] Feftus: *Strufertarios appellabant antiqui homines conductos mercede, qui ad arbores fulguritas piacularum commiffarum caufa facrificia quaedam ftrue et ferto folemnibus verbis faciunt: precor te Iupiter vti mihi volens propitius fies: quod et nullo etiam fiebat adhibito ftrufertario.* De ftrue idem Feftus: *Strues genera liborum funt digitorum coniunctorum non diffimilia, qui fuperiecta panicula in tranfverfum continentur.* vbi Scaliger monet, apud Catonem ipfum patremfamilias fine ftrufertario commouere ftruem. Vrfinus comparauit locum ex tabula vetere, vbi facra faciunt arvales fratres ad arbores fulguritas: *ftruibus effertis*, vbi legendum effe monuit *ftruibus et fertis.* atque ita legi voluit

etiam

etiam Scaliger, qui fragmentum tabulae, a Puteano acceptae, retulit in notis ad Festi locum laudatum; quod miror Gesnerum omisisse annotare, qui tabulam istam cum Vrsini aliorumque virorum doctorum notis repetitam posuit post Catonem; ego vero omisi, quia in Gruteri Thes. Inscript. alibique legitur. Similes Inscriptiones leguntur apud Sponium Miscell. p. 6. Fabrettum Inscr. p. 442. Philippum a Turre in Monument. Antii veteris, et recentissimae fragmentum apud Foggini ad Verri Flacci Fastos p. 127. quas inuicem comparare operae erit pretium. Apud Ouidium Fast. I. 276. Ianus de se: *Ara mihi posita est paruo coniuncta sacello, haec adolet flammis cum strue farra suis.* Libum Iano quod libabatur, Ianual dictum habet Festus h. v. Cereale libum ferraque mixta sale imponi Iano refert etiam Ouidius Fastor. I. Cum farre et vino Ianum Vestamque rogari, Iuuenalis ait Satira VI. In loco Ouidii priore Schoettgen corrigebat *cum strue ferta suis.* Sed ferctum soli Ioui offert Cato, struem soli Iano. Infra c. 141. s. 4. est *cultro facito struem.* Paniculam Festi Rottboell p. 54. interpretatur virgam ramosam lignosae plantae excisis ramis mediis, qua liba structa continerentur. In Inscript. Fratrum Arualium apud Philippum a Turre Monum. Antii p. 291. est: *struibus fertisque per M. Vstio Narcisso Kalat .... piaculum factum ob ferri elationi script.... racti Porca et agna struibus fertisque .... Kalatorem et publicos Fratrum Arualium.*

bonas preces precor] Ante Victor. erat *te precor.* sed *te* abesse Codd. vetustis, monuit etiam Vrsinus, qui eandem formulam esse infra cap. 139. monet, et in Inscriptione Vrsiniana XIX. Gruter. p. CXXII. 5. vbi est: *bonas preces posco vti sies* etc.

volens propitius] Formulam eandem vide infra cap. 141. Festus in *Tesca. In libris Pontificum scriptum est: templumque sedemque tescumque, siue Deo siue Deae dedicauerit, vbi eos accipias volentes propitiosque.*

familiaeque meae] Legitur in Edd. primis: *mactus hoc ferto.* Sed Iano fertum non obmouetur, sed soli Ioui. Igitur malim *mactus hac strue.* Eam enim formulam in vino Iano dato deinceps posuit, et in ferto vinoque Ioui datis; et sect. 4. est: *Iano struem commoueto mactatoque item vti prius obmoueris.* Vide mox notam de verbo mactare.

ferctum] Festus: *ferctum genus libi dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi. quae qui adferebant, struferctarii appellabuntur.*

et mactato] Interpretes tacent. Sed video *mactare* esse h. l. cum oblato ferto additur *mactus hoc ferto esto.* In strue Iano obmouenda, nec mactari iubet Cato Ianum, nec ipse addit formulam *mactus hac strue esto*, etsi Edd. primae similem ibi addunt. Notionem hanc verbi mactare omisit Gesner in Thes. L. L.

obmouendo] Festus: *obmoueto dicebatur apud antiquos pro admoueto, vt alia, quae supra relata sunt.* Quod supra liber Pol. habet *strue ommouenda* videtur antique dictum pro *obmouenda*, vt *ommentare* apud Festum pro *obmentare, obmanere.* Ceterum huc pertinet locus Gellii X. 15. vbi inter caeremonias, Flamini diali impositas, est: *neque apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum strue atque ferto oportet.* Vnde apparet, in capsula struem et fertum parata seruari solita, non ad vsum statim deproperari.

meae. mactus] Punctum inserui, quod vulgo aberat. Edd. primae pro *mactus* habent *vicinis*, quod forte inserendum est.

macte vino] Mirum est vino dato Ianum mactari, in strue obmouenda non item. Ceterum paulo post est: *Iano struem commoueto mactatoque item vti prius obmoueris.* Igitur prior locus est lacunosus.

Ioui sic] sc. vinum dato. Vnde igitur sequitur statim *Iupiter macte fercto esto?* Recte Edd. primae *Iupiter macte esto vino inferiori esto.* Cum in Polit. libro sit: *Iupiter macte isto fercto esto, macte vino inferio esto.* malim equidem ita h. l. legere: *Iupiter macte esto vino inferio isto.*

prosecta] Vrsinus ex Codd. suis *porrecta* rescribi malebat, motus loco Varronis R. R. I. 29. *exta deis cum dabant, porricere dicebant;* cui similia docet Macrobius Saturn. III. 11. Cum Vrsino facit etiam Meursius; sed recte vulgatam tuetur Schoettgen, multis positis locis, vbi exta prosecari dicuntur. Vide Ouidii Metam. XII. 152. Fastor. VI. 163. Valerium Flacc. III. 439. Exta demum Cato dat, seu porricit Cereri, postquam iterum struem Iano, ferctum Ioui obmouit, atque iterum Iano Iouique vinum dedit.

Cap. CXXXV. Titulum hunc praeponi voluit Pontedera: *Quemadmodum tunicas caeterasque res et vbi emas.* Ab hoc enim pendere sequentia vsque ad *treblae.* Deinde *ornamenta* Abr. Gronov. mutabat in *aeramenta.*

murices] laminas ferreas acuminatas operimentis iumentorum affixas, et *catellas* catenulas interpretatur Popma. Cato noster apud Plinium 19. s. 6. muricibus sternendum quo-

quoque forum affirmans, ſilices acutos intellexit. Gallicus interpres: *des equipages pour les bêtes de ſommes, des lames de fer pour les garnir.*

treblae] pendere putat Pontedera a verbis *optima erunt.* Gallus vertit *traineaux.*

Campanica] In Campania vaccis et aſinis arabant; igitur aratra ſunt leuia. Vide ad Varr. I. 20. 4.

ſ. 2. *indutilis*] Scaliger malebat *Cutilis,* Popma coniecit et dedit *in Rutulis;* Pontedera: *inde vtilis.* reciſis verbis *optimus erit* veluti ex gloſſa natis. *inde* interpretatur e Campania; nam Calibus et Minturnis optima ferramenta fuiſſe, declarat Cato. Idem deinde aliam propoſuit rationem, vt verba *optimus erit* coniungamus cum ſequentibus: *optimus erit trapetus Pompeis.* Hanc ſcilicet ſcripturam *Pompeis* probat.

hamae] Gallus vertit *des paniers poiſſés,* addens incendiis exſtinguendis aquam praecipue apportaſſe.

Hae hamae vtiles ſunt] Haec verba cum Meurſio Popma damnata omiſit, non improbante Geſnero, qui incluſit. Pontedera ex veſtigiis librorum principum corrigit: *Nolae fiſcinae Campanicae oleariae vtiles ſunt* ex cap. 152. vbi ſunt *fiſcinae oleariae campanicae.*

3. *Fiſcinas Romanicas*] Pontedera corrigebat *Fiſcinae Romanicae.* Ceterum neſcio quam lectionem huius loci ſecutus poſuerit Bernard Mémoires ſur l'Olivier p. 331. *on les emmaillotoit (les cabas) pour ainſi dire avec une ceinture de cuir, de la même manière que nous le voyons encore pratiquer dans quelques preſſoirs à vins.*

noſtratia recentia quae depſta] Multa ſunt in hoc loco, qui de arte coriariorum eſt antiquiſſimus, quae me dubium habent. Primum *noſtratia* quo pertineat, neſcio. Cum enim recentia praeparari iuſſit, ſatis intelligebatur, eſſe debere noſtratia; peregrina enim et ſicca et vetuſta ſunt. Neque equidem ſpreuerim *bouina,* quod vulgato *bona* ſubſtituit liber Wratiſl. Quid enim *bona* opus erat dicere, quae arte demum nunc praeparanda docentur; niſi ſi vermibus eroſa et morboſi pecoris cauere voluit Cato. Forte in *noſtratia* latet vocabulum, quo modus depilandi corii recentis docebatur. Plinii aetas folia mori in vrina madefacta pilum coriis detrahebat, teſte ipſo libro 22. cap. 7. antiquiſſimis vero temporibus ignem puto fuiſſe adhibitum. Hinc Heſychius: *πυρσολεῖφοι ἢ πυρσόλειφθοι ὑπὸ πυρὸς μεμαδισμένοι καὶ πεφλογισμένοι.* Idem: *πυρώλοφοι· ἱμάντες οἱ παρ᾽ ὀπτηθεισῶν βυρσῶν τεμνόμενοι.* Photii Lexicon: *πυρσολόφους τοὺς ἐκ παροπτη-*

οπτηθεισῶν βυρσῶν ἱμάντας τεμνομένες ex Antimacho posuit, i. e. lora, ex coriis, igne depilatis et siccatis, facta. Deinde lectionem antiquam *recenti aqua*, quam facile fuit mutare Victorio, tam mihi difficile est condemnare, qui sciam, aquae naturam ad coria perficienda referre multum.

depsta sient] Patet, intelligi artem coriariorum eorum, quos Galli *megissiers*, nos *Weißgerber* vocamus. Hi enim coria aqua fluuiatili (cui Cato recentem substituere videtur) macerata aluminis vsu perficiunt, cum alterum coriariorum genus, corticem, folia et alia id genus adhibeat austera remedia. Tale corium est bouinum, quod Galli alumine liquefacto maceratum manibus pedibusque depsunt, deinde in caldario seuo super carbonibus liquescente imbuunt, quod nos corium Hungaricum et aluminatum vocare solemus. Alumen Cato *salis* nomine simpliciter indicauit; eius vero vsum ad coria perficienda obiter memorauit Plinius 35. c. 15. Vnguinis genus quale Cato voluerit intelligi, dubium est.

4. *toros III.*] Quod in filo licium, idem in fune torus est; vnde gallicum *touron*, in eadem re vsitatum, quod vocabulum adhibuit etiam gallicus interpres.

singulos IX.] Ex Codice Wratisl. praeferebat *lora tria*. Gesner in Thes. L. L. sub voce *torus*.

5. *funem torculum*] Vide supra c. 63.

lorea retinacula] Cum in superiore loco sit *lorea retinacula longa P. XXVI.* editum inde ab Aldina vsque; nam I. B. Br. R. *lora* ibi habent scriptum, et Gesneriana vtraque, etsi errore operarum, malui eandem lectionem h. l. restituere. Numeri varietatem mutare ausus non sum.

subiugia in plostrum] Ita monente Scheffero et Meursio emendaui ex cap. 63. vbi vide. Vulgo erat *lustrum*. numerum pedum cum eodem mutare inde dubitaui.

6. *Trapetos latos*] A *faber* et *faciet* pendere accusatiuum, censet Pontedera.

orbis] Virgilius Georg. III. 173. *iunctos temo trahat aeneus orbes.* vbi sunt rotae non radiatae sed solidae. Tympana ipse alibi vocauit. Cuiusmodi plaustra hodieque adhibet Sardinia, axe orbibus indito mobili. Vide Rifiorimento della Sardegna auctore Gemelli T. I. p. 169. Eiusmodi plostra Catonis fuisse, etiam censet Scheffer R. Vehic. 2. 19.

inter miliarium] Vulgarem distinctionem *palmum inter miliarium, et labrum* recte emendauit Meister et Gallus.

ped. I.] Ita recte vulgatum numerum *ped. II.* correxit Meister; omisit in versione Gallus, errore, vt puto, operarum.

digitos

digitos V.] Vulgatum *digitum* ita correxit Meiſter, poſt eum Gallus.

7. *pedes III. digitos III.*] Meiſter ex ratione reliquorum orbium malebat *digitos II.* et ſic in verſione poſuit numerum Gallus.

Cap. CXXXVI. *Politionem*] Turnebus XXX. 6. interpretatur contractus ſpeciem, cum ager colendus locatur pactione certae partis frugum, et refert huc l. 52. π. §. 2. pro ſocio (17. 2.) *Si in coeunda ſocietate artem operamue pollicitus eſt alter, veluti cum pecus in commune paſcendum aut agrum politori damus in commune quaerendis fructibus.* Politionem agri ex locis veterum ſcriptorum apud Nonium I. 339. illuſtrauit Geſner. Partiarium vocat cap. 137. cui politionem dat Cato. Sed cap. 5. ſ. 4. politor eſt inter mercenarios. Multis huius capitis difficultatibus, quas ad numerum reuocauit et cum hodiernis pretiis politorum comparauit Dickſon I. p. 50. permotus Cel. Rottboell p. 55. nouam excogitauit interpretationem, eamque verbis, quae deinceps leguntur: *ſi communiter piſunt:* confirmare conatus eſt. Is igitur hic non partiarii agrum colentis et polientis rem agi cenſet, ſed piſtoris, eique putat pretium operae in ſingulas frumentorum ſpecies ſtatui. Mihi vero a ratione hac pretii operae pinſendorum frumentorum plane aliena videtur mentio agri boni, ſatis boni aut mali. Itaque nec cap. V. politorem cum viro docto ſtatim piſtorem interpretabor. Mihi ſic videtur. Politor eſt mercenarius et partiarius. Partiario nunc praecipit Cato hoc et ſequenti capite. Partiarium mecum interpretatur Gronov. Obſerv. IV. p. 268. qui Plinii locum, ad ſequens caput apponendum, laudauit, et partiarios colonos Caii l. XXV. π. VI. Dig. Locati: *apparet autem de eo nos colono dicere qui ad pecuniam numeratam conduxit; alioquin partiarius colonus quaſi ſocietatis iure et damnum et lucrum cum domino fundi partitur.* Sic Antoninus Imper. L. VIII. Cod. de pactis: *paſcenda pecora partiario, id eſt, vt foetus eorum portionibus quibus placuit inter dominum et paſtorem diuidantur.* Talis pecoris partiarii paſcendi formula eſt infra cap. 150. Ceterum apud Athenienſes politorem partiarium memorauit Pollux Onom. VII. ſ. 152. *ἐπίμορτος γῆ παρὰ Σόλωνι ἡ ἐπὶ μέρει γεωργȣμένη, καὶ μορτὴ τὸ μέρος τῶν γεωργȣμένων. τὸ δ᾽ ἐπὶ τετάρτῳ μέρει νέμεσθαι, τετραχίζειν.* Heſychius: *ἐπίμορτος· σπόριμος γῆ ἡ ἐπιμεριστὴ λέγεται ὕτω καὶ ὁ μέρει ἐργαζόμενος· μορτὴ γὰρ τὸ μέρος. ἐκαλεῖτο καὶ ἑκτημόροι οἱ τὸ ἕκτον τελȣ̃ντες.*

corbi]

corbi] Spicas fcilicet cum granis, ante trituram et reliquam curam, recte monente Gefnero. Spicas enim fegetis fecabant et in corbibus deferebant ad aream.

granum modis] Extritum et purgatum opera politoris.

qua ex parte] Si collatis frugibus fuis poft diuifionem in idem piftrinum pifunt, qua ex parte politori pars eft, verbi caufa ex quinta, eam partem ad pinfendi impenfas confert politor. Ita h. l. interpretatur Gefner. Duram effe dictionem, nemo facile negabit. Nouam Rottboellii interpretationem antea pofui. Ceterum Victorius bis *parti* ex libris fuis h. l. pofuit, et in Varrone III. 3. 8 et 9. bis item *parti* edidit, ceteris in locis recentiorem formam *parte* reliquit. Quod eius exemplum imitari mihi quidem neceffe fuit, nifi fimul omnem horum librorum fcripturam immutare et ad formam antiquam refingere vellem. Tum vero vbique in Catone et Varrone *partim* etiam fcribere debebam, et fimilia, quae Victorius paffim intacta reliquit, etfi Politiani liber quaedam corrigit, cuius lectiones ftatim repraefentaui. In legis frumentariae vetuftae fragmento illuftrato a Conradi Parergon p. 368. faepiufcule legitur *qua in partei, in ea partei.* Ibidem p. 370. eft *pro portioni.* alibi *it, ift, rim* pro *et, eft, rem.*

Cap. CXXXVII. *Vineam*] Ex argumento: *Vineam redemtori partiario quomodo des.* Initium capitis ita concinnabat Schoettgen: *Vineam curandam redemtori partiario des, vti bene curet.* Pontedera autem fic: *Vineam curandam partiario vt des: bene curet fundum.* Gefner *partiario iure* interpretatur hic et fupra cap. 16. totum caput cum fuperiore iungendum, et verba ad politorem referenda effe monet. Laudat etiam locum Apuleii Metamorph. IX. p. 229. *cum vxore mea partiario tractabo, nec ercifcundae familiae, fed communi diuidundo formula dimicabo.* Plinius IX. Epift. 37. *me neceffitas locandorum praediorum detineat — nam priore luftro, quanquam poft magnas remiffiones reliqua creuerunt. — Occurrendum ergo augefcentibus vitiis et medendum eft: medendi vna ratio, fi non nummo, fed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos operis exactores, cuftodes fructibus ponam.* Vnde fimul conftat, quod Catanaeus ex locis pluribus Pandectarum confirmauit, locationes et publicas et priuatas Plinii aeuo in luftrum fieri folitas effe; et qui partiario locabat fundum, fimul appofitis de fua familia hominibus opus rufticum diligenter exegiffe; quanquam et ii, qui pen-

penſione ſeu mercede fundum locabant, praeter penſionem opus etiam exigebant, teſte Columella I. 7. 1. Locationem autumno factam arguere licet ex Plinii Epiſt. IX. 37. et X. 24. ex poſteriore quidem loco coniicere licet factam ante Septembrem.

foenum] habeat vel capiat interpretatur Geſner, et bobus ſuis; cautus etiam Cato addit, *qui illic ſient*, in villa et fundo, quem poliendum ſuſcepit, quibuſque ad eam rem opus habet.

Cap. CXXXVIII. *daturus erit*] Schoettgen interpretatur *venditurus*. Pontedera ex lectione Codicis S. Reparatae in quo eſt: *daturus crait:* corrigebat: *datur uſurai:* quoniam foenerari nefas ſit diebus feſtis. Si vulgatam teneas, antiquum *eris* praeferendum putem; quod Pontedera in Curis ſec. refert ad conductorem, cuius grauior conditio quam partiarii. Conductori igitur licuiſſe putat vineam conductam feriis colere ac cogere fructus, vt ait Columella, partiario non item. De partiario locutus erat Cato; igitur huic non licebat vehere feriis, quod daturus erat ſeu diuiſurus cum domino, aliud licebat. Haec Pontedera. *non ſaturus eris* malebat Abr. Gronov.

in familia] Ferias publicas et familiares infra habet cap. 140. proprias familiarum ferias habet Macrobius I. 16. et Feſtus in *Porcus propudianus* et in *Saturno*, laudante Vrſino. De denicalibus feriis Feſtus: *denicales feriae colebantur cum hominis mortui cauſa familia purgabatur.* Ex loco Ciceronis de Legibus II. 22. arguit etiam Geſner denicales ferias familiae cuique ſuas et proprias fuiſſe. Igitur locus Columellae II. 22. 5. *Apud Pontifices legimus feriis tantum denicalibus iungere non licere mulos, caeteris licere.* Catonis auctoritati non aduerſatur, recte monente Geſnero contra Meurſium. Sed quid facias loco Dionyſii Halic. qui Conſualibus ludis (menſe Martio celebratis) ab opere ceſſare ait mulos et equos redimitos capita floribus? Quid quod Conſuales ludos mulis celebratos fuiſſe in circo, tradit Feſtus in voce *Mulis*.

Cap. CXXXIX. *Lucum*] Plinius 17. ſ. 47. *Cato arbores religioſas lucoſque ſuccidi permiſit, ſacrificio prius facto, cuius rei rationem precationemque eodem volumine tradidit.* De piaculo, commiſſo ab eo, qui lucum ſacrum exciderat, loquuntur poetarum libri omnes. Inſcriptio Fratrum Arvalium apud Philippum a Turre Monum. Antii p. 386. *in*

luco Deae Diae piaculum factum per calatorem et publicos eius sacerdoti, quod arbor a vetustate decidit, expiandum, porcam et agnam opimam. Deinde eadem: *ob ferrum inlatum in aedem scriptur. caussa porc. et agn. opimam* — postea: *ob ferrum de aede elatum.* Ibid. p. 290. *immolauit porcilias piaculares II. luci coinchuendi et operis faciendi, ibique baccham* (i. e. vaccam) *honorariam albam ad foculum immolauit.* p. 291. *ob ferri inlatum scripturae et scalpturae* — *piaculum factum ob ferri elationi script.* et caetera, quae mutila sunt.

sc. Deus] Arnobius libro III. gentilibus obiicit: *Nam consuestis in precibus siue tu Deus es siue tu Dea dicere.* In formula euocationis est apud Macrob. I. 9. in aliis apud Gellium II. 28. et Festum in voce *Tesca.* etiam in Inscriptione Fratrum Arualium apud Philippum a Turre Monum. Antii p. 389. *immolauit suouetaurilibus maioribus item ad aedem deae diae boues feminas II. Iano patri arietes II. Ioui berbeces II. altilaneos, Marti arietes altilaneos II. Iunoni deae diae oues II, siue deo siue deae oues II, virginibus diuis oues II. Famulis diuis verbeces duos, Laribus verbeces duos, Matri larum oues duas siue deos siue deae, in cuius tutela hic lucus locusue est, oues II, Fonti verbeces II, Florae oues II, Vestae oues II, Vestae matri oues II, item adolendeae conmolandae deferundae oues II.* vbi paulo post est: *adolendae conmolendae deferundae oues II.* Deos Famulos suspicatur Philippus esse familiares; *Deam diam* Iunonem dici censet etiam in illis locis, vbi Iunonis nomen non additum legitur; veluti ibidem in his verbis: *fratres aruales praetextati sacrificium deae diae ture et vino fecerunt, ibique decumbentes toralibus segmentatis ministrantibus pueris.* vnde addes *toralia segmentata* vesti et cunis segmentatis, quae posuit Gesneri Thes. L. L.

coercendi ergo] Salmasius ad Solinum p. 412. malebat legi *coinquendi*, quod verbum Festus interpretatur *deputare.* Vtitur verbo Festus in voce *Scribonianum;* et in Inscriptione Fratrum Arualium est *arborum coinquendarum.* Vide Gronouium ad Liuium XXV. 7. Scilicet Festus habet: *Coinquire, deputare.* Idem *conquirere, coercere.* vbi Codex habet id, quod Scaliger voluit restitui *coinquere.* Laudat Salmasius locum Trebatii apud Seruium ad Aeneid. XI. 316. *luci qui sunt in agris, qui nouitio capti sunt, hos lucos eadem cerimonia moreque coinqui haberique oportet, quo ceteros lucos, qui in antiquo agro sunt.* vbi editio Masuicii et Fabricii dedit pro *nouitio* — *coinqui* vitiose *concilio* — *conquiri.*

Deni-

Denique locum Inſcriptionis Arualis editae in Philippi a Turre Monumentis Veteris Antii p. 290. poſuit Geſner in Theſ. L. L. quem et huc referam: *In luco Deae Diae Q. Licinius Nepos Mag. ad aram immolauit porcilias piaculares II. luci coinchuendi et operis faciendi.*

Cap. CXL. *operis faciundi cauſa*] Vt ſupra, cum collucare lucum vult: *illiuſce ſacri coercendi ergo.*

tum opus] Vulgatum *cum* Pontedera ex libro Polit. et Caeſenate mutabat in *dum*, i. e. dummodo. Equidem ſententia poſtulante *tum* poſui, et diſtinctionem vulgatam mutaui, quae ſic habebat: *cum opus, quot. p. p. facito. Si interm.*

Cap. CXLI. *agrum*] In Calendario ruſtico ab Vrſino edito menſe Maio ſegetes, Aprili oues luſtrantur.

ſuouitaurilia] Antiquarum Editionum lectionem *ſolitaurilia* habet Feſtus, et libri multi Varronis R. R. II. 1. 10. Quinctiliani Inſtit. I. 5. et Liuii I. 44. eamque praeter alios impugnauit Vrſinus et Schoettgen ad h. l. tuetur contra Voſſius in Etymolog. De ſignificatione ſatis conſtat ex locis nominatis; intelligitur nempe taurus aries et verres, qui immolantur in eo ſacrificio. Suouetaurilia maiora poſui ſupra ex Inſcriptione Arualium Fratrum; haec lactentia ſuovetaurilia videntur fuiſſe dicta minora.

cum diuis vol.] Formulam ſolennem eſſe, monuit Popma; ſimilis Graecorum σὺν τῷ ϑεῷ.

tibi Mani] Seruum Turnebus, villicum Popma intelligit; Geſner ex cap. 144. 145 et 152. *Manli* voluit legi, haruſpicem nobilem aut ſacerdotem interpretatus, cui Cato luſtrationem mandet. In *Manlii* nomine conſentientem habet Pontederam. Ad arbores fulguritas cum fit ſacrificium et ſtrues cum fercto obmouetur diis, mercede conducere ſolebant hominem *ſtruferctarium* dictum, teſtante Feſto. Eiuſmodi mihi homo eſſe videtur is, cui ſuouetaurilia imperat Cato.

Ianum Iouemque] In inſcriptione, quae luſtrationem a fratribus arualibus factam deſcribit, edita ab Vrſino et Grutero p. CXXI. legitur ſimiliter: *Iano Patri Arietes II. Ioui verbeces II. Marti Patri Vlt. AR. N. II.* Et Marti ſuouetaurilibus piaculum fit apud Liuium VIII. 10. monente Geſnero. An igitur Martis nomen h. l. excidit? Cererem enim nominauit cap. 134. vbi ei porcam praecidaneam immolat.

vino

vino praefamino] In libro Pol. eſt *Iuno praef.* in Edd. primis *viuo*. Deinde in aliis libris eſſe *praedicito* annotauit Brouckhuſius. Supra c. 134. eſt *thure, vino, Iano, Ioui Iunoni praefato*. vbi Meurſius Iunoni de loco controuerſiam mouet, quam hoc loco liber Politiani inducit. Ibidem locum Feſti affert: *famino, dicito*. Vt igitur ſuperiore in loco *praefato* eſt pro *praefator*, ita h. l. *praefamino* eſſe videtur pro *praefaminor*, ſingulari quidem numero. Formam ipſam aliunde ignotam habuit Geſner; ſed eadem eſt in lege XII. Tabularum *anteſtamino*, vbi vide Godofredum ad Tab. I. et Voſſium Art. Grammat. V. 14. in fragmento legis ſumtuariae a Maittario edito, quod egregie illuſtrauit Conradi Parerg. p. 362. ſimiliter eſt: *quei eius necotia curabit, is — ad Conſulem profitemino*. Ibidem paulo poſt legitur etiam *profitemeno*. Atque ita ſtabilita hac forma antiqua concidet coniectura Cel. Rottboellii p. 57. qui ex *prae flamine* ortam cenſebet vulgatam lectionem, et Manem fuiſſe Martis flaminem. Eidem viro docto debeo notitiam loci Plautini Epidic. V. 2. 30. vbi *arbitramino*, et Pſeudoli III. 2. 20. vbi *praegredimino* eſſe dicitur in Codd. Camerarii. Ceterum flaminem et proflaminem fratrum Arualium collegii nominat Inſcriptio apud Philippum a Turre p. 290. *et per Q. Licinium Nepotem et Catilium Seuerum proflaminem agnam opimam immolauerunt, perfecto ſacrificio omnes ture et vino fecerunt; deinde coronis inlatis ſigniſque vnctis Petronium Priſcum ex Saturnalibus primis in Saturnalia ſecunda magiſtrum fecerunt et Fl. Sulpicianum flaminem*. Forte *thure* h. l. excidit; thus enim et vinum in victimam effundebant, antequam immolarent. Vide ſupra ad cap. 134. Ceterum verba *ſic dicito*, vt ſpuria incluſi.

te precor] Formulam ſimilem habet Feſtus in voce *ſtrufertarios*, hanc nempe: *precor te Iupiter vti mihi volens propitius ſies*. Idem: *Mars pedis ſiue ſine litera R. Maſpedis in precatione ſuouetaurilium quid ſignificet ne Meſſala quidem augur — reperire ſe potuiſſe ait*. vbi vide Scaligerum.

vt tu morbos] Edd. primae *vt tamen orbos*. Forte fuit *vt labem, morbos*. Vide notam ſequentem.

viduertatem] Antique pro *viduitatem* dictum putant, eandemque vocem Plauto in Rudente III. 3. 2. reſtitui voluit Douza. Sed neſcio quam bene viduitatem deprecatur hic Cato. Feſtus: *Peſeſtas. inter alia quae inter precationes dicunt cum fundus luſtratur, ſignificare videtur peſtilentiam, vt intelligi ex caeteris poſſit; cum dicitur: auertas morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem*. Idem: *viduertas cala-*

calamitas dicta, quod viduet bonis. Haec notio vnice convenit huic loco.

grandire] Vide Nonium in hoc vocabulo.

finas] Veram esse puto formam *firis*, quam Pol. liber offert. Mecum sentit Pontedera, et Popma ita edidit.

pecuaque] Festus ex Catone *pecuum* genitiuo casu annotauit; et comparauit cum *testu*, quam ipsam formam in Catone reliquam habemus. Supra c. 132. est *assaria pecuina.*

lustri faciendi] Ex graeco λύτρον factum *lustrum* docet Scaliger ad Priapeia Carm. 67. Graecum vocabulum λύματα sordes significat etiam, cuius notionis pars aliqua conclusa videtur vocabulo latino. Hinc lustrum exportare, et in fluuios dare dixit Auctor Queruli p. 32 et 37. Hinc lustra in quibus sues volutantur Varroni II. 4. 8.

3. *Mars pater — esto*] Haec quo consilio repetantur, ignoro; abesse malim, nisi forte pontificum libri ritum et formulam talem praescripserant.

matrem] Vulgatam *vetat Martem*, Turnebus XV. 14. corrigebat legendo *veta*, ceterum *Martem* tuebatur, quasi mali ominis causa non magis Mars quam vitulus agnusque nominari debeat; porcum contra nominari, quoniam in eo vocabulo insit vis porriciendi, quod verbum est sacrificiorum proprium. Cum Turnebo facere videtur Popma, qui tamen aliam etiam rationem commentus est aeque ineptam ad vulgatam lectionem tuendam. Recte contra Gesner monuit, Martem in ipso carmine saepius nominari, itaque lectionem vulgatam veram esse non posse. Idem corrigit *vetant partem* hac sententia. Ex suouetaurilibus non licet partem aliquam, vitulum vel porcum vel agnum singulatim nominare, nisi si forte aliquo horum litatum non fuerit. Deinde etiam *porcum* legi posse commode censebat. Pontedera lectionem Edd. primarum *matrem* probabat, interpretatus partem muliebrem, quae porca dicitur. Igitur ominis eius causa in sacrificiis porcum feminam nominari, non porcam. Sed cum porcus mas in suouetaurilibus adhibeatur, et ceterae hostiae viriles et lactentes sint, inepte Cato *matrem* nominauerit vel *porcum*. Denique *vetas* corrigit Pontedera, quod omnino probandum vel cum Gesnero *vetant* legere debemus. Nisi in *matrem* vocabulum antiquum latet, quo porcus significetur, malim *porcum* restituere in locum Martis, quem interim migrare hinc iussi.

litabit] Malim *litauit*; infra est: *si vno duobusue dubitauit.*

dubitauerit] Lectionem Pol. *dubitauit* praeferebat Pontedera; quocum ſentio, praeſertim ſi ſupra pro *litabit* legas *litauit*.

illoce] Sic cum Pontedera ſcripſi pro *illuc* et deinceps *hoce* pro *hoc*. Ceterum Geſner recte monuit, porcum exempli cauſa proponi, idemque fieri in agno et vitulo debere ſimiliter.

Cap. CXLII. *praecepit*] Ex lectione librorum *domino praeceps* Popma effecit *dominus praecepſit*, Pontedera *domino praecepſit*, interpretatus quae villicus in rem domini fore praeuiderit.

oportet, quomodoque] Vtraque Geſneriana poſt *oportet* punctum male poſuit.

curet faciatque] In primis Edd. legitur *cures faciaſque*, et deinceps *audiens ſis*. quam ſcripturam equidem praefero, ita, vt villicum ipſum Cato alloquatur, quod facit aperte capite ſequenti.

Cap. CXLIII. *neue domum*] Edd. primae *neue ad domum*. Vitium apertum ſuſtulerunt I. I. G. legentes: *neue adeas domum eat*.

circumuerſum] Hinc in Propertio III. 13. 40. *Dique Deaeque omnes, quibus eſt tutela per agros, praebebant verſis verba ſecunda focis* ſcripſit Scaliger pro *veſtris*.

Nonis, feſtus] Hi dies non ſolum ruſticis, ſed populo vniuerſo ſolennes et feſti fuiſſe videntur. Macrobius Saturn. I. 15. *vnde et omnes Idus Iouis ferias obſeruandas finxit antiquitas. — vt autem omnes Idus Ioui, ita omnes Kalendas Iunoni tributas.* Agnam albam grandiorem Ioui Idibus mactatam eſſe tradit Ouidius Faſt. I. 56. *ouis Idulis* dicebatur, et *ſacra Idulia*, teſte Feſto. Hinc Horatius Odar. IV. 11. Idus Apriles natali Maecenatis ſolenniores cerebrans: *ara — auet immolato ſpargier agno. — Idus tibi ſunt agendae, qui dies menſem findit Aprilem.* Scilicet Idus menſem diuidunt et in plenilunium incidunt ſemper. Porcam vel agnam Iunoni Calendis immolatam fuiſſe, monet Macrobius l. c. De nonis Varro L. L. V. p. 49. *Eodem die enim in vrbem ab agris ad regem conueniebat populus. Harum rerum veſtigia apparent in ſacris Nonalibus in arce, quod tunc ferias primas menſtruas, quae futurae ſint eo menſe Rex edicit populo.* Ceterum Aſconius ad Verrinam III. 149. annotat, ominis cauſa Romanas nominaſſe *Nonas Idus Calendas*, ſcilicet Calendas poſtremo loco, etſi ipſe Cicero primo nominauit; cui

cui exemplo hoc Catonis adde, et confer Turnebum XV. 14. Ceterum ad ferias Kalendarum Nonarum et Iduum pertinere puto definitiones legum ſumtuariarum, quas commemorant ſcriptores veteres. Licinia Kalendis Nonis Nundinis Romanis in dies ſingulos triginta duntaxat aſſes edundi cauſſa conſumere permittebat, teſte Macrobio II. 13. vbi nundinae pro Idibus nominari videntur. Cf. Conradi Parerga p. 313. Lex ſumtuaria Sullae Dictatoris auctore Gellio II. 24. cauebat, vt Kalendis Idibus Noniſque, diebus ludorum, et feriis quibuſdam ſolemnibus ſeſtertios tricenos in coenam inſumere ius poteſtaſque eſſet. Denique lex Iulia pro feſtis diebus ducentos finierat, Kalendis, Idibus, Nonis et aliis quibuſdam feſtiuis trecentos, referente eodem Gellio l. c. Pontedera in Antiqq. p. 292. Catonis h. l. ex more vetuſto et inde ſeruata regula Kalendas Nonas et Idus nominandi interpretatur, atque ibidem de antiqua menſis romani diuidendi ratione egregie docet.

in focum indat] Cum lares ornantur; coronam fuiſſe eam maiorem, monet Feſtus in *Donaticae coronae.* Lar ipſe in Prologo Aulul ariae verſu 23. *ea mihi cotidie aut ture aut vino aut aliqui ſemper ſupplicat: dat mihi coronas.* Suetonii locum ex Aug. 31. vbi ludos compitalitios reſtitutos ab Auguſto narrat: *Compitales Lares ornari bis anno inſtituit vernis floribus et aeſtiuis:* poſuit Meurſius ita, vt *Compitalitiis* legeret. Ceterum Edd. primae *indiat* habent; vbi *induit* antiquum latere videtur. Idem Plautus Aulul. II. 8. 14. *nunc tuſculum emi et haſce coronas floreas, haec imponentur in foco noſtro Lari.* In fragmento Inſcriptionis Fratrum Arualium facta ſub imperatore M. Aur. Antonino Elagabalo edito a Foggini ad Verrii Flacci Faſtos p. 127. eſt: *Sacerdotes cluſi ſuccincti libellis acceptis carmen deſcendentes tripodiauerunt* in canticum ex quinque verſibus compoſitum, ſingulis ter iteratis, quod explicit repetita quinquies voce *triumpe.* (pro triumphe.) Primus verſiculus hic eſt: *En os laſes iuuate* quem ita explicat Foggini *En nos Lares iuuate.* Apud Varronem L. L. V. p. 44. a Laſibus deriuantur Lares; ſed de loci lectione poteſt dubitari, nec hic locus diſputationem alienam patitur.

ſorba in ſapa] Vide ad cap. VII. 4. notam.

vuas in vinaccis] Vide ad cap. 171. 2.

nuces Praeneſtinas] Vide ſupra ad cap. 8. ſ. 2. Plinius XV. ſ. 24. ex h. l. *conditas ollis in terra ſeruari virides tradit.*

far subtile] Quid sit, docebitur ad Columellam VIII. 5. f. 23.

Cap. CXLIV. *stringito*] Legem antiquissam oliuantibus datam hanc appellat Plinius XV. cap. 3.

aut arbitratu] Propter praecedens *aequas* excidisse puto *boni viri arbitratu*, vel *aequi viri.* vt est in simili re cap. sequente. Cap. 146. est de eadem re: *si non reddet, aequum soluito.* Quare h. l. *aequas* vitiosum puto. Ex *aequom* ortum est *et quod*, deinde *eaeque.*

resoluito] Turnebus X. 18. vbique *rem soluito* legi voluit, vt est apud Plautum, qui tamen Epidic. III. 2. 16. resoluere etiam vsurpauit. Infra c. 148. pro resoluito Polit. Codex habet *rem soluito.*

strictores] Ita Victorius dedit; in Codicibus reperit *fictores.* Pontedera *fictores*, i. e. sectores reponit, qui ligna caedunt et ad cogendam oleam in torcularium ferunt. Ideoque postea poni putat: *de fundo ligna et oleam ne deportato.* Vulgatam *strictores* plane damnat, quod stringere vetat oleam Cato. Sed non omnes oliuas stringere vetat, sed iniussu domini stringere vetat; atque ipse in lege venditionis pendentis oleae cap. 146. oleae caducae, et strictiuae domino excipit modios aliquot.

S. S. N. II.] Multam feueriorem N. XL. ex capite sequenti huc transferri volebat Gesner; sed recte monet Rottboell p. 60. maius esse domini damnum ex olei furto quam baccarum oleae.

modio oleario] Hunc fere duplo maiorem frumentario fuisse, multis rationibus satis subtiliter colligere conatus est Bernard Mémoire sur l'Olivier p. 336. consisus loco Plinii XV. c. 3. *itaque vulgo non amplius senas libras singulis modiis exprimi dicunt.* Alias rationes addidi supra ad cap. 10. sect. 2.

extra quam si] Antiquam formulam legum expressit, vt exemplo allato monuit Vrsinus. Ceterum cauere videtur, ne alii olea legenda (non facienda; de factura enim caput sequens tradit) sublocetur, non carius, esset enim stultus, qui hoc faceret, sed minori pretio, nisi si quem statim socium ediderit oleae legendae. In *carius* igitur vitium est. Forte fuit *aliis*, Gesner hic nihil intelligere se professus est ingenue!

ea fecerit] Deinceps exciderunt quaedam et noua oratio incipit *Si dominus* etc.

qui non ita] Omittit *ita* Codex Gronouii.

Acessio.

Accessiones] Vt Plinius gemmarum accessionem aurum, et seruum gibberem candelabri Corinthii accessionem in auctione dixit; sic canes gregibus accedunt apud Varronem II. 9. 6. et in iure accessiones vocantur, quaecunque emtioni accedunt, et praeter pretium ab emtore erogantur, docente Gesnero in Thes. L. L. Ita h. l. sunt accessiones, quae praeter mercedem praebentur operariis. Ita *accedit* capite sequenti dicitur. Monuit haec ad h. l. etiam Turnebus X. 18.

quod oleae salsae] Ex vestigiis Edd. veterum legi mallem: *quo oleae salem non acceperint, dum oleam legent.* aut potius *quam oleae*, i. e. si oleam salsam accipere non potuerint forte, quoniam oleae nondum salsae fuerunt, tum pro olea salsa accedent in modios singulos et reliqua, quae extricare nemo facile poterit.

Cap. CXLV. *trapeti*] i. e. *trapete* exprimito oleam. Sed malim *trapetis.* Capite enim sequente *trapetos* nominat.

si sumserit] Pontedera emendat *sumseris.*

quae eius pars erit] Ex simili loco cap. 144. s. 2. lego: *quod is fecerit, omne* etc.

neque habeto] Malim *ne quem habeto.* Atque ita Brusch. Aldin. Gryph. prior atque aliae ante Victor. Igitur restitui veram lectionem.

vasarium] quia plus erat laboris in oleo viridi faciendo, praemii loco vasarium adiicit, victoriatos duos. Apud Ciceronem Pisonian. 35. vasarium est pecunia in vasa et supellectilem tributa magistratibus. Victoriatum numum lege demum Clodia percussum fuisse Romae, antea ex Illyrico aduectum mercis loco fuisse, refert Plinius 33. s. 13. Iam supra Cato 15. 1. victoriatum nominauerat.

Cap. CXLVI. *lege*] Formulam contractus dicimus.

centesima accedet] Centesimam coactores velut accessionem summae debitae sibi erogare solebant. Cicero pro Rabirio P. 11. *non intelligo hoc; quale sit, vtrum accessionem decumae*, vt nostri *facere coactores solent*, *centesimae*, *an decessionem de summa fecerit.* Hinc in lege seu formula venditionis oleae pendentis recipit dominus, vt emtor soluat praeter pretium coactori centesimam, praeconi praeconium, praeterea domino oleae caducae modios L. strictiuae X, ex caduca olei romanici, cuius vulgo vsus Romae erat, pondo 8 D. ex strictiua olei viridis pondo CC. Praeterea modio

 oleario

ofeario X pondo vnguinis, ne olea in menfura adhaerefcat. Ita poft Turnebum X. 18. h. l. interpretatur Popma. Contra Gefner praeconium interpretatur fummam pretii vel indicati a domino vel promiffi a redemtore, praeconis voce euulgatam. Inepte! Pretium enim hoc ineft verbis: *amplius quam quanti emerit.* Morem coactorum romanorum aliis exemplis explicauit Ernefti ad locum Ciceronis laudatum.

vnguinis] Ad modios, ne olea adhaerefcat, refert Popma; ad vafa torcularia, ne atterantur, Pontedera, qui malebat: *vnguinis pondo X dato.*

iri primae] Victorius ipfe quod ex libris fuis pofuit vitiofum cenfuit. De iride danda ad vnguentum olei cum Turnebo cogitare non licet. Alii *dato iri* interpretantur *datum iri*, quidam *iri primae* explicant per *primae depletioni*, ab *hir*, vola manus. Popma notam effe putat verborum *in rem illam*, fic perfcriptam I. R. B. Quam rationem propter fequentia recte reiecit Pontedera. Hic vero praeclare vidit, requiri mentionem acceffionis alicuius pro ponderibus et modiis domini dandae. Itaque excidiffe quaedam cenfet, et ex fcripturae veftigiis fupra memoratae ita fere h. l. legit: *i. r. i. preffurae priuae primae cotulas duas.* quae fic interpretatur in reliqua inftrumenta, feu pro trapetis et cetero inftrumento dato cotulas duas in fingulas preffuras primas. Rottboell p. 61. ex capite 107. malebat *iris aridae.*

Nov. menfium X.] In emtionibus, cum folutio non ftatim numerato fit, dies folutioni ftatui folebat annua. Cicero Epift. ad Diuerf. VII. 23. cum ftatuas emi fibi quafdam vellet, ab Auiano oblatas conditiones ita refert: *nomina fe facturum, qua ego vellem die — eftne aut tui pudoris aut noftri primum rogare de die: deinde plus annua poftulare.* Annua igitur dies folutionis in eiufmodi emtionibus folennis erat. Manutius ad h. l. de die bima et trima egit. Annus antiquus erat decem menfium, dies igitur annua erat decem menfium. In emtionibus hanc antiquam diem feruari folitam fuiffe, etiamfi nouus effet duodecim menfium, ex h. l. difcimus; fed tum nominatim fere femper decem menfes ponebantur, vt h. l. dies annua decem menfium folutioni praeftituitur, et quidem Calendis Nouembribus; Idus tamen Nouembres deinceps more folito concedit emtori. Aliquando tamen decem menfes non nominantur, etfi dies annua decem menfium intelligitur; tum vero Nouembres Calendae Idusue nominantur. Ita Cicero ad Atticum X. 5. *fe emiffe — diem pecuniae Idibus Nouembribus effe.* Ita Cato cap. 150.

in

in lege vendendi fructus ouium: *menſe decimo a coactore deleget* ſc. pecuniam. Horum partem obſcuriuſcule ad h. l. annotauit Popma.

oleae legendae — locarit] Haec alieno loco intruſa et vitioſa eſſe puto; certe non intelligo. Forte ſimile eſt, quod cap. 145. legitur: *ſi operarii conducti erunt, aut facienda locata erit, pro eo reſoluito, aut deducetur.*

Idibus ſoluito] Qui Calendis non poterant, Idibus demum ſoluebant, niſi in iudicium ambulare malebant. Laudauit de hoc more romano Schoettgen Reineſii Epiſt. ad Rupert. p. 86. Noriſii Cenotaph. Piſon. Diſſert. I. p. 37. et Interpp. Ciceronis Catilin. 1. . Sed haec talia vel pueris ex Horatio nota eſſe debent.

pigneri] Hoc et *pignoro* dixiſſe veteres, ex Priſciano monet Popma.

ſi non reddet] Pontedera malebat *reddat.*

Emtor domino debeto] Haec vſque ad extremum nemo explicauit, nec equidem poſſum intelligere.

Cap. CXLVII. *vinum pendens*] Recte Victorius comparauit vindemiam pendentem ex Pandectarum L. 19. de Act. emti et venditi.

illutos] Ex vinaceis lauatis fit lora, ex faecibus vinum faecatum. Cato cap. 153.

Kal. Octobres primas] Scaliger de Emend. temporum II. p. 186. ex h. l. ſic argumentatur: *En vindemiam pendentem Kal. Octobris tempore Catonis, quae antiquitus Veneralibus pendebat et Vulcanalibus calcabatur. Item lex vino in doliis apud eundem Catonem. Vinum accipito ante Kal. Ianuar. primas. Ex his cognoſcimus, Octobrem romanum in Septembrem Iulianum et Ianuarium in Decembrem conueniſſe.* Minime omnium hoc ſequitur; nec vinum pendens hoc loco memoratur vſque ad K. Octobres, ſed eo vſque locus, vinis ex vua pendente et vendita expreſſis conceditur in cella domini. Contra Pontedera in Antiqq. p. 342. h. l. ita interpretatur, vt ante futurum autumnum, qui VIII. Cal. Nouembres continget, vacua cella et dolia domino relinquantur. Docet ſcilicet operoſe vir egregius, annum romanum iam Catonis aetate a bruma et Calendis Martiis incepiſſe. Ceterum *primas* adiici Geſner putabat, ne quis emtor vltimos menſis praecedentis dies et ipſos Kalendas eſſe calumnietur. Sed idem in Theſ. L. L. ſub voce *Calendae* rectius h. l. *primas* interpretatur proximas, proximi anni. Comparat locum Vlpiani L. 41. ff. de Verb. Oblig. *Eum, qui Kalen-*

Kalendis Ianuariis ſtipulatur, ſi adiiciat primis vel proximis, nullam habere dubitationem palam eſt. Sed et ſi dicat ſecundis vel tertiis vel quibus aliis, aeque dirimit quaeſtionem. Si autem non addat, quibus Ianuariis, — dicendum eſt, primas Kalendas Ianuarias ſpectari. Sunt ibi alia Iuriſconſultorum loca poſita; ſed rem conficit locus Martialis I. Epigr. 100. *Et tam lautus eras, Calene, vt omnes optarent tibi centies amici. Audit vota deus — atque intra, puto ſeptimas Calendas mortes hoc tibi quatuor dederunt.* vbi ſeptem menſes dicere voluit poeta. Lex viaria antiqua apud Conradi Parergon p. 374. *ne quis in ieis vicis poſt K. Ianuar. primas ploſtrum interdiu poſt ſolem ortum — ducito, agito.* Igitur primae Calendae Octobres ſunt eiuſdem anni. Ita in Inſcript. Fratr. Arualium in Monum. Veteris Antii p. 290. *Petronium Priſcum ex Saturnalibus primis in Saturnalia ſecunda magiſtrum fecerunt et Fl. Sulpicianum flaminem.* Eandem huius loci interpretationem cum Geſnero poſuerat Ponted. in Curis ſecundis.

Cap. CXLVIII. *ſingulae vrnae*] Vrna menſurae adiicitur, quo facilius ratio conſtet emtori denuo metienti.

muceat] Vappidum vinum dicitur muceſcere. Proprium enim vino inter liquores muceſcere aut in acetum verti, auctore Plinio XIV. ſ. 26. vbi male Vincentius cum libris ſcriptis habet mulceſcere.

deguſtato] Vlpianus L. I. π. de peric. et comm. rei vend. 18. 6. *eatenus periculum ſuſtinere debet venditor, quoad deguſtetur vinum, videlicet quaſi tunc pleniſſime veneat, cum fuerit deguſtatum.* Locum annotauerat Geſner.

procedent] vt vinum pro deguſtato haberi nequeat. Ita etiam hanc ſpeciem definit Vlpianus I. 4. l. c. monente Geſnero.

Kal. Ianuar.] i. e. ante hiemem, quod non expedit domino vel in brumam differre vel in ver. Hiemis initium tum incidebat in XV. Cal. Febr. Sic Pontedera Antiqq. p. 342.

admetietur] Vlpianus l. c. *Sed et cuſtodiam ad diem menſurae venditor praeſtare debet; priuſquam enim admetiatur vinum, prope quaſi nondum venit. Poſt menſuram factam venditoris deſinit eſſe periculum.* Abr. Gronov. malebat *admenſus non erit.*

dominus reſoluito] Pithoeus Aduerſ. ſubſec. II. 4. et Pontedera malunt *domino.* Geſner *admorſum non erit, dominus reſoluito.* Sed illa emendatio verior eſt.

Locus

Locus vinis] Haec male ex capite 147. repetita eſſe, cenſet Pontedera; poſſunt tamen etiam locum habere in venditione vini in doliis, de qua Vlpianus l. c. l. 4. §. 4. *certe antequam ad vindemiam dolia fuerint neceſſaria, debet auehi vinum. — Licet autem venditori vel effundere vinum, ſi diem ad metiendum praeſtituit, nec intra diem admenſum eſt.* Morem Cypri diuerſum vini in doliis vendendi memorat Mariti Itinerarii prioris p. 149. verſ. germanicae.

Cap. CXLIX. *Qua vendas fini*] Recte Turnebus emendauit vulgatum *finis*, male tamen interpretatus, quouſque, ad quod vſque tempus. Recte Popma fines prati finiri debere monet. Geſner cum Popma vulgatam *finis* defendit, *fines* interpretatus prati. Pontedera Turnebum ſequitur, et comparat ex cap. 154. *qua fini culeum capiet.*

frui occipito] Polit. liber *fieri.* quod defendere auſus eſt Pontedera. Male liber Wrat. de foeno mentionem iniicit. Pecus enim hic in prato paſcitur per hiemem. Ceterum a ſolſtitio in ver pabulum vendi, monet Pontedera Antiqq. p. 342. Ante ſolſtitium enim prata ſecantur deinde ſubmittuntur in pabulum.

pirus] Piro florente prata ſicca defendi a paſtione iubet Varro I. 37. 5. Ab idibus Februariis inter brumam et aduentum Fauonii Columella XI. 2. ſ. 7. irrigua a Calendis Martiis vſque in X. Kal. Apriles, frigidis locis etiam a Quinquatribus Idem ibid. ſect. 27. Igitur maturius prata ſicca defenduntur a pecore et ſubmittuntur, quam irrigua. Contra pirum florentem veris argumentum interpretatur Pontedera, Kalendas Martias non ad ver refert, (iis enim ſi contingeret ver Catonis, ſuperuacaneam fuiſſe ait exceptionem) ſed ad brumam, a qua Catonis aetate annum romanum incepiſſe ſtatuit. Itaque contra diſciplinam Columellae dicendus eſt Cato pabulum ceterum, id eſt, pratum irriguum maturius defendere a pecore. Nam Calendae Martiae Iulii anni fere viginti diebus poſt veris initium ſunt; contra eaedem anni eius, quem Catonis aeuo aſſignauit Pontedera, incidunt in ipſam brumam, et veris initium, quod ibi incidit in VIII. Cal. Maii, fere menſibus duobus integris antecedunt. Quam difficultatem miror fugiſſe virum egregium, qui praecepti Catoniani de Calendis Martiis ſeu citius ſubmittendis pratis irriguis hanc ſtatuit eſſe rationem. A Calendis Martiis, id eſt, a bruma, multa in vallibus ſilvis collibuſque virere incipiunt; propterea ſic pabulum in iis locis venit, vt poſt brumam emtor decedat. Pirum florentem

rentem ſignare ver, patet ex altero Catonis loco cap. 50. vbi prata ſicca primo vere, vbi fauonius flare coeperit, ſtercorari et defendi iubet. Pirum etiam per ver inſeri ait c. 41. Conſtat autem, pirum florentem non inſeri, ſed ante florem germina et ſurculos inſeri. Igitur nihil aliud relinquitur, niſi vt ſtatuamus Martias Calendas alio pertinere, quam putabat Pontedera, aut prata irrigua maturius a Catone contra morem Columellae defendi.

inferque] Pontedera voluiſſe videtur legi *inferne.* Popma comparauit *Citer* et *Exter.*

permittet] Pontedera malebat: *permutet*, i. e. cum vicinus pecudes alio egerit. Vulgatam tamen ſi ſerues, explicari vult eo ſenſu, quo *promittet* habet liber Polit. i. e. longius procedere cum pecore patietur. Sed has meras argutias eſſe puto.

certam facito] Vt certiorem facere quem de aliqua re dicitur, ita Cato diem alicui certam facere.

Kalend. Martiis] Columella II. 11. 9. *Quod ſi etiam ſemen voles ex ea percipere, a Calend. Martiis pecora depellenda.* Ita ille de farragine.

recipitur] Dominus in lege, ſeu formula pabuli hiberni vendendi excipit ſibi, vt in eodem paſcuo cum emtore binos boues domitos et cantherium vnum paſcat. Seneca Epiſt. 87. *M. Cato cenſorius canterio vehebatur et hippoperis quidem impoſitis vt ſecum vtilia portaret. — O quantum erat ſeculi decus imperatorem triumphalem, cenſorium et Catonem vno caballo eſſe contentum et ne toto quidem. Partem enim ſarcinae ab vtroque latere dependentes occupabant.* Cantherios equis, multoque mulis viliores fuiſſe iam Plauti hoc eſt Catonis aeuo, conſtat, Cantherio igitur vehi viro honeſto non ſatis honeſtum putabatur, quod ex loco Ciceronis ad Diuer. IX. Epiſt. 22. arguere licet. At Catonis aeuo Tyndaridas cantheriis albis vectos habet Cicero N. D. III. 5.

domini vſioni] Gronov ad Senecae Conſol. ad Marc. c. 11. legi voluit *domino vſio.* probante Geſnero. Scilicet *vſio* lignis, aſparagis etc. dicitur, vt verbum vti lignis aſparagi ſunt ſilueſtres, vt olera etiam ſilueſtria, quae quomodo ex paſcuo recipi potuerint domino, equidem ignoro.

pecuniam ſatiſfecerit] Mallem: *ſatiſfecerit, aut pecuniam delegarit.* Capite tamen ſequenti eſt: *menſe decimo a coactore deleget.*

Cap.

Cap. CL. *lacte feriis*] Feriis ad rem diuinam exigi putat Turnebus VII. 5. De formula pecoris partiarii pascendi vide supra ad cap. 136. notam.

hisce legibus] Haec verba aliena et spuria censeo esse.

in fructum] sc. accedit; nisi verbum hoc excidit.

et Kal. Iun.] Gesnerus malebat *Ex Calendis Iuniis.* Deinceps olim in Edd. quibusdam male distincta haec ita legebantur: *interkalatum erit K. Maiis:* quam distinctionem etiam ex ratione romana interkalandi correxit Eryc. Puteanus ad Liuium 43. 11. T. V. p. 714. ed. Drakenb. Nam post Terminalia ante Regifugium ante Kalendas Martias intercalabatur. Pontedera in Antiqq. p. 320. comparato loco Catonis, quem eundem cum nostro esse censet, apud Celsum de Verborum significatione: *Cato putat mensem intercalarem addititium esse, omnesque eius dies pro momento temporis obseruat, extremoque diei mensis Febrarii adtribuit Q. Mutius.* docet mensi Februario tum intercalationem attributam mensem intercalarem ipsum dierum XXIV, annumque ipsum addito Regifugio fuisse dierum 351.

Agnos XXX.] Recte monet Gesner, numerum ouium matricum definiri antea debuisse. Scilicet non meminerat vir doctus, quod monuit Cel. Rottboell p. 62. Catonem ipsum supra X. 1. in iugerum 240. oliuetum oues centum cum opilione vno attribuisse; opilionem vnum nominat etiam cap. 56. et Varro II. 20. opilioni vni oues centum tribuit. Hunc igitur centenarium ouium numerum fundum esse huius capitis, recte monuit Rottboell.

in fructum] cedat recte intelligit Rottboell; qui agnus antea decesserit, domino moritur.

promittat] sc. dominus, recte monente Rottboellio.

cedent] procedent dixit Varro II. 2. 5.

dic lanam] i. e. tempore certo et idoneo. Sed cur emtori hoc praecipitur in lege venditionis? Solutionis diem praestitutam videtur intelligere Gronov. ad Senecam p. 425. quae tamen ratio locum hic non habet, nisi quaedam exciderint. An dies annua solutionis intelligitur? An die vendat dicitur vt promittere in diem? cui opponitur statim ap. Ciceronem Petit. c. 12? *Dic* malebat Cel. Rottboell.

menses X. — releget] *mense X.* legi voluit Popma, qui relegere interpretatur ex loco Horatiano: *Omnem relegit Idibus pecuniam*, i. e. coegit. Sed rectius I. Fr. Gronov. Obferv. I. 20. legit: *mense decimo ab coactore deleget*, sc. pecuniam, i. e. per coactorem deleget. Supra cap. 149. *doni*

cum

cum pecuniam ſatiſſecerit aut delegarit. Ita ſoluere de trapezita dicitur. De annua die ſolutionis, et quidem decem menſium vide ad cap. 146. ſ. 2. Gronouii correctionem improbat Rottboell p. 65. ſed rectius idem veterem lectionem *releget porcos*, mutat in *releget* (ſeu potius *deleget*) *pecuniam;* et porcos in alienum locum irrupiſſe monet. Ex *pc̄.* nota ineptus librarius feciſſe videtur porcos.

Porcos ſerarios] Qui ſero paſcantur, interpretatur cum Turnebo Pontedera; eoſque cum ouibus et vaccis in montes abigi putat a paſtoribus, vt ſero et herba alant, donec eos vendant. Contra monuit, ſerum lactis ouilli nimis eſſe ſolere paucum, quam vt in oues denas porcus attribui poſſit ſero alendus; etſi herba praeterea alendum vult Pontedera. Sed ineptiſſima mihi hoc loco videtur eſſe mentio porcorum, cum ouibus in paſcua ſimul prodigendorum. Fodiendo enim porci cito paſcuum ouibus omne inutile facient. Igitur ex vetere lectione *ſectarios* malim efficere *oues ſectarias*, qui longe commodius cum matricibus paſcentur. Feſtus: *ſectarius veruex qui gregem agnorum praecedens ducit.* quam gloſſam ex Plauti Captiuis ductam patet, cui tamen ipſi ferarium veruecem reſtitui voluit Pontedera. Ipſa loquendi forma Catoniana vulgatam lectionem coarguit. Quid enim opus erat porcos ſero paſcendos denis ouibus ſingulos, non vniuerſo gregi attribuere? Itaque probo nunc vnice egregiam medelam, quam loco deſperato reperit medicus Haunienſis, Rottboell, qui *arietes* ſubſtituit, quos ſingulos denis ouibus attribuit etiam Varro II. 3. 15. et II. 10. 13.

menſes paſtorem] duos reliquos menſes, qui de anno decem menſium reſtant, interpretatur Geſner, neſcio quam recte! Ingenioſe Rottboell coniiciet per duos menſes conductorem praebere paſtorem, qui arietes ex more romano (vide Varronem II. 2. 13.) tempore bimeſtri ante admiſſuram ſecretos largius paſcat. Sed nimis violenta eſt vocabuli *ſectarios* mutatio in arietes? Quid ſi igitur vel arietes addas ſeruato *ſectarios?* niſi enim fallit Feſtus, Plautus Captiuor. IV. 2. 40. ſectarium veruecem dixit, qui gregem agnorum praecedens ducit. Eadem igitur ratione potuerit Cato arietes ſectarios dicere, qui oues ſectantur denas ſinguli.

Cap. CLI. *cupreſſi*] Quaedam huius capitis diuulſa hinc leguntur ſupra c. 48. Plinius 16. ſ. 60. *cupreſſus aduena et difficillime naſcentium fuit, vt de qua verboſius ſaepiusque quam*

quam de omnibus aliis prodiderit Cato. — Duo earum genera. Meta in fastigium conuoluta, quae et femina appellatur; mas spargit extra se ramos deputaturque. — Huic patria insula Creta, cum Cato Tarentinam eam appellet, credo quod primum eo venerit. Feminam quam dixit est cupressus semperuirens Linnaei, mas vero horizontalis Linn. Quod Theophrastus refert ex opinione quorundam, marem cupressum transire interdum in foeminam, intelligendum videtur de varietate cupressi semperuirentis, quae ramos tam surrectos non habet, quam vulgaris. Quae ad plantationem cupressi pertinent vide ad cap. 28.

Percennius] Posterior aetas Pescennium dixit.

per ver legi] Plinius 17. f. 14. *e cupresso femina (mas enim vt diximus, non gignit) pilulae collectae, quibus docui mensibus* (mense Ianuario et Februario sect. 11.) *siccantur sole, ruptaeque emittunt semen formicis mire expetitum — seritur mense Aprili, area aequata cylindris aut volgiolis; densum, terraque cribris supercernitur pollicis crassitudine. Contra immane pondus attollere se non valet, torqueturque sub terra. Ob hoc pauitur vestigiis. Leniter rigatur a solis occasu in trinis diebus, vt aequaliter bibat, donec erumpant. Differuntur post annum dodrantali filo, custodita temperie, vt viridi coelo serantur, ac sine aura. mirumque dictu, periculum eo tantum die est, si rorauerit quantulumcunque imbrem, aut si afflauerit. De reliquo tutae sunt perpetua securitate aquasque odere.* vbi ante Harduinum legebatur: *retorqueturque sub terra. Ob hoc parcitur.* Deinde Pintianus ex Tolet. Codice et Chifflet. malebat *superincernitur.* Ex lectione *contra mas p. attollere* corrigebat: *mas c. p. attollere se n. valet.* Denique *stilo* de radice vnica et recte, vt Columella de nuce dixit III. 22. *filum* enim de tenui velut asparagi radice seu fibra rectius dici, velut a Columella: *tenui corruda simillima filo.* Harduinus *filum dodrantale* interpretatur vel caulem vel interuallam. Idem Plinius 17. f. 39. *cupressus et aquam aspernatur et fimum et circumfossuram* amputationemque, et *omnia remedia odit: quin etiam necatur riguis.* Eadem Theophrastus H. P. II. 8. de nouella tradit, si nimis rigetur, perire. Idem H. P. II. 2. caeduam Cretensis cupressi meminit, quae ex caesura quocunque modo regerminat, rarius ex radice. Geoponica XI. 5. semen docent colligi post Calendas Septembres, seri a nona Calendarum Nouembrium vsque ad hiemem in areolis (πρασιάς) vna seri hordeum parum, saepe eodem anno ad hominis altitu-

dinem excrefcere plantam, vtique ad hordei vna fati, gaudere locis humidis et opacis; marem fterilem effe. De tempore ferendi etfi diffentire videtur Plinius, meminiffe tamen oportet, quod ipfe 16. c. 27. annotauit: *trifera eft cupreffus; namque baccae eius colliguntur menfe Ianuario et Maio et Septembri: ternafque earum gerit magnitudines.* De dodrantali ftilo vel filo dubitatio mihi aliqua fupereft Plinii. Caulem interpretari poffis cum Harduino ex Columella IV. 33. 3. *fimulatque femina ftilauerint etiam bima tranfferri poffunt.* fed etiam ille locus dubius eft, et ad radicem fimplicem nucum generi et pinis propriam pertinere poteft. De radice fimplice cupreffi non poffumus interpretari, quia cupreffus per fumma cefpitum *repentes habet*, auctore Theophrafto H. P. I. 9. et Plinio 18 f. 56. velut etiam olea, malus et punica. Rationem terrae fuper femine cylindris denfandae pauiendaeque nefcio an veram pofuerit Plinius, cum ait ita retorqueri fub terra vel torqueri plantam. Num voluit intelligi radices ita deorfum cogi conuertere fe, nec furfum emergere? An potius ita cauetur herbarum fuccrefcentium noxa? Iudicent peritiores!

in fole] Bodaeus ex vetere Codice laudat et probat *in folem id purgato* ad Theophr. p. 371. fed videtur exfcripfiffe notam Meurfii ad h. l. qui fimiliter veterem Codicem crepat, vbi lectionem *in folem* memorat, et probat auctorem adhibens Gellium I. 7.

maturum] Hanc Edd. I. I- G. lectionem praetuli vulgatae *materiem*, monente etiam Pontedera. Nam de materia vel legenda vel caedenda nunc non erat loquendi tempus.

tenerrima] Vide ad cap. 45. notam.

terram altam fuccernito] Haec verba Meurfius deleri volebat vt fuperuacanea, quoniam et Gellius III. 14. omifit, cuius locum pofui fupra ad c. 48. Meurfii notam fublegit Bodaeus ad Theophr. Equidem *altam* retinendum puto, reliqua abiicienda; etfi multa eo modo repetuntur a Catone, quae nemo hodie fpuria cenfet.

tenerrimis] Victorius addidit *herbis*, quod vocabulum omittunt Edd. primae, et deleri voluit cum Meurfio Bodaeus.

nafcere] Meurfius ex vetere Codice laudat *nafci*, profertque coniecturam *germinafcere.* Haec item repetiit Bodaeus ad Theophr. l. c.

Cap.

Cap. CLII. *virgeis*] Notas ſequentes cum Probo interpretatur Geſner: *quemadmodum Manlii monſtrauerunt.* De ſcopis his vide ſupra ad cap. 26. vnde patebat, *latera* forte in *labra* mutanda eſſe. Sed Bruſchianae lemma initium capitis ad vinum emptoribus admetiendum refert; et in Codice Gronouii verba *Q. A. M. Manlii monſtrauerunt* antecedenti capiti iunguntur.

aliquoties] Pontedera librorum *aliquotiens* praefert. Geoponica III. 5. Maio dolia in quae vina tranſfundantur, iubent ſparto confricare et purgare: *οὔτε γὰρ τρὺξ πολλὴ ἔσται, οὔτε γινομένη ξηρανθήσεται, ὃ μάλιστα τοὺς ὄγκους βλάπτει.* Haec vini ſiccata faex, doliis adhaerens intrinſecus, tartarus dicitur Creſcentio etiam, et Myrepſo I. 76. Vide Cangii Gloſſarium h. v. Sed de illa non loquitur Cato.

Cap. CLIII. *faecatum*] Plinius 14. ſ. 12. *tertium eſt faecibus vini expreſſum, quod faecatum Cato appellat.*

Campanicas] Vide cap. 135. 2. ſportas faecarias habet cap. XI. 4.

illae rei] Vt antiquum multis exemplis apud Chariſium poſitis defendit Meurſius.

fecis] ſoliusne? Columella XII. 40. loram parat vinaceis fecem ex lacu et ſpumam ſapae vel defruti addens.

Cap. CLIV. *poſſitur*] Loca Nonii in *poſſetur*, poteratur et poteſtur laudauit Victorius, vt doceret, veteres ita locutos fuiſſe. In Edd. antiquis erat antea *poſſit. Ad imum.* At ſtatim ſequitur: *poſſit.* et *ad ſummum.* vbi pariter corrigendum erat *poſſitur. ad ſummum.* Nam non credibile eſt, Catonem in eodem loco diuerſam poſuiſſe formam.

ad ſummum] Duabus partibus oppoſitis, vt appareret, an aequata ad libellam ſuperficies eſſet, ſituſque horizonti parallelus. Haec foramina itaque notabant exacte modum cullei. Haec Geſner. Scilicet vinum effluet, cum erit culleum, et altercatio tolletur, quae ſaepe oritur, dum alter ad ſignum conuenire vinum affirmat, alter negat. Hactenus Geſnero aſſentitur Pontedera. Scilicet labrum culleare in ſuggeſtu inter dolia ponitur, vbi non eſt periculum, ne vinum effluens pereat. Palladio enim auctore I. 18. cellae vinariae baſilica, ſeu porticus vel ambitus calcatorium loco altiore habebat conſtructum, ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depreſſi erant, gradibus tribus fere aut quatuor adſcenderetur. Ex his lacubus cana-

les

les ſtructi vel tubi fictiles circa extremos parietes (et ipſam adeo baſilicam, vt puto) currebant, et ſubiectis lateri ſuo doliis per vicinos meatus manantia vina defundebant in lacus, ne periret. In ſuggeſtu vel calcatorio eiuſque podiis cupae ſeu vaſa maiora collocantur a Palladio, credo etiam a Catone. Podia ipſa teſtacea pauimento ſolidata, ſi quid vini effluit, in ſubiectos canales effundunt, hique ad lacus deferunt; aut vinum effluit in pauimentum decliue atque hinc in lacum decurrit, vt apud Varronem I. 13. ſ. 6.

ſuggeſtu] Quem in cella vinaria memorat Palladius I. 18. calcatorium et baſilicam vocans, item podia breuia, ad calcatorii ſimilitudinem teſtaceo pauimento ſolidata. Similem ſuggeſtum in alueari, vbi alui collocantur apud Columellam IX. 7. Palladius I. 38. podia vocat.

de eo vinum] Geſner ita interpretatur. In ſuggeſtu ponitur labrum, vti in culleum ſubiectum emtoris de eo labro fiſtulae ope vinum ſalire poſſit. Id culleum ſeu vas culeare impleto, poſtea obturato labrum inſtar infudibili pertuſum ope eiuſdem fiſtulae, vt denuo vinum infundi poſſit. At ita non docetur, quomodo culleare labrum ad vſque foramina ſumma ſit implendum de dolio; quod tamen fuit Catonis conſilium. Igitur ponitur labrum culleare inter dolia, ita quidem, vt de dolio ſalire poſſit vinum in culleum (non emtoris, vti Geſnero placet; nam antea docendum erat, quomodo menſura cullearis ſit implenda, ſed labrum culleare; impleto obturatur non fiſtula, ſed foramina ſumma labri, qua pertuſum eſt; denique cum anſis quatuor tranſfertur et per fiſtulam apertam in dolia emtoris vinum tranſfunditur. Igitur cum Pontedera *de dolio* ſcribendum erat; quod feci. Labrum niſi plenum tranſferendum eſſet, non opus habebat quatuor anſis. Ceterum de dolio vinum per ſiphonem euocari in labrum, ſtatuit Pontedera, ne faex cum vino commota tranſeat, ſi dolium inclinatur. At non ſatis intelligo, quod ponit vir egregius. Alterum incommodum declinat, imo labro perforato, quo vinum de dolio aſcendere in labrum vult: At ita labrum ipſi dolio imponendum fuiſſet. Equidem putabam, labrum imum pertundi, vt per fiſtulam inditam deinde vinum in dolium emtoris effluere poſſit. Inuerti vero vaſa et dolia ſolita, cum vinum eſſet effundendum, teſtatur *verſus cadus* Horatii Odar. III. 29. et apud Plautum Milit. III. 2. 36. *capite ſiſtebas cadum.* Ibidem eſt *cadi caſare*, i. e. inclinari, cadenti ſimilem.

Cap.

Cap. CLV. *inciles puras*] Praeferebat Dickſon *plures*; ſed commode etiam *puras* tueri poſſumus. Rectius idem contra Geſnerum docet vulgatam, a Victorio inductam lectionem *cum puluis eſt*, ineptam eſſe rei, et alteram *cum pluuia eſt* ſc. autumnitas, praeferendam eſſe. Obtemperaui igitur viro docto et ſententiae. Foſſae *inciles* dicuntur ab incidendo. Cum Dickſono ſentit etiam Rottboell p. 67.

vti fluat] Scilicet aqua. Sed rectius haec duo verba ponentur poſt *deducere in vias.* Deinceps perget Cato: *et ſegetem curare oportet; in ſegete aut in foſſis ſicubi aqua conſtat — remouerique oportet.* quae ſcilicet verba ad finem alienum in locum reiecta hodie leguntur. Laetus nunc demum video mecum ſentire Rottboellium p. 68.

ſicubi perpluat et] Ordo erit melior verborum hic: *et ſicubi perpluat, ſignare carbone.* Apud Plautum eſt Moſtell. I. 2. 30. *perpluunt ligna.* quem locum annotauit Schoettgen. Feſtus: *pateram perplouere cum dicerent, ſignificabant pertuſam eſſe.* In Querulo Anonymi, quae ſub Plauti nomine falſo edita exſtat, p. 32. edit. Commelin. eſt: *tecta ſi percolent*, eadem ſententia.

Per ſegetem in frumentis] Geſnerus *per ſegetem* interpretatur tempus pluuium, et frumenta condita intelligi cenſet. Vtrumque ineptiſſime. Aperte verba haec vitioſa, aut ab aliena manu intruſa ſunt. Rottboell p. 68. coniicit *tegetem*, aut vulgatam interpretandam eſſe cenſet ita: *ne per* agrum in aream proximam, vbi tritura excuteretur ſeges, defluerent aquae. Neutram viri docti opinionem laudare poſſum.

Cap. CLVI. *(De braſſica quod concoquit)*] Haec verba recte cum Pontedera damnat Geſner. Pontedera huic et ſequenti capiti praeponi malebat ex Edd. vetuſtis quibuſdam verba: *Medicamenta braſſicae.* In Curis ſecundis malebat haec praeponi: *Braſſica quot medicamenta in ſe habeat.*

multum bibere] Hinc Aegyptii et Sybaritae initio conuiuii braſſicam coctam comedebant, et in compoſitiones amethyſtos ſemen braſſicae addebant Graeci. Vide Athenaeum I. p. 34.

aliqua V.] Ita hic et apud Varronem I. 2. 28. ſcriptum in libris reperit Victorius, non *aliqua.* Vrſinus locum Catonis apud Nonium affert hunc: *faciendum, vt quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire iubeas, eamque vti occupent, imperes.* Ex Apuleii Mileſ. 2. *introductis quibuſ-*

 dam

dam septem testibus addidit Meursius. Tamen Cel. Rottboell p. 69. mauult legere *aliqua brassicae folia.*

biberisque] Monente Pontedera etiam inclusi, quia abest a libro Polit.

superiorem] Vide mihi insignem temeritatem ex ignorantia profectam Editorum, qui *superiorem sumito cymam brassicae* dederunt; quam lectionem etiam genuinam spondere ausus est Meursius. Recte Gesner monuit, aluum superiorem esse ventriculum, quem vomitu leuari vult Cato. Inferior aluus seu simpliciter aluus, graece ἡ κάτω κοιλία, dicitur colon intestinum. Aristot. H. A. I. 16. quem locum reddens Plinius 11. s. 29. τὴν κάτω κοιλίαν aluum et colon interpretatur. Iterum Aristot. de Part. 3. 14. Confirmat Rufus de Partium corporis humani appellationibus p. 38. ed. Lond. qui colon, ventriculum inferiorem graece, Homero νειαίρην κοιλίαν dici monet. Aluum pro ventriculo dixit etiam Cicero Nat. Deor. II. 54. et Aelianus H. A. V. 46. τὴν γαστέρα ἑκατέραν κενῶσαι hoc sensu dixit Cicero N. D. II. 50. *vomitione canes purgatu autem aluos ibes Aegyptiae curant*, vbi forte *aluum* scribendum est.

eximito] Voces aliquot manifesto sunt peruerso ordine collocatae. Malim *postea eximito, coniicito (in scutram) et contundito, per linteum exurgeto succum.* Atque ita fere Edd. I. I. G. *exurgeto* probabat cum Turnebo Aduers. X. 19. etiam Gesner. Ceterum huc pertinet locus Plinii 20. s. 34. *biles detrahere non percoctam putant, item aluum soluere, eandemque bis coctam sistere.* Ita pariter Dioscorides II. 145. et Galenus de Alim. Facult. II. plane eundem modum alui ducendae vtriusque docet, nisi quod cum oleo aut garum aut salem succo addit. Vocatis graece bis coctam brassicam δίσεφθον.

fricti] Hoc ex libris suis pro *triti* reposuit Victorius.

nauseae] Puto fuisse *nauteae* vel *nautiae*, i. e. vomitus. Deinceps malim *et apprehendet* cum Edd. primis. Liber etiam Polit. omisit *eumque.*

deorsum versus] Ex lectione Edd. primarum *decoritum* et Polit. 1. *deoritum* Pontedera efficiebat *deoritum*, dehaustum interpretatus. Ita supra cap. 66. 2. *dehorito* est pro dehaurito. Sed debebat Pontedera simul omnem loci sententiam explicare. Nunc vero cum Gesnero statuo, de aluo inferiore loqui Catonem; sed non apparet, qualem potionem superbibere iubeat. Aluo enim iam citata heminam brassicae decoctae succum praebere vix videtur voluisse.

Quid

Quid si igitur *ire voles* legas? Postea incertum est, quali farina aluum citatam sistere iubeat.

vsque donec] Ita ex vestigiis lectionis Codd. *doc ec* emendauit Victor. vulgatum *vsque dum*. In Pol. abest vox *ea*, quam deleri et legi *vsque donicum* vult Pontedera. Madere est percoqui, molliri coctione, vt ad Columellam videbimus. Cap. sequenti sect. 9. vbi idem remedium repetitur, est *vbi cocta erit bene*.

postea feruefacito] I. I. G. habent *deinde iterum fervefacito*. Locum apponam Plinii, qui haec excerpsit: *tormina si decocta iterum decoquatur addito oleo sale cumino polenta. Si ita sumatur, sine pane, magis profuturam. inter reliqua bilem detrahi per vinum nigrum pota.* quem locum male hinc excerptum esse, monuit etiam Dalecamp. Codex Chiffl. habet *detrahit*. Aut igitur Plinius errauit, aut Catonis locus est mancus, quod mihi tamen non videtur. Ceterum verba *quod volet cibi*, Plinius de pane interpretatur. Scilicet infra legitur in eodem remedio sic: *dato edit, si poterit, sine pane; si non dato panem parum ibidem madefaciat.* Equidem verba *eo interito* pertinere suspicor ad verba *pollinem farinae*.

edit] Pro *edat* ex Codd. bis hic scripsit Victorius.

atri] Infra est: *et si febrim non habebit, dato vinum atrum bibat.* vbi Pol. liber *acrum* habet, quod ipsum h. l. *durum* dicitur. Ita suaui vino durum opponit Palladius Octobr. XIV. 5. Sequens vocabulum *aquae* aperte vitiatum est. Pol. Codex *Aqua* habet; Codex I. Fr. Gronouii *puri aqua tum*. vnde corrigo: *duri aquatum bibat quam minimum*, i. e. *permixtum*. Quam ipsam lectionem et distinctionem in textu ponere non dubitaui. Vulgata enim *duri. Aquae tum bibat* ferri non potest.

substillum] Stranguriam recte interpretatur Meursius ex Glossis vetustis adferens *στραγγουρία*, *culbitio*, *substillatio*, et *στραγγουρῶ culbo, substillo*. Porro locum Festi: *substillum tempus ante pluuiam iam paene vuidum et post pluuiam non persiccum, quod iam stillaret, aut nondum desiisset.* vbi Scaliger posuit locum Tertulliani: *aut imbres ruunt, et si qua missilia cum imbribus, dehinc substillum et denuo sudum.* De culbitione nihil annotatum legi. An est a *colare?*

primum excoquat] Edd. primae *excoquatur*.

Cap. CLVII. *Principium*] Breuiorem et aptiorem titulum habent Edd. antiquae: *Quot brassicae genera et quae natura. Principio te* etc. quam vnice probabat Pontedera. De vulgari hoc lemmate consentit etiam Gesner, spurium videri; alienum enim fuisse Catonem (hoc quidem in libro) ab omni graecae eruditionis ostentatione. In Curis secundis Pontedera initium hoc vulgare capitis vsque ad verba *nunc vti cognoscas* spurium censet. Catonem enim, vt iustum erat, primum de generibus brassicae, postea de viribus tradere. Atque omnino quae de generibus brassicae traduntur, debebunt antecedere caput 156.

Omnia ad salutem] Hanc distinctionem verborum ex Edd. primis reuocaui. Reliquae *omnia. Ad salutem.*

commutatque] In libris suis Victorius reperit *commoetatque*, vnde efficit *commutatque.* Edd. I. I- G. *temperat comesta sese semper cum calore et rigore arido.* quam lectionem probabat Meursius omisso tamen *sese.*

et rigore] Haec inserui ex Edd. I. I- G. monente etiam Gesnero. Atque haec videntur esse septem bona, deinceps commemorata.

septem bona] Victorius testatur, se vocabula graeca nulla in suis libris reperisse, igitur ea quae libri tum editi habebant, sustulisse; nec Plinium graeca addidisse, vbi Catonis verba laudauit. Ceterum nihil praeterea ad h. l. annotauit Victorius. Sed Vrsinus ex duobus Codd. annotauit hanc lectionem: *quae vocatur septem brina in commixtura. nam omnia haec h. br. Nunc vti c.* etc. Gesner vulgatam sic mutabat: *Sic quae vocantur septem bona in commixturam, natura* etc. sic interpretatus: Cum septem sint facultates medicamentorum simplicium, quae singulae fere singulis insunt, commiscendis proinde, si res ita ferat, eas vniuersas simul praestat brassica. Scilicet septem bona, seu facultates esse censet calorem, rigorem, aridum, humidum, dulce, amarum et acre. Satis ingeniose. nisi haec omnia essent spuria, vt recte censuit Pontedera. Triller Obs. Crit. IV. 27. corrigebat: *Sed quae vagantur s. b. in commixta, natura haec omnia habet brassica.*

apiacon] Lectionem hanc suspectam habuit Victorius, et *apiana* maluit. Sed ponamus locum Plinii 20. s. 33. *Cato non parcius celebrarit; cuius sententiam vel eo diligentius persequi par est, vt noscatur, qua medicina vsus sit annis DC. romanus populus. In tres species diuisere eam Graeci antiquissimi. Crispam quam selinoidea vocauerunt, a similitudine*

dine apii foliorum, — alteram leam latis foliis e caule exeuntibus, vnde caulodem vocauere, nullius in medicina momenti. Tertia est proprie appellata crambe tenuioribus foliis et simplicibus densissimisque, amarior sed efficacissima. Cato crispam maxime probat, dein laeuem grandibus foliis caule magno. Idem 19. s. 41. ex Catone: *Genera eius facit tria, vnam extentis foliis, caule magno; alteram crispo folio, quam apianam vocat, tertiam minutis caulibus, lenem teneram, minimeque probat.* vbi Codex Chiffl. Thuan. Colb. et Liber Victorii habent *apiacam.* In priore loco Vincentius cum vetustis Plinii editionibus *selinada* habet; ex Plinio apparet, laeui, quam primo loco ponit Cato, opponi crispam, priori praelatam a Catone. Quare lectionem primarum Edd. restitui, cum vulgo esset *haec est natura et aspectu bona.* Quasi aspectus bonitas latine diceretur, aut ad rem faceret.

lenis vocatur] Haec proprie appellatur crambe, auctore Plinio, qui *lenem* vel *laeuem* ipse etiam h. l. legisse videtur. Sed videtur tamen addendum simul proprium vocabulum aliquod. Graecum non adhibuisse Cato videtur. *Erraticam* vocat infra sect. 12. Hoc igitur vocabulum aut *silvestris* h. l. excidit. Κράμβην ἀγρίαν cum foeno ingestam perniciosam equis tradunt Hippiatrica p. 226. Canes brassica siluestri ex carne data necari, ex Epicharmo tradit Plinius 20. s. 36. Hanc eandem Plinius ibidem sic pingit: *hanc alii petraeam vacant — folia habet vna parua rotunda, laeuia, plantis oleris* (i. e. hortensis brassicae) *similior, candidior satiua et hirsutior.* vbi veterem lectionem *folia bina* tuetur etiam Vincentius.

medicamentosior] Primae Edd. cum libris Victorii *medicamento*, quam lectionem praeferebat etiam Fruterius Verisim. 2. 21. in Gruteri Lamp. T: 2. p. 871. monente Gesnero et Pontedera. Hic quidem interpretatur: *brassica lenis*, quanquam vehemens et acris, si cum apianae seu crispae viribus comparetur, nullam esse, nempe inualidam, nulliusque momenti. Plane contra mentem Catonis et Plinii, qui sect. 36. *siluestris siue erraticae immenso plus effectus laudat Cato.*

tumores] Plinius s. 33. *prodesse tradit* (Cato) *capitis doloribus, oculorum caligini, scintillationique, lieni, stomacho, praecordiis, crudam ex aceto et melle, coriandro, ruta, menta, laseris radicula, sumtam acetabulis duobus matutino, tanquam esse vim, vt qui terat haec, validiorem fieri se sentiat. Ergo vel cum his tritam sorbendam, vel ex hoc in-*

 tinctu

tinctu sumendam. Podagrae autem morbisque articulariis illini cum rutae coriandri et salis mica, hordei farina. Aqua quoque eius decoctae neruos articulosque mire iuuari, si foveantur vulnera et recentia et vetera, etiam carcinomata, quae nullis aliis medicamentis sanari possint. Foueri prius aqua calida iubet, ac bis die tritam imponi. Sic etiam fistulas et luxata et humores euocari, quaeque discuti opus sit. vbi veterem lectionem *fistulas eluxatas* Harduinus e Codd. correxit legendo *fistulas et luxata.* Plinius Valerianus 4. 29. apud Vincentium *luxaturas* habet; deinde Harduinus pessime *tumores* in *humores* mutauit ex libris scriptis; nam *tumores* defendunt satis verba Catonis: *tumida concoquit, eadem erumpit;* praeterea Plinius Val. *tumores* etiam laudat ex seniore Plinio. Editio princeps Plinii deinceps recte habet: *quosque discuti opus sit.* recte monente Pintiani; et Plinius Valerianus *tumores euocare et spargere* dixit. Ab initio loci Pintiani veteres Editiones cum Pl. Valeriano et Vincentio *liene* omisso habent: *scintillationibusque vel stomacho.* Geoponica XII. 17. κράμβην ἑψήσας καὶ λειώσας καὶ ἀναμίξας ταύτην τῷ ὕδατι ἐν ᾧ ἑψήθει καὶ ψύξας χρίσῃ τραύματα νέα καὶ χρόνια καὶ οἰδήματα πραΰνει. Locum Plinii sic reddidit Macer I. c. 4. *vulnera non tantum curare recentia caulem ipsemet affirmat, sed quamuis inueterata, et cancros etiam: loca sed prius amne lauari praecipit aut vino tepido, sic denique crudum vnaquaque die bis tritum apponere caulem. Hordea quam dederint cauli miscere farinam idem praecepit, rutam quoque cum coriandro et sale permodico, sic omnia mixta terendo apponi dirae docuit cataplasma podagrae. Hoc etiam morbo medicabitur articulorum hoc quoque syringas ait et luxata iuuare, atque superpositum varios sedare tumores.*

putida] Ex libris suis Victorius vulgatum *putrida cancrosque* correxit. *Canceres* etiam Lucretius et antiquarius simia Arnobius praeter scriptores, a Prisciano laudatos, vsurparunt, monente Victorio et Meursio.

teras brassicam] Victorius in libris suis scriptum reperit *taetras brassicae.* Voluit dicere, in ea vulnera tritae brassicae puluerem inde.

si bis die] Lectionem Edd. primarum *bis die id opponito.* praefert Pontedera; deinde recte emendat *conclusum.*

etsi voles eam] Huius loci sententiam, ni fallor, Plinius ita reddidit f. 33. *prodesse tradit capitis doloribus oculorum caligini scintillationique, lieni, stomacho, praecordiis crudam ex aceto et melle coriandro ruta menta laseris radicula*

cula sumtam acetabulis duobus matutino, tantamque esse vim, vt, qui ferat haec, validiorem se sentiat fieri. Ergo vel cum his tritam sorbendam vel ex hoc intinctu sumendam. Apertum hinc est, vocem *siccam* post *lautam* esse vitiosam et spuriam. Crudam enim brassicam comedere iubet, sale et aceto sparsam, aut quo gustus eius fiat gratior, addita mentha ruta et coriandro confectis item, lotis, aceto, sed mulso, et sale consperlis. Igitur *siccam* inclusi. Pontedera vitium quidem vidit, sed medelam ineptam attulit, legendo *confectam, lautam, fictam*, i. e. sectam.

s. 6. *mentam siccam*] In Pol. pro *mentam* est *lautam*, sed suspicor vocem *lautam*, eiecto vocabulo *siccam*, (quod Pontedera in *fictam*, i. e. sectam mutari volebat,) collocandam esse post *sectam* (ex quo *siccam* ortum puto) hoc ordine verborum: *mentam, rutam et coriandrum sectam, lautam sale sparsam paulo libentius edes.* Certe post paulo erat interpungendum, quod feci. Praeterea verbum *adde*, aut *insipa*, i. e. iniice; aut *intere* est addendum; *intere* ideo conieci, quoniam Plinius brassicam cum his herbis tritam habet ex Catone. Quod de magna huius mistelae vi ad terentem perueniente, de laseris radicula, et mensura acetabulorum duorum addit Plinius, nihil horum hodie in Catone reperitur; nisi quod sect. 7. Cato silphium inradi iubet. De omisso verbo *addito* monuit etiam Gesner.

de capite] Hinc in Plinio *capitis doloribus, oculorum caligini destillationique* corrigit Pontedera; idem *matutino* ex Plinio Valeriano et Catone mutat in *mane ieiuno.*

lienes] plurali numero dixit etiam Celsus II. 8. eidem vulgo nominandi casu *lienis* adscribitur, nescio quam recte.

iecur] Edd. primarum *iecora* probat Pontedera.

perspirare] Sanguinem (vel ex Erasistrateorum opinione spiritum) inclusum transmittere. Spiritum quomodo arteriis, sanguinem venis inesse dixerit ipse Erasistratus, egregie docuit Ph. Iac. Hartmann Exerc. anat. de Origin. Anatom. Regiom. 1683. p. 50.

pro portione] Diuisi quae male Victorius coniunxerat eumque secutus Gesner. Plura ad Varronem de hac re dicentur, Hanc perspirationem etiam in Hippocrate nominari puto. Festus: *aemidum, tumidum.* vbi Scaliger ex Glossis posuit: *aemidus* πεφυσημένος.

vsu veniet morbis] Gesner editionum I. I. G. lectionem *ex morbis* probabat: sed equidem facile vulgatam feram. Multo grauiora vitia vir doctus non tetigit.

arti-

articularium] Male Aldina *articularem* invexit. Etiam in Plinio Codices vetuſtiſſimi *articularios* morbos, non *articulares*, vt vulgo editur, habent, teſtante I. Fr. Gronouio p. 781.

articularium] Edd. I. I. G. *articularem*, et in Plinii loco: *podagrae autem articulariiſque morbis illini cum rutae coriandri et ſalis mica, hordei farina; aqua quoque eius decoctae neruos articuloſque mire iuuari.* Pintianus ex editione principe praeferebat *articularibus.* Ibi Vincentius Duac. legit: *oculorumque, caligini et ſcintillationibus, et ſtomachi praecordiis.* Plinius Valerianus 4. 29. a Vincentio laudatus ſine nomine auctoris, ſic ait: *Ponam itaque primo in loco medicamentum reuera Catonis appellatum, quod ille putauit ex braſſica componendum dolori capitis et oculorum caligini et ſtomachi praecordiis profuturum. Crudam illam cum coriandro et menta et ruta et radiculis laſeris ex aceto et melle iubet conteri et mane duorum acetabulorum menſura ieiunis propinari. Caeterum braſſica modo curat non ſolum recentia, verum etiam vetera. Podagrae et articularibus cum ruta et coriandro et hordei farina et ſalis mica vtiliter admoueri putant; fiſtulas iterum et laxaturas — diſcutere, tumores euocare et ſpargere. Somnia vigiliaſque* etc. Articularios et homines et morbos ex Plauto et Plinio in exemplis poſuerunt Pontedera ad h. l. et Geſneri Theſ. L. L. Dioſcorides 2. 46. ſuccum crudae braſſicae cum farina foeni graeci et aceto podagricis et arthriticis prodeſſe ait. Geoponica 12. 17. ποδάγραν, ἀρθρίτην ἰᾶται τῷ ζέματι καταντλκμένη καὶ ἀναμιγεῖσα ἀλεύροις κριθίνοις καὶ κοριάνῳ καὶ πηγάνῳ καὶ ἅλσὶν ὀλίγοις καὶ ἐπιτιθεμένη. Atque hinc ſatis manifeſtum eſſe puto vitium verborum Catonis, quod arguit etiam varietas primorum Editionum. Inepte etiam legitur *ex aceto oxymelle.* Debebat eſſe *aceto mulſo.* Interim *aceto* incluſi.

ſic et laſerpitium] Edd. primae cum Polit. *edes conciſam et rutam et coriandrum conciſam ſictam et laſerpitium in ſalſa (P. in raſa) ex braſſica et aceto. (et braſſica* Pol.) Vides, fere idem remedium eſſe, quod ſect. 6. poſitum explicaui, niſi quod menta omittitur; adeoque diuerſum ab eo quod Plinius retulit. Locum igitur ita conſtituam: *edes conciſam, et rutam et coriandrum conciſam lautam, et laſerpitium inraſum cum braſſica ex aceto mulſo et ſale ſparſa.*

8. *articulos p. experiri*] Edd. primae *articularios p. expellere.* vnde Pontedera probat *articularios*, reprobat *expellere*, vulgatum interpretatus, *liberare*, *expedire.* Sed locus

locus Plauti fruſtra affertur a viro docto ad adſtruendam iſtam verbi notionem. Geſner articulos experiri explicat de vulgari more digitorum articulos trahendi dum crepitum edant; quod facere arthriticus non auſit. Inepte! Igitur antiquam lectionem probo.

experirer] Polit. lectionem *experirus*, *hanc* ex ſuis libris Victorius etiam prodidit. Eam Pontedera mutat in *experitus*, verbaque ita ordinat: *ſumtus*, *eſſet tamen v. c. experitus.* Sumit vir doctus hoc, quod exemplo nullo comprobauit, in *experiri* latere ſimul impenſae alicuius notionem. Nam de forma *experitus* pro *expertus*, nulla poteſt eſſe dubitatio. In Curis Secundis vir doctus ſuſpicatur, ante *tamen* excidiſſe *eſſem* et legi debere *experiturus.* Vulgatam tuetur Rottboell, interpretatus de promto et expedito omnium articulorum motu.

inſomnioſus] Victorius in libris ſuis reperit: *omnis vel ſi quis eſt ſenioſus.* Atque ita fere libri Polit. vnde *ſomnioſus* malebat Pontedera; ſed in Curis Secundis praetulit *ſenioſus*, i. e. vt ſenis vigiliis aſſiduis obnoxius. Plinius l. c. ex Catone: *inſomnia etiam vigiliaſque tollere decoctam, ſi ieiuni edant quam plurimam ex oleo et ſale:* ex quo loco Plinius Valerianus 4. 29. inſomnia atque vigilias compeſcit, ſi ieiunis detur in cibo decocta cum ſale et oleo. quae verba cum toto illo loco excerpſit etiam Vincentius X. 35. vbi legitur: *ſomnia vigiliaſque.* Geoponica l. c. ὠμὴ δὲ προβρωθεῖσα ἀγρυπνίαν παύει καὶ περιπίπτειν φαντασίαις οὐκ ἐᾷ. Vides diſcrimen quam ſit magnum remedii. *Aſſam* Plinius interpretatur *decoctam*, et *vnctam* de oleo explicat. Verba ipſa Catonis vix ſana aliquis hodie praeſtabit. Simplex ſatis eſt medicina Meurſii *experirere*, ſed puto, verbum ipſum ex antecedentibus male huc tractum, et legendum eſſe *expenſus*. Abr. Gronov. coniecit *expediret*.

9. *in aulam*] Supra cap. 156. ſ. 5. vbi idem remedium verbis paulo diuerſis traditur, eſt *in aquam coniicito calidam.*

ferve bene facito] Ita ex libris ſuis Victorius, qui comparat Varronis locum: *quae ſole perferue ita fit*, et alterum: *excande me fecerunt cupiditate.*

edit] Ita ex Pol. Caeſenate et Ienſoniana Edit. corrigi voluit vulgatum *edat* Pontedera.

dato panem purum] Ita ex Polit. Caeſenate et Ienſ. Ed. reſcribi voluit Pont. Vulgo *ſi non, panis parum.*

debi-

debilis] Plinius l. c. *quin et vrinam eius, qui brassicam esitauerit, asseruari, calefactamque neruis remedio esse. Verba ipsius subiiciam, ad exprimendam sententiam. Pueros pusillos si laues ea vrina, nunquam debiles fieri.* Plinius Valerianus 4. 29. vrinam quoque seruari iubet eius, qui brassicam comederit, quam calefactam neruis vtilem asserit. Pueros etiam nunquam fieri debiles, si lauentur ea vrina frequenter. Ita Vincentius h. l. laudauit; vnde apparet, in Plinii alterius loco recte Codicem Chiffl. habere *asseruari iubet.* Dalecamp ex Plinio ante *debilis* addi volebat *neruis.* Macer ex Plinio: *Illius vrinam fuerit, qui caulibus vsus, causis neruorum calefactam censuit (Cato) aptam. Hac ex vrina pueri si saepe lauentur, asserit illorum multum conferre saluti.* Ceterum deinceps *inunguito* Br. et Aldina habent.

facies] Ita cum Edd. I. I- G. scripsi pro *faciet*, postulante sententia.

s. 10. *dolere*] Antiquam et veram lectionem restitui pro *dolore.*

nunquam ii virosi] Victorius in libris suis cum signo vitii scriptum reperit: *nunquamum seri fient.* In Caesenate libro est: *nunquam vnseri fient.* In Polit. *vmseri fient.* Vnde Pontedera corrigebat: *nunquam iei seri fient*, hac sententia: nunquam ii loci seri erunt ad ea, quae a partu sequi solent, *emittenda.* Quam emendationem vir doctus ex ea duxisse videtur, quod Edd. I. B. R. postea scriptum habent *foetae sub sellam*, i. e. postquam peperit; etsi non necessarium putabat, eam vocem addi, equidem tamen inserui, atque interim inclusi. Potest enim alios forte in verae lectionis vestigium perducere. Brassicam ipsam secundinas, seu secundas euocare tradit cum Hippocrate Plinius l. c. quae graece dicuntur χορία, alibi etiam χωρία. Menses mulierum ciere cum Dioscoride Geoponica referunt. Loci sunt, qui graece χωρία seu χορία dicuntur, id est, vulua. Vide ad Varron. II. 1. 19. Locorum vitium ita dixit Celsus V. 25. s. 3. Quid igitur si h. l. similiter legas *vitiosi?*

operito] Inclusi, recte monente Pontedera, sufficere verba: *circum vestimenta dato.*

12. *arsacere*] Haec vsque ad *minutam* pertinere puto ad ea, quae sect. 15. contra polypos traduntur, hinc violenter auulsa.

brassicae tritae] Hanc lectionem editionum I. I- G. recipere sententia iussit. Vulgata enim sensu plane omni caret, monente etiam Meursio.

ellebo-

elleborum] Dicitur pro fucco ellebori expreffo, vt fcamoneum. De ellebori vfu vide ad cap. 115.

f. 13. *affam*] Polit. liber *afinam — non folet.* quam lectionem ex libris fuis annotauit etiam Victorius; eamque vnice probat Pontedera, monens, etiam ab Hippocrate ad aluum leniendam commendari carnem afininam. Caro affa fane non eft commoda ad eum vfum, nec ei poteft fubftitui braffica cocta et panis cum vino dulci et leni. Si Catonis aeuum afinina vefcebatur, miror id a Plinio non annotatum fuiffe, qui 8. f. 68. Maecenatem ait inftituiffe pullos afinarum epulari, multumque eo tempore illos praelatos fuiffe onagris; poft Maecenatam interiiffe auctoritatem faporis. Pullos onagrorum fapore praeftantes ex Africa idem laudat fect. 69. Galenus de Alim. facult. 3. 1. onagrorum iuuenum et bene habitorum carnem ceruinae proximam facit; addens manfuetorum etiam afinorum, quorum aetas inclinata eft, carnes a quibufdam ingeri, quanquam eam aeque atque equinam et camelinam improbat, veluti ori ftomachoque ingratam.

vlcus] Plinius f. 36. *hanc vulneribus recentibus cum melle mederi — ftrumis, fiftulis in aqua contritam Chryfippus auctor eft. et alii vero compefcere mala corporis quae ferpant, nomas vocant, item excrefcentia abfumere, cicatrices ad planum redigere. Oris vlcera et tonfillas manducatam, et coctam, fucco gargarizato cum melle tollere.*

fpargito] Edd. primae *infpargito.* Cum aqua terendam ex Plinio apparet; igitur *fpargito* praefero. Pro *tetrum* Pontedera malebat *vetus.*

turundam] Scilicet ex braffica trita cum aqua. Maiores turundas magdalidas vocari, monet Scribonius Largus c. 201. vbi male Edd. veteres *rotundas* habent, quo vitio deceptus Turnebus Adv. 17. c. 7. h. l. malebat *rotundam* fcribi. Ceterum hanc fiftularum curandarum rationem comparabis cum Hippocratica prima p. 884. ed. Foefii, quam ad Vegetium II. 26. tradam.

diluito] Maffam fcilicet, unde turunda facta erat, diluere et liquidam ex vefica, quafi clyfteris materiam aliquam iniicere in fiftulam iubet. Male I. I- G. habent: *fuccum exprimito, eum in veficam indito.* ex emendatione intempeftiua.

aridam tritam] Plinius f. 36. *filueftris fiue erraticae immenfo plus effectus laudat Cato, adeo, vt aridae quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantum naribus rapto vitia*

vitia earum graueolentiamque ſanari affirmet. vbi *olfactorium* eſſe videtur graecum ἔῤῥινον. In Plinio Dalecamp pro *odore* ex loco noſtro malebat *puluere.* In Catone Meurſius *malam* inepte, *manum* Geſner emendabat. Si correctione opus ſit, malebat Cel. Rottboell *calamum* adhibere, quem naribus in ſimili cura indunt cum medicamine Celſus VII. 11. Scribonius cap. VII. 48. Polypodii ſeu filiculae aridae farinam inditam naribus conſumere polypum ait Plinius 26. ſect. 37. Sed in Theophraſti H. P. IX. 14. eſt κἂν περιάψηταί τις, ὥς φασιν, ἐμφύεσθαι πολύπουν; quem locum ex Plinio corrigendum cenſeo. Braſſicae caulium combuſtorum cineres deſiccanti et cauſtica natura eſſe, refert Galenus Fac. Simpl. Medic. libro VII.

16. *auribus*] Plinius ſ. 33. *auribus quoque ex vino ſuccum braſſicae tepidum inſtillari iubet, idque etiam tarditati audientium prodeſſe aſſeuerat.* Geoponica XII. 16. 12. ὦτα ὠφελεῖ ὁ χυλὸς μετὰ οἴνου καταντλούμενος.

Depetigini] Plinius ſ. 33. *et impetigines eadem ſanari ſine vlcere.* Geoponica l. c. λειχῆνα ἐξαιρεῖ τὰ φύλλα προστριβόμενα. Libri ſcripti Victorii et Polit. 1. *depetiginis porcae* habent ſcriptum; Edd. primae *deinde impetigini porcae.* In Caeſenate libro Victorianam lectionem repertam vnice probat Pontedera, legens: *dei petigini ſporcae*, i. e. ſpurcae. Locum Lucilii apud Nonium: *Illuuies, ſcabies oculos huic denique petigo conſcendere.* vnde Vrſinus h. l. malebat legi *dein depetigini;* quoniam viri docti verſum Lucillii ita correxerant *deque petigo*, ita emendat Pontedera: *deique petigo.* vt ſit pro deindeque; ex quo vitio ortum cenſet vulgatum *denique.* Sed veteres etiam gloſſae habent *depetigo* et *depetigoſus;* igitur fretus auctoritate Pol. et Victorii librorum reſtitui *depetigini ſpurcae.*

Cap. CLVIII. *feliculae*] Meurſius malebat *filiculae* ex Plinii libro 26. ſect. 37. *detrahit bilem polypodion, quam noſtri filiculam vocant; ſimilis enim eſt filici. Radix in vſu piloſa — ſubdulcis. — Exprimitur ſuccus aqua madefactae: ipſa minute conciſa inſpergitur oleri vel betae vel maluae vel ſalſamento, aut cum pulticula coquitur ad aluum vel in febri leniter ſoluendam. Detrahit bilem et pituitam, ſtomachum offendit.* Ita etiam Theophr. H. P. IX. 14. et Dioſcorides IV. 188. Apuleius c. 83. Dodonaeum III. 5. 3. p. 465. comparauit Geſner. Ex loco Plinii apparet, male vulgo diſtingui *cum radice ſua, feliculae paulum.* Addo locum Celſi II. 12. *deiectionem alui antiqui variis medicamentis moliebantur, dabant-*

bantque — aut filiculam. Columella VI. 27. ſ. 11. equae, ex partu vel abortu laboranti, dat *feliculam tritam et aqua tepida permiſtam.* Ita enim libri optimi ſcriptum habent pro *filicula.* Radicem Plinius dixit *piloſam, coloris intus herbacei, acetabulis cauernoſam, ſubdulcem,* quae omnia fere conveniunt Polypodii vulgaris Linn. radice, quam Linnaeus ſquammoſam vocare maluit, noſtri a dulcedine *Engelſüß* appellant. Exſtat apud Plinium 29. ſ. 25. formula, quomodo ius ex carnibus gallinaceorum vetulorum paretur ad aluum ſoluendam: *Efficacius enim coqui* (ita recte Pintiani liber pro *cocti*) *cum olere marino* (i. e. braſſica marina) *aut cybio aut cappari, aut apio, aut herba mercuriali, aut polypodio, aut anetho: vtiliſſime autem in congiis tribus aquae ad tres heminas cum ſupradictis herbis* (*decoctis* intellige) *et refrigeratum ſub dio dari tempeſtiuis antecedente vomitione.* vbi ex Dioſcoride II. 53. *cybio* mutandum eſſe in *cnico* monuit Harduinus; Vincentius XVI. 81. *cibo* excerpſit. Ceterum *tempeſtiuis* inepte Harduinus interpretatur *recte valentibus.* Liber, a Dalecampio laudatus, habet *tempeſtiuius.* Sed grauius vlcus latere puto. Ceterum in Columellae II. c. 2. libri optimi ſaepe ſcriptum offerunt *felicem* pro *filice.* quanquam Velius Longus de Orthogr. p. 2246. *Filicem non felicem dicere debemus.* quem locum debeo Abr. Gronouio.

mercurialis] Plinius 25. ſ. 18. *aluo quidem ſoluendae vel in febri decoquitur quantum manus capiat in duobus ſextariis aquae ad dimidias, bibitur ſale et melle admixto, nec non cum vngula ſuis aut gallinaceo decoctum ſalubrius.* Scribonius Comp. 135. lenibus oleribus miſcet quam plurimam.

mutulorum] Horatius II. 4. *ſi dura morabitur aluus, mytilus et viles pellent obſtantia conchae.*

capitonem] Ignoramus. Vide tamen quae de eo collegi loca veterum in Hiſtor. Piſcium p. 11 et 117.

Cap. CLIX. *intertrigini*] Plinius 26. ſ. 58. *intertrigines negat fieri Cato abſinthium Ponticum ſecum habentibus.*

anulo] Similiter Graeci δακτύλιον dicunt πρωκτὸν, vt ex Scholiis Ariſtoph. ad Equites verſu 1378. monet Geſner.

Cap. CLX. *Luxum*] Plinius 17. ſ. 47. *quanquam a Catone prodita contra luxata membra, iungenda arundinum fiſſurae.* (carminis verba.) Supra c. 157. ſ. 4. *et luxatum ſi quod eſt.* Idem Plinius 28. ſ. 4. *Cato prodidit luxatis mem-*

 bris

bris carmen axiliare, M. Varro podagris. Nonius luxum vulſum et ſuo loco motum interpretatur. Feſtus: *luxa membra e ſuis locis mota et ſoluta.* Auctor Queruli p. 53. *In luxu autem et oſſibus loco motis.* ita enim Codex Camerarii habebat pro vulgato *loxu;* niſi forte etiam ibi *luxis* legi debet; quanquam a luxu luxari veteres dixiſſe affirmat Feſtus pro luxuriari, vita et victu diſſolutum eſſe.

In Alio] Turnebus X. 19. corrigebat: *cantare L. Manlio Sexti Filio.* Popma *in malo*, qui verba *S. F.* interpretatur *Sanitas Fracto;* Pontedera *in fracto quam in malo.* Sed recte addit, ineptiſſimi hominis eſſe, ad tam dubia et obſcura, addo nugacia, medicam manum admouere.

diſſunapiter] Ex lectione Codd. *vna petes vſque dum* Turnebus X. 19. efficiebat *dic vna pariter*, vel potius *dic vna partes vſque dum coeant.* quem ſequitur Popma. Geſner malebat: *vna pedes vſque dum coeant*, pedes interpretatus ſciſſae arundinis extremitates. Sed haec Pontederae eſſe videtur interpretatio, male a Geſnero relata. In Curis enim Sec. Pontedera ſic corrigit: *dice vna* (i. e. cantato inuicem) *vſque dum petes coeant.* Scilicet *petes* antiqua forma dicitur, vnde *petiolus*, vt a pede *pediculus.*

Cap. CLXI. *aſparagus*] Plinius 19. ſect. 42. *nihil diligentius comprehendit Cato, nouiſſimumque libri eſt, vt appareat, repentinam ac nouitiam viro curam fuiſſe. Locum ſubigi iubet humidum et craſſum: ſemipedali vndique interuallo ſeri, ne calcetur. Praeterea ad lineam grana bina aut terna paxillo demitti: videlicet ſemine tum tantum ſerebantur: id fieri ſecundum aequinoctium vernum. Stercore ſatiari, crebro purgari, caueri, ne cum herbis euellatur aſparagus. Primo anno ſtramento ab hieme protegi; vere aperiri, ſariri, runcari; tertio incendi verno. Quo maturius incenſus eſt, hoc melius prouenit. Itaque arundinetis maxime conuenit, quae feſtinant incendi. Sarriri iubet idem, non antequam aſparagus natus fuerit, ne in ſarriendo radices vexentur. Ex eo velli aſparagum ab radice; nam ſi defringatur, ſtirpeſcere et intermori. Velli donec in ſemen eat. Id autem matureſcere ad ver, incendique, ac rurſus, cum apparuerit aſparagus, ſarriri ac ſtercorari. Ac poſt annos nouem, cum iam vetus ſit, digeri ſubacto ſolo, ſtercoratoque. Tum ſpongiis ſeri, ſingulorum pedum interuallo. Quin et ouillo fimo nominatim vti, quoniam aliud herbam creet. Nec quidquam poſtea tentatum vtilius apparuit.* Ex hoc loco fere apparere puto, quo ordine olim ſcripta Catonis verba legerit Plinius; eum igitur

fun-

fundum emendationis noſtra faciemus. De ipſo aſparagi genere, quale h. l. intelligatur, vide ad cap. 6.

loco craſſo] Legendum eſt: *qui habeat humorem, craſſum.* Aut *qui habeat humorem, aut craſſum.*

vt poſſis] Haec verba tranſponenda eſſe, et Plinii locus docet et ipſa ratio, ſic fere: *areas facito; cum areas deformabis, interuallum facito inter eas ſemipedem latum in omnes partes. vt poſſis dextra ſiniſtraque ſarire, runcare, ne calcetur. Deinde ſerito.*

deformabis] In formam rediges. Ita etiam Varro III. 5. Vitruuius I. 1. V. 8. monente Meurſio.

ſpargito bene ſerito] Verba *ſecundum aequinoctium vernum* retrahenda et iungenda ſunt ſuperioribus: *deinde ſerito ſecundum aequinoctium vernum.* Hoc fit ex loco Plinii manifeſtum. Deinde legendum cenſeo *ſpargito bene. vbi erit natum* etc. omiſſo ſuperuacuo verbo *ſerito.* Pontedera alia ratione medetur vitio, legendo *ſpargito bene. Serito ſecundum aequinoctium.* Ordine recto ſi ſcripſit Cato, noſtram probabis; ſi vero temere, quidquid in ſolum venit, quod ſaepe factum eſſe inſitias non eo, Pontederae rationem amplecteris.

ſub ſtramentis] Ex lectione Polit. *cum ſtramentis* efficiebat Pontedera. Ceterum Abr. Gronov. malebat *Quod eo anno ſeueris.*

intermorientur] Malim *intermorietur* ſc. aſparagus. Si radices antea nominatae fuiſſent, ad eas referrem. Rationem diſtinctius explicat Columella XI. 3. 45. ſtirpeſcere hinc dixit Plinius, ſed aliter hunc locum interpretatus eſt Columella, ad quem de cultura aſparagi accuratius diſputabitur.

ad autumnum] Plinium haec laudantem ita emendat Pontedera: *id autumno matureſcere; ad ver incendi.*

pedes ſingulos] Columella XI. 3. 44. *ſulci autem inter ſe pedali menſura diſtantes fiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ſpongiolae ita deprimuntur, vt facile ſuperpoſita terra germinent.*

vellito, ſic circumfodito] Columella l. c. vere iubet, priusquam aſparagus germinet, capreolis terram commovere, quo facilius ſtilus ſeu turio emicet, et relaxata humo plenioris craſſitudinis fiat. Vnde apparet, quid h. l. Cato voluerit poſito *circumfodito, vt facile euellere poſſis.* Repetit etiam monitum iam ſupra poſitum, vellendum eſſe aſparagum, non praefringendum; quod quo facilius poſſet fieri, circumfodi terram iubet, ſeu moueri.

Cap. CLXII. Index vetus habet *Salſura pernarum et offellae Puteolanae.* Etſi in ipſo capite nullae offellae inſunt. Igitur deeſſe aliquid ſuſpicatus eſt Pontedera, quamuis Varro ex Catone ſolas pernas memoret. Praeterea Plinius 19. ſect. 42. locum de aſparagis nouiſſimum dicit libri Catonis, quod tamen non eo pertinere putem, vt inde caput hoc alieno loco collocatum eſſe liceat coniicere. Ceterum *offellae Puteolanae* omiſſae quae ſint, etſi affirmare non auſim, ſuſpicor tamen, eam ſaliendarum carnium ſuillarum, in minuta fruſta conciſarum, rationem a Catone traditam fuiſſe, quam habet Columella XII. cap. 53. qui et ipſe *offulas carnis* appellat. Oſtienſes offellas ex Apicio VII. 4. memorauit Pontedera. Ecce Varro de L. L. IV. p. 28. *Tergus ſuis ab eo, quod eo tegitur; perna a pede ſuis, a nomine eius, offula dicta, vt offa minima in ſue.* Huc reſpexit Arnobius VII. p. 229. *quid offae? non vulgi, ſed quibus eſt nomen appellatioque penitae.* Sed in loco Varroniano ita habet Editio Parmenſis 1480. *Succidia a ſuibus edendis, nam id pecus primum occidere coeperunt domini, et vt ſeruarent, ſalire. Tergus ſuis ab eo quod eo tegitur. Perna a pede; ſueris a nomine eius. Offula ab offanimia ſuere.* vbi Scaliger iam olim probauit lectionem *a pede: Sueres a nomine eius*, et ex Plauti Carbonaria locum apud Feſtum in *ſpetile* comparauit, ad quem tamen Editio Daceriana tacet. Locum Varronis vitioſiſſimum poſuit ſub voce *ſuera* Geſneri Theſ. L. L. Pernam a pede quomodo Varro deducere potuerit, nemo interpretatus eſt. Geſneri Theſ. L. L. a pede vel a πτέρνα deriuat, pernaſque dici ait tam priores quam poſteriores totos inde a ſpina dorſi pedes porci. Addit locum Horatii Serm. II. 2. 117. *praeter olus fumoſae cum pede pernae.* Sed perna a graeco πτέρνα nullo modo deduci poſſe videtur. Graece enim calcaneum os pedis recti extremum dicitur, quod in perna cum vngulis praeciditur. Vngulas enim praecidi, teſtatur Cato etiam ſupra c. 158. *addito vngulam de perna, ſi vngulam non habebis, addito de perna fruſtum.* Deinde Geſner debebat antea docere, quam pedis partem Latini pernam dixerint. Plinius quidem 8. c. 51. ſues ſuſpenſas pernis prioribus dicens, ſimpliciter pedes voluit intelligi; nec vim notionemve pernae omnem inde percipimus. Audiamus igitur Feſtum: *Suppernati dicuntur quibus femina ſucciſa in modum ſuillarum pernarum. Ennius: his pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Poeni.* vbi recte comparant locum Liuii de eadem re XXII. f. 51. *quoſdam et iacentes viuos ſucciſis feminibus poplitibuſque inuenerunt.* Vnde patet, pernam proprie coxam ſuil-

ſuillam, ad poplites ſuccifam, dici. Pedem pernae ſi Varro et Horatius dixerunt, non ſatis proprie locuti ſunt. Pedem enim voluerunt intelligi totam artuum longitudinem. Sed in perna poplites ſuccidi, docet locus Ennii, vngulas praecidi, Catonis. Nec obſtat locus Apicii VIII. 1. vbi iubet per articulum pernae aprugnae palum mittere ita, vt cutem a carne ſepares. Dicere enim voluit iuxta articulum coxendicum palum immitti debere; alius enim articulus in perna non adeſt. Petaſonem a perna, vt lautiorem diſtinguit Martialis XIII. 54 et 55. *muſteus eſt propera — nam mihi cum vetulo ſit petaſone nihil.* Muſteos petaſones coquere et parare docet Apicius VII. 9. vbi verba: *quum elixatus fuerit, decarnas et armillam illius candenti batillo vris:* Hummelbergius interpretatur coxam anteriorem vel pellem atque cutem, quae armis inhaeret illoſque obtegit. Recte; niſi quod ipſum armum ſeu humeri os intelligi malim. Pulpas petaſonum nominat Apicius V. c. 3. Igitur pernae ex artubus ſuum poſterioribus, petaſones ex prioribus ſumuntur. Plinius 28. ſ. 49. *oſſa ex acetabulis pernarum, circa quae coxendices vertuntur.* Vnde Marcellus c. 13. *pernae ſcrofinae os quod eſt ampliſſimum.* Idem Plinius 28. ſ. 60. *in perna ſuum articulos eſſe diximus, quorum decoctum ius facit vrinae vtile.* Vnde cognoſes, Apicii articulum pernae eſſe coxae os ipſum. Varro II. 4. 10. ſimiliter a perna diſtinguit petaſonem; ſe male hodie in libris eius ſcripti ſequuntur *petaſiones.* Haec vero de pernae et petaſonis diuerſitate diſputaui paulo copioſius, ne Geſneri auctoritas obeſſet lectori, qui petaſonis differentiam omnem ad cocturam et parationem referre malebat in Theſ. L. L. Recte tamen idem Turnebi Aduerſ. XVI. 16. opinionem reiecit, petaſonis partem eſſe pernam cenſentis. Locus enim Athenaei XIV. p. 657. quo ille nititur, ita habet: *ἐπεὶ δὲ καὶ πετασῶνος μέρος ἑκάστῳ κεῖται ἣν πέρναν καλοῦσι.* vnde potius arguas Athenaeum, pernam latinam graece petaſonem dici; quod tamen falſum eſſe docui. Muſteo petaſoni ſiccum petaſunculum opponere videtur Iuuenalis VII. 119. Pernas concharum generis Plinius a ſuilli cruris longi ſimilitudine dictas eſſe ait libro 32. extremo; vnde natas margaritas medii aeui ſcriptores *pernulas*, alii deinceps *perulas, pirulas, perlas* dixere, docente Cangio. Vocabulum *perna,* etſi graeco πτέρνα ſimillimum, graecae vel latinae originis eſſe perſuadere tamen mihi nondum potui. Strabonis atque Athenaei auctoritas ad rem non pertinet; vſus enim vterque eſt voce tum peruulgata. Sed in Pollucis Onomaſt. VI. ſect. 52.

inter ſuillae carnis cibos varios ſunt *κωλῆνες τεταριχευμένοι, σκελίδες ὁλόκνημοι, αἱ πέρναι.* vbi antea libri editi *πτέρναι* ſcriptum habebant, contra Codicum fidem. Verſio latina habet: *pernae ſalitae, tibiae, armi, qui et pernae.* Ineptiſſime! Nam *κωλῆνες τεταριχευμένοι* ſunt ipſae pernae; *κωλὴν* enim et *κωλῆ* coxendices ſignificat. *σκελίδες* ex Pherecrate habet Pollux etiam VI. 59. ſed ecce idem II. 193. *καὶ σκελὶς ἡ νῦν καλȣμένη πτέρνα, ἐν τῇ κωμῳδίᾳ·* vbi corrigo *πέρνα.* vbi contraria ratione inepta eſt verſio, quae *πτέρναν* calcaneum interpretatur. Idem VI. 33. *σχελίδες λαγωῶν* habet; et Heſychius *σχελίδες κρέα ἐπιμήκη τετμημένα* interpretatur; alii, eodem teſte, *πλευρίδας.* In Athenaeo II. p. 57. *σκελίσι* vulgatum ex Codd. Caſaubonus mutauit in *σχελίσι.* Has *σκελίδας* Varronis taniacas, Gallorum *Longes* interpretabatur Scaliger ad Varronem II. 5. 10. Sed in vtroque Pollucis loco manifeſto *σκελίδες* pernae ſunt, et in priore voces *αἱ πέρναι* ad *κωλῆνες* et *σκελίδες* ſimul referri debent, atque inde alter locus corrigi. Denique *offulam cum duabus coſtis* habet Varro R. R. II. 4. 11.

COM-

COMMENTARII
IN
M. TER. VARRONIS
DE
RE RVSTICA
LIBROS TRES.

DE VITA
M. TERENTII VARRONIS
REATINI, LIBRORVMQVE
AB EO SCRIPTORVM ANNIS.

M. Terentius Varro, Romanorum doctiſſimus, iudice Cicerone, permultis ſcriptis inclaruit, ex quorum numero *librum de vita ſua*, a Chariſio, grammatico, memoratum, vt fortuna nobis ſaluum prodidiſſet, magnopere optandum erat. Quaecunque enim de parentibus, vita, moribus, honoribuſque in republica ab eo geſtis prodita habemus, pauca ſunt, et magna ex parte coniectura, ex Fragmentis librorum eius ducta, nituntur, aut plane dubia cenſenda ſunt. Equidem hic excerptas ex veterum ſcriptorum locis eas tantum notitias ponam, quas ad certam annorum Vrbis fidem redigere atque ad hiſtoriam operum, a Varrone conditorum, ordinandam conferre licebit.

De parentibus eius locum Plinii VII. ſect. 53. reperio, vbi Varro ipſe materterae ſuae maritum Corfidium cum fratre, equites romanos, commemorat in exemplis ſubitae mortis. Hunc eundem eſſe cenſebat Erneſtius, quem Cicero pro Ligario c. 11. L. Corfidium nominat, cuiuſque nomen ex illa oratione tolli volebat ad Attic. XIII. 44. quoniam Corfidius tum iam mortuus erat, cum illa dicta eſt. Haec vero epiſtola in A. V. 708. conuenit. Caium Fundanium ſocerum, et Fundaniam vxorem ipſe Varro, 80 annos natus, commemorauit libro I. de R. R. c. 2. Huius Fundanii nomine inſcriptum librum, de Admirandis, ad inſtar libri Ariſtotelici περὶ θαυμασίων, a Grammaticis

maticis laudari ſuſpicor. In libro III. de R. R. cap. 2. ſect. 14. materterae fundum Sabinum nominat; quam Fircelliam fuiſſe coniicitur ex cap. 4. ſect. 2. quam Fircellii Pauonis Reatini affinem fuiſſe credo, quem loquentem fecit Varro de R. R. III. 2. ſect. 2. et III. 6. Reatinus et ipſe fuit Varro, eoque cognomine a P. Terentio Varrone, poeta, Atacino, diſtinguit eum Sidonius Apollinaris et Symmachus, vt deinceps annotabitur.

Quos a republica honores petierit acceptoſque geſſerit, ignoramus. Tribunatum quidem eius alioſque honores memorauit Fabricius; ſed tribunatus is niti videtur coniectura, ducta ex loco Antiquitatum Varronis apud Gellium XIII. 12. quem infra poſitum inter reliqua auctoris ſcripta reperies. Aedilem Varronem reperimus in Plinii XXXV. ſect. 49. *Lacedaemone quidem*, inquit, *exciſum lateritiis parietibus opus tectorium propter excellentiam picturae, ligneis formis incluſum Romam deportauere in aedilitate ad comitium exornandum Muraena et Varro.* Sed dubitari poteſt, Varro hic intelligatur M. Terentius an alter; pariter aedilitatis annum ignoramus. Caeterum Plinius exſcripſit Vitruuium II. 8. Varronem noſtrum M. Bruto, in Ciſalpinam Galliam A. V. 708. proficiſcenti, quaeſtorem dat Erneſtius ex Epiſtola Ciceronis XIII. 10. Sed is M. Terentius plane nihil niſi nomen gentile cum Varrone Reatino habuit commune; quod ipſum epiſtolae argumentum docere poterat Erneſtium. En tibi verba: *Cum primum M. Terentius in forum venit, ad amicitiam ſe meam contulit, deinde vt ſe corroborauit — vna, quod verſatur in hoc ſtudio noſtro, quo etiam nunc maxime delectatur et cum ingenio, vt noſti, nec ſine induſtria; deinde quod mature ſe contulit in ſocietates publicanorum; quod quidem nollem. Maximis enim damnis affectus eſt. — deinde verſatus in vtriſque ſubſelliis optima fide et fama iam ante hanc commutationem reipublicae petitioni ſeſe dedit, honoremque honeſtiſſimum exiſtimauit fructum laboris ſui.* Quae quidem omnia in M. Terentium Varronem

nem noſtrum, vtpote decem annis Cicerone ſeniorem, plane non conueniunt; quod clarius etiam apparebit ex temporum rationibus, deinceps enucleandis. Praeter Varronem noſtrum Cicero A. Terentium Varronem Murenam nominauit ad Div. XIII. 22. et XVI. 20. eique, in Achaia negotianti, Tironis aegroti curam commendauit. Maior dubitatio eſt de loco Ciceronis ad Div. XI. 10. vbi Decimus Brutus ad Ciceronem: *Non ſi Varronis theſauros haberem, ſubſiſtere ſumtui poſſem.* vbi Varronis librum *περὶ πλȣ́τȣ* reſpici putabat Corradus; contra Manutius *baronis* corrigebat, et ad Antonii rapinas referebat.

Varronis noſtri Epiſtolam ad Varronem aliquem aliquot in locis laudauit Nonius Grammaticus; de quo pariter dubitari poteſt. P. Terentius Varro, Atacinus, a fluuio vel vico prouinciae Narbonenſis cognominatus, poeticae laudibus eodem tempore floruit, ab Horatio et Ouidio celebratus, cuius ſcripta poſt Ruhnkenium in Epiſt. Critic. II. p. 199. enarrauit Io. Chr. Wernſdorf in Poet. latin. minor. T. V. p. 1385 ſeqq. De vtroque eſt locus Sidonii Apollinaris Epiſt. IV. 32. *Cui Varrones vel Atacinus vel Reatinus.* Ita enim egregie hunc locum correxit Cel. Ruhnkenius, cum antea eſſet: *Atacinus vel Terentius;* fretus inprimis loco Symmachi Epiſt. I. *Scis Terentium, non Comicum, ſed Reatinum illum, romanae eruditionis parentem.* Cn. Pompeius, cuius in gratiam ſe inſinuauerat, cuiuſque partes eouſque defendit, contra Caeſarem, dum adeo eſſent profligatae, vt de ſalute ſua deſperaret, opera eius vſus eſt in bello, contra piratas et cum Mithridate geſto. Narrat Appianus de B. Mithrid. c. 95. Siculi et Ionii maris cuſtodiam vſque ad Acarnaniam permiſſam fuiſſe a Cneo Plotio Varo et Terentio Varroni A. V. 687. Vnde, ſi quis verſionem nuperam ſequi velit, Varronem praetorem efficere nobis poterit. Addit enim Appianus: *ὧδε μὲν αὐτῷ διατετάχατο οἱ στρατηγοί.* quae nuperus interpres reddidit: *Ad hunc modum ab eo diſpoſiti ſunt praetores.* Fines imperii ſui maritimi accuratius ipſe Var-

ro

ro definit in Praefatione libri II. de R. R. ſect. 7. *ſermonibus noſtris collatis cum iis, qui pecuarias habuerunt in Epiro magnas, tum cum piratico bello inter Delum et Siciliam Graeciae claſſibus praeeſſem.* vbi Vrſinum, *Ciliciam* reponentem, recte improbauit Pontedera, ad teſtimonium vocato Appiano. Ad haec eadem tempora commode referri poteſt, quod Varro III. de R. R. c. 17. ſect. 4. narrantem facit Axium: *ſanctiores quam illi in Lydia* (piſces), *quos ſacrificanti tibi, Varro, ad tibicinem graecum gregatim veniſſe dicebas ad extremum litus atque aram, quod eos capere auderet nemo, cum eodem tempore inſulas Lydiorum ibi choreuuſas vidiſſet.* Pertinet huc etiam locus Plinii III. ſ. 16. *Hoc interuallum* (Ionii et Adriatici maris ſeu freti, inter Apolloniam et Hydruntem intercurrentis, latitudine 50,000 paſſuum) *pedeſtri continuare tranſitu pontibus iactis primum Pyrrhus, Epiri rex, cogitauit, poſt eum M. Varro, cum claſſibus Pompeii piratico bello praeeſſet. Vtrumque aliae impediuere curae.* Item alter VI. ſect. 19. de mari Caſpio: *Hauſtum ipſius maris dulcem eſſe — et M. Varro talem perlatam Pompeio, iuxta res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haud dubie influentium amnium victo ſale. Adiicit idem Pompeii ductu exploratum in Bactros ſeptem diebus ex India perueniri ad Icarum flumen, quod in Oxum influat, et ex eo per Caſpium in Cyrum ſubuectas quinque non amplius dierum terreno itinere ad Phaſin in Pontum Indicas poſſe deuehi merces.* De quo loco vide coniecturas M. Chr. Sprengelii Geſchichte der Geogr. Entdeckungen 1792. p. 117. et Appianum confer B. Mithr. c. 103. vbi Pompeii in maris Caſpii regiones expeditio narratur. In Helleſponto circa Parium etiamnum eſſe paucos Ophiogenes, quorum ſaliuae contra ictus ſerpentium medeantur, ex Varrone tradit Plinius VII. ſ. 2. Locum ex primo Antiquitatum humanarum laudauit Priſcianus VII. p. 396. Sequitur alia narratio Varronis apud Plinium XVIII. ſ. 23. ex hoc bello collecta: *Idem fabam a Pyrrhi regis aetate in quodam ſpe-*

cu

cu Ambraciae vſque ad piraticum Pompeii Magni bellum duraſſe annis circiter centum viginti. vbi legi debere *annis circiter CCXX.* recte monuit Pontedera Antiq. p. 169. floruit enim bellorum gloria Pyrrhus circa A. V. 370. Poſtea Varro apud Plinium XXXIII. ſ. 47. tradit, Ptolemaeum Pompeio, res gerenti circa Iudaeam, octona millia equitum ſua pecunia tolerauiſſe, mille conuiuas totidem aureis potoriis mutantem vaſa cum ferculis ſaginaſſe. Pertinet narratio ad A. V. 691. Appianus B. Mithrid. c. 114. narrat, Ptolemaeum Auletem, Pompeium contra ſeditioſos ciues vocantem, miſſis muneribus pecuniiſque ac veſtibus in totius exercitus vſum donaſſe. Dactyliothecam Mithridatis, a Pompeio inter dona in Capitolio dicatam, ex Varrone narrat Plinius 37. ſect. 5. Idem 36. ſ. 4. no. 13. *Idem*, inquit, *Varro et a Coponio XIV. nationes, quae ſunt circa Pompeii, factas auctor eſt.* Suetonius Neronis c. 46. ſimulacra gentium, ad Pompeii theatrum dedicatarum, memorat. Hinc *porticus ad nationes* apud Plinium ibid. n. 12. Seruius ad Aeneid. VIII. *Porticum Auguſtus fecerat, in qua ſimulacra omnium gentium collocauerat, quae porticus appellabatur ad nationes.* Gentium iſtarum nomina poſuit Plinius VII. ſ. 27. et Appianus c. 116 et 117.

Denique in hoc bello coronam naualem meruit Varro, teſte Plinio VII. ſ. 31. atque iterum XVI. ſ. 3. cum Feſto in Fragmento p. 10. Acceſſere ſine dubio praemio nummi. Plinius enim XXXVII. ſ. 6. *reipublicae et Quaeſtoribus, qui oram maris defendiſſent, datum mille talentum, militibus ſingulis ſena millia ſeſtertium* refert. Verum antiqua iſtius loci lectio habebat: *reipublicae datum mille talentum, legatis et quaeſtoribus, qui oras maris defendiſſent, H-S. bina millia, commilitibus ſingulis quinquaginta.* Appianus viritim militibus MD. drachmas datas eſſe tradit. Quicquid ſit de ſumma pecuniae, nomina certe legatorum et quaeſtorum a titulo reipublicae ſeparanda equidem cenſuerim.

In bello ciuili Caesaris cum Pompeio secutus est partes Pompeianas et in Hispania legatus copiis eius praefuit. Cicero ad Dolabellam IX. 13. *Caius Suberinus Calenus — cum vitandi belli causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellum, vt in ea prouincia esset, in qua nemo nostrum, post Afranium superatum, bellum vllum fore putarat, incidit in ea ipsa mala, quae summo studio vitauerat. Oppressus est enim bello repentino, quod bellum commotum a Scapula, ita postea confirmatum est a Pompeio, vt nulla ratione se ab illa miseria eripere posset.* Bellum contra Afranium et Petreium in Hispania gestum est a Caesare A. V. 705. Varro cum legionibus suis Hispaniam vlteriorem tuebatur, teste Caesare de B. C. I. 38. Res ab eo non nimis praeclare gestas narrat idem B. C. II. 17 — 20. Scilicet Caesari tandem copias suas tradidit, et ad ipsum Cordubam venit publicis rationibus cum fide ad eum relatis.

Nec tamen partes Pompeii statim deseruit Varro, sed in fide permansit. Ecce enim Cicero de Diuin. I. 32. vbi narrat, C. Coponeum ad se venisse Dyrrachio, cum praetorio imperio classi Rhodiae praeesset, eumque dixisse, remigem quendam e quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus 30 diebus Graeciam sanguine, rapinas Dyrrachii et conscensionem in naues cum fuga. Tum se ipsum esse commotum Marcumque Varronem et M. Catonem, qui tum ibi erant, vehementer esse perterritos. Paucis post diebus ex Pharsalica fuga venisse Labienum. Haec facta sunt A. V. 706. Huc pertinere videtur etiam narratio Varronis de R. R. I. 4. f. 5. *non hic Varro noster, cum Corcyrae esset exercitus ac classis, et omnes domus repletae essent aegrotis ac funeribus, immisso fenestris nouis aquilone et obstructis pestilentibus ianuaque permutata — suos comites ac familiam incolumes reduxit?* Tandem a Caesare receptus in gratiam curam comparandarum ac digerendarum bibliothecarum graecarum et latinarum, quas Caesar publicauit, demandatam

ab

ab eo geſſit, teſte Suetonio c. 44. Vſque ad reditum Caeſaris in vrbem ex Alexandria A. V. 707. in Tuſculano et Cumano ſuo delituit Varro, ſtudiiſque deditus fructus doctrinae percipiebat in otio, de Caeſaris tamen voluntate dubius, quod arguunt Ciceronis ad eum ſcriptae epiſtolae libro IX. 1 — 8.

Sed ante haec tempora alios praeterea ex Pompeii amicitia et gratia fructus in pace percepiſſe videtur. Plinius VII. ſ. 5. *Varro quoque auctor eſt XX viro ſe agros dividente Capuae quendam, qui efferretur, foro domum remeaſſe pedibus.* Pertinet narratio ad Conſulatum primum Caeſaris A. V. 695. quo lege Iulia ager Campanus et Stellas XX. millibus ciuium diuiſus eſt.

De bibliothecis, a Varrone curatis, locus eſt Plinii VII. ſ. 3. *M. Varronis in bibliotheca, quae prima in orbe ab Aſinio Pollione ex manubiis publicata Romae eſt, vnius viuentis imago poſita eſt.* Iterum XXXV. ſ. 3. *Non eſt praetereundum et nouitium inuentum: ſiquidem non ſolum ex auro argentoue aut certe ex aere in Bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animae in locis iiſdem loquuntur, quin imo etiam quae non ſunt, finguntur pariuntque deſideria non traditi vultus. — Aſinii Pollionis hoc Romae inuentum, qui primus Bibliothecam dicando ingenia hominum rem publicam fecit. — Imaginum amore flagraſſe quondam teſtes ſunt — et M. Varro benigniſſimo inuento, inſertis voluminum ſuorum fecunditati non nominibus tantum ſeptingenarum illuſtrium, ſed et aliquo modo imaginibus, non paſſus intercidere figuras aut vetuſtatem aeui contra homines valere.* Ad quem locum Harduinus appoſuit Iſidori locum Orig. VI. 5. qui neſcio vnde ducta tradidit haec: *Poſt hos Caeſar dedit M. Varroni negotium cauſa maxime bibliothecae comparandae. Primum autem Romae bibliothecas publicauit Pollio graecas ſimul atque latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de manubiis Dalmatarum magnificentiſſimum inſtruxerat.* Varroni ſucceſſiſſe in ordinandis bibliothecis publicis

blicis videtur Pompeius Macer, cui delegatas fuiſſe ab Octauiano Caeſare tradit Suet. Caeſ. 56. Ex cura, quam bibliothecae Pollionis impendit Varro, nati eſſe videntur libri eius de Imaginibus, quas Hebdomadum ſub titulo laudant Grammatici veteres. Rationem tituli Hebdomadum ipſe initio libri enarraſſe videtur, vt colligere licet ex iis, quae inde excerpta poſuit Gellius III. 10. qui ex Hebdomade prima Homerum et Heſiodum laudat III. 11. Haud ſcio, an de Bibliothecis libri, a Soſipatro Grammatico laudati, iidem, ſaltim cum iis tempore atque argumento coniuncti fuerint. Ex Primo Hebdomadum haec verba poſuit Nonius: *Dies deinde illos, quibus Halcyónes hyeme in aqua nidulantur eos quoque ſeptem eſſe dicit.* Quae ex eodem libro poſuit Gellius III. 10. Idem ſub vocabulo *Luce: Varro Hebdomad. ſub imagine Demetrii: Hic Demetrius eſt natus, quot luces habet annus abſolutus.* Ita prior Mercerii Editio habet. Scaliger in Catalectis edidit: *Hic Demetrius aeneas tot aptu'ſt; Quot luces habet annus;* de Demetrio Phalereo interpretatus. Scilicet Plinius XXXIV. ſ. 12. *nullique arbitror plures ſtatuas dicatas quam Phalereo Demetrio Athenis; ſiquidem CCCLX. ſtatuere, nondum anno hunc numerum dierum excedente, quas mox lacerauere.* Ex libro primo Gellius III. c. 11. *M. Varro in libro de Imaginibus primo Homeri imagini hoc epigramma appoſuit: Capella Homeri candida haec tumulum indicat. Quod hac Ietae mortuo faciunt ſacra.*

Decimo Hebdomadum volumine architectos comprehendiſſe Varronem, arguit locus Auſonii in Moſella verſu 306. *Forſan et inſignes hominumque operumque labores Hic habuit decimo celebrata volumine Marci Hebdomas.* Varronem his libris etiam aliena elogia inſeruiſſe, monet Symmachus I. Epiſt. 2. *ideo in ſocerum atque auunculum noſtros tibi delegamus epigrammata. Nam et Varronis libri diuerſis notantur auctoribus.* Argumentum librorum perſequitur idem Epiſt. IV. *Studium quidem Menippei Varronis imitaris, ſed vincis ingenium. Nam quae in noſtra-*

nostrates viros nunc nuper condis epigrammata, puto hebdomadum elogiis poenitere. Illa bono metallo cusa, torno exigi nescierunt — ille Pythagoram, qui animas in aeternitatem primus asseruit, ille Platonem, qui deos esse persuasit, ille Aristotelem, qui naturam bene loquendi in artem redegit, ille pauperem Carium — ille seueros Catones, gentem Fabiam, decora Scipionum totumque illum triumphalem senatum parca laude perstrinxit. Ex libro Hebdomadum primo refert Gellius III. c. 10. haec: *tum ibi addit, se quoque iam duodecimam annorum hebdomadem ingressum esse* (i. e. annum aetatis 78. attigisse) *et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum (i. e. volumina 490.) ex quibus aliquos iam diu, cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis, non comparuisse.* Proscriptum Varronem eiusque villam Casinatem ab Antonio occupatam et direptam videbimus infra A. V. 707. Libros de R. R. scripsit annos 80. natus, vt ipse profitetur in Praefatione; vnde A. V. 717. fere colligemus postea scriptos. Biennio antea, ergo A. V. fere 715. scripti videntur libri Hebdomadum seu de Imaginibus, ex cuius Praefatione multa de septenario numero exquisita partim etiam frigidiuscula excerpsit Gellius in loco antea laudato.

Post mortem Iulii Caesaris, hoc est A. V. 710. scriptas Epistolicas Quaestiones ab eo ad Oppianum, quas ex libro quarto commemorauit Gellius XIV. 7. arguere licet ex curia Iulia, quam cum Hostilia et Pompeia ibi nominauit, et ex more nouo tum, cum ista scriberet, instituto, rogandi senatores, vt sententiam dicerent. Sed iuuat apponere Gellii verba, quoniam inde indicium libri, iam tum deperditi, alteriusque, qui Constantii Imperatoris aetate superfuisse videtur, lucrabimur. *Cn. Pompeius*, inquit, *consul primum cum M. Crasso designatus est. eum magistratum Pompeius cum initurus foret, quoniam per militiae tempora, senatus habendi consulendique, rerum etiam expers vrbanarum fuit, M. Varronem familiarem suum rogauit, vti commentarium faceret* εἰσαγωγικὸν *(sic*

 enim

enim Varro ipſe appellat) ex quo diſceret, quid faceret dicereque deberet, cum ſenatum conſuleret. Eum librum commentarium, quem ſuper ea re Pompeio fecerat, periſſe, Varro ait in literis, quas ad Oppianum dedit. – in quibus literis, quoniam, quae ante ſcripſerat, non comparebant, docet rurſum multa ad eam rem ducentia. Haec nos docet narratio, ad quem auctorem referendus ſit liber, de quo ſic tradit Auctor Anonymus Itinerarii ad Conſtantium Imperatorem ſcripti et editi a Muratorio in Antiqq. Italicar. T. III. p. 958. *Igitur,* inquit, *ſi Terentius Varro Cneo Pompeio olim per Hiſpanias militaturo librum illum Ephemeridos ſub nomine laborauit, vt res externas eidem geſturo aperiret, ne is Oceani pericula peteret, atque omnes reliquos motus aëreos praeſcientiae fide declinaret.* Dubitare igitur non licet, ad Pompeium iuuenem a ſenatu in Hiſpaniam miſſum A. V. 677. vt bellum Sertorianum conficeret, ſcriptam a Varrone fuiſſe Ephemeridem, cuius argumentum noſcimus ex Auctore Itinerarii. Eum librum ſic laudat Nonius p. 34. b. Mercerii prioris Edit. p. 71. ſecund. *Varro Ephemeride nauali. Eteſiae diutius et vberius flauerant et autumnum ventoſum fuerat.* Libros nauales Varronis laudat Vegetius de R. Milit. V. 11. atque ex eo Ioannes Sareſber. Policrat. II. 2. atque indidem plura tempeſtatum ſigna depromſiſſe videtur Plinius. Nulla igitur idonea de cauſa libros hos nauales P. Terentio Varroni Atacino, poetae, quem Hieronymus Olymp. 175. mortuum narrat, (quam ipſam Appianus Ciuil. I. 108. ad A. V. 677. quo Pompeius in Hiſpaniam eſt profectus, retulit) vindicare conatus eſt Wernſdorf in Poet. latin. T. V. P. III. p. 1387. quos recte cum aliis Fabricius Marco noſtro aſſignauerat; quod iure factum comprobat locus Itinerarii, a me appoſitus, qui viros doctos hucuſque latuerat.

Locus claſſicus et egregius ad hiſtoriam operum Varronis et cognoſcendam eorumque tempora accuratius ordinanda exſtat Ciceronis in Academicorum libro primo, quem

quem per particulas excerptum huc transferam. Librum istum cum tribus reliquis, quos perditos hodie magnopere desideramus, M. Terentio Varroni inscripserat, suadente inprimis Pomponio Attico, quod ex epistolis permultis, ad Atticum scriptis, cognoscimus. Cicero enim ipse diu dubitauerat; eiusque dubitationis causas licet fere agnoscere in loco epistolae 25. libri XIII. vnde ea verba huc transferam, quae nobis Varronis ingenium morosum, certe difficile, pingere videntur. *Sed est, vt scis, δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο. Ita mihi saepe occurrit vultus eius querentis fortasse vel hoc, meas partes in iis libris copiosius defensas esse quem suas.*

Varroni Cicero partes Antiochinas tuendas dedit, ipse sibi Philonis sumserat, quod Varro Athenis Antiochum audiuerat, vt testatur Cicero ibid. c. 3. Simul autem Varronem Cicero admonere voluit muneris, quod per Atticum ei promisisse videtur. Optabat enim a viro πολυγραφοτάτῳ, vt ipse appellat in literis ad Atticum, librum sibi etiam aliquem inscribi. Quem Varronem ipsum sibi promittentem introducit his verbis c. 1. *Habeo opus magnum in manibus, quod iam pridem ad hunc ipsum, (me autem dicebat,) quaedam institui, quae et sunt magna et limantur a me politius,* deinde e Libone amico communi se audiuisse narrat. Varronem ea, quae Cicero iam diu exspectaret, non intermisisse, sed accuratius tractare, nec de manibus vnquam deponere. Libris his perpoliendis, quos de lingua Latina ad Ciceronem scriptos fuisse deinceps videbimus, multum temporis tribuisse Varronem, arguunt verba Attici, in eodem loco posita: *silent enim diutius Musae Varronis quam solebant: nec tamen cessare, sed celare, quae scribat, existimo.* Praeterea ex eodem Academicorum prooemio cognoscitur, Varronem tum temporis Cumano Ciceronis vicinam villam habuisse, quo Roma reuertentem amicum, vt inuiserent, cum primum de aduentu eius audiuissent, Atticus et Cicero statim ire perrexerunt. Quid? si suspicionem hinc duxero, sub

ipſum illud tempus, quo Cicero Varroni inſcriptos libros Academicos mittebat, Varronem ex eius vicinia in fundum aliquem Italiae longinquum migraſſe, quem quominus Caſinatem eſſe ſuſpicemur, impedit annorum ratio. Fundum enim Varronis Caſinatem ab Antonio direptum fuiſſe, tradit Cicero Philipp. II. 40 et 41. dum Caeſar Alexandriae obſidione detinebatur, hoc eſt A. V. Varroniano 707. Scilicet ad hanc eius migrationem reſpicere puto verba extrema Epiſtolae, ad Varronem ſimul miſſae: *Migrationem et emtionem feliciter euenire volo, tuumque in ea re conſilium probo.* Tuſculanum et Cumanum Varronis memorat Cicero in Epiſtola IX. 1 et 2. A. V. 707. ad eum data. Tuſculanum a M. Pupio Piſone emtum diſcimus ex III. 13. ſ. 1. de R. R. Obiter etiam Libonem, quem Cicero communem ſibi cum Varrone amicum nominat, lectoris memoriae commendabo. Hic fuit L. Scribonius Libo, ſocer Sext. Pompeii, M. F. qui claſſi praefuit Pompeianorum in bello ciuili teſte Caeſare B. C. III. 23. cuius imperii partem aliquam fuiſſe etiam penes Varronem, iam annotauimus. Huic eidem inſcriptum fuiſſe ſuſpicor *Librum ad Libonem*, quem primum laudauit Macrobius Saturn. II. 14.

Licebit forte etiam temporis ſpatium aliquatenus definire, quod Varro libris, Ciceroni inſcribendis, de Lingua latina inſumſiſſe videtur. Scilicet Cicero Epiſt. 12. libri XIII. ad Atticum biennium praeteriiſſe narrat, ex quo Varro ſibi denunciauiſſet magnam ſane et grauem *προσφώνησιν*. In altera vero ſeu 23 Epiſtola effectos libros Academicos Attico narrat; quae cum reliquis fere omnibus, certe prioribus eius libri, pertinet ad A. V. 708. cum Caeſar in Hiſpania bellum contra Cn. Pompeii liberos gereret. Aſſignare igitur eidem anno licebit libros Academicos, ad Varronem ſcriptos et miſſos; quibus hic laceſſitus munere reſpondit libris de L. L. ad Ciceronem ſcriptis, quos eidem aut ſequenti anno aſſignandos cenſuit Pontedera in Antiqq. p. 318. Horum tamen librorum, ad

ad numerum vſque vigeſimum quartum elaboratorum, priores tres ad P. Septimium, qui ſibi fuerit quaeſtor, ſcriptos eſſe ipſe teſtatur in extremo libro ſexto p. 83. quem quidem Septimium aliunde notum non habeo.

Cognito anno Vrbis conditae, quo libri de L. L. ſcripti eſſe debent a Varrone, non ſatis conuenire videtur locus libri VI. p. 66. ed. Durdr. *At hoc quid ad verborum poeticorum aetatem? Quorum ſi Pomponii regnum fons in carminibus Saliorum, neque ea a ſuperioribus accepta, tamen habent ſeptingentos annos.* vbi cum Scaligero malebat legi Pontedera: *regnum foris.* Idem vir doctus integrum numerum a Varrone paulo plus aut paulo minus referri putabat, quemadmodum in libris de R. R. III. 1. ſect. 2. *nam in hoc nunc denique eſt vt dici poſſit, non cum Ennius ſcripſit, Septingenti ſunt paulo plus aut minus anni, auguſto augurio poſtquam inclita condita Roma eſt.* Quam opinionem confirmat alter locus de L. L. IV. p. 26. *vt Alexandria Camelopardalis nuper adducta.* Hanc enim Caeſar Dictator primus ludis Circenſibus Romae ſpectandum exhibuit A. V. 708. teſte Plinio VIII. ſ. 27. Vnde ſimul licebit indagare annum, quo libri ruſtici a Varrone ſcripti fuerint, quos Pontedera Libris de L. L. aetate finitimos eſſe ſimpliciter dixit. Videlicet ſi ſequamur Euſebium, qui Varronis mortem A. V. 726. aſſignavit, atque ex hoc numero demamus octo vel nouem, (nam vixit annos fere nonaginta, ſcripſit autem hos libros natus annos 80. et annum 81. ingreſſus, vt ipſe teſtatur initio libri I. *annus enim octogeſimus admonet me.* quapropter Plinius recte poſuit, Varronem anno aetatis octogeſimo primo libros iſtos ſcripſiſſe) anni vrbis erant paulo minus 716. vel 717. vt monuit iam olim Vrſinus ad locum Varronis. Quod ſi vero cum I. A. Fabricio Varronem A. V. 638. natum ponas, efficietur annus V. C. 719. Scilicet is nonagenarium Varronem mortuum eſſe ſtatuit. Sed de hac opinionum diuerſitate alibi dicetur. Hoc vnum ſupereſt ex hac annorum notatione deducen-

 dum,

dum, quod praeclare iam demonſtrauit Pontedera, Varronem ſcilicet libros de R. R. et de L. L. poſt Iuliam anni romani inſtitutionem ſcripſiſſe, quam ſe ſecutum eſſe teſtabatur. Faſtos autem Caeſar, ex Africa redux, correxit A. V. 708. Plinius X. ſ. 53. in loco Varronis de R. R. III. 7. ſ. 10. vocabulum *nuper* interpretatur *ante bellum ciuile Pompeianum.* neſcio quo argumento temporis.

Haec poſtquam fundamenta notationi annorum, quibus libri Varronis, qui hodieque exſtant, ſcripti eſſe videntur, iecimus; age videamus, ſi forte reliquorum annos indagare poterimus. In qua quidem diſputatione Ciceronem in Academicis ducem iterum ſequar.

Sic igitur Varronem Cicero loquentem facit capite altero extremo: *Quae autem nemo adhuc docuerat nec erat, vnde ſcire poſſent, ea quantum potui, feci, vt eſſent nota noſtris. A Graecis enim peti non poterant, ac poſt L. Aelii noſtri occaſum, ne a Latinis quidem.* Quibus eius verbis ita reſpondet Cicero cap. 3. *Sunt iſta Varro. nam nos in noſtra vrbe peregrinantes erranteſque tanquam hoſpites tui libri quaſi domum deduxerunt, vt poſſemus aliquando qui et vbi eſſemus agnoſcere. Tu aetatem patriae, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum iura, tu ſacerdotum, tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum, locorum, tu omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti.* Manifeſtum eſt, reſpici libros Varronis, Antiquitatum titulo inſcriptos, quas ipſe Varro ibidem paulo antea nominaverat; de quo loco poſtea diſputabitur. Antiquitatum rerum humanarum et diuinarum ſub nomine laudant ſcriptores veteres hos Varronis libros, ſingulorumque varios titulos commemorant. Antiquitates rerum humanarum libris XXV. complexum fuiſſe Varronem, ait Auguſtinus de C. D. VI. 3. rerum vero diuinarum libros XVI. C. Caeſari Pontifici Maximo inſcripſiſſe, conſentit etiam Lactantius I. c. 6. Initium Antiquitatum rerum diuinarum refert Auguſtinus VI. 4. tale: *Ideo prius de rebus humanis*

nis scripsi, postea de diuinis, quia diuinae istae ab hominibus institutae sunt. Ad antiquitates has scribendas Varro exemplo et institutione L. Aelii Stilonis praecipue et incitatus atque eruditus esse videtur. De quo Cicero in Bruto c. 56. *Fuit is omnino vir egregius et eques romanus cum primis honestus, idemque eruditissimus et graecis literis et latinis, antiquitatisque nostrae et inuentis rebus et in actis scriptorumque veterum literate peritus. quam scientiam Varro noster acceptam ab illo auctamque per sese vir ingenio praestans omnique doctrina pluribus et illustrioribus literis explicauit.* Haec Cicero A. V. 707. scripsit; itaque etiam ex hoc loco constat, antiquitates a Varrone publicatas ante A. V. 707. Lucium Aelium Cicero, decem annis Varrone maior natu, adolescens audiit, ipso ibidem testante; eidemque Satyras suas Lucilius inscripserat, testante versu, posito ab auctore librorum ad Herennium IV. 12. Eundem cum Sex. Aelio Tabularum duodecim interpretem perhibet Cicero Leg. II. 23. C. Aelii, hominis, in primis in literis latinis exercitati, interpretationem carminum Saliorum laudat Varro de L. L. VI. p. 65. C. Aelium Stilonem appellat IV. p. 36. eiusque commentarium laudat VI. p. 72. Anno quo fuerit mortuus L. Aelius, ignoramus; mortuum ante A. V. 708. testantur Academici Ciceronis libri. Denique ipso Varronis testimonio confirmatur, libros Antiquitatum ante libros de L. L. scriptos esse, quippe in horum quinto p. 46 et 47. ipse eos nominauit. In Fragmentis latent quaedam annorum notae, quas obiter hic inuestigabimus. Ita ex libro XXI. rerum humanarum Antiqq. haec laudavit verba Gellius XIII. 12. *Ego Triumuir vocatus a Portio tribuno plebis non iui auctoribus principibus et vetus ius tenui. Item tribunus cum essem vocari neminem iussi, neque vocatum a collega parere inuitum.* Ex quo loco Varronis tribunatum duxisse puto Fabricium cum aliis. Antiquitates rerum diuinarum C. Caesari inscripsit Varro, a quo demum A. V. 706. in gratiam fuit receptus, vt

 supra

ſupra admonui. Hunc igitur annum et ſequentem impendiſſe videtur Varro Antiquitatibus rerum diuinarum, ad Caeſarem perſcribendis. Antea enim vix alicui probabimus, hominem, Pompeio deditiſſimum multiſque eius beneficiis obſtrictum, Caeſaris gratiam ſcripto captaſſe.

Sequitur in Ciceronis Academicis locus: *Et tamen in illis veteribus noſtris, quae Menippum imitati non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus, multa admiſta ex intima Philoſophia, multa dicta dialectice: quae quo facilius minus docti intelligerent, iucunditate quadam ad legendum inuitati, in laudationibus in iis ipſis antiquitatum prooemiis philoſophiae, ſcribere voluimus; ſi modo conſecuti fuimus.* Quo difficili in loco duas eſſe lacunas ſtatuit Caſaubonus; contra Erneſtius noſter difficultatem omnem tolli putabat verbis ſic tranſpoſitis quibuſdam et correctis: *in laudationibus philoſophiae in iis ipſis antiquitatum prooemiis efficere voluimus, ſi modo conſecuti ſumus.* Verum vix perſuadebit lectori, laudationibus philoſophiae in Antiquitatum prooemiis poſitis Varronem efficere voluiſſe, quo facilius, iucunditate quadam ad legendum inuitati, minus docti intelligerent, quae in Satyris Menippeis vel dialectice dicta vel ex intima philoſophia admiſcuerat Varro. Igitur ſtatuere oportet, poſt vocabulum *inuitati* multa verba intercidiſſe. Reliqua ſic ordinauerim, vti ſuaſit Erneſtius; ſed philoſophiae laudationes interpretabor de libris Varronis, de Philoſophia ſcriptis; quorum ſecundum de forma Philoſophiae Chariſius Grammaticus laudauit; librum de Philoſophia ſimpliciter indicauit Auguſtinus XII. 4. XIX. 1. Hos igitur de Philoſophia libros, ante A. V. 708. ſcriptos, ponere oportet; Satyras autem Menippeas multis etiam annis antea; quoniam ipſe Varro haec ſua ſcripta vetera appellat. Haec eadem reſpexit Cicero, dum cap. 3. Varroni ita reſpondit: *plurimumque poetis noſtris omninoque latinis et literis luminis attuliſti et verbis, atque ipſe varium et elegans omni fere numero poema feciſti, philoſophiamque multis locis inchoaſti ad impellendum ſatis, ad*

edo-

edocendum parum. Tenemus igitur Ciceronis iudicium de libris Varronis, quibus hic philoſophiam laudauerat, quibuſue multa ex intima philoſophia et multa dicta dialectice admiſcuerat. Deinde ex eodem teſtimonio cognoſcimus, Satyras Varronis Menippeas carminibus omni fere metrorum genere commiſtam habuiſſe orationem; quod apparet etiam ex reliquiis, a viris doctis collectis. Admonet hic locus, vt diſpiciamus, qui qualeſque fuerint libri Varronis, quos Scriptores veteres *logiſtoricos* vocare ſolent, vnde ipſum Varronem *logiſtoricum* appellauit Sidonius Apollinaris. Ex logiſtorico Catus ſeu de liberis educandis excerpſit locum Gellius IV. 19. et XX. 11. Mercerius ad Nonium p. 207. a Satyris Menippeis diuerſos facit, ea quidem differentia, vt proſaica oratione toti perſcripti fuiſſe videantur, cum Satyris admiſti eſſent verſus omni metrorum genere.

Menippearum Satyrarum ingenium etſi Varro ipſe ſatis indicauit, clarius tamen ex Fragmentis earum permultis agnoſcere licet, et ex iudicio veterum ſcriptorum de ſcriptis Menippi Gadarenſis, de quo Diogenes VI. 99. τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ καταγέλωτος γέμει καί τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου τοῦ κατ' αὐτὸν γενομένου. Strabo libro XVI. Menippum σπουδαιογέλοιον appellauit. Menippum circa Olymp. 170. vixiſſe, ſtatuit cum aliis Reiſke in Notitia Poetar. Antholog. quam rationem ſi ſequimur, non longe abfuit Menippus a iuuentute Varronis. Potuit igitur recens et celebratum a multis exemplum Menippi Varronis ingenium ad aemulationem excitare. Menippeas ipſe Varro inſcripſit Satyras ſuas; alii tamen Cynicas vocarunt, teſte Gellio II. 18. De verſibus ſenariis Satyrarum teſtatur idem VII. c. 16. Satyram, qua Cn. Pompeii cum Caeſare et Craſſo conſpirationem (factam A. V. 694.) perſtrinxerat, memorat Appianus B. C. II. c. 9. eamque Τρικάρανον inſcriptam fuiſſe memorat. Tituli rationem cognoſcere licet ex loco Varronis de Vita populi romani apud Nonium in verbo *biceps*, vbi eſt de

 neſcio

nescio quo: *ac bicipitem ciuitatem fecit, discordiarum ciuilium fontem.*

A Cicerone nunc digressi reliquorum librorum annos inuestigabimus notis si quas forte in Fragmentis latentes nacti fuerimus.

Librum de aestuariis ipse laudat de L. L. p. 105. scriptum igitur ante A. V. 708.

Libros Tribuum ibidem p. 16.

Libros IX. Disciplinarum ad M. Coelium Rufum scriptos memorat eum aliis Vitruuius in Praefatione libri VII. Ex libro V. fragmentum posuit Gellius X. 1. vbi est: *Et Pompeius timide, quod in Theatro, ne adscriberet Consul tertium aut tertio, extremas literas non conscripsit.* Atqui Pompeius tertium Consul fuit solus, reliquis competitoribus ambitus damnatis; secundum fuit A. V. 699. Consul cum Crasso, quo Theatrum dedicasse editis ludis dicitur a Plinio. M. autem Coelius Rufus, Pompeianarum partium item studiosus et antiquitatis affectator, occisus est A. V. 706. auctore Caesare B. C. III. 20 — 22. vnde sequitur, libros a Varrone ad Coelium inter A. V. 699 et 706. scriptos fuisse.

De Gente populi romani libros laudans Arnobius V. locum hunc posuit: *A diluuio Deucalionis et Pyrrhae adusque Hirtii Consulatum et Pansae annorum esse millia nondum duo.* Igitur post A. V. 710. scripti erant libri.

Libros de Vita populi romani ad Pomponium Atticum scripsisse videtur post A. V. 704. quo Hortensius orator mortuus est. Ita enim apud Plinium XIV. sect. 17. Varro loquitur: *Hortensius super decem millia cadûm heredi reliquit.* quae eadem verba Nonius ex tertio libro ad Pomponium Atticum laudauit. Sed ecce locum ex libro IV. apud Nonium sub verbo *obstrigillare: Quod Curio cum id fecisset, dicebat amicis, vt illi renunciaretur, se obstrigillaturum ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret consul.* Quae ad Caesarem et annum V. C. 703. pertinere, docet temporum ratio. In altero loco apud eun-

eundem Nonium ſub vocabulo *caecum* ex libro IV. memorantur *mandata arcana, T. Ampio data a Conſulibus;* quae eadem reſpexit Cicero ad Attic. VIII. 11. et pertinent ad A. V. 704. Denique idem Nonius ſub vocabulo *anceps* habet locum ex eodem libro: *Caeſar reuerſionem fecit, ne poſt occipitium in Hiſpania exercitus qui erant relinqueret; quo ſe coniiceret Pompeius, vt ancipiti vrgeretur bello.* quae videntur ad A. V. 705. pertinere.

Seruii Clodii, equitis romani, contra podagrae dolores crura ſibi veneno perungentis, atque ita poſtea ſenſu omni et dolore in ea parte corporis carentis, meminit Varro apud Plinium XXV. ſ. 7. quem in Graecia alicubi mortuum CSS. Q. Metello Celere et L. Afranio loquuntur Epiſtolae Ciceronis ad Attic. I. 20. II. 1.

Laudationem Porciae, M. Catonis ſororis, vxoris Domitii Ahenobarbi, a M. Varrone ſcriptam, memorat Cicero in Epiſtola ad Atticum XIII. 48. A. V. 709. ſcripta.

Poſt Caeſaris interitum inter proſcriptos a triumuiris A. V. 711. nominat Varronem Appianus B. C. IV. 47. cum hoc elogio: φιλόσοφός τε καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς, ἐστρατευμένος τε καλῶς καὶ ἐστρατηγηκώς. Servatum a Caleno amico addit, in cuius villa delituerat. Quem Calenum fortaſſe licebit eundem cenſere cum Suberino Caleno, qui cum Varrone in Hiſpaniam ad Pompeium fugerat.

Mortem Varronis tangit Plinius XXXV. ſ. 46. *M. Varro Pythagorico modo in myrti et oleae atque populi nigrae foliis.* (condi defunctum maluit.) Idem libro XXIX. ſ. 18. *niſi M. Varronem ſcirem LXXXVIII. vitae anno prodidiſſe aſpidum ictus efficaciſſime ſanari, hauſta a percuſſis ipſorum vrina.* Quod idem remedium Dioſcorides II. 9. tradidit. Paulo accuratius mortem narrat Varronis Valerius Maximus libro VIII. 3. *Terentius Varro humanae vitae exemplo et ſpatio nominandus, non annis, quibus ſaeculi tempus aequauit, quam ſtylo viuacior fuit; in eodem enim lectulo et ſpiritus eius et egregiorum operum*

rum cursus exstinctus est. Annum, quo ex vita migravit Varro, ignoramus, nec in seculi spatio aequato convenit Eusebius. Verum id nunc non curo, scriptorum a Varrone librorum numerum in annos quomodocunque digessisse contentus; simul enarrare breuiter volebam res, ab eo ipso aut eius aetate gestas, quarum obiter in libris de re rustica aliisque facta est mentio, ne lectores singulis in locis annotatione vel longiore vel saepius repetita morarer. Praeterea lectorum intererat scire, quo Vrbis conditae anno libri de re rustica, de lingua latina, aliique, quorum fragmenta multa supersunt, temporum vestigiis passim notata, publicata essent a Varrone. Alia enim et plane diuersa ab antiqua forma et ratio anni mensium dierumque fuit postea quam a Iulio Caesare fasti correcti fuerant, cuius disciplinam secutus est Varro in libris, quos hodieque reliquos habemus, inprimis in libri de re rustica primi cap. 28. vbi anni solaris interualla, a rusticis romanis obseruata, in operibus suis exsequendis accurate persequitur.

Postquam haec commentatus eram, forte in Dionis Cassii locum 47. 11. incidi, vbi quidam M. Terentius Varro tribunus plebis A. V. 711. fuisse traditur, qui scripto publico significauit, se non esse eum Varronem, cuius nomen inter proscriptos fuerat publicatum. Hic quidem videtur intelligi is, de quo Velleius II. 71. *nam Varro, ad ludibrium moriturus Antonii, digna illa ac vera de exitu eius magna cum libertate ominatus est.* vbi nimis leui de causa interpres Bipontinus Fauonium substituebat, ne doctissimus Romanorum Varro in suspicionem caedis veniret, quippe qui proscriptioni superuixerit. At plures Varrones ea aetate fuere Romae. Male etiam Dionis interpres Varronem nostrum intelligebat, quocum ille tribunus plebis commune nomen gentilitium habebat. Ceterum tribunus iste plebis M. Terentius Varro potest videri idem esse, quem sub M. Varronis nomine M. Bruto,

Galliae

Galliae Cisalpinae praefecto, quaestorem A. V. 708. commendat Cicero Epistol. XIII. 10. Noster tum Varro annum aetatis 71. agebat; nec vllo modo ad mentionem istius tribunatus pertinere potest.

Aedilitatem Muraenae et Varronis coniunctim ex Vitruuio II. 8. memorauit Plinius 35. sect. 49. vbi Lacedaemone excisum lateritiis parietibus opus tectorium, propter excellentiam picturae ligneis formis inclusum, Romam ab iis deportatum in aedilitate ad Comitium exornandum refert. Videtur igitur ea res ad communem eorum virorum aedilitatem pertinere. Sed Varro is cuius gentis fuerit, potest dubitari. Fuit enim Aulus Terentius Varro Muraena; fuere plures Muraenae, quorum nec aedilitatem nec reliquam aetatem accurate cognoscimus. Obiter de facto, a Plinio narrato, pauca dicam. Simile est, quod idem eodem libro sect. 45. de aede Cereris ad Circum maximum narrat ex Varrone: *ex hac cum reficeretur crustas parietum excisas tabulis marginatis inclusas esse.* Quem locum si comparemus cum Vitruuio VII. 3. rectius huius verba interpretari poterimus, quam vulgo factum est. Postquam Graecorum in tectoriorum apparatu subtilitatem narrauerat, haec addit: *Itaque veteribus parietibus nonnulli crustas excidentes pro abacis vtuntur, ipsaque tectoria abacorum et speculorum diuisionibus circa se prominentes habent expressiones.* Priora pertinent ad historiam parietum lateritiorum Lacedaemoniorum, a Muraena et Varrone excisorum, et tabulis seu formis inclusorum, vt in publico aedilitatis munere tanquam abaci exponerentur admirationi populi. Posteriora autem verba significant in tectoriis graecis, magna subtilitate inductis, abacorum et speculorum formam expressam diuisionibus tectorii et prominentem marginibus adfuisse. Abaci et vasa abacorum ad luxum et magnificentiam divitum pertinebant; iique diuisi fuisse videntur lacunaribus vel diuersicoloribus paginis; vnde ex similitudine abacus arithme-

arithmeticus, in quo ducebant calculos, dictus eſſe videtur. Horum igitur abacorum et ſpeculorum margines Vitruuius prominentes expreſſiones vocauit. Ineptiſſime locum Perraltus et Galianus ſunt interpretati. Abacorum in tectoriis tricliniorum hibernorum, ex atramento ſubactorum et politorum, interpoſitis cuneis ſilaceis, meminit Vitruuius VII. 4.

Denique Varronis librum de Poetis, quem reſpici a Cicerone in loco Academicorum nunc demum agnoſco, ad imitationem Graecorum *Διδασκαλειῶν* ſcriptum, ante Ciceronis Academica et Brutum publicatum fuiſſe, admonui in nota ad Ciceronis Brut. c. 18. in editione Wetzelii mei.

* Poſtquam haec in chartam coniecta Lipſiam tranſmiſeram, incidit mihi dubitatio de infortunio, quod Varroni iterum ex triumuirorum proſcriptione accidiſſe dicitur. Fundum Caſſinatem Varronis Antonius, abſente Caeſare, qui tum Alexandriae fuit A. V. 704. exeunte et 705. ineunte, occupauerat, quanquam Caeſar, Antonio, ea de re ad ſe ſcribenti, reſpondens, vt Varroni fundum redderet, admonuit. Haec verbis non dubiis refert Ciceronis Philipp. II. 40. Quid vero deinde cauſae fuiſſe dicamus Varroni, vt poſteaquam a Caeſare Bibliothecae publicae praefectus in litteris libriſque totus abditus conſenuerat, odiis ſe ciuium turbulentorum immiſceret, adeoque mereretur in numero proſcriptorum proponi A. V. 710. ad quem pertinet narratio Appiani Civ. IV. 47. qui tamen ipſe ſubdubitaſſe videri poſſit de narrationis alienae fide. Addit enim Varronis, philoſophi hiſtoriaeque ſcriptoris, nomini tale elogium: *ἐστρατευμένος τε καλῶς καὶ ἐστρατηγηκὼς καὶ ἴσως διὰ ταῦτα ὡς ἐχθρὸς μοναρχίας προυγράφη.* Laudem igitur rei bellicae, bene antea a Varrone geſtae, ſuſpicatur, ſuſpicionem de Varronis animo, monarchiae infeſto, mouiſſe, atque in cauſa fuiſſe, cur in proſcriptorum numerum referretur. Verum, quod iam

antea

antea monui, id mihi narrationis Appianeae fidem dubiam facit. In gratiam cum Caesare redierat Varro tam certa fide, vt ab eo Bibliothecae praefectus simul etiam studia per aliquod tempus intermissa repeteret, totumque se libris et legendis et scribendis traderet. Nihil igitur in animis Caesaris et Caesarianorum videtur potuisse residere suspicionis de animo Varronis iniquo et infesto hostibus reipublicae, quem olim ille satis luculenter, scripta in conspirationem Pompeii cum Caesare et Crasso Satyra, declarauerat. Quid si suspicemur, Varronis eiusdem, quem a triumuiris proscriptum prodidit etiam Dio Cassius, nomen erroris occasionem praebuisse Appiano, vt clarissimum et notissimum cognominum Varronum intelligi et ipse putaret et a nobis vellet?

Ceterum Fragmentis librorum Varronis hoc addendum est, quod ex Codice Guelferbytano Commentariorum Pompeii Grammatici in Artem Donati prodidit Iac. Fr. Heusinger post Mallii Theodori de Metris Librum p. 64. *Varro dicit in libris, quos ad Actium scripsit, sedecim fuisse;* (apud Romanos literas) *postea tamen crevisse et factas esse viginti tres. Tamen primae, quae inventae sunt, fuerunt vndecim. Postea item* (autem corr. Heus.) *viginti tres factae sunt. Illic commemoratur, qui illam literam fecit, qui illam.* Vbi Cel. Ruhnkenius in nota apposita suspicatur, scribendum esse *ad Atticum*, vt intelligantur libri de Vita populi romani quos ad Atticum scriptos testatur Sosipater Charisius Instit. Grammat. I. p. 101. Mihi tamen tractatio literarum grammatica a Varronis de populi romani vita ad Atticum scripto libro magis quam a reliquis eius de lingua latina libris permultis aliena esse videtur. Obiter etiam monebo, Codicem a me inspectum habere scriptum *in aliis libris;* nec rationem comminiscor, cur *aliis* omiserit Heusingerus.

Varronis meminit idem Pompeius fol. 221. *lact. Lectum est hoc saepius, praecipue apud Varronem. Ille dicit,*

dicit, lac non debemus dicere, ſed lact. Sed dixit Caeſar contra ipſum rem valediſſimam: nullum nomen duabus mutis terminari.

Obiter addo locum Ennii apud Varronem de L. L. IV. a viro docto in margine libri Spanheimiani Bibl. regiae Berolinenſis correctum. Vulgo legitur editus: *O terra trita* (varietas habet *terea) vbi Liberi fanum in cuius muro locaui.* Codex a viro docto, cuius manum notam non habeo, comparatus, dabat: *treca in ciuium maro.* vnde V. D. corrigebat: *O terra Threca, vbi Liberi fanum inclutum Maro locaui;* locumque interpretatur de Marone, Bacchi commilitone, a quo Maronea, Thraciae vrbs, fuerit condita.

Coronidem huic diſputationi non inhoneſtam, vt puto, imponet Collectio ſententiarum Varronis ſub nomine proditarum in ſemiuetere ſcheda, vnde deſcriptas a C. Barthio in Aduerſ. XV. 19. repetiit Fabricii Bibl. Lat. T. I. p. 132. ed. Lipſ. Quas equidem longe integriores atque auctiores reperi in Vincentii Speculo Doctrinali atque Hiſtoriali; igitur non committendum putaui, vt diutius in latebris iſtis et in ſterquilinio, quod nauſeabundi perſcrutantur haud multi, abiecti laterent et marceſcerent flores prudentiae ciuilis egregii, ſi non ex ipſius Varronis noſtri ingenio libriſque decerpti, quouis certe alio romano ingenio, vt mihi quidem videtur, non indigni. Licet ſuſpicari, ex pluribus Varronis libris ſententias has eſſe excerptas a ſtudioſo eorum lectore et in Syllogen coniectas, vnde aliquot deſcriptas poſuit librarius, auctor ſchedae Barthianae, plures autem Vincentius S. H. VII. c. 58. cuius haec eſt Praefatio: *Exſtant igitur ſententiae Varronis ad Athenienſem auditorem morales atque notabiles, de quibus has paucas, quae ſequuntur, excerpſi.* Sequitur deinceps cap. 59. *De ſententiis Varronis moralibus.* Cui Syllogae paucas aliquot ex Speculo Doctrinali adieci, cum lectionibus iis, quae reliquas ſententias, aliis in locis repetitas,

titas, variant. Quod inſcriptio Athenienſem auditorem nominat, iſtud ſuſpicor errore librarii exſcribentis factum eſſe, qui ſententias plures ex libris fortaſſe pluribus, a Varrone ad Atticum amiciſſimum ſcriptis, excerpſerat. Ex libro de Educandis liberis tranſlatas eſſe coniicio poſtremas ſententias, quae eiuſdem argumenti mentionem habent. Sed iudicium penes lectorem eſto, qui Barthianam lectionem, in margine paginae infra ſubiectam, comparabit.

SENTENTIAE VARRONIS.

I. Cum natura litigat, qui mori graue fert.

II. Duplex eſt malum, cum, quod neceſſe eſt, moleſte ferimus.

III. Loquaris vt omnes, ſentias vt pauci.

IV. In multis contra omnes ſapere deſipere eſt.

V. (1) Ficte referas gratiam inuite danti.

VI. (2) Vix datum, ne putes beneficium ſed praedam.

VII. (3) Semel dedit, qui rogatus, bis qui non; extorquere eſt plus quam ſemel rogare.

VIII. (4) Turpiſſimum eſt, in datis ſperare; pulcerrimum eſt cum fenore data reddi.

IX. Ex animo dantis cenſetur munus magnum.

X. Amici diuitum paleae ſunt circa grana.

XI. (5) Vis experiri amicum? calamitoſus fias.

XII. (6) Non refert quis, ſed quid dicat.

XIII. Alit concordiam, mores ad cohabitantium animos formare.

XIV. (7) Nemo ſuum putat, quod extra ipſum eſt.

XV.

V. Incipit ſcheda Barth. *M. Varro dixit: ficte — dante.*
VI. B. *ne ben. putes.*
VIII. B. *in mendaciis confidere: pulcherrimum eſt foenore datam gratiam reddere.*

IX et X. omittit B.
XII. B. *dicam.*
XIII. B. omittit.
XIV. B. *putet.*

XV. Vir bonus patriam ſuam, quocunque it, fert ſecum, et omnia ſua cuſtodit.

XVI. Eo vultu dimittendae ſunt diuitiae, quo accipiendae.

XVII. Vulgus quicquid cum gaudio accipit, cum fletu amittit.

XVIII. Non tam laudabile eſt meminiſſe, quam inueniſſe; hoc enim alienum eſt, illud proprii muneris eſt.

XIX. Fides eſt media opinionis et ſcientiae, neutrum attingens.

XX. (8) Elegantiſſimum eſt docendi genus exemplorum ſubditio.

XXI. Facilitas intelligentiae veri parit negligentiam.

XXII. Amator veri non tam ſpectat, qualiter dicitur, quam quid.

XXIII. Illum elige eruditorem, quem magis mireris in ſuis quam in alienis.

XXIV. Omnia noſſe eſt impoſſibile, pauca vero laudabile.

XXV. Sunt quaedam quae eradenda eſſent ab animo ſcientis, quae inſerendi veri locum occupant.

XXVI. Multum intereſt, vtrum rem ipſam an libros inſpicias. Libri non niſi ſcientiarum paupercula monimenta ſunt: principia inquirendorum continent, vt ab his negociandi principia ſumat animus.

XXVII. (9) Eo tantum ſtudia intermittantur, ne obmittantur. Gaudent varietate Muſae, non otio.

XXVIII. (10) Nil magnificum docebit, qui a ſe nil didicit. Falſo magiſtri nuncupantur auditorum narratores. Sic audiendi ſunt, vt qui rumores recenſent.

XXIX.

XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. Barth. om.

XVIII. Sp. D. II. 37. hanc ſententiam XXIII. adnectit.

XX. B. *Excellentiſſimum eſt* cet. Sp. D. II. 37. *elucentiſſimum autem eſt edocendi.* ſed VI. c. 54. *elucidiſſimum autem edocendi genus.*

XXIII. Sp. D *Ilum autem.* indidem *in* ante *alienis* inſerui.

XXIV. Sp. D. II. 33. *Omnia quidem — non laudabile.* Ibi vero haec ſententia poſt XXVI et XXVII. hae vero poſt XXX. XXXI. poſitae leguntur.

XXVII. Sp. D. bis habet *Eo vero tantum — omittantur.* Scheda Barth. *Studia tantum.* Verba *Gaudent — otio* ex Sch. B. adſciui in locum lectionis Vinc. *Gaudet natura varietate.*

XXVIII. Sch. B. verbis *nihil didicit* concludit ſententiam. S. D. eandem repetit ſic; *Falſoque — ſic igitur audiendi,*

XXIX. Tam ridenda eſt in ſene puerilitas quam obſtupeſcenda in puero optimorum morum conſtantia.

XXX. Sic multi libros deguſtant, vt conuiuae delicias. Sed cito tranſcurſa citius labuntur.

XXXI. Renuit Philoſophia faſtidientem ſtomachum; ad ſimplicem coenam hilarem inuitat conuiuam.

XXXII. Sapiunt vaſa quidquid primum acceperint. Sic eſt de infantibus. Canale vero fiſſum eſt auris, quod accepta memoriae non commendat.

XXXIII. (11) Non eſſemus pauperes, ſi neſciremus quid eſt paupertas.

XXXIV. (12) Neſcire quid eſt paupertas, optimus eſt ad ſummas diuitias progreſſus. Non eſt miſer, niſi qui ſe eſſe credit.

XXXV. (13) Nuſquam perueniet, qui quot videt ſequitur calles.

XXXVI. Non tam modeſte quiuis ſua miratur quam aliena; hoc autem fit, quoniam nemo ſibi inuidet.

XXXVII. (14) Imperitiae ſignum eſt, quod difficillimum eſt exigere cito fieri.

XXXVIII. (15) Nulla iactura grauior eſt ſcienti quam temporis.

XXXIX. (16) Viatores non eunt, vt eant: ſic et vita non ſui cauſa fit, ſed vt in ea praeclarum aliquid fiat.

XL. Qui in magnis excellit, etiam inuitus laudabitur.

XLI. Non eſt felicitas, quae ſecum recipit miſeriam.

XLII. Adulatoris eſt ſpecimen, cum laus poſtulationem praecedit.

XXIX. S. D. *Sicut ridenda — ſic obſtupeſcenda*; vnde verbum poſtremum adſciui in locum *obſtupenda* quod eſt in S. H.

XXXII. Verba *Sapiunt — infantibus* ex S. D. II. 41. addidi, vbi etiam eſt *Canale vero — quod*. In S. H. eſt: *cannale fiſſum — quae*. In S. D. VI. 12. eſt: *Sic ridenda* (XXIX) — *conſtantia. Sapiunt quidem vaſa — ſic eſt et de infantibus.*

XXXIII. Sch. B. *ſi ignorare nos pateremur quid eſſet paup.*

XXXIV. Sch. B. *Optimus eſt a. ſ. d. pr. ignoſcere ſe paupertati — qui ſic ſe eſſe putat.*

XXXV. Sch. B. *perueniet* dedit pro Vinc. *deueniet.*

XXXVIII. Sch. B. *temporum.*

XXXIX. Sch. B. *Viat non vadunt — ſic vita.* indidem *in* ante *ea* addidi.

XLII. Sp. D. III. 168. *Adulationis — praeſtolationem.* Prior lectio verior eſſe videtur.

XLIII. (17) Contemnendi ſunt ineruditorum contemptus, ſi vis ad ſumma progredi.

XLIV. (18) Multi laudem amittunt, quoniam ipſi eam de ſe praedicant. Hoc autem vno modo ſapiens ſe laudat, quae in ipſo apparent, bona, in aliis praedicando.

XLV. Deſiderata non habita magni fiunt, habita vileſcunt.

XLVI. Vtile ſed inglorioſum eſt ex illaborato in alienos ſuccedere labores.

XLVII. Nunc in ſegetibus aiunt in herbis, in herbis in frumentis bona ſunt. Nolite ibi nimiam ſpem habere. Saepe audiui inter os et offam multa interuenire poſſe. Verum inter herbam et offam longum interuallum eſt.

XLIII. *Contemnendi.* Ita Sp. D. III. 83. et Sch. B. cum S. D. habeat *Abiiciendi.* Ceterum Sch. B. ſententiam diuidit et auget ita: *Si vis ad ſummum progredi ab infimo ordine.*

XLIV. Sch. B. *quam ipſi de ſe dicunt.* atque in his verbis definit Sylloge Barthiana.

XLV. Sp. D. III. 119. recte ſic, cum S. H. *magni ſunt* habeat ſcriptum.

XLVII. Haec poſtrema ſententia ſub Varronis nomine exſtat in vno S. D. VI. 128. loco, variis modis temerata a librario; nec medicinam vitio commodam adhibere poſſum. Apparet tamen, reſpici prouerbium: *meſſis aut frumentum in herba eſt.* Videant doctiores; equidem prudens longiore annotatione abſtineo; quanquam loci ſunt aliquot, quos non intelligo. Ceterum numeri arabici, romanis appoſiti, indicant numerum et ordinem Syllogae Barthianae.

COMMENTARII
IN
M. TER. VARRONIS
DE
RE RVSTICA
LIBROS TRES.

Libri I. Cap. I. *Fundania*] Filia C. Fundanii, quem ſocerum vocat infra c. 2. amicum habuit Cicero; vide ad Q. Fratrem I. Epiſt. 2. A Pompeio ad Caeſarem C. Fundanium equitem tranſfugiſſe, legimus in libro de B. Hiſpan. c. 11.

curare] Graeciſmi et antiquitatis titulo defendit lectionem peſſimam Schoettgen; equidem cum Vrſino malim: *vt id habeam curae.* Forte fuit *adminicularem.* Sic in Prooemio Catonis ſeu de liberis Educandis apud Nonium p. 77. Mercerii: *Quod petiſti vt eius educationis fierem tibi ſocius, quoad potui adminiculaui tuam voluntatem ſcribendo.*

neque patiar] Vrſinus malebat: *neque enim patiar.*

et id etiam — hominibus] Haec verba Vrſinus ſtatim adiungenda cenſet illis *prodeſſent hominibus, et id etiam ignotiſſimis quoque; ſed etiam* etc. Deinceps verba *ad cuius — portento* parentheſi includit.

indices] Velut indices, recte monente Salmaſio in Prolegomm. ad Solinum.

facientes] Geſner intelligit ſacra, vota facientes.

conſentis] De ipſo vocabulo vide Gr. Arnaldum de Diis paredris c. 6. qui Ennii diſtichon poſuit: *Iuno, Veſta, Ceres, Deiana, Minerua, Venus, Mars, Mercurius, Ioui', Neptunus, Volcanus, Apollo.* Idem ex Thucydide VI. p. 447. duodecim deorum aram, in foro poſitam Athenis, annotauit. Addo locum Arnobii III. p. 123. *Varro qui ſunt introrſus*

 atque

atque in intimis penetralibus coeli deos esse censet, quos loquimur, nec eorum numerum nec nomina sciri. Hos consentes et complices Etrusci aiunt et nominant, quod vna oriantur et occidant vna, sex mares et totidem foeminas nominibus ignotis et miserationis parcissimae, sed eos summi Iouis consiliarios ac principes existimari. vbi Vrsinus corrigit *memorationis parcissimae.* Hos Ennianos deos an Varro dicere voluerit, affirmare equidem non possum. In Kalendario rustico marmoreo Farnesiano singulis anni mensibus iidem dii tutelares adscribuntur, notante Stewechio ad Arnobium p. 120. qui titulos posuit. Ibi vero mensis Maius in tutela Apollinis esse dicitur, quem Plutarchus in Numa Mercurio dicatum esse affirmat.

parentes magni] Vrsinus malebat *parentes et magni.* Deinceps verba *Iuppiter pater, ap. Tellus terra mater* ab aliena manu addita censebat.

Robigo feriae robigalia] Etiam de L. L. V. 3. robigum deum nominat. et Festus, qui septimo Kalendas Maias robigalia fuisse celebrata addit. Contra *Robiginem* deam nominat et preces ad eam factas refert Ouidius Fastorum IV. 907. vnde de natura rubiginis haec referam. *Si culmos Titan incalfacit vdos, tum locus est irae, diua timenda, tuae, parce precor, scabrasque manus a messibus aufer.* vbi vides, cum scabie comparari rubiginem. Atque ita Calpurnius Ecloga V. 76. de ouibus, forfice tondentium laesis: *quae nisi ferro rumpigitur, ah miserum fragili rubigine corpus corrodet sanies.* Seruius ad Virgilii Georg. I. 150. *robigo genus est vitii, quo culmi pereunt, quod a rusticanis calamitas dicitur. Hoc autem genus vitii ex nebula nasci solet, cum nigrescunt et consumuntur frumenta. Inde robigus deus et sacra eius septimo Kalendas Maias Robigalia appellantur. Sed haec abusiue robigo dicitur; nam proprie robigo est, vt Varro dicit, vitium obscenae libidinis, quod vlcus vocatur. id autem abundantia et superfluitate humoris solet nasci, quae Graece σατυρίασις dicitur.* Graeci ἐρυσίβην dicunt rubiginem; iidem deam eo nomine coluere. Auctorem habeo Etymologicum MStum Gudianum apud Kulenkampium V. C. Ἐρυσίβη Δημήτηρ παρὰ Γοργονίοις. ἔστι δὲ πρὸς τῷ Ἕρμῳ ποταμῷ· καλοῦσι δὲ οὕτω τὴν τοῖς στάχυσι ἐπανθοῦσαν ὠχρὰν, καὶ συγκλονοῦσαν τοὺς καρποὺς, ἥν τινες αὐθαλίδα (quasi vriginem, vredinem καλοῦσι. Ecce Hesychius: αἰθαλίδες· τὰ ἐν τῷ σίτῳ γινόμενα, ἢ τοὺς ἐπὶ τῷ ὕδατι σταλαγμοὺς τοὺς ἐλαίου. vbi Interpretes sensu aberrarunt. Ex loco Seruii suspicari possis, plura vitiorum segetis genera communi rubiginis vocabulo

bulo fuiſſe olim comprehenſa, veluti quod Galli *nielle* vocant, aliud *Charbon.* de quorum origine varie fuit diſputatum. Segetes ſiccae ſarritae nec humidae non infeſtantur rubigine, auctore Columella II. 12. ſ. 5. Idem X. 342. *mala rubigo virides ne torreat herbas.* Idem Arbor. 13. remedium docet, quo *nebulam et rubiginem* remoueat; igitur Columella etiam a nebula, ſole inuſta, cauſam rubiginis deriuat. Cato etiam c. 35. *fabam in locis validis non calamitoſis ſerito*, vbi Columella II. 10. 5. fabam locum nebuloſum pati negat. Recte igitur Seruius calamitatem interpretatur rubiginem. De vocabulo *robus, robeus*, vnde *robigo* dicitur, vide ad Columellam II. 6. 1. VI. 1. 2. X. 343. In SCto apud Gellium IV. 6. *ſi quid ſuccidaneis opus eſſet robus ſuccederet* ex Codd. fide corrigit Foggini ad Verrii Faſtos p. 64. vbi vulgo editur: *robigus accederet.* De ceremoniis robigalium vide ad Columellae X. 343.

floralia] *Florales* corrigit Foggini ad Verrii Flacci Faſtos p. 68. quia Floralia feſtum iam diu ante celebratum fuerit, quam ludi florales inſtituti fuerunt, ſcilicet A. V. DXIII.

hortorum] Noſter de L. L. V. p. 48. *Vinalia ruſtica dicuntur ante diem XII. Calend. Septembr. quod tunc Veneri dedicata aedes, et horti tutelae eius aſſignantur.* Plinius 19. ſ. 19. *quanquam hortos tutelae Veneris aſſignante Plauto.* Aedituos Veneris Hortorum Salluſtianorum habet Inſcriptio Gruter. p. 39.

vinalia] Haec ſunt altera vinalia de quibus Plinius 18. ſ. *aguntur a. d. decimum tertium Calendas Septembris.* Feſtus: *Ruſtica vinalia appellantur menſe Auguſto XIV. Cal. Sept. — eodem autem die Veneri templa ſunt conſecrata, alterum ad Circum Maximum, alterum in luco Libitinenſi, quia in ipſius tutela horti ſunt.* Vrſinus ex fragmento Feſti addit: *Iumenta quoque et olitores ab opere ceſſant, quia omnes horti in tutela Veneris eſſe dicuntur.* Monet praeterea, in Calendario romano referri vinalia haec etiam ad XIV. Cal. Septembres; itaque Varronis rationem explicat ex anno lunari, nondum ad ſolis curſum duobus annis additis correcto. Denique locum Plutarchi ex Problem. hunc laudat et corrigit: *διὰ τί τῶν οὐιναλίων τῇ ἑορτῇ πολὺν οἶνον ἐκχέουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀφροδίτης.* vbi vulgo legitur ſcriptum: *οὐεργαλίων.* Cf. Ouidii Faſt. IV. 877. Vinalia vrbana Ioui ſacra ſunt, cui vinum calpar libabant, teſte Varrone L. L. V. p. 47. et Feſto in *Calpar*, celebrata IX. Kalendas Maii. Vinalia priora IX. Kal. Maias, id eſt, 23 Aprilis, aſſignant Faſti Verrii Flacci;

 altera

altera seu rustica XIV. Kalend. Septembres; cum eodem faciunt Festus et Kalendaria vetera; vnde Foggini ad Verrii Fastos p. 58. recte monet, locum Varronis de L. L. esse corrigendum, quod iam antea ex ratione anni Iulii, quam sequitur Varro, docuerat Pontedera Antiqq. p. 317.

Lympham] De qua alibi nihil traditum repererunt Interpretes. Est quae aquis riget arua. Bonum Euentum in numis romanis nominatum certatim illustrarunt viri docti.

Euentum] Simulacrum eius Romae dextra pateram, sinistra spicam ac papauer praeferebat, auctore Plinio 34. f. 19. no. 16. Cf. Dissertatio Galli in Histoire de l'Academie des Inscript. T. IV. p. 78. annotante Gesnero.

7. *reperias*] Lectionem Cod. Victorii *reperitas* Scaliger mutabat in *reperites*, interpretatus *supplere* ac reparare possis. Ita *praeperare*, *supperam*, *opiperum* olim fuisse dictum pro *praeparare*, *supparam*, *opiparum*. Sed ipse Victorius malebat legi *repetas*. Popma inepte comparauit Plautinum *a diis inuenit veniam sibi*. *Repetas* dedit editio Io. Parri Paris. 1533. Pontedera *reperitas* vel *repetitas* praeferebat, saepius repetere interpretatus verbum. Mihi simplicissimum videtur *repetias* scribere.

Et Graecis] Catalogum scriptorum rei rusticae, deinceps nominatorum, minus integrum esse, monuit Gesner; desunt enim nomina latinorum scriptorum. Plinium hinc in Indices auctorum, libris suis praepositos, retulisse nomina scriptorum, monuit Reinesius V. L. II. 6. p. 161. sed multa ibi omissa reperies, vt fere pleraque scriptorum, quorum patria ignorabatur. Multa in his ignota adeoque vitiata a librariis esse, comparato Columella et Plinio intelligitur; sed medicinam his vitiis facere hodie quis ausit? Ex Arabico de Re rustica opere, in bibliotheca Escurialensi seruato, nomina scriptorum eadem, sed miris modis ab interprete Arabico vitiata, denuo posuit Casiri Catalog. Codd. Hisp. T. I. p. 324. quorum comparatione nihil plane proficimus.

et Attalus] Columella I. 1. *Philometor et Attalus*. In Indice libri XVIII. Plinii est: *Hierone rege*, *Attalo Philometore rege*. In Indice XIX. similiter est, vbi additur *Archelao rege*. Plinius 18. f. 5. *igitur de cultura agri praecipere principale fuit et apud exteros. Siquidem et reges fecere, Hiero, Philometor, Attalus, Archelaus.* Hinc oritur difficultas, Philometor diuersus an idem cum Attalo sit dicendus? Vrsinus, diuersum faciens h. l. corrigebat: *Attalus et Philometor reges*. quem secutus Popma malebat: *Siculus rex*, *Attalus*, *Philometor*. Deinde vt reges a philosophis distinguantur,

tur, Cuperus aliter quam Vrſinus haec corrigebat legendo: *voles de regibus Hieron.* Idem Philometorem Attalorum tertium intelligi cenſebat, quem hortorum ſtudioſum fuiſſe tradat Iuſtinus 36. 4. Omnino mihi vulgata Varronis lectio probatur, et Philometorem Attalum intelligi cenſeo. Nam latine Philometor dici rex alius nullus potuit, nomine proprio omiſſo; nec ſatis intelligi poterat, Attalum quem Varro diceret, cognomen ſi omiſiſſet.

Amphilochus] Vide ad Columellae V. 12. 5.

Lemnius] Laudauit etiam ſaepius Plinius, omiſit Columella cum Ariſtophane Mallote. quem Plinius Mileſium vbique nominauit in Indicibus Scriptorum. Vulgatum *Maleotes* corrigi iuſſit ipſe Geſner, admonitus a Reineſio Var. Lect. II. 16. p. 163. et Vrſino. Inepte Harduinus putat, intelligi Ariſtophanem hunc apud Scholiaſten Theocriti I. 48. vbi laudatur ἐν τοῖς Γεωργοῖς. Eſt enim ille Comicus, cuius locum eundem ex Comoedia Γεωργοὶ inſcripta laudat Etymolog. M. in voce Ὄρχατος. Apollodorum Lemnium de re ruſtica nominat Ariſtoteles Politic. I. 11.

Antigonus] Eundem Plinius et Columella nominant cum Chio Agathocle. Aeſchylidem Ceum omiſſum miror, de quo Athenaeus XIV. p. 650. et Aelianus H. A. XVI. 32.

Ariſtandrus] Eundem eſſe quem Plinius alibi de portentis ſcripſiſſe refert, Harduinus putat.

Bacchius] De eo Harduini ſuſpiciones vide in Indice Auctorum.

Bion] Solenſem nominauit etiam Plinius, omiſit Columella.

Chaereſteus] In Columella eſt *Chreſtus.* In Indice Pliniano libri XIV et XV. eſt *Chaeriſtus.* Neutra forma nominis Attica mihi et vera eſſe videtur. De Chaerea vide ad Columellam. Chares Parius de re ruſtica nominatur ab Ariſtotele Politic. I. 11.

Prienaeus] Male vulgo *Priennaeus.* Nominauit etiam Columella cum Plinio.

Dion] Nominauit etiam Columella cum Plinio in Indice libri X. et alibi. Inanis eſt coniectura Reineſii V. L. p. 161, eundem intelligendum eſſe, quem Plinius X. 49. Dinonem, Clitarchi patrem, vocat.

Epigenes] Eundem cum Columella Plinius ſaepius nominat, vt rei ruſticae et mathematicarum rerum ſcriptorem.

Euagon] Columella ſimiliter nominat et Plinianus Index libri XVIII. Vrſinus tamen ex Suida malebat legi

 Euacon.

Euacon. In Indice Pliniano libri X. Harduinus *Euagone* posuit pro *Euagora.*

Euphronii] Vulgo erat *Euphranii*, quod nomen Atticum nunquam fuit ista forma. Columella de Atticis: *Euphronius, Chrestus, Euphronis* (libri optimi *Euphrontis) non vt multi putant Amphipolites, qui et ipse laudabilis habetur agricola, sed indigena soli Attici.* vbi vide notam, et ad Nicandri Alexiph. vers. 446. in Addendis.

Hegesias] Eundem cum Plinio et Columella laudare videtur Vitruuius VIII. 4. Scripturae varietas eadem in nomine statuarii Hegesiae ap. Plinium 34. c. 8. vbi Codices a I. Fr. Gronouio inspecti *Agesiam, Hagesiam* nominant. Sed maior est difficultas in sequente mox nomine: *Nicesius Maronites:* quem deinde agnoui in Columellae *Hicetias Mariotes* quem nominat liber Sangerm. Vulgo enim *Hegesias Maronites* legitur. Igitur Columella *Hegesiam Marioniten* omisisse dicendus erit, aut ex Sangerm. addendus *Hicetias Mareotes* ex Libya Mareotide ortus; idem forte cum Hicesio, ab Athenaeo aliisque nominato.

Menandri] Prienaeum nominauit etiam Columella, vtrumque Plinius, qui Menandro etiam librum Βιοχρηστα tribuit, nescio an eidem.

Nicesius] Nemo praeterea nominauit; sed nec ipsum nomen graecum est. Debebat esse Nicias vel Nicesias. Sed credo fuisse olim h. l. scriptum *Hicesius.* Hunc, de vini conditura et aliis rebus scribentem, laudauit Plinius in Indice libri XV. et alibi, sed patriam non posuit, nec qui saepiusscule eundem, vt videtur, laudat, Athenaeus. Sed nunc demum agnosco *Hegesiam Marioniten*, a Columella I. 1. s. 9. nominatum, vbi Sang. liber *Hicetias Mariotes.*

Pythion] Hunc qui praeter Varronem nominaret, neminem reperi. Vitiosum forte est nomen.

Androtion] Saepiuscule eundem Theophrastus laudavit, Athenaeus Plinius et alii; cum patriam eius ignotam profiteatur Varro, male Harduinus eundem esse censuit, cuius de Attica libros laudant Grammatici veteres. Is enim Athenaeus fuisse videtur. Cf. de Georgicorum scriptore Athenaeum III. p. 75 et 82.

Aristomenes] Hunc cum Athenagora omisit Plinius, nec alibi nominatos reperi.

Crates, Dadis] Neutrum Plinius memorauit. In Columella Sang. liber *Dandis* habet.

Euphi-

Euphiton] Edd. primae *Eriphyton*, eaedem in Columella *Emphyton* habent, vbi Victorius in libris ſuis reperit *Euethon.*

Eubolus] Edd. primae *Creobolus;* Columellae editiones *Cleobulus* habent; ſed ibi Edd. primae ſimiliter habent *Eubolus*, Sangerm. *Eubulus*, Lipſ. *Embolus*, aliae Edd. *Cleobulus.* Reineſius V. L. I. 25. p. 122. Bolum Mendeſium reponi h. l. volebat, probante Fabricio; ſed recte contra monuit Geſner. Mendeſium dici a Columella VII. 5. 17. huius vero noſtri ſcriptoris patriam ignorari. Ordo quidem alphabeticus etiam Cleobulo repugnat, niſi Varronem ſtatuamus cum Geſnero adhaeſiſſe ordini literarum graeco. Hoc vero certum eſt, a Columella eundem intelligi ſcriptorem. Cleobuli alicuius γεωγραΦέμενα laudauit Plinius.

Lyſimachus] Nominauit etiam Plinianus Index libri XVIII. Sed Mnaſeam deinceps Columella Mileſium nominat cum Bacchio. Inter rei ruſticae ſcriptores omiſit Plinius, alibi alium nominans ſine patriae nota.

Pleutiphanes] In Columella vulgo eſt *Pleutiphanes*, vbi Lipſ. *Plentiſanes*, Pol. Goeſ. Sang. *Euanthiphanes.* Varietatem huius loci ſupra poſitam vides.

res diſperſas] Graecorum adeo ſcriptorum, inprimis Theophraſti praecepta collecta complexus, quod ad Columellam et ipſum Varronem pluribus in locis videbimus.

Dionyſius] De quo vide Needham Prolegomm. ad Geoponica p. LVII.

Sextilio] An P. Sextilio, quem D. Silano et Muraena CSS. quaeſtorem vrbanum nominat Cicero pro Flacco c. 36? An D. Silanus ille, punicae linguae peritus, qui Magonis libros punicos in latinam linguam vertendos curauit, teſte Plinio 18. c. 3. Sed quid cauſae eſſe dicemus, cur Varro latinam hanc interpretationem non commemorauerit? cum Plinius D. Silanum inter auctores libri XIV. XV. XVIII. XIX. vna cum Dionyſio et Diophane nominarit.

Diophanes] Eiuſque libros iterum in quatuor librorum epitomen redegit Aſinius Pollio, teſte Suida. Vocem *utiliter* Scaliger ex formula iuris interpretatur de correctione Diophanis.

Quo breuius] Vrſinus malebat *Deiotaro. Ego quo breuius.*

hoc libro] Vocem *libro* omitti voluit Vrſinus.

quae] Vrſinus corrigebat *quas — agriculturam, ita prius.* Sed recte Geſner monuit, *quae* non eſſe mutandum. Ita enim noſter II. 1. 3. ex *iis rebus quae inuiolata.* I. 31. 5. II. 2.

II. 2. 14. II. 9. 16. III. 3. 5. Deinde Gefner vulgarem diftinctionem ante verba *tum de his rebus* fuftulit; ita non opus erat continuare verba *agriculturam, itaque.*

Cap. II. *Sementiuis*] Circa finem Ianuarii. Vide Ouidii Faftos I. 657 feqq.

aeditimo] Vt a lege et fine fit legitimus et finitimus. Vide Gellium XII. 10. et Interpretes Fefti in voce *Aedituus.* Apud Lucretium II. 1273. eft *aedituentes* pro aedituis, quod ab aedibus tuendis factum eft vocabulum. L. Fundilium nominat hunc aeditimum infra fect. 11.

fedendo] a Fabio Cunctatore tractum, monente Gefnero.

longiffimam] In apparatu itineris faepe plus temporis confumi, dum ad portam venias, quam in ipfo itinere. Ita ftatim procedit Agrius.

Italia] A picta in pariete Italia initium fumfit orationis Varro, monente Gefnero.

maxime fecundum] Varro de L. L. IV. *Vt omnis natura in coelum et terram diuifa eft, fic coelum in regiones, terra in Afiam et Europam. Afia iacet ad Meridiem et Auftrum, Europa ad Septentriones et Aquilonem.* Vnde Vrfinus h. l. malebat legi: *Afiam ad meridiem verfus, et Europam ad feptentriones.*

fructuofior] Antiquam lectionem monente Vrfino reftitui, quanquam Gefner Victorianam non abhorrere dicat, vel a ratione vel a confuetudine. Ita enim effe in Plinio 18. f. 3. *Sunt quaedam partibus anni falubria.* Sed ibi *loca* intelligere licet, hic vero *pars* praeceffit.

magis eam] Vrfinus malebat *magis Europam*, quia Varro deinceps *Afiam* opponit, non nominata tamen antea Europa. Sero nimis addit *primum quod eft in Europa.* Vrfini coniectura exftat in Edd. I. I- G.

ibique Italiam] Male haec verba Afiae fubiiciuntur, cum deberet effe *magis eam* (feptentrionalem partem) *ibique Italiam, fuiffe opportunam ad colendum, quam Afiam.*

cardinem coeli] Nifi fub ipfo cardine feu polo fex menfibus continuis non videri folem, recte negat Gefner, nec effe regiones, fed punctum.

mare congelatum] Concretum, Cronium et mortuum alii dixerunt. Vide Plinium IV. 13 et 16. et Io. R. Forfter Gefchichte der Entdeckungen im Norden p. 34.

Em ibi] Sic infra c. 56. *em quin adfum.* Similiter in Plauti Ciftellaria eft *en vnquam*, vbi fcriptorum aliorum loca appo-

appofuit Acidalius. Vide etiam Mercerium ad Nonium p. 156.

coli natum] Vrfinus malebat *ali* ex c. 44. vbi eft: *quae nata funt, in fundo alefcunt.*

Pacuuii] Feftus in *torrens:* laudat ex Pacuuio in Antiope: *flameo vapore torrens terrae foetum exufferit.* Varro L. L. V. p. 44. *non vt Pacuuius ait, quod omnia, nifi interveniat fol, pruina obriguerint.* vbi vulgo legitur: *nox vt Catulus ait.* Emendauit ad h. l. Vrfinus, qui comparauit alium Pacuuii locum ex Duloreste apud Nonium p. 55. 6. *nec grandiri frugum foetum poffe nec mitefcere,* et Varronis ibidem exftantem: *Cum aut humus femina recipere non poffit, aut recepta non edat, aut edita grandire nequeat.* Ita enim eum correxit Vrfinus, qui locum Pacuuii noftrum hunc ita concinnabat: *Sol fi perpetuo fit flammeo vapore torrens, terrae foetum exuri.* Sed nefcio cur reliqua vir fagaciffimus ex altero Varronis loco allata verba fuo loco et ordini reftituere non tentarit. Fefti locum annotauerat etiam Victorius, et exfcripfit Ifidorus XIII. 21. In Nonio Mercerius edidit p. 115. *femina concipere — non reddat* cum antea effet: *humus feminari incipere.*

vbi nox] Vrfinus malebat: *vbi dies modice abit et redit.* In Brufch. eft *nox et in dies;* quam lectionem fine dubio habent etiam I. B. R. etfi omiffam a Gefnero.

diem] Ex loco III. 2. 15. *ibi aeftate diem meridie diuidere foleam* recte Vrfinus corrigit: *aeftiuum diem fi non diff.* vel *aeftate diem.* Confentit Pontedera, nifi quod recte vulgatum *aeftiuo* tuetur, quod vt alibi *verno* dicitur. Itaque vulgatum *die* correxi. Cuperus *meridiem* legi malebat. Salmafium ad Solinum p. 96. et Mattium Opinion. III. 3. laudauit Schoettgen. Salmafii correctionem: *tamen aeftiuum diem fi non diffinderem.* probans I. Fr. Gronov. *meo* praeterea delebat et *meridie* in *meridiano* mutabat.

aut nocte] Spuria haec verba videntur Vrfino.

quod far] De farre et adoreo accuratius tradam ad Columell. II. 6. 3. et cap. 9. 14. Iam olim de farre bene difputauit Marf. Cagnatus Variar. Obferv. II. 23. Dodonaeus IV. 1. 10. Salmafius aliique. Hieronymus ad cap. 4. Ezechielis: *ζέαν fiue ζείαν nos vel far vel gentili Italiae Pannoniaeque fermone fpicam fpeltamque dicimus.* et Crefcentius in Palladio adoreum interpretatur recte fpeltam. Feftus: *reftibilis ager dicitur qui biennio continuo feritur farreo fpico, id eft ariftato, quod ne fiat, folent excipere, qui praedia locant.* Speltae nomen quo tempore frequentari coeperit pro farre

farre, ignoro; hoc tamen omittere nolui, a Rhemnio Fannio de Menſuris verſu 12. *ſpeltas* nominari, et octo ſpeltas pro ſcriplo numerari; vbi tamen nuperus interpres plane tacuit. Panem leuem factum de ſpelta memorat Epiſtola Sorani ad Cleopatram p. 133. ed. Lindenbrogii. Albertus Mag. de Vegetab. p. 472. *Spelta eſt* de genere nutrimenti, licet ſpica eius aliquantulum minus quam granum frumenti, habet tamen farinam albiorem, quam frumentum. Plura ex ſcriptoribus medii aeui loca poſuit Cangius. De antiquitate farris in Italia vide Heynii Opuſc. Acad. I. p. 357. Vocabulum Spelta Geſneri Theſ. L. L. plane omiſit. Quod Plinius 18. ſ. 29. de Campania: *Seritur toto anno, panico ſemel, bis farre — alica fit e zea quam ſemen appellauimus*, eadem Strabo V. p. 242. ita retulit: *ἱστορεῖται δ' ἔνια τῶν πεδίων σπείρεσθαι δι' ἔτους δὶς μὲν τῇ ζέᾳ, τὸ δὲ τρίτον ἐλύμῳ — λέγω δὲ τὸν πύρινον σῖτον ἐξ οὗ καὶ ὁ χόνδρος κρείττων ὢν πάσης καὶ ὀρύζης.* vnde patet, far idem eſſe frumentum ac zeam eam, quam dicoccum vocat Dioſcor. II. 118. Columella halicaſtrum, ab alica ipſa appellauit.

Venafro] Vrſinus *Venafrano* corrigit, de quo plura ad Columellam. Vulgatam defendit Burm. ad Valerium p. 595.

pomarium] Ita etiam Columella et Palladius, ſed idem Palladius I. 36. *pometa* dixit, vbi tamen Creſcentius *pomeria* ſeu pomaria habet. Infra ſect. 10. ſunt *ὀπωροθῆκαι*, vt apud Plinium XV. 16. Chariſius I. p. 85. *pometa dicuntur vbi poma naſcuntur, vt olieta, pomaria autem vbi ſeruantur, vt penuaria.* Rhemmius Palaemon in Obſerv. Miſcell. Nouis T. IX. p. 978. *pometum eſt vbi poma naſcuntur, pomarium vbi poma reponuntur*, et p. 992. *pomaria bacha dicimus ſicut olearia. Pometa ſic olieta et viceta amaleta.* vbi legendum puto: *ſicut olieta et vineta et maleta.* Sed ecce Iſidorus de Differentiis verborum I. 65. *pomeria vaga dicimus ſicut olearia et figaria, pometa quaſi maleta ficeta et oleta.*

ἀμπελόεσσαν] Iliad. Y. 143.

Argos] intellige magis frumento abundat. Locus Homeri eſt Iliad. ο'. 372.

denos] Cf. ad Catonis c. 11.

Romanus] Vrſinus malebat *togatus*, vt Gallia togata dicebatur, in qua ager Picenus, vnde Senones Galli expulſi fuerant, militibus romanis diviſus fuit lege C. Flaminii tribuni plebis contra auctoritatem ſenatus lata, teſte Cicerone de Senectute c. 4. Acad. II. 5. de Inuent. II. 17. Brut. c. 14. qui, duobus in locis hac de re loquens, Gallicum Picenumque

agrum

agrum iungit, vt Caesar de B. C. I. 29. Galliam Picenumque. Haec Gallia quaestoria etiam dicitur apud Sueton. Claud. 24. vbi vide notam Ernesti, qui monet, a Plutarcho in Sertoria huius Galliae quaestorem dici ὁ ταμίας τῆς περὶ Πάδον Γαλατίας. Alia fuit Gallia consularis, a qua vt quaestoriam distinguerent scriptores Romani Galliam Picenumque dicebant, agrumque Gallicum et Picenum vel Gallicum romanum, vt h. l. Cato.

cis Arminum] Varietatem librorum ortam putabat Vrsinus ex male intellectis notis C. S. A. i. e. contra senatus auctoritatem, itaque h. l. legebat *viritim contrà senati auctoritatem per Flaminium datus* etc. Victorio debetur vulgata lectio. Contra Pontedera ex varietate efficiebat hanc lectionem: *qui viritim Caesateis inundatus*, de Gallis Gaesatis interpretatus, qui, acciti a Boiis et Insubribus in Italiam aduersus Romanos, ea deinde loca occuparunt, vbi antea habitabant Galli Senones. Sed recte hanc viri egregie coniecturam improbauit Gesner; eamque ipse abdicauit in Curis Secundis.

Picentium] Antiquum *Picenum* probo; Columella III. 3. 2. Piceno agro contributum Gallicum habet; alii Picentem dicebant. Addit Columella, vbi h. l. respicit: et in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur. Vnde intelligimus, eos, qui Galliam Picenumque iungunt, de contributo Gallico loqui; Cato vero de Gallico loquitur vltra Picentinum, nondum contributo. Ecce Liuius Libro 39. 41. Consulibus P. Claudio et L. Porcio, censoribus M. Porcio Catone et Luc. Valerio Flacco factum hoc refert: *eodem anno coloniae duae Potentia in Picenum Pisaurum in Gallicum agrum deductae sunt. Sena iugera in singulos data.* Contrà Cicero l. c. factum id ait esse Consule iterum Q. Fabio Maximo Cunctatore et Sp. Caruilio. Eandem Potentiam in agro Picentino memorat Cicero de Harusp. Resp. c. 28. Pisaurum in agro Gallico collocat Idem pro Sextio c. 4.

dena cullea] Vrsinus malebat *quindena* legere ex Columella III. 3. 2. h. l. laudante. Sed Varro de denis culleis laudat Catonis testimonium, de quinis denis ipse testatur, recte monente Gesnero. Plinius 14. c. 4. *Idem Cato denos culleos redire ex iugeribus scripsit.*

tricenariae] Vulgatum *tricenariae* deinde *tricenas* cum Gronouio de P. V. c. 3. p. 18. recte correxit Gesner. Culleus 20 amphoras, 40 vrnas continet. Male Columella ad Catonem retulit, quae Varro ipse narrat, monente Popma. Ceterum ex Geoponicis V. 17. locum affert Vrsinus hunc:

καὶ

καὶ γὰρ Βάῤῥων διϊσχυρίζεται ὅτι ἕκαστον πλέθρον τῆς ἀμινίας ἀμπέλȣ τριακοσίας ἀμφορὰς ἤνεγκεν. Columella etiam III. 9. 4. eas vites Amineas fuiffe tradit. Sed ea fuit coniectura Columellae; addit enim: *quas plerumque folas antiqui nouerant.* Rhemnii Palaemonis manu inftitutam vitem trecenta fexaginta vafa edidiffe, refert Suetonius Gramm. 23.

decollat] Scripturam *decolat*, a colo, et colando deriuatam, I. F. Gronouius ad Liuium 27. 17. tueri conatus et *defluere* interpretatus eft, contranitentibus multis viris doctis, quorum nomina ad h. l. pofuit Gefner et in Thef. L. L. Columella pro *decollat* ex h. l. pofuit *deeffet* I. 3. 1.

gentiles] Ex lege XII. tabularum. Cf. Columella I. 3. 1. Horatii Serm. II. 3. 218.

culturam] Edd. primae *cultura* et fic eft apud Columellam fine varietate.

reficere fructus] Miror neminem in hoc loco haefiffe. Sumtus reficitur recte; fed quomodo fructus dici poteft refici? Quare diftinctione mutata lego: *nec fi poteft, fructus fi videt eos fore vt peftilentia difpereant.* Male Gefner *eos* ex pleonafmo explicat. Quin Attica eft verborum ftructura fructus eos videt fore, vt difpereant pro fructus ii videt fore, vt difpereant. Saepe hac forma vtitur Varro. Inepta eft Cuperi coniectura *nec fic poteft* legentis. Iuftinus IX. 1. *impenfas belli alio bello refecturus.* Alia exempla pofuit Gefneri Thef. L. L.

Nam Stolonis illa lex] Miras in hoc Varronis loco explicando turbas dedit virorum doctorum diffenfio, quorum fententias deinceps narrabo. Sed antea hiftoriam legis breviter enarrabo. Primum audiamus Columellam I. 3. §. 10. quem obiter fimul illuftrabimus eadem luce. Sic igitur ille: *Ideoque poft reges exactos Liciniana illa feptena iugera, quae plebis tribunus viritim diuiferat, maiores quaeftus antiquis retulere, quam nunc nobis praebent ampliffima vetereta. Tanta quidem Curius Dentatus, quem paulo antea retulimus, profpero ductu parta victoria, ob eximiam virtutem deferente populo praemii nomine, quinquaginta foli iugera fupra confularem triumphalemque fortunam putauit fatis effe, repudiatoque publico munere populari, hac plebeia menfura contentus fuit. Mox etiam cum agrorum vaftitatem victoriae noftrae feciffent, criminofum tamen fenatori fuit fupra quinquaginta iugera poffediffe, fuaque lege C. Licinius damnatus eft, quod agri modum, quem in magiftratu rogatione tribunicia promulgaverat, immodica poffidendi libidine tranfscendiffet.* De feptenis captiui agri iugeribus, quae *viritim diuidebantur*, acceptis

ptis a C. Fabricio et Curio Dentato idem obiter narrat I. Praef. 14. Sed audiamus nunc hiſtoricorum, qui quidem ſuperſunt, principem Liuium VII. 16. *Eodem anno C. Licinius Stolo a M. Popilio Laenate ſua lege decem millibus aeris eſt damnatus, quod mille iugerum agri cum filio poſſideret, mancipandoque filium fraudem legi feciſſet.* Haec ille ad CSS. C. Marcium et Cn. Manlium, i. e. A. V. Varronianum 399. refert. Deinde apud eundem XXXIV. 4. Cato in defenſione legis Appiae: *Quid legem Liciniam excitauit de quingentis iugeribus, niſi ingens cupido agros continuandi?* De quingentis iugeris, ciui romano permiſſis lege Licinia, teſtatur etiam Plinius 18. ſ. 4. et Valerius Maximus VIII. 6. no. 3. Locus Ciceronis, Rulliana II. 8. a Schoettgenio allatus, ad longe diuerſam Liciniam legem pertinet. Annum, quo lex lata fuit, fuiſſe ab V. C. 385. vel 386. ſuſpicantur Golzius Pighiuſque et Onuphrius. Liciniam legem iam diu antiquatam reuocare voluit A. V. 621. Tib. Gracchus, teſte Plutarcho c. 8. (vbi eſt de Licinia lege: ἐγράφη νόμος ἐκ ἐῶν πλέθρα γῆς ἔχειν πλείονα πεντακοσίων) ſed non potuit; etſi Velleius II. 6. *vetabat quemquam ciuem plus D. iugeribus habere: quod aliquando lege Licinia cautum erat.* Liciniam legem inprimis ad diuites et ſenatores pertinuiſſe, ex Columella apparet, et res ipſa docet.

confirmauit] Vrſinus malebat *conformauit*, quia id cognomen primus Licinius obtinuerit. Voluit id ſane intelligi Varro; ſed poſſumus vulgatam interpretari: datum a vulgo Stolonis nomen confirmauit culturae arborum diligentia. Correctionem Vrſini non ſatis latinam eſſe puto; nec opus eiuſdem coniectura, *ne naſcerentur e ſolo* deinceps legentis. Vide ad I. 39. ſ. 3. Quanquam copulam *et* ante pronomen *qui* deleri malim. Plinius 17. ſ. 1. *Stolonum Liciniae genti; ita appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis: vnde et pampinatio inuenta primo Stoloni dedit nomen.*

Eiuſdem gentis C. Licinius] Liciniae gentis, ſed alio cognomine, Craſſus ſcilicet, cuius tribunatus incidit in A. V. 609. Cicero in Laelio c. 25. *Meminiſtis Q. Maximo, fratre Scipionis, et L. Mancino conſulibus quam popularis lex de ſacerdotiis C. Licinii Craſſi videbatur. cooptio enim collegiorum ad populi beneficium tranſferebatur.*

poſt reges exactos annis CCCLXV.] quem numerum ſi regum annis 244. adiicias, efficiuntur anni V. C. Varroniani 609. in quem ipſum vrbis conditae annum C. Licinii Craſſi tribunatum incidere iam antea monui. Recte etiam Popma hunc tribunatus C. Licinii Craſſi annum ex Ciceronis

 Epiſt.

Epist. ad Brutum 5. et Laelio annotauerat; quo magis miror Gesnerum se a Goesio in Antiqq. Agrar. p. 47. in eum induci errorem passum esse, vt geminam a Varrone memoratam legem vnius legis ab vno eodemque Licinio Stolone latae capita diuersa fuisse censeret. Vno nimirum ademtum fuisse, quod superesse videretur diuitibus, altero, quod his demtum erat, tenuissimis fuisse assignatum. Cui suae opinioni vt verba Varronis diuersa accommodarent, Goesius ita interpungebat: *Nam Stolonis illa lex, quae — vetat ciuem romanum. Et qui — appellabant, eiusdem gentis;*. Gesnerus autem: verba *Nam Stolonis est illa lex — ciuem romanum:* parenthesi includebat, et reliqua *et qui — appellabant* cum antecedentibus continuabat post *tulerunt* solo commate interposito. Deinceps verba Varronis sic interpretabatur: *Eiusdem*, vt coepi dicere *gentis C. Licinius trib. pl. c. esset, post exactos reges annis* V. C. exactis CCCLXXXV. *primus populum* etc. Verum neuter hac ratione potuit efficere, vt Licinius Stolo vtriusque legis auctor fieret; quod si Varro voluisset significare, quidni *idem C. Licinius* dixisset? Accedit ineptissima verborum *post exactos reges annis CCCLXV.* interpretatio, quae cum eos annos ad annos vrbis conditae referret, opus habuit correctione ea, vt numerus in CCCLXXXV. mutaretur. Eo enim V. C. anno legem Liciniam latam fuisse suspicantur viri docti; quibus de lege Stolonis concedere possumus; minime de Licinii Crassi. Aliud correctionis eius vitium sensit ipse Gesnerus. Testatur enim Liuius V. 30. agri Veientani septena iugera plebi diuisa fuisse ex senatus consulto, A. V. 360. Itaque vere dici non potest Licinius Stolo plebi primus septena iugera agri captiui assignasse. Alterum exemplum annotauit Popma ex Valerio Maximo IV. 3. 5. vbi est de Manio Curio: *Decretis a senatu decem iugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, popularis assignationis modum non excessit; parum idoneum reipublicae ciuem existimans, qui eo quod reliquis tribueretur, contentus non esset.* Pertinet haec narratio ad A. V. 463. quo ager Sabinus diuisus est plebi. In Valerio vt in Columella viri docti corrigi voluerunt *quingenta iugera*, et *septem* pro *decem*, veluti Vossius ad Velleium II. 6. 3. et Tresius ad Gellium VII. 3. De septenis iugeris consentit Plinius 18. s. 4. *Manii quidem Curii — nota concio est: perniciosum intelligi ciuem, cui septem iugera non essent satis. Haec autem mensura plebei post exactos reges assignata est.* Consentit etiam Columella in loco supra posito, vbi in mentione Curii Dentati septena iugera Liciniana, quae Licinius

tribu-

tribunus plebis viritim diuiserat, solemnem mensuram post reges exactos fuisse affirmat. Idem in Praefat. Libri I. sect. 14. addit exemplum Fabricii, victoris Pyrrhi, eumque septem agri captiui iugeribus, *quae viritim diuidebantur*, contentum fuisse narrat. Manio Curio *quaterna dena* iugera assignauit Aurelius Victor c. 33. cuius locum ad exemplum scriptorum laudatorum viri docti correxerunt, substituentes *septena*. Haec igitur septenorum iugerum agri captiui dividendi plebi mensura solennis fuit post reges exactos, ex lege Licinia; quam disertis verbis significauit Columella, reliqui scriptores omittunt. Romulus scilicet primus regum ciuibus agri captiui bina iugera assignauerat. Vide ad Varron. I. 10. s. 2. Ex hac disputatione sequitur, falsam esse annorum computationem, a Goesio et Gesnero institutam, locique adeo Varroniani correctionem. Facile tamen largior vtrique viro docto id, quod locus Columellae, quanquam ab aetate Licinii vtriusque, nimis remoti, satis manifeste arguit, legis Licinii Stolonis partem fuisse alteram de septenis agri captiui iugeribus plebi diuidundis, quam vna cum priore de quingentis iugeribus a ciue romano possidendis, reuocare conatus est Tib. Gracchus A. V. 621. quanquam Plutarchus cum Velleio in eius legis mentione sola quingenta iugera nominant. Repetito conatu C. Licinius Crassus, Caii Gracchi fidissimus amicus consiliorumque omnium socius et affinis per Liciniam sororem, C. Gracchi vxorem, eandem legem in tribunatu suo A. V. 609. tulisse videtur; quo euentu nescitur. Sed haec annotationis sequentis erit materies.

primus — forensia e comitio eduxit] Primus Licinius Stolo ante A. V. 399. (quo sua ipse lege damnatus est) de quingentis iugeris a ciue romano possidendis legem tulerat, cuius pars aliqua fuisse videtur de septenis agri captiui iugeris plebi diuidundis. Certe solemnis haec fuit mensura ad id vsque tempus et C. Licinio ascripta a Columella. Igitur C. Licinius (Crassus) A. V. 609. non potuit primus legem de septenis iugeris agri plebi diuidundis ferre. Vnde *primus* referri videtur non ad mensuram agri diuidendi, sed ad modum agri diuidendi aut legis de ea referendae. Priorem rationem video placuisse Popmae. Is enim lege Licinii Crassi tribunitia primum populo in foro septena agri captiui iugera assignata fuisse censet, non, vt antea, senatusconsultis. Hinc idem explicat vocabulum *forensia*, quod Adr. Turnebus Adv. I. 11. de foro Licinii in Italia Transpadana apud Plinium III. c. 17. inepte interpretatus est, monente Vrsino,

qui malebat legi h. l. *e foro ac comitio eduxit.* Sed interpretationem non addidit. Goesius *forensia* interpretabatur iusta et legitima; reliqua verba non attigit in Indice Agrar. Popmae sententiam amplexus est Cuperus; quam et ipse omnium maxime probabilem esse existimo, quanquam non est a Popma demonstratum, qua ratione illa possit ex verbis Varronis elici. Quis enim populum audiuit vnquam ad leges latas sibi accipiendas e comitio eductum fuisse? Comitia significari a Varrone patet, quae primum in Comitio, deinde in foro aut campo Martio fuerunt habita. Duritiam mihi praeterea videntur iugera *forensia* habere magnam, si in foro data et accepta interpreteris. Sed feramus hanc, dummodo ex comitio nos explicemus. Gesnerus, qui in priore Editione ad h. l. tacuerat, mox in Thes. L. L. sub vocabulo Comitium posuit hanc annotationem, quam nimis breuiter et obscure in Editione altera excerpsit Ernestius: *Hoc ita interpretatur, monente Pighio ad A. 608. Cicero Laelio cap. 25. Atque is* (C. Licinius Crassus, in Indice Ernestiano plane omissus,) *primum instituit, in forum versus agere cum populo.* (A. V. 609. cum legem de sacerdotiis ferret.) *Primo quidem comitia in Comitio habita esse, docet hic locus; deinde capacius forum Comitio auctam tot annis multitudinem melius cepit. Hinc forensia iugera, primum in foro data. Postea e foro etiam nimis angusto translata in Campum Martium comitia, satis constat.* Ceterum locus Varronis a Gesnero appositus est cum varietate lectionis, ita, vt legatur *forensia e Comitio in forum eduxit.* Sed puto, verba *in forum* primum a Pighio interpretationis causa addita esse. Addidit Gesnerianae huic annotationi excerptae Ernestius, Pighii rationem probatam fuisse a Gallo Crevier Epist. 2. contra Harduinum p. 66. Locus Ciceronis videtur quidem ille inprimis esse appositus ad Varronianum hunc illustrandum, quia est de eodem illo Licinio Crasso, eodemque plane anno tribunatus eius; verum lex ipsa tamen discrepat de sacerdotiis lata, cum Varronis locus sit de lege Licinii, quae modum agri possidendi et septena iugera agri captiui plebi diuidenda definiret. Deinde Cicero memorat, speciem externam concionum, ad populum habendarum, a tribunis mutatam atque innouatam fuisse a Licinio; cuius tamen nouationis auctorem non Licinium, sed C. Gracchum, cum legem de iudiciis ad Equites, a Senatu transferendis, ferret A. V. 632. facit Plutarchus c. 5. cuius verba, quia locum Ciceronis vnice illustrant, ipsa apponam: *τοῦτον τὸν νόμον εἰσφέρων τά τ' ἄλλα λέγεται σπουδάσαι διαφερόντως, καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ*

δημα-

δημαγωγῶν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀφορώντων καὶ τὸ καλȣ́μενον Κομίτιον, πρῶτος τότε στραφεὶς ἔξω πρὸς τὴν ἀγορὰν δημηγορῆσαι, καὶ τὸ λοιπὸν ȣ῞τω ποιεῖν ἐξ ἐκείνȣ. Cui nouo concionum mori quomodo verba Varronis poſſint attemperari, equidem non video. Ante Victorium legebatur: *e comitiis.* Quod ſi Popmae interpretationem ſequi malueris, poteris ex veteri lectione efficere: *forenſia comitiis deduxit* vel *forenſia in comitia deduxit.* Sed nunc demum video, Popmae rationem magna premi difficultate, quam antea non animaduerteram. Scilicet noſter ſupra ſect. 6. ex Catonis Originibus poſuit: *ager Gallicus romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus eſt vltra agrum Picentium.* quod factum eſſe contra ſenatus auctoritatem, lege C. Flaminii tribuni plebis, teſtatur Cicero in Catone c. 4. de Q. Fabio Maximo: *qui conſul iterum* (A. V. 526.) *Sp. Caruilio collega quieſcente, C. Flaminio tribuno plebis, quoad potuit, reſtitit, agrum Picentem et Gallicum viritim contra ſenatus auctoritatem diuidenti.* De eodem Cicero de Inuent. II. 17. *C. Flaminius is, cum tribunus plebis eſſet inuito ſenatu et omnino contra voluntatem omnium optimatum per ſeditionem ad populum legem agrariam ferebat. Hunc pater ſuus concilium plebis habentem de templo deduxit.* Idem in Bruto c. 14. *Dicitur etiam C. Flaminius is, qui tribunus plebis legem de agro Gallico et Piceno viritim diuidendo tulit — ad populum valuiſſe dicendo.* Idem Acad. IV. 5. *prouocant — ad hos notiores, C. Flaminium, qui legem agrariam aliquot annis ante ſecundum bellum Punicum tribunus plebis tulerit, inuito ſenatu et poſtea bis conſul factus ſit.* Inuito ſenatu dicitur Flaminius legem agrariam tuliſſe, quod ſenatus antea eius legis auctor non fuerat factus ex lege Publilia A. V. 414. et Menia A. V. 467. latis. Flaminium morem priſcum agrorum captiuorum plebi diuidendorum primum mutaſſe, et ſenatus poteſtatem, quae fuerat antea, ad plebem, etiam contra ſenatus auctoritatem lege lata tranſtuliſſe, apparet etiam ex loco Polybii II. c. 21. *μετὰ δὲ τȣ̃τον τὸν φόβον ἔτει πέμπτῳ Μάρκȣ Λεπίδȣ στρατηγȣ̃ντος κατεκληρȣ́χησαν ἐν Γαλατίᾳ Ῥωμαῖοι τὴν Πικεντίνην προσαγορευομένην χώραν, ἐξ ἧς νικήσαντες ἐξέβαλον τȣ̀ς Σήνωνας προσαγορευομένȣς Γαλάτας.* Sequuntur, quae noue factum arguunt: *Γαΐȣ Φλαμινίȣ ταύτην τὴν δημαγωγίαν εἰσηγησαμένȣ καὶ πολιτείαν, ἣν δὴ καὶ Ῥωμαίοις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, φατέον ἀρχηγὸν μὲν γενέσθαι τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον τȣ̃ δήμȣ διαστροφῆς, αἰτίαν δὲ καὶ τȣ̃ μετὰ ταῦτα πολέμȣ συστάντος αὐτοῖς πρὸς τȣ̀ς προειρημένȣς.* Haec ille de A. V. 522. narrat, quae Cicero ad A. V. 526. retulit. Quod ſi iam anno ab vrbe

condita 522. aut 526. primus C. Flaminius tribunus plebis inuito ſenatu et contra eius auctoritatem plebi lege ſua agrum captiuum diuiſit, ſane C. Licinius Caluus demum anno vrbis 609. non dici poteſt primus legem de agris plebi diuidendis tuliſſe atque in eo poteſtatem atque auctoritatem minuiſſe. Relinquitur igitur ſola Pighii interpretatio, vt dicamus, C. Licinium Craſſum reuocaſſe legem Licinii Stolonis de modo agrorum, a ciue romano poſſidendorum, vel plebi diuidendorum, eaque in lege ſimul morem antiquum cum populo ex templo agendi innouaſſe. Diſſenſum rationum chronologicarum, qui eſt inter Ciceronem et Polybium, nunc non curo.

Agri Piceni patronum habet Cicero Offic. III. 18. nulla librorum varietate; nec in Columella III. 3. 3. libri variant, vbi locus Catonis ex Varrone ſic refertur: *et in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur.* Quare non erat cur Graeuius in Ciceronis Catone *Picentem* ſubſtitueret *Piceno.* Similiter in Catilin. II. 3. Picenum et Gallicum agrum ſimul nominat Cicero. Denique quod Polybius agrum Picenum plebi diuiſum fuiſſe ait a Flaminio, Cato contra Gallicum vltra Picentem cis Ariminum, diſſenſus in ea re fere nullus eſt ſcriptoris vtriuſque, quoniam ager Gallicus, auctore Columella Piceno contributus eſt.

collegam tuum] Plinius VII. c. 52. f. *Varro quoque auctor eſt XX viro ſe agros diuidente Capuae, quendam, qui efferretur, foro domum remeaſſe pedibus.* quem locum ita iam antea correxerat Vrſinus ad h. l. vt edidit Harduinus. De ea colonia locus eſt Frontini de coloniis: *Capua colonia muro ducto Iulia Felix iuſſu Imp. Caeſ. a XX viris eſt deducta.* et Velleii Paterculi II. 44. *Caeſar in Conſulatu primo legem tulit, vt ager Campanus plebi diuideretur, ſuaſore legis Pompeio; ita circiter viginti millia virum eo deducta.* Caeſar B. C. I. 14. *Capuae — dilectum colonorum, qui lege Iulia Capuam deducti erant, habere inſtituunt.* De eadem colonia eſt locus Ciceronis ad Attic. VII. 14. De agro Campano et Stellate lege Iulia plebi attributo vide Ciceronem ad Attic. II. ep. 16 et 18. Coſconium inter XX viros nominat ibidem epiſt. 19. Vide etiam Suetonium Caeſ. 20. Aug. c. 4. Locus eſt etiam Ciceronis Agrar. II. 34. de colonia deducta Capuam; atque alter pro Sextio c. 4.

video huc venire] Haec verba inepte ex ſuperioribus repetita eſſe, cenſet Vrſinus; contra ſtudio poſt parentheſin longiorem repetita affirmat Geſner.

virtutibus] Vrſinus malebat *artibus.*

veniant

veniant villas] Vrſinus malebat *ad villas*, et deinceps verba *vt videant* ſpuria cenſebat eſſe.

pomaria] Vide ſupra ad ſect. 6. Hic dicuntur loca vbi poma ſeruantur.

poma veneunt] Epigramma Priapeium XX. *Quaeque tibi poſui tanquam vernacula poma de ſacra nulli dixeris eſſe via.* Ita enim ex Codd. hunc verſum legi debere, docuit Leſſing. Ouidius in Arte amandi: *Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa, illa vel in ſacra ſint licet emta via.* Ibidem mel venumdabatur, teſte noſtro III. 16. 23.

auream imaginem] Ex libri Victoriani *aurum imago.* Scaliger efficiebat: *veneunt contra aurum id eſt magno.* verba tamen *id eſt, magno* gloſſam librarii eſſe cenſens. Vrſinus: *veneunt contra aurea imagine*, i. e. numo auro, imagine aliqua dei ſignato; Popma: *contra aurum in aginam;* ineptiſſime profecto. Pontedera volebat *contra aurum in Argo*, et intelligebat tabulam pictam, tabernae appoſitam, referentem Argum (ita ſcribit) cum vellere aureo. Quod commentum merito iam improbauit Geſner. Quae fuerit aurea imago haec, ignoramus; et fieri poteſt, vt lectio ſit vitioſa.

comeſa] Pol. *comeſſa.* Voluit ne *comeſta?* In Catone c. 58. *comeſae* legitur ſine varietate. In Valerio Maximo IX. 12. 6. *comeſtis* cum libris optimis habet Vincentius. In Ciceronis orat. pro Cluentio c. 62. ex Priſciano dederunt *comeſtum*, vbi libri ſcripti et Edd. principes *comeſſum* vel *comeſum* habent. Scilicet auctore Quinctiliano Inſt. I. 7. Ciceronis temporibus paulumque infra fere quoties S littera media vocalium longarum vel ſubiecta longis eſſet, geminabatur, vt *cauſſa*, *caſſus*, *diuiſſiones:* quomodo et ipſum et Virgilium quoque ſcripſiſſe manus eorum docent. Ita Quinctilianus. In Faſtis Verrii Flacci legitur ſimiliter ſcriptum *cauſſa*, vbi vide notam Foggini. Libri Varronis optimi in perpaucis locis ſcripturae huius veſtigia offerunt lectori.

curriculi] Dio in Auguſto ὠοειδῆ δημιουργήματα vocat in ſpina circi conſtituta, quae numerum curriculorum peragendorum ludis circenſibus indicarent; ſingulis enim curriculis peractis, ouum vnum tollebatur, et quot ſupererant, totidem erant adhuc curricula peragenda. Forma ouorum in his machinis placuit ob honorem Caſtoris et Pollucis. Vide Salmaſium ad Solin. p. 640. et Hemſterh. ad Lucianum p. 281. Feriis ſementiuis ludi circenſes erant, iiſque peractis epulum publicum ab aedile in aede Telluris praebebatur. Dubitanti igitur Stoloni, num coena eſſet comeſa, quod

aedilem, a quo inuitati erant, non videret, respondet Agrius, se nec ouum illud, quod in Circo extremi actus circensis extremum curriculum indicat sublatum, neque illud ouum vidisse, a quo coena solet committi. Haec bene ad h. l. monuit Scaliger et Gesner. Curricula ludorum Circensium solennia septem esse tradit Varro apud Gellium III, 10.

ceriali pompa] i. e. coena. Nam vt in pompa circensi fercula imaginum ferebantur, sic in coena fercula epularum inferuntur, et coena ab ouo initium capiebat. Hinc illud notum: *ab ouo ad mala.* Haec recte Scaliger, qui Varronis locum posuit ex Endymione, vbi est: *maturo ouo coenam committimus.* Est enim verbum *committi* ludis circensibus aliisque solemne. Locum Varronis habet Nonius in *committere*, *Dominus* et in *maturum.* In priore loco Editio Mercerii prior habet: *Discumbimus multitudo, minus mature coenam committitis.* Sed in *dominus* ita: *disc. mussati, dominus matura oua ad coenam committit;* item in *maturum;* quam lectionem praeferebat Iunius. Altera Mercerii Editio ita plane habet, sed *maturo ouo coenam committit;* tertio loco *maturo ouo ad coenam committit.* Editio Parm. 1480. in primo loco habet *committis*, sed verba laudat ex Eumenidibus Varronis. Sic et in altero loco, vbi legitur *musati — mandare nam committit.* Tertio in loco etiam ex Eumenid. laudatur *sati dominus maturo ouo ad coenam commit.* Sed legendum *discumbimus multi; tum dominus matura oua ad coenam committit* cum L. Carrione Antiq. Lect. III. c. 15.

ad te enim rudem] i. e. apud te esse quasi magisterium agriculturae. Aliter Gronov. Observ. IV. 6. p. 87. qui *ad* comparatiue interpretatur, vt in illo Ciceronis *nihil ad Persium.* Sed ita debebat esse *ad te enim rudem esse agriculturam nunc.* Gladiatores, qui e ludo dimittebantur remissa pugnandi necessitate, rudem accipiebant, signum vacationis. Haec omnia nota sunt. Sed rudiarios istos gladiatores deinde lanistas plerumque factos alios artem docuisse, probabilis est virorum doctorum coniectura. Vulgatae vitium apertum inhaeret. Nam Agrius haec loquitur; ante eum Stolo locutus fuerat. Cui igitur dicit Agrius *ad te enim* etc.? Certe non Stoloni, sed Scrofae, quem Varro antea de agricultura Romanum peritissimum pronunciauerat. Igitur videtur nomen *Scrofae* excidisse in fine, quoniam statim repetebatur, vti Axio Scrofa respondet. Non inepte igitur Commel. *dicunt*, *Scrofa. Prius.* sed tum legendum erat *inquit Scrofa, discernendum.* Ceterum si de rude res non pos-

sit

ſit ad liquidum perduci, ecce preſto eſt lectio antiqua, ſane non mala: *rudes agricolas — iuiſſe dicunt.*

a villa quod ab eo] Vrſinus malebat *a villa. Villa ab eo quod in eam.* Sed mox Varro vellam explicabit pro villam. Magis probauerim eiuſdem emendationem, vt deinceps legamus *et vnde euehunt.*

veham] Antiquam ſcripturam reſtitui probante etiam Geſnero in Theſ. L. L. Varro L. L. IV. 31. p. 34. *Veha breuis etiam vehiculum dictum eſt.*

vellaturam] Noſter de Lingua latina IV. 7. p. 14. *velabrum dicitur a vehendo. Velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt.* Feſtus: *Veia apud Oſcos dicebatur plauſtrum. vnde veiarii ſtipites in plauſtro et vectura veitura.* vbi Scaliger malebat legi *vela — velatura.* A vehela (quam Capitolino in Maximin. c. 13. reſtuit Salmaſius) fit *vella* contractione, ruſticis familiari, qui iota litteram tollebant et E pleniſſimum dicebant, teſte Cicerone de Or. III. 12.

15. *ita vt tamen*] Vrſinus recte praefert Codicis ſui lectionem; addit locum Apuleii L. I. Floridorum p. 341. *Primus Hyagnis manus in canendo diſcapedinauit, primus duas tibias vno ſpiritu animauit, primus laeuis et dextris foraminibus acuto tinnitu,* et *graui bombo concentum muſicum miſcuit.* Feſtus: *dextrarum tibiarum genus eſt, quae dextra tenentur.* Deinde Vrſinus ex loca Seruii ad Aeneidem IX. verſu 618. hoc: *Vt enim ait Varro tibia Phrygia dextra vnum foramen habet, ſiniſtra duo, quorum vnum acutum ſonum habet, alterum grauem:* colligebat, dextram tibiam fuiſſe incentiuam, ſiniſtram ſuccentiuam. Calami partem, radici proximam, vel craſſiorem tibiae laeuae materiam, ſummam partem dextrae praebuiſſe ex Theophraſto monet Plinius 16. ſ. 66. In cinere lenibus modulis eſt apud Gellium IV. 13. Eſt graece ἐνδιδόναι. Salmaſius l. c. et ad Solini c. 11. p. 84 ſeqq. docere conatur, dextrae ſonum fuiſſe grauiorem, ſiniſtrae tibiae acutiorem. Multa ea de re diſputant Interpretes ad Terentianarum Comoediarum διδασκαλίας.

vt ſuperioribus] Haec ſana eſſe abhinc vix credam. Locum eundem Dicaearchi excerpſit infra II. 1. 4. ſed etiam in illo loco ſtupiditas librariorum graſſata eſt. Ceterum reſpicit Dicaearchi περὶ τȣ̃ τῆς Ἑλλάδος βίȣ, cujus voluminis tres libros laudat Athenaeus. Apud Porphyrium de Abſtinentia locus exſtat Dicaearchi de ſeculo aureo hominum ſub Saturno rege, quem excerpſit Hieronymus aduerſ. Iouinianum Epiſt. 2. Dicaearchus, inquit, in libris antiquitatum et deſcriptione Graeciae refert, ſub Saturno, id eſt, aureo ſeculo,

 cum

cum omnia humus funderet, nullum comediſſe carnes, ſed vniverſos vixiſſe frugibus et pomis, quae ſponte terra gignebat. Porphyrius: καὶ ὁ περιπατητικὸς Δικαίαρχος, ὃς τὸν ἀρχαῖον βίον τῆς ἑλλάδος ἀφηγούμενος etc.

quocirca] Vrſinus malebat *quocirca ea ſuccinit* — *ſiniſtra dextrae a foraminibus*. magis tamen ei placebat, verba *a foraminibus* plane omitti vt ſpuria. Cuperus etiam τὴν *a* tolli voluit; ceterum ex verbo *ſuccinere* colligens, dextrae ſonum fuiſſe acutiorem. Salmaſius ad Vopiſc. p. 826. legi volebat *a dextra*, ita, vt *inferior a dextra* per abundantiam dicatur pro *inferior dextra*. Geſner Vrſini opinionem probabat.

tibicen] Satis eſt grauis increpatio. Soli enim latini tibicines adhibebantur Romae, vt aruſpices Etruſci. Liuius IX. 30. Cicero pro Muraena c. 12.

capra natum] Ita ex veſtigiis librorum manuſcriptorum et loco Varronis infra II. c. 3. ſect. 7. vbi eſt; *ob hoc in lege locationis fundi excipi ſolet, ne colonus capra natum in agro paſcat*. Hae ſunt leges colonicae. Ex quo loco ſuſpicatur Vrſinus, *ſurculario* in hoc noſtro ſpurium eſſe vocabulum. Scilicet offenſus fuit vir ſagaciſſimus iuxta atque ipſe ego, exceptione iſta, quae cauet, ne natum capra colonus in agro paſcat. Quidni enim capram ipſam excipit? Hinc ſuſpicatur Vrſinus, *capra paſcere* dici caſu ablatiuo et *natum* eſſe, quicquid in fundo ſeu agro naſcitur. Male igitur h. l. *ſurculario* addi, etſi propter ſurculos exceptio iſta fuit excogitata primum. Ita in Praefat. libri 2. eſt: *armentum id, quod in agro natum non colit ſed tollit dentibus*.

quas etiam] Quaſi plurali numero caprae praeceſſiſſent.

Agri, ne] Vulgatum *ne Agri* ita corrigi iuſſit Vrſinus eiuſque ſimia Popma; nec licet dubitare de ea correctione cuiquam. Sed de reliquis magna eſt dubitatio. Vrſinus legi volebat: *ne iſtuc ſit ad hoc, cum in legibus etiam caueatur*. interpretationem non addidit. Quam Popma poſuit, ea ex verbis vulgatis non exſiſtit. Ego ſic legendum cenſeo: *ne iſtuc ſit ab hoc diuerſum*. Vide ne tu inde falſo arguas, paſtionem omnem eſſe ab agricultura alienam; nam eaedem illae leges colonicae pecus quoddam ſcribunt, quod licet paſcere in fundo, capras ſolas excipiunt, vtpote ſurculis noxias.

19. *diuerſa de cauſa*] Haec aliena ab h. l. videntur Vrſino.

hirci] Huc pertinet Eueni epigramma in Analectis Brunckii T. I. p. 236. apud Schol. Ariſtoph. ad Plutum p. 429.

429. ed. Hemſterh. et Sueton. in Domitiano c. 14. Cf. etiam Ouidii Faſt. I. 353.

ſaliua] Plinius 15. ſ. 8. *Oleam ſi lambendo capra lingua contigerit depaueritque, primo germinatu ſterileſcere auctor eſt M. Varro.* Idem 8. ſ. 50. *oliuam lambendo quoque ſterilem faciunt, eaque ex cauſa Mineruae non immolant.* Vnde Vrſinus h. l. *laeſerit* mutabat in *lamberit.* Ceterum Nonius Mercerii p. 491. h. l. laudat; ſed ibi Parmenſis editio 1480. habet *veneno.* Ceterum hoc vno in loco Codices antiquam genitiui formam ſeruarunt.

hoc nomine] Ante haec verba vulgo nomen *Licinius* additum legitur, quod recte damnauit et incluſit Geſner. Scilicet in Polit. libro inſerta hic legitur litera L, quam et Editiones primae interdum interſertam verbis Varronis habent; (de cuius ſignificatione pluribus infra videbimus,) alibi vero pro litera iſta ſcriptum habent *vel*, quod et hoc in loco factum eſſe vides. Exinde librarii ſtupidi nomen Licinii effinxerunt.

ſemel] Puto, intelligi ſacrificium annuum, quo Dianae Ἀγροτέρᾳ trecentas capras mactabant ex voto Miltiadis. Cf. Aelian. V. H. II. 25. et Valkenair ad Herodot. p. 489.

propriae] Male Pontanus Analect. III. 15. *propitiae* corrigebat, monente Schoettgen.

opere — adiuuare] Vrſinus damnato vocabulo *opere* corrigit *adiuuant.* Geſner *adiuuare* pendere ait a *poſſunt;* quod qui fieri poſſit, equidem non video. *Opere* ipſe etiam retinebo cum Geſnero.

21. *venalium*] Vrſinus malebat *volucrium.* quarum ſtercus optimum agro eſſe ſcribit Caſſius infra c. 38. Geſner vulgatum interpretatur ſeruorum, ego vero pecudum, quia ſeruorum greges non dicuntur commode.

fructus in agro] Vulgatum *fructum non in agro* damnant Pol. liber, Vrſinus et Pontedera; niſi quod Vrſinus malebat *fructus in eo ferre.* Pontedera vitium tolli etiam poſſe putabat, ſi, relicta negatione, legas *fructus non agro ferre.* Scilicet pecora non adiuuant culturam, ſed fructus tamen ferunt iſto modo.

argentifodinas] Inepte Scaliger emendabat *areni fodinas*, recte monente Geſnero. Arenarias nominat etiam Cicero pro Cluentio c. 13.

(non) exercendae] Negationem recte damnauit et incluſit Geſner. Diuerſorias tabernas villae adiunctas hic habes, coponem dabit villa Baiana Fauſtini apud Martialem III. 58. *non ſegnis albo pallet otio copo, nec perdit oleum lubricus*

bricus palaestrita. Sunt igitur etiam *serui* copones, quos omisit Gesneri Thesaurus L. L.

si quis] Vrsinus praefert *si quid — profectus.* Post *domino* posui incisum.

ex satione] Ita vulgatum *nec satione* correxit de coniectura Victorius, propter alterum locum infra: *quoniam fructum arbitror esse fundi eum, qui ex eo satus nascitur vtilis ad aliquam rem.* Victorio inepte obloquitur Brenkmann, qui Codicis Polit. lectionem *satione tecta* memorat, atque inde *satione tenera* effingit. Ceterum malim legere *quod ex terra satione natum.*

Suscipit] Distinctionem primarum Edd. correxit, et graecum ὑπολαβὼν recte comparauit Vrsinus.

24. *obstrigillandi*] Nonius, *obstringillare* scribens, interpretatur ex h. l. *obstare.* Cf. Salmasius ad Solinum p. 40 et 821. Ennius apud Nonium *restitant, occurrunt, obstant, obstringillant, obuagitant.* vt ex Codice Palat. correxit Gebhard Antiq. Lect. II. 10. Idem Nonius in vtraque editione Paris. 1583 et 1614. p. 283. b. et p. 492. *aemulum illius artis atque obstrigilatorem.* sed Parmensis 1480. *obtrigillatorem* exhibet. In altero Nonii loco p. 147. Merc. vbi hic Varronis locus laudatur, editio Parmensis 1480. habet: *Varro de Republ. l. V. Qui quod inuidis — obstringilandi causa, vt praeclara quaedam, quae laudes.* reliquis omissis. Eadem in loco Ennii habet: *restitant, occurrunt, obstant, obstringilant, ouagitant.* vbi recentiores pessime *obagitant* dederunt, cum deberent *obuagitant.* Quod verbum simili nota *obuagire* et *obuagulare* adde Gesneri Thesauro L. L. Ceterum Codex Guelferbyt. Nonii facit plane cum Editione Parmensi nisi quod *scriptori obstringillandi causa, vt cum pr. quaedam quae laudes.* Mercerii Editio prior locum ex Varrone refinxit, nisi quod *obstringillandi* dedit; altera Varronianum *praetermittas* iterum omisit cum Parmensi editione, Codice S. Victoris et Guelferbyt.

in agricultura?] Signum interrogandi apponi iussit Pontedera.

et despiciebat] Gesner malebat *sed* legi.

luridam] Videtur bufonem dicere, etsi etiam calamitas, seu virides arboreas psilothri vice adhibuerunt veteres medici.

et in fronte] Ex Pol. libro copulam recte addidit Gesner. Vulgatam corrigebat Scaliger legendo: *huiusce pedes solent in fronte contr. rugas.* Popma: *solent dolore in fronte c. r.*

27. *Tar-*

27. *Tarquennam*] Ita ex libris ſuis edidit Victorius, anagnoſtae nomen interpretatus.

Ego tui — pedibus] Haec recte Fundanio adſcribi voluit Geſner medicinam ſuis pedibus expetenti ſtatim, vt audiuit de ea.

in meis pedibus] Recte haec verba Victorius iam damnat, veluti ineptam gloſſam.

terram tangere] Ex ſuperſtitione veterum *cum tellurem dicit, manibus terram tangit*, vt eſt apud Macrobium Saturn. III. Cf. Turnebus Aduerſ. XVI. 10.

deſpuere] Etiam in medicina magica habet Plinius 26. ſ. 9. et alibi.

cantare] De certa formula et modulo dicitur cantare in ſacris et medicina magica.

multa, inquam] Geſner, continuari Stolonis ſermonem putans, malit legere *inquit*. Huic deinde ſubiicit Varro *quaſi vero*. Recte, puto! Contra Vrſinus malebat legi *Quaſi vero, inquit Agraſius*.

Cap. III. 1. *de iis rebus dicendum*] Vrſinus corrigebat: *deinceps dicendum*.

in ſcientia ſint] Ita ex libris optimis vulgatam corrigi iuſſit Pontedera.

carceribus] *carceribus profecta, quas decurrat ad metas* elegans eſt Vrſini emendatio, quam firmat locus infra: *Hinc profecti agricolae ad duas metas dirigere debent*.

Ecquis] Ita egregie h. l. correxit Pontedera in Curis ſec. quam eius annotationem omiſerat Erneſti. In vulgata *ſit, et quid in colendo, nos docet*, Geſnero diſplicuit *docet*, cum eſſe deberet *doceat*. Deinceps poſt *ars* ſuſtuli *an* auctoribus libris optimis.

Cap. IV. *Ennius*] Epicharmi philoſophi et poetae quaedam de rerum natura in latinum ſermonem conuerterat Epicharmique nomine inſcripſerat Ennius, cuius libri fragmenta collecta cum reliquis habemus. De Epicharmo Menander: Ὁ μὴν Ἐπίχαρμος τὺς θεὺς εἶναι λέγει πῦρ, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, ἀνέμυς, ἀστέρας. Elementa dixerat Epicharmus, a quibus mundus ſit ortus; male deos Menander vocat. Aerem Ennius vocauit *animam*. Haec Popma. Ex graeco ἄνεμος orta anima ſignificat ventum, auras atque ipſum aera elementum.

quod initium] Vrſinus *hinc* interſerit; quod tamen ingratum mihi accidit propter idem vocabulum ſtatim repetitum.

tum. Malim igitur *ex iis oritur.* Ad *dirigere* intellige *operam.* Quid si legas *initium fructuum oritur hinc. Profectum agricolae* etc.

cultura] Hoc vocabulum recte cum Vrsino damnauit et inclusit Gesner.

quam — turpis] Haec male conueniunt cum forma praecedente, et omnino veluti spuria deleri voluit Vrsinus. Gesner cogitare nos iubet agrum.

quam alii] Haec verba idem Vrsinus damnat.

contra in] Vrsinus vulgatam correxit, laudato Columella I. 3. 2. *nec rursus in pestilenti quamuis feraci pinguique agro dominum ad fructus peruenire*, quare non dubitaui auctoritatem sagacissimi viri sequi.

orco] Edd. primae *horco.* Voluerunt *orcho* dare. Ita enim veteres dicebant, teste Seruio ad Georg. III. 223. et Probo in Cathol. p. 1486. Ita infra c. 24. 1. *horcitem* pro *orchitem* dabo ex Ed. antiqua Nonii.

colentium] Columella *colonorum* dixit.

alea] Columella: *vel potius mortem, quaestu certiorem.*

Nec haec non] Malim ex Edd. primis addere voculam, atque ita legere: *nec vero haec* (sc. alea) *non deminuitur.* Scilicet hanc formam, non vulgarem *diminuitur*, postulat sententia. Sed nimis saepe eam immutauit Iucundus in Aldina.

sed in naturae] Haec verba damnat Vrsinus.

Hippocrates] Cf. Plinium VII. s. 37. vbi res narratur.

Cap. V. *quod non habeant*] Vrsinus malebat *quo non*, Pontedera ex Edd. primis *quin habeant.*

opus sunt, ac] Haec spuria videntur Vrsino. Mihi sententia *sint* postulare visa est pro *sunt.* Deinceps *quidquid* antiquum ex Pol. libro substitui vulgato *quidque.*

in eo praedio colendi causa] Haec etiam spuria censebat Vrsinus.

in eo fundo] Et haec abesse malebat Vrsinus.

mouentur] Ita recte Edd. primae, cui formae accommodaui sequens *debeant*, quod vulgo libri omnes habent.

quatuor — generibus] Vrsinus malebat *partibus.* Gesner malebat deinceps *singula* legere. Ceterum primam partem tractat c. 6—16. alteram c. 17—22. tertiam c. 23—26. (sed valde perfunctorie, vt deesse aliquid suspicetur Gesner.) quartam c. 27—37.

diuiditur] i. e. duas partes habet.

Cap.

Cap. VI. *a ſpecie ſimplicia*] Haec verba Vrſino ſpuria ſunt viſa; certe vitioſa ſunt. Forte fuit: *ſint ſpecie ſimplici.*

eſt ex iis] Vrſinus malebat *et ex iis — videre.*

alia cultura] Vrſinus omitti volebat *alia*, deinceps verba: *quam ſummis*, poſt: *quam ſumma*, denique: *quam infima quam ſumma.*

ſic collinis] Geſner monet, *alia* intelligendum, vel adeo addendum eſſe.

ſappini] In Catone cap. 31. ſ. 2. ſapino ſubſtitui carpinum ex libris. Nuces ſapineas habet Columella XII. 5. 2. Seruius ad Georg. II. 68. *abietis ſpecies apta nauibus quam Sapinum vulgo vocant.*

mariſcae fici] Plinius 16. ſ. 50. *ſumma ſui parte fertiliores arbutus quercus inferiore, iuglandes, fici mariſcae.* cuius loci, antea male interpuncti et lecti, emendationem Harduino praeripuit Bodaeus ad Theophraſtum p. 386. Sed recte monuit Harduinus, peſſime Plinium verba Varronis ſurſum et deorſum de parte arborum ſuperiore et inferiore explicaſſe; quod fecit etiam Bodaeus. Fici enim omnes ſummis cacuminibus maxime frugiferae ſunt. Verba *vt nuces — fici* excerpſit Nonius p. 550. Merceri.

montana his] Ita ſcribere iuſſit Pontedera, *his locis* interpretatus campis, vbi prata et vineae.

vliginoſus] Eum ab aquoſo diſtinguit etiam Cato c. 34. Ceterum vligo eſt quaecunque humiditas ſtagnans; hinc ſalſam amaram et dulcem diſtinxit Columella.

ſi quis eſt] Vrſinus deleri voluit *quis;* recte, vt puto.

diſpariliter] Vrſinus malebat *diſpar*, vel *diſparile.*

Cap. VII. *Cato*] Cap. I. 3.

formae cultura] Recte Vrſinus corrigit *forma culturae.* Praeterea etiam *ſunt venuſtiore, — fructu ſint, vt ſi ſata — quincuncem. itaque* etc. reliquis omiſſis; in quo me non habet aſſentientem. Ceterum eandem ſententiam poſuit ſupra c. 11. 2.

cum eaſdam] *Cum* equidem abeſſe iuſſerim, ſequens *ſi* damnat Vrſinus.

appellatur] Hoc monente Vrſino poſui pro vulgato *appelletur.*

Cretae] Ex Theophraſti H. P. I. 6. vnde et Plinius XII. 1. XVI. 21.

Cortyniae] Ex antiqua ſcriptura, vbi C litterae G locum obtinebat, ſeruata eſt haec nominis forma pro *Gortynam.*

non

non amittat] Plinius XII. f. 5. *fed ex ea primum in ipfa Creta platani fatae regenerauere vitium — inde in Italiam quoque ac fuburbana fua Claudio principe Marcelli Efernini libertus, fed qui fe potentiae caufa Caefaris libertis adoptaffet, fpado Theffalicus praediues tranftulit id genus; durantque etiam in Italia portenta terrarum.* Deinceps chamaeplatanos memorat, ferendi genere et recidendi natas et a C. Matio, equite, Augufti amico, inuentas.

Sybari] Pol. liber *Subari.* Sed infra cap. 44. fect. 2. nulla eft varietas fcripturae; quanquam Victorius in Explic. Caftigat. fuarum in Ciceronem p. 680. monet, in prifcis exemplaribus Varronis exftare fcriptum *Subaris* et *Subaritanus*, quocum ipfe memorat *Berutum* pro *Berytum* in Florentinis Pandectis et fimiles nominum formas. In Faftis Verrii Flacci fimiliter eft p. 44. *libris Sibullinis.*

nunc Thurii] Etiam poftquam colonia *Copiae* illuc deducta fuerat. Vids Heynii noftri Opufc. Academ. Vol. II. p. 143.

Elephantinen] Ex eodem Theophrafti loco etiam Plinius XVI. 27. f. 50.

apud mare] In Plinio, qui h. l. laudat, Harduinus ex Codd. repofuit *Matroum* (Μητρῷον Cybeles templum) eandemque lectionem etiam Varroni reftitutam voluit.

Idem oftendit, quod] i. e. eandem rem demonftrat. Recte monuit Gefner contra Vrfinum, qui ad Theophraftum referebat.

Epiro] Alni igitur in Italia nullae fuerunt? Quin Virgilius Georg. II. 180. *fluminibus falices craffifque paludibus alnos* ait nafci. Quid igitur fi fufpicemur, olim fuiffe fcriptum *fluminibus vt falices, in paludibus arbores alni? Vlmos* quidem Edd. primae memorant, quas Iucundus recte in alnos mutaffe videtur. Forte tamen licebit excufare Epiri mentionem in fermone Scrofae, pecuarii Epirotici, id eft, qui villas multas in Epiro habebat cum agris.

fquillas] Theophraftus H. P. I. 7. φοίνικα, σκίλλαν, ἀνθέρικον.

Rhenum] Varronianam fcribendi regulam poftulare *Renum*, vt *Rodum*, *Rinton*, *redarios*, admonet Pontedera. Quin *Hrenum*, *Hrodum*, *Hrinton*, *hredas* fcribi voluit Varro. Ita enim Caffiodorus de Orthographia: *Varro vult auctoritate fua efficere, vt H prius ponatur ea litera, quae adfpirationem confert, et eo magis hoc tentat perfuadere, quod Vocalibus quoque dicat anteponi, vt heres, hircus.* Ex fcriptura *hreda* factum eft a librariis *praeda* infra II. 7. 15. vbi vide notam.

notam. Ceterum Scrofa haec de Gallia narrat; de quo Cicero ad Attic. VI. 1. *iam Scrofa vellem haberet, vbi possit: est enim lautum negotium.* Manifestum est, a Scrofa optatam sibi fuisse prouinciam, quae laudis materiam praeberet. Tribunum militarem designatum nominat Cicero Act. I. in Verrem c. 10. Praetorem eundem ad annum 676. annotauit Pighius.

candida fossicia creta] Quam Britanni olim et Galli *margam* dixere, et stercorandis agris adhibuerunt, eam Graecis leucargillon dici, seu candidam argillam, qua in Megarico agro vtantur, sed tantum in humida et frigida terra, annotauit Plinius XVII. sect. 4. Respexit Plinius locum Theophrasti de Caussis Plant. III. 25. Cretae puluerem aut cinerem cydonii mali radicibus addit Palladius Februario XXV. 22. Margam a Varrone intelligi, monuit etiam Dickson I. p. 354. Inepte igitur Gallicus interpres *craie blanche*, nostras Ioh. Frid. *Mayer*, gypsum posuit. Fossitia opponi videtur cretae saxo, quam Plinius nominauit.

carbonibus salsis] Gesner comparauit locum Plinii 31. f. 39. *Galliae Germaniaeque ardentibus lignis aquam salsam infundunt.* et sect. 40. *Quercus — per se cinere sincero vim salis reddit; alibi corylus laudatur: ita infuso liquore salso carbo etiam in salem vertitur.* Cf. omnino Rondeau, Memoires de l'Academ. de Bruxelles T. I. p. 345. et Becmanni Biblioth. Physico-Oeconom. T. XI. p. 182. qui recentiora etiam habet testimonia. Taciti locum Ann. XIII. 57. alii laudarunt. Alio pertinere videtur locus Guil. Britonis in Philipp. X. 509. de Salentinis in valle montis Iurae: *defaecata quibus flammarum ardore ministrat lympha salem puteis, mirabile, tracta duobus.* Ceterum sal maritimus est, quo plerumque Romani vtebantur. Plinius 31. f. 39. *vulgaris plurimusque in salinis mari affuso non sine aquae dulcis riguis, sed maxime imbre iuuante ac super omnia sole multo, non aliter inarescens.* Huius faciendi rationem explicui ad Nicandri Alexipharmaca. Via salaria Italiae hinc dicta fuit, quod ea licebat a mari ad Sabinos salem portari.

gradatim] Cresc. II. 25. *Varro recitat Catonem in nouem genera diuisisse ac graduum vtilitatem scripsisse. Ait enim, meliorem esse agrum illum, vbi vineta possint esse bono vino et multo; secundo vbi ortus irriguus, tertio vbi salicta* (Basil. *saliceta*), *quarto vbi olíueta, quinto vbi pratum, sexto vbi campus frumentarius, septimo vbi caeduae syluae, octauo vbi arbusta, nono vbi* (vbi omittit antiqua mea) *glandaria sylua. Aliqui dant prima cum bonis pratis, quia modicas aut nullas*

 requi-

requirunt expenſas. vbi antiqua mea Editio habet: *ſecundum aliquos vel aliqui dant primatum.* Geſner ex editione Louanienſi laudat *cedrina ſilua* pro *caedua.*

praeponens] Vrſinus mauult: *proponens.* vt noſter I. 7. *Cato modo neque vnum neque modicum propoſuit.*

ſcribere illum] Vrſinus recte addi vult *ita.*

a quo antiqui] Deeſſe aliquid, vidit egregie Pontedera et ex Creſcentio ſupplet: *quia modicas aut nullas requirunt expenſas, a quo* etc. Noſter de L. L. IV. *prata dicta ab eo, quod ſine opere parata.* Columella II. 17. *prati, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt. Nomen quoque indiderunt ab eo, quod protinus eſſet paratum, nec magnum laborem deſideraret.* In Curis ſecundis Pontedera ex Codice Caeſenate corrigit: *vt ego. antiqui quoque prata* etc.

Vopiſcus aedilitius] Eundem eſſe, de quo Cicero Philipp. XI. 5. putabat Erneſti.

Roſeae] Edd. quaedam *Roſiae.* Sic III. 17. 6. *Roſia* eſt in Bruſch.

pertica] Plinius 17. ſ. 4. *Caeſar Vopiſcus cum cauſam apud Cenſores ageret, campos Roſeae dixit Italiae ſumen eſſe, in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. Sed non niſi ad pabulum probantur.* Idem 19. ſ. 56. de cannabi: *Roſea agri Sabini arborum altitudinem aequat.* Idem 3. ſ. 17. *Sabini Velinos accolunt lacus, roſcidis collibus. Nar amnis exhaurit illos ſulphureis aquis.* vbi Harduinus monet, alterum locum Velinum hodie audire *Lago de piè de Luco* ab oppido vicino in Ducatu Spoletino, alterum Reatinum *Lago di S. Suſanna.* Praeterea roſcidos colles eſſe monet, qui Roſeae campos cingunt. Feſtus: *Roſea in Reatino agro campus appellatur, quod in eo arua rore humida ſemper ſeruntur.* Cicero ad Atticum IV. 15. *Reatini me ad ſua tempe duxerunt, vt agerem cauſam contra Interamnates apud Conſulem et decem legatos; quod lacus Velinus a M. Curio emiſſus, interciſo monte, in Narem defluit; ex quo eſt illa ſiccata et humida tamen modice Roſia.* Controuerſias Interamnatium et Reatinorum memorat infra III. 2. 3. vbi Appius dicitur cognouiſſe de iis, ſcilicet inter decem legatos cum Conſule. Seruius ad Georg. II. 201. *hoc dicit Varro, tantam vbertatem fuiſſe in Roſulano agro poſtquam Velinus ſiccatus eſt lacus, vt ibi longam perticam magnitudo ſuperaret herbarum.* quem locum attulit etiam Geſner in Indice. Similis eſt ſententia Virgilii de agro Mantuano et Tarentino: *Et quantum longis carpent armenta diebus, exigua tantum gelidus ros nocte reponet.* Idem Seruius ad Aeneid. VII. 712. *Roſea rura Velini* haec

tradit:

tradit: *Velinus lacus est circa Reate iuxta agrum, qui Rosulanus dicitur. Varro tamen dicit lacum hunc a Curio Consule in Nartem vel Naren fluuium deriuatum, (nam vtrumque dicitur) esse diffusum: post quod tanta est ea loca fertilitas secuta, vt etiam perticae longitudinem altitudo superaret herbarum; quin etiam quantum per diem demtum esset, tantum per noctes crescebat.* In Virgilio Codices aliqui similiter *roscida rura* scriptum habent, vt in Plinio *roscidos colles.* Graecis est Ῥῶσος. Vide ad II. 8. 5. Cum Tiberio imperante id agebatur, vt flumina et lacus verterentur, per quos Tiberis augescebat et saepe exundabat, *Interamnates disseruere pessum ituros foecundissimos Italiae campos, si amnis Nar in riuos diductus superstagnauisset; nec Reatini silebant, Velinum lacum, qua in Narem effunditur, obstrui recusantes, quippe in adiacentia erupturum.* Tacitus Annal. I. 79.

Cap. VIII. *deuorare*] Crescentius II. 25. *contra in vineis habere, eo quod fructum saepe sumtus deuoret.* vbi antiqua mea habet editio *contra in vineis, eo quod fructus saepe sumtum deuorat.*

quorum nomina] Vrsinus malebat *ridicarum nomina.* sed errore lapsum esse virum acutissimum, multis verbis demonstrarunt Pontedera et Gesner. Quod Pontedera coniecit: *quarum nomine*, i. e. causa, aeque minus placet. Sed ipse Pontedera fatetur, locum esse sanum.

recta] Male veterem lectionem eiecit Victorius. Rectae opponitur transuerse iugata.

quae iunguntur] Recte Vrsinus emendabat: *queis iunguntur transuersae*, etsi Pontedera et Gesner damnant hanc correctionem. Iugis opponuntur pedamenta, quibus recta stat vinea; contra quibus vinea transuersa iungitur, dicuntur iuga. Iugum inepte dicitur transuersum iungi. Malim tamen *queis iungitur* sc. vinea.

restes] Plinius 17. s. 35. no. 6. *iugum fit pertica aut arundine aut crine funiculare, vt in Hispania Brundusiiue.* et no. 10. *cum breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur.* Crescent. IV. 14. vbi palmites velut funes tenduntur, cuilibet viti circa eam tres pali parui ponuntur medio pede distantes, et vinculum quoddam circa eos velut sertum cingitur, deinde palmites extenduntur, inter vitem et vitem furcula parua ponatur vel baculus ligetur, ne vuae flectantur ad terram, et tam huic vineae — multum proderit si facta prope palum ligatura, extra eam, postquam iam lacrimas effundit, suauiter modicum

torqueantur sarmenta; nam ex huiusmodi tortura nascitur infra ligaturam successura materies, nec vuis nascentibus aliquam infert laesionem. et hic modus est apud Ast, et laudatur ab omnibus.

Brundisino] Infra II. 6. 5. vbi iterum ex libris suis Victorius Brundisino dedit, liber Polit. habet *Bryndisino*. Vera scriptura ex graeco Βρενδήσιον est Brendisium. et veteres quidam Brendam vocarunt, teste Festo. Arnobius II. p. 50. *Brundam* habet errore scribarum. A capite ceruino dictam vrbem tradit Isidorus XV. 1. sed male etiam is *brundam* scribit. Hesychius enim *βρένδον ἔλαφον* interpretatur.

compluuiata] Plinius 17. s. 35. no. 6. *Quinque genera vinearum. Sparsis per terram palmitibus, aut per se vite subrecta, vel cum adminiculo sine iugo, aut pedatae simplici iugo, aut compluuiatae quadruplici. Quae pedatae ratio erit, eadem intelligitur eius quoque, in qua sine adminiculo vitis per se stabit. Id enim non fit, nisi pedamenti inopia. Simplici iugo constat porrecto ordine, quem canterium appellant. Melior ea vino, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduoque sole coquitur, et afflatum magis sentit, et celerius rorem dimittit: pampinationi quoque et occationi omnique operi facilior. Super cetera deflorescit vtilius. Iugum fit pertica aut arundine — compluuiata copiosior vino est, dicta a cauis aedium compluuiis. Diuiaitur in quaternas partes totidem iugis.* Compluuia iugorum habet Columella IV. 24. 14. et IV. 26. 3. Compluuiata dicitur, quod palmae ab altiore iugo ad humiliores palos descendunt quadruplici serie, vt in aedium compluuio pluuia a quatuor laterum tectis in cortem subiectam decidit. Figuram posuit Pontedera in Tabula I. no. 13. Columella IV. 17. s. 7. simplici canterio stipatam vitem opponit quadrato agmine circumfirmatae, quae est compluviata vitis. *Treille à quatre pentes* interpretatur Harduinus. Canteriatas vites, simplici iugo iunctas, vocauit Columella V. 4. Compluuiatam etiam sub stella vel in stellam diductam vocat Columella l. c. cameratam dicit, vbi iugum in omnem partem porrigitur. Vide notam ad Colum. IV. 26. 3.

haec vbi domo nascuntur] Quae? Miror, de vitio neminem admonuisse. Equidem de rebus, ad iugum necessariis, dicere voluisse Varronem censeo; igitur verba etiam h. l. vt alibi, sunt transposita. Igitur post verba *rem aliquam* colloco atque ita lego: *haec vbi domo nascuntur, vinea — vbi multa in propinqua villa.* Rationem pete e Columella IV. 30. 1.

in

in harundulatione in ficis] Pontedera malebat: *in harum iugatione.* Ficos inter vineas ſeri non vetari ait Plinius 17. ſ. 18. Has igitur in arbuſta ponebant Canuſini, vt Mediolanenſes opulum. Sed harundulatio mihi etiam diſplicet in ficis; quanquam Geſner putabat, propter infirmitatem et fragilitatem ramorum fici arundine deligata eos firmari potuiſſe. Succurrit nunc locus Dracontii Hexaemeri 54. *torta per obliquos it vitis in orbe corymbos verberat et palmae calamos fluitante flagello: vinea pampineos ſubarundinat ebria campos.* Quare malim h. l. *arundinatione.*

ridica] Fit ligno fiſſo. Sed Plinius 17. ſ. 35. no. 10. *ridicae ex robore oleaque, aut ſi non ſint, pali e iunipero cupreſſo, laburno, ſabuco.* Pedamentum teres, ſeu palum ex cupreſſo et iunipero fieri, docet etiam Columella IV. 26. vbi additur: *Haec eorumque ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, parteſque eorum putres dedolandae acuendaeque, atque alia conuertenda, quae proceritatem habent.* Vnde apparet, vitioſum eſſe hunc locum. Iuniperi enim lignum non ſinditur in ridicam. Deinde vt quercum iuxta ridicam nominauit, ita Varro iuxta palum ſeu perticam nominare debebat genus arbuſti; quod fuiſſe iuniperum, docent loca allata Plinii et Columellae. Puto igitur, fuiſſe olim ſcriptum: *diuturnior, velut e iunipero.*

terra voluit] Recte Geſner emendabat *ſoluit.* Sed praeterea *infimum* tranſponendum eſt ita: *et fit ſolum infimum ſummum.* Ante haec tamen verba quaedam excidiſſe videntur, vnde ratio apparebat, cur haec Varro commemoraret. Quid? quod verba: *alterum palus e pertica* vitioſa ſunt. Voluit dicere, pedamentum e pertica vocari palum. Nonius ex Varrone locum hunc poſuit: *Quid? tu non vides in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici?*

cum fundo pertuſo] Vrſinus delebat *cum.* Schoettg. malebat *fictiles fundo pertuſos.* Caſpides appellari, quoniam efficiunt, vt arundines iunctae in terra defigi poſſint, recte admonuit Geſner. Alii vſui tubos fictiles memorat Columella Arbor. c. 9.

rumpos] Ex opulis vites traduci in opulos in arbuſto, rumpotino hinc dicto, docui ad Columell. V. 7. 1.

acratophoro] Vaſis genus, dictum etiam Ciceroni de Finibus III. 4. Cf. Pollux VI. 6.

genus vineti] Pontedera malebat deinceps legi: *vbi arbuſculae modo* etc. ſed a ſententia plane aberrauit vir doctiſſimus.

vbi nascitur vua] Haec verba, et deinceps *vindemia facta*, vt superflua deleri voluit Vrsinus; cui equidem assentior; quid enim huic viti opus, vt vindemia demum facta, discat pendere ex furca, cum vuarum causa furcilla subiiciatur surculis grauidis?

in palma] Ita liber Pol. et Ryck. vt legendum viderat Vrsinus. Rem puto intelligi eandem de qua Columella IV. 26. *saepe enim notaui, per imprudentiam rusticos subiicere iugo palmam, et ita colligare, vt solo vimine suspendant, quae vinea, cum accipit pampini et vuarum pondus, infringitur.*

cestum] Pontedera interpretatur circulum, vimine aut scirpo textum, in quo vuas per palmam hinc atque illinc racemorum tenus amputatam suspendebant.

Reatini] Lectionem Polit. *Vriatini* Pontedera referebat ad *Vriam*, Apuliae oppidum.

natura humida] Crescentius IV. 13. *vbi terra naturaliter humida est, — tollenda est, eo quod — alimonia non vt in calice quaerit* etc.

itaque ideo] Haec scabra et hiulca esse, nemo non videt.

Cap. IX. *inquam*] Hoc interposito verbo Varro redit ad sermonem superiorem *terra cuiusmodi sit, refert.* Nec Varro desiit loqui inde ab initio c. 8. monente Gesnero et Pontedera.

in nominando] Vrsinus has duas voces abundare censebat.

in qua seri — nasci] Haec verba iterum superuacua visa sunt Vrsino. In Brusch. et Ald. est *seri quid potest et nasci.*

in illa enim] Vrsinus haec ita distinguit et corrigit: *communi, propter admixtiones enim cum sint dissimilia ac potestates* etc. Equidem malim: *Propter admixtiones enim in illa cum sint dissimili vi ac potestate partes permultae, in queis* etc. Ceterum vtraque Gesneriana errore operarum *sint* habet pro *sit.*

glarea carbunculus] Vnde terra glareosa et carbunculosa dicitur. Loca reliqua scriptorum nostrorum Index monstrabit. Sed breuiter de natura vtriusque videamus. Vitruvius de arena fossitia 2. 4. *Arenae fossiciae sunt haec genera: scilicet nigra, cana, rubea, carbulum.* Ita quidem h. l. laudat Vincentius Spec. natur. 8. c. 7. in editione Duacensi, sed editus Vitruuius *carbunculum* nominat hic et cap. 6. Palladius I. 10. vbi Vitruuii locum exscripsit, nigram, canam et rufam nominat, carbunculum omittit. Plinius 31. s. 28. de

aquae

aquae indiciis: *Sabulum exiles limosasque promittit, glarea incertas venas, sed boni saporis, sabulum masculum et arena et carbunculus certas stabilesque et salubres.* Vitruuius 8. c. vnde haec transtulit Plinius et Palladius Augusto 8. *item sabulone soluto tenuis, sed si inuenientur, ea erit limosa et insuauis.* Palladius: *sabulo solutus exiles insuaues limosas — glarea mediocres et incertas venas — sabulo masculus et arena et carbunculus certas et vbertate copiosas.* Vitruuius 2. 6. arenae genus ait esse carbunculum, quod in Etruria adusta nimium vehementia vaporis materia, procreetur. De glarea idem Vitruuius 2. 4. *si autem non fuerit arenaria, vnde fodiatur, tamen de fluminibus et e glarea extrahatur. Haec tamen in structuris odiosa est, quia difficile siccescit.* Ita eum locum laudat Vinc. S. N. 8. 7. vnde Plinius 36. s. 53. *vtilior eadem ex effosso lapide, quam ex ripis fluminum collecta*, qui locus vulgo male ad calcem relatus legitur. Palladius I. 10. *si fossilis arena non fuerit, de fluminibus aut glarea aut litore colligetur.* vbi *aut* omittunt Editiones optimae principes I. B. R. Vincentius autem l. c. habet: *fluminibus autem glarea vel litore colligitur.* Riuos glareosos dixit Plinius 26. s. 56. eosdemque perennes. Idem 22. s. 64. glareosa dixit, quae Diosc. 4. 153. τραχέα. Marmoris glareas idem 33. s. 21. postea micas marmoris interpretatur. Glarea est igitur, quod Graeci ψηφίδας, calculos minutos, dicunt, in maris et fluuiorum litoribus reperiundos. Viae publicae glarea sternebantur, auctore Liuio 41. 27. Stabula saxo aut glarea strata probat Columella 6. 23. sabulo etiam, *illa, quod imbres respuant, haec, quod celeriter sorbeant transmittantque.* Idem 2. 2. s. 10. fossis coecis lapides minutos vel nudam glaream substerni iubet, deinde subdit: *si nec lapis erit, nec glarea.* Ausonius in Epistola ad Paulum: *qua glarea trita viarum fert militarem ad Blauiam.* vbi Scaliger laudauit locum Augustini de Ciuitate 22. 8. vt non excidant animo, quasi glarea, memoriae crebra lectione teruntur. De carbunculo adde Colum. 3. 11. 7. De carbunculo Vitruuius 4. 6. tophus est genus pulueris circa montem Vesuuium, quod calce et caemento commixtum non modo caeteris aedificiis firmitates praestat, sed etiam moles, in mari constructas, sub aqua solidat —; ignis, per eius materiae venas egrediens, quod molle ac terrenum est, exurit, quod autem asperum, relinquit ita, sicut in Campania exusta terra fit cinis vel tophus, sic et in Thuria excocta materia efficitur carbunculus. Ita h. l. laudat Vincentius 8. c. 12. Hinc apparet, tophum et carbunculum esse terrarum vulcanicarum, quas hodie dicunt,

 genera.

genera. De rubrica nunc videamus. Vitruuius 2. 3. *lateres faciendi ſunt ex terra albida cretoſa, ſiue de rubrica, aut etiam ſabulone maſculo. — non enim de aronoſo, neque calculoſo neque ſabuloſo luto ſunt ducendi.* Vnde Plinius 35. ſ. 49. *lateres non ſunt e ſabuloſo, neque arenoſo, multoque minus calculoſo ducendi ſolo, ſed e cretoſo et albicante,* aut *ex rubrica. vel ſi iam ex ſabuloſo, e maſculo certe.* Palladius Maio 12. *lateres faciendi ſunt ex terra alba vel creta vel rubrica.* In Plinio lege: *ex ſabulone, maſculo certe.* Ex his locis arguere debemus naturam ſabuli ſabulonisque, quae tamen voces fere ſemper in Codd. permutatae reperiuntur. Praeter locum Palladii eſt alius Geoponicorum VI. 3. vbi ad genus figularis cretae referuntur ἡ πυῤῥὰ τὸ χρῶμα γῆ καὶ ἡ λευκή. Eadem X. 75. ſ. 12. ad lutum infitionum commendant πηλὸν ἀργιλλώδη· ἡ γὰρ πυῤῥὰ γῆ εἰς τῦτο ἀποίητος. ἐκκαίει γὰρ τὰ στελέχη. Apparet igitur, *rubricam* latine dici quae graece eſt πυῤῥὰ γῆ, et ad argillae ſeu cretae genus pertinere. Supereſt, vt doceatur, qua nota creta Varronis ab argilla ſit diſtinguenda? quod equidem facere non poſſum.

id eſt quae] Geſner haec verba gloſſematis ſuſpecta habuit et incluſit.

mixta, et vti] Vrſino verbum *mixta* abundare videtur.

genera haec] Vrſinus haec ita corrigit: *genera haec, et praeterea ſubtiliora ſunt; nam minimum in ſingulis facies terna.* interpretatus *ſubtiliora* minutiora et magis particularia, vt ſupra cap. 5.

humidiore] Plinius XVIII. c. 17. ſect. 46. *In loco humili far adoreum potius, quam triticum ſerunt, temperato et triticum et ordeum — tenue ſolum ordeo dabitur, minus enim alimenti radix poſcit; laetior terra denſiorque tritico.* vbi Vrſinus iam monuit, legendum eſſe *humido.* Idem Plinius ibidem ſect. 18. *Hordeum frugum omnium molliſſimum eſt; ſeri non vult niſi in ſicca et ſoluta terra, ac niſi laeta.* Columella II. 9. 3. *ordeum niſi ſolutum et ſiccum locum non patitur — nullam mediocritatem poſtulat. nam vel pinguiſſima vel macerrima humo iacitur.* vbi vides, *ſolutum* dici, quod Plinio eſt tenue. Ne vero Columellam putes Varroni et Plinio adverſari in mediocritate, monendus es, mediocritatem a Columella referri ad pinguedinis et maciei diſcrimen ſolum.

quod refert] Adiunge his verba *ad culturam*, quae librarius temere hinc retracta poſuit deinceps, vbi recte Vrſinus de loco controuerſiam mouit.

quod

quod — pinguis] Veterem lectionem vulgatae *quo* ſubſtitui, ſuadente etiam Vrſino; et verba alieno loco poſita incluſi.

Itaque in iis] ſc. terrae diſcriminibus, quae tria propoſui. Ita Pontedera vulgatam defendit, non obnitente Geſnero. Contra recte Victorius vidit, in lectione vitioſa latere vocabulum *macra* vel ſimile. Vrſinus *in ea* corrigebat. Columella I. 4. 2. Pupiniae agrum peſtilentem ſimul et exilem fuiſſe teſtatur; vbi vide notam. Circa Tuſculum vrbem agrum Pupinum fuiſſe, ex Feſto annotauit Vrſinus. Itaque *Veii* huc non pertinent, quos Iucundus in Aldinam intulit ex Codice aliquo, vt puto; ita enim fere liber alter Politiani habet ſcriptum. Ex Edd. primarum lectione *Itaque nux vt in Pupinia,* quam ignotam habuit Victorius, comparato Columella facile eruo veram: *Itaque in exili, vt in Pupinia.* Pontedera in Curis ſec. ex Codice vtroque Florentino Polit. annotavit *in nus.*

muſcoſa] Cato c. 6. oleam Licinianam in agro craſſo et caldo ait muſco rubro infeſtari; ideo ſeri vult eam in ſolo macriore et frigidiore. Pupiniae ſolum ſterile et aeſtuoſum fuiſſe, doceo ad Columellam I. 4. 2. Sed Edd. primae *raucoſa* habent, vbi forte *rancoſa* latet.

reſtibiles] De Campania teſtatur locus Plinii et Strabonis ſupra poſitus ad I. 2. 6.

quo propius] Ita cum Vrſino correxi vulgatum *quod.* Deinceps *inclinauerit* aut *inclinaret* probabat Geſner. Vrſinus locum Theophraſti C. P. II. 6. recte comparauit de terris: *ȣ̓ μὴν ἀλλ᾽ αὐτῶν γε τȣ́των ἡ πρὸς θάτερον μέρος ἀποκλίνȣσα τῆς ἐναντιώσεως κρείττων.*

aut ex ipſa] Haec verba in vtraque Geſneriana exciderunt operarum errore.

cineritia] i. e. nimis ſoluta. In Geoponicis haec diſtinctionis pars non reperitur; altera tamen ibi exſtat.

atque ea quae] Geſner pleonaſmum ait eſſe ſimilem illi I. 17. 1. *adminiculo hominum, ſine quibus rebus.* Contra mihi pronomen *ea* vitioſum h. l. et ſpurium videtur. Varronianum eſt: *atque quae ex iis naſci debent, earum rerum feracia.*

Cap. X. *Ille*] Varronem repetere ſermonem, monuit Geſner, qui malebat *Ille* abeſſe, illique ſubſtitui *Modos, inquam.*

Iugum vocant] In loco Plinii 18. ſ. 3. *Iugerum vocabatur, quod vno iugo boum in diem exarari poſſit.* Ex h. l.

iugum reſtitui voluit Vrſinus, quod fecit Harduinus. Nonius: *Iugeri proprietatem Varro deſignat de re ruſtica libro I. Apud nos in — latino metiuntur iugeris, iugum vocant — poſſunt.* quem locum ex libris ſuis correxit Mercerius, vt h. l. legitur.

acnua] Ita in libris ſcriptum hic et in Columella V. 1. reperit et edidit Victorius. In Columellae Codice Vrſinus reperit *acna* ſcriptum, quam lectionem h. l. reſtitui volebat. In Iſidori Origin. XV. 15. eſt *agrum;* Godofredus in Var. Lect. p. 1914. habet *agnum.* Rigaltius ad Gromaticos p. 283. ab Herone ait vocari ἄνεκα. Salmaſius ad Solinum p. 481. ita tradit. Idem Hero ἀκέναν ſimiliter facit decem pedum, Philetaeriorum: ἡ δὲ ἀκένα ἔχει πόδας Φιλεταιρίους ί, ἤτοι δακτύλους ρξ'. Alter Hero Geodaetes acenae tribuit ſpithamas ſedecim, hoc eſt pedes duodecim. Pedes ergo Italicos intelligit: Ἡ ἀκένα σπιθάμας 15. Graeci antiqui ἄκαιναν ſcribunt, recentiores ἄκεναν. Inde acna Columellae pro certa menſura agri. Auctor vetus: Agnua habet pedes XIIII. CCCC. Iugerum habet pedes XXVIII. CCC. Haec Salmaſius. Locum Heronis poſitum reperio in excerptis ex Herone in Montfaucon Anecdot. Graecis T. I. p. 314. vbi additur: τὸ δὲ ἰούγερον ἀκένας κ'. (i. e. 20.) Pontedera ex loco Columellae, quem tranſtulit Iſidorus, comparato arguit, locum Varronis eſſe vitioſum in eo, quod vocabulum latinum eſſe traditur, cum Columella ruſticis Baeticis tribuat. Praeterea Varronem in ſimili cauſa dicere ſolere, *a noſtris*, non *latine* appellatur. Deinde *acnuam* in Varrone, vt formam antiquiorem, tuetur; Columellae *agnam* ex conſuetudine temporis et Baeticorum, latinum ſermonem imitantium, ductam eſſe putat. Poſt Pontederam Schoettgen addidit locum Heſychii ἄκαινα μέτρον τι. et Euſtathii ad Iliad. μ'. p. 307. In vetere auctore Salmaſii numeros pedum quadratorum iugero vitioſos eſſe monet, et ex ratione acnuae et loco Varronis corrigit Geſner ita: *Iugerum habet pedes* (quadratos) XXVIII. DCCC. i. e. 28800. Pontederam Curis Secundis nomen menſurae ſumtum eſſe ſuſpicatur ab ouillo et ſuillo pecore, more ruſticorum et paſtorum, qui et aſtra nominibus ruſticis ſignauerint. Adde, ſi lubet nugari, *bubulcam*, a Creſcentio dictam pro iugero latino. Sed vide ad Columellam quae dicentur.

Scripulum] Pontedera in Epiſt. p. 79. 98. docuit, *ſcriptulum* ſcribendum eſſe.

ſubſiciuum] Forte fuit *ſubſiciuo.* Vide notam ſeq.

per-

peruenerunt] Vrſinus corrigebat: *non peruenerunt.* laudato loco Siculi Flacci: *quando minus fuerit quam centuriae modus eſſe debet, ſubciſiuum vocatur;* atque altero Frontini: *Subſiciuorum genera ſunt duo, vnum quod in extremis aſſignatorum finium centuria expleri non potuit.* Geſner in Indice poſuit locum Auctoris antiqui de Limitibus p. 293. *Subſicivum eſt, quod in metiendo modum iugeri excedit.* Ex his locis manifeſtum fit, id quod iugerum ſuperat, ſed ad centuriae modum non peruenit, in ſubſeciuo eſſe dici. Quare Vrſini coniectura falſa eſt.

ſcripula] Soſipater Chariſius teſtatur, ſua aetate iam ita dictum fuiſſe, cum Varro et antiqui ſcriptores rectius *ſcriptulum* appellaſſent. Scilicet ex graeco γράμμα. Rhemnius de Ponderibus: *Gramma vocant, ſcriplum noſtri dixere priores. Grammata dicta, quod haec viginti quatuor in ſe vncia habet; tot enim formis vox graeca notatur.* Haec ſcriptura dominatur in ponderum et menſurarum agri vſu et vocabulis, docente Pontedera.

quantum as] Cum aes graue dicebatur a pondere, auctore Feſto. quia aſſes ſinguli pondo libras efficiebant. Vide eundem in *Sextantarii aſſes*, et Plinium 33. c. 3.

heredium] Columella Cincinnati agrum quatuor iugerum vocauit *herediolum* I. Praef. 13. Feſtus: *heredium, praedium paruulum.* Nonius: *haeredii proprietatem indicat Varro de re ruſtica libro I. Bina iugera, quod a Romulo primum diuiſa dicebantur viritim, quae quod heredem ſequerentur, heredium appellarunt.* vbi Mercerus librorum ſuorum auctoritate omiſit *dicebantur* et deinceps *quod.* eamque lectionem Varroni etiam voluit reſtitui, probante Geſnero. Sed nunc demum video, Petr. Ciacconium de Numis et Ponderibus p. 124. corrigere: *Bina iugera quae a Romulo pr. div. dicebantur viritim, quod haeredem ſeq. heredium appellarunt.* Quam equidem emendationem amplector. Ceterum idem vir doctus vulgatam huius loci ante Victorium diſtinctionem recte correxit. Mercerius ſcripta exemplaria bibliothecae regiae Pariſ. ſequi ſe affirmat.

Haec poſtea] Mercerus corrigebat: *Heredia centum centuria dicta.* Contra vulgatam tuebatur Geſner praepoſitione incluſa et damnata.

centuria] Feſtus: *centuriatus ager in ducena iugera definitus, quia Romulus centenis ciuibus ducena iugera tribuit.* Idem: *centuria in agris ſignificat ducenta iugera.* Plinius 18. ſ. 12. *bina tunc iugera P. R. ſatis erant, nullique maiorem modum attribuit.* Idem 19. ſ. 4. *In duodecim tabulis legum*

noſtra-

noſtrarum nuſquam nominatur villa, ſemper in ſignificatione ea hortus, in horti vero heredium. Siculi Flacci locum de centuriae ſignificatione hac poſuit etiam Vrſinus. Varro de L. L. IV. p. 10. *Centuria primo a centum iugeribus dicta; poſt duplicata retinuit nomen.* Itaque vulgatam huius loci lectionem recte tuetur Victorius.

ꟻ] Notam hanc in libris ſcriptis omnibus Victorius reperit. Geſner ex Commentariis Caſp. Bach. Meziriaci ad Plinii 33. ſ. 3. additis egregio commentario in Ouidii Heroidas p. 9. admonet, virum doctum iſtum promiſiſſe, ſe demonſtraturum alibi, notam hanc non quingentos, ſed quadringentos ſignificare. Miror tamen, de priore nota Geſnerum tacuiſſe, quam Victorius notae primarum Editionum ſubſtituit. Scilicet Victorius in Explicat. Caſtigationum ſuarum in Ciceronem Lugduni 1560. editis p. 160. monuit, in libris vetuſtiſſimis Epiſtolarum Ciceronis, Liuii, Varronis et in Codice Columellae, a Nicolao Nicolo ſcripto, in Bibliotheca Diui Marci notam huius numeri perſcriptam exſtare ita, vt h. l. edidit. Eam vero ortam eſſe docet ex antiquiore nota huius numeri, quam annotauit Priſcianus in libello de ponderibus et menſuris his verbis: *Mille ſecundum Atticos per* X *literam, ſed vt ſit differentia*, ad X *circumſcriptis lateribus* (X). Hinc igitur originem ducere recentiorem hanc notam, recte monuit Victorius; eiuſdemque dimidiatae figuram refert nota illa, quam in Codd. vetuſtis exprimere numerum quingentorum docuit Victorius. Ceterum miror, in Columella numeri vtriuſque notam recentiorem intactam reliquiſſe cum Victorio Geſnerum, nec adeo varietatis alicuius meminiſſe. Liber tamen etiam Sangermannenſis in poſtremo capite libri IV. Columellae hanc antiquam numeri vtriuſque notam, quanquam paulum variatam, exhibet. Nam pro nota ꟻ exhibet Q. quae ipſa litera latina quinque ſignificare videtur et quingentos. Opinionem Bacheti ſatis refellunt, quae de notis numerorum antiquis in monumentis publicis, libris et abacis calculatoriis repertis diſputauit P. Ciacconius ad Columnam Duillii p. 31. et de numis p. 157. Ceterum male vtraque Geſneriana ante notam quingentorum omiſerat alteram, qua centum ſignabantur, quamque in fideliſſimo Codice exſtare admonet Victorius, et denique ratio numerorum reliquorum flagitabat, demonſtrante Mercerio ad Nonium, cuius totam annotationem appoſuit Geſner. Notam numeri 500. ꟻ ortam ex VƆ cum Sexto Medice cenſet Foggini ad Faſtos Verrii Flacci p. 4.

Hae

Hae porro] Mercerus delebat *Hae*. De ſaltus hac ſignificatione Geſner interpretatur locum Catulli Carm. 112. vbi *Firmanus ſaltus Mentulae* dicitur.

ſaltus] Huc trahit Geſner Saltum Firmanum Catulli Carm. 112.

Cap. XI. *non animaduerſo*] Haec duo verba gloſſatoris eſſe, ſuſpicabatur Vrſinus.

Dubium enim] Vulgo ante haec verba nomen *Licinius* inſertum legitur, quod ex nota L Codicum ortum, vt ſuprà cap. 2. 20. plane deleui, ab Vrſino et Geſnero recte damnatum.

ſint ampliora] Recte Edd. primae habent *ſunt;* alioquin in ſequenti membro debet ſimiliter eſſe *ſit.* Deinde egregie vidit Vrſinus, legendum eſſe *vineta ſint; vt horrea ampliora.* Ceterum ex h. l. apparet diſcrimen vineae et vineti. Vinetum enim vineas plures complectitur, vt recte Car. Stephanus animaduertit; nec intelligo, quare dubitaverit Geſner ad Colum. III. 9. 8. Breuiter, vinetum eſt ager, vitibus conſitus, vinea eſt vineti ſpecies arbuſtoque opponitur. Eſt vbi vtrumque vocabulum locum habeat, alibi librarii perperam permutarunt.

(villae) habeat] Vrſinus deleri voluit vocabulum, quod incluſi. Alioquin *habeat* ex nullo plane vocabulo pendet, aut *habeas* cum Edd. primis legi debet.

proxime] Ex analogia apparet, *proxume* ſcribendum eſſe. Supra antiquum *vtrunque* mutauit Vitruuius. Eadem varietas ſaepius in Edd. primis occurrit, vulgo neglecta.

Cap. XII. *radicibus*] Colum. I. 5. *ſed alio procul editiore ſitu condere, vt frons eius ad orientem aequinoctialem directa ſit.*

contra ventos] Ex lectione Creſcentii Pontedera corrigebat h. l. *laxae, vbi venti ſal. flabunt.* Sed vulgatam ſatis defendit locus Colum. I. 5. *frons aedificii auerſa ſit ab infeſtis eius regionis ventis, et amiciſſimis aduerſa.*

villam ponas] Creſcentius Baſil. *villa ponatur.* Vnde ſuſpicari coepi, verba, quae in fine cap. 13. leguntur, alieno loco poſita eſſe: *item videre oportet, ſi eſt collis, niſi quid impediat, vt ibi potiſſimum ponatur villa.* Scilicet etiam Columella I. 4. ſect. 10. medios colles probat villae collocandae; et cap. 5. ſect. 7. editiorem ſitum villae iterum commendat. Hic igitur eſt aut in colle, aut in radicibus montis, ſylua obſiti. Vtrumque coniungit et probat Varro. Igitur

tur poſt *flabunt* inferenda cenſeo verba, quae hinc in alienum locum migrarunt.

ſin cogare] Malim cum Vrſino et Creſc. *ſi cogare.*

aduerſum eum] Antiquam lectionem *eurum* recte improbauit Victorius; ab ortu enim ſolis eurus flat; igitur opportuniſſimus ad villae ſitum. Vrſinus reponebat *curſum.* Alterutrum expreſſit ex h. l. Plinius 18. c. 6. *conuenit nec iuxta paludes ponendam eſſe nec aduerſo amne.* Pontedera malebat *eam*, vt ad villam referatur, vt ſequentia etiam verba; cui aſſentitur Geſner. Agnoſcit tamen vterque, *eum* referri poſſe ad fluuium cogitatione, quo ſchemate ſaepe vtitur Varro. Ceterum h. l. interpretatur Columella I. 5. 4. *cauendum tamen erit, vt a tergo potius, quam prae ſe flumen habeat.* vbi vide notam.

aduertendum] Intellige, ne ibi ponas villam.

creſcunt] Primus Vrſinus vitium loci indagauit, ex *aleſcunt* ortum eſſe *areſcunt* ſuſpicatus, cui deinde gloſſa *creſcunt* acceſſerit. Addidit locum Colum. I. 5. 6. *nec paludem quidem vicinam eſſe oportet — quod illa caloribus noxium virus eructat et infeſtis aculeis armata gignit animalia, quae in nos denſiſſimis agminibus inuolant.* Ex lectione Creſcentii ſupra poſita Pontedera corrigebat: *Animaduertendum etiam ſi qua iuxta erunt lo. pa. — et quia cum areſcunt, creſcunt in iis animal. q. minuta.* Sed ille Baſileenſem editionem ſolam conſuluerat, vbi antiqua mea plane diuerſa abit. Equidem laudo conatus virorum doctorum; ſed plura et grauiora hic ſubeſſe vlcera puto. Quid enim? Credamne, Varroni culices iſtos minutos morbos efficere difficiles? Hoc nemo medicorum veterum aut recentiorum affirmauit vnquam. At vero loca paluſtria cum areſcunt caloribus, noxium virus aeris eructant, vt recte monet Columella l. c. et morbos difficiles pariunt. Quare ex Columella corrigam: *et quod cum areſcunt, efficiunt difficiles morbos, atque creſcunt ibi animalia — conſequi — perueniunt.*

afflare] Geſner malebat *offlare.*

quod aduerſarium] Pontedera corrigebat: *ſi quod ſit ibi aduerſarium aut ſi quod inferatur*, cui emendationi plus auctoritatis accedit ex verbis, deinceps poſitis, *ſi quae prope naſcuntur, aut inferuntur*, quam ex lectione Creſcentii Baſileenſis; nam antiqua mea aliter habet, ex qua malim *ſi quod eſt ibi aduerſarium aut inferatur.*

aut inferuntur] Ita recte Edd. primae, quam lectionem confirmat ſequens geminum *aut.* Paulo antea in Bruſch. eſt *ſalubriorẽ:* id eſt, *ſalubriorem.*

aritu-

aritudine] Eadem voce vtitur Plautus Rudent. II. 6. 40. Nonius: *Aritudinem pro ariditate. Varro Prometheo lib. I. Humanam quandam gentem ſtirpis, inquit, frigus calore atque humore aritudinem miſcet.* vbi Mercerus p. 71. edidit: *Varro Meteo. lib. I. humanarum: Quandam g. ſt. conquit frigus.* Sed in notis praefert: *Prometheo liberato;* et cum Scaligero corrigit: *humanae quandam gentis ſtirpem concoquit frigus, calori atque humori arit. miſcens.*

ac torrentes fluuii] Hanc lectionem merito cum Pontedera probauit Geſner, damnata altera *et fluuii ac torrentes.* Torrens enim dum aquarum impetu fertur, damnum ſemper affert; dum exſiccatur, inutilis exiſtit. At fluuius, hiemalibus pluuiis auctus, (vnde graece χείμαῤῥος ποταμὸς) aut tempeſtatibus, recte torrens vocatur. Ex Sicul. Flacco *torrentes riuos*, et ex Iuſtino *fretum torrens* annotauit Pontedera.

torrentes] Creſc. *torrentis periculo ſunt ſi illis.* ſed recte antiqua mea: *periculoſi illis.*

improuiſos] Malim *improuiſi.*

Cap. XIII. *bubilia*] Vitruuius VI. 9. *in cohorte culina quam calidiſſimo loco deſignetur; coniuncta autem habeat bubilia, quorum praeſepia ad focum et orientis coeli regionem ſpectent, ideo quod boues lumen et ignem ſpectando horridi non fiunt.* Pontedera h. l. legere malebat: *in villa faciundum ſtabula bubilia et ouilia, ita, vt bubilia ſint in hieme quae poſſint eſſe calidiora;* quoniam titulus, in editione Ienſon. et Bruſch. exſtans, habet: *quod in villa primitus facienda ſunt bubilia et ouilia et cellae et vaſa vinaria et olearia et alia.* Ex titulo editionum nihil arguere licet de vera lectione, quam praeſtat locus Columellae I. 6. 4. *pecudibus fient ſtabula, quae neque frigore neque calore infeſtentur. Domitis armentis duplicia bubilia ſint, hiberna atque aeſtiua. — Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem vel minime nouem* etc. vbi aperte bubilia a ſtabulis diſtinguuntur, quia ſunt partes ſeu ſtationes in ſtabulis. Vide ad eum locum notam.

fructibus] De cella vinaria et olearia et horreo, vbi fructus et humidi et ſicci recondantur, loqui Varronem, in aperto eſt. Igitur comparato loco gemino Columellae I. 6. ita h. l. corrigebat Vrſinus: *Fructibus humidis, vt eſt vinum et oleum in loco plano cellas faciundum aridis, vt eſt faba, lentes, ordeum, far et foenum in tabulatis.* In lectione vulgari Victoriana, quam retinuit Geſner, multa ineſſe vitia, ſtatim apparet. Nam, vt taceam verba *et olearia potius faciundum,*

quae

quae non habent, quo referantur, nec ipſam ſententiam commodam; in cella vinaria et olearia quomodo praeter oleum et vinum vaſa vinaria et olearia eſſe poſſunt, quae in torculari ſunt collocanda? Dolia oleo et vino plena ponuntur in cella, vaſis vero fit oleum et vinum. Deinde ſequens *aridus fructus* arguit, de humido praeceſſiſſe ſermonem. Poſtea faba ſola nominatur, recondenda in tabulatis, male omiſſis granis nobilioribus. Quanquam primae Editiones rectius cum faba nominant *lentes, hordeum et far*, male tamen omiſſo tritico. De vitiis multis huius loci monuit etiam Pontedera, contentus, vti videtur, lectione Creſcentii Baſileenſis; nam ipſe non ſatis aperte dixit, quomodo hunc locum emendandum cenſeret. Equidem veſtigiis lectionum Creſcentii inſiſtens ita h. l. redintegrandum eſſe cenſeo: *Cellas* (faciundum) *in loco plano fructibus humidis, vt eſt vinum et oleum; item* (i. e. torcularium) *vbi vaſa vinaria et olearia eſſe poſſint; Aridis, vt eſt faba, lens, hordeum, far, triticum et foenum in tabulatis.* vel propius ad vulgatam: *Fructibus humidis, vt eſt vinum et oleum loco plano potius cellas faciundum*, item *vbi vaſa — olearia ſtent; aridis, vt eſt faba, lens — triticum in tabulatis.* Atque hanc rationem ſecutus ſum in refingenda Varronis oratione. Vulgatam nullo modo tolerandam lector ex varietate lectionum cognoſcet. Nunc demum video, in Aldina eſſe: *loco plano in cellis, ita, vt vaſa vinaria — potius ſint* etc. Pontedera in Curis ſec. corrigit: *fructus vt eſt vinum et oleum loco plano in cellis, item vbi vaſa vinaria et olearia eſſe poſſint, faciundum; aridus, vt eſt foenum, in tabulatis.* Vocabulum *faba* in libro Polit. omitti, idem annotauit. Hanc eius annotationem omiſerat Erneſti.

vbi verſetur] Culinam intelligit, de qua Colum. I. 6. *magna et alta culina ponatur, vt in ea commode familiares omni tempore anni morari queant.* De culinae vſu ipſe Varro paulo poſtea ea tradit, vnde arguas, culinam in parte villae ruſtica eſſe non eum locum, vbi cibus paratur et coquitur, (etſi cibus familiae et ibi paratur et capitur, teſte Varrone,) ſed vbi familia, ab opere vacans, aeſtate verſabatur; et hieme operas aliquot antelucanas et veſpertinas conficiebat. Reſpondet igitur loco ei, quem Galli *l'office* vocant. Coquinam veteres teſte Nonio et Palladio I. 37. 4. dixerunt, vbi cibi coquuntur; hinc vaſa coquinaria. In Nonii tamen loco Mercerius p. 55. ex libris ſcriptis edidit: *colinam veteres coquinam dixerunt, non vt nunc vulgus putat.* Mercerius etiam in annotatione addita negat antiquis vſitatum vocabulum *coquinae* fuiſſe, contra Arnobium et Ammianum ita dixiſſe.

In

In quo tamen fallitur. *Coquinarem* enim *cultrum* ex Varrone laudat Nonius eius p. 195. lin. 17. et *coquinare* pro *coquere* dixit aliquoties Plautus.

et vbi] Reſtitui lectionem antiquam. Nam locus diverſus nunc ſignificatur, vbi in quietem ſe recipiant familiares.

proxime] Columella: *villico iuxta ianuam fiat habitatio, vt intrantium exeuntiumque conſpectum habeat.*

videnda — admota] Recte Vrſinus emendat *videndum — admodum apta.* Sic infra *cellam vinariam et oleariam admodum agri aptam*, et Columella I, 6. *magna et alta culina ponetur — et in ea commode familiares omni tempore anni morari poſſint.* Ceterum Pontedera *colina* ſcribi maluit, quod Feſto auctore culina ſit locus, in quo epulae in funere comburuntur. Vide ad Colum. II. 15. 7. Sed Varro de L. L. IV. p. 30. *Truae quae a culina in lauatrinam aquam fundunt.* et Lucillius apud Nonium Merceri p. 217. *Piſtrinum adpoſitum, poſticum, ſella, culina.* Ceterum Br. et Ald. *et capitur.* Deinceps *caetera* Br.

intra clauſum] Haec abundare cenſet Vrſinus. Sequitur enim *in conſepto.* Sed clauſus locus eſt diuerſus a conſepto. Colum. I. 6. *ſitque vtrique proximum horreum. quo conferatur omne ruſticum inſtrumentum; et intra id ipſum clauſus locus, quo ferramenta condantur.*

quibus caelum pluuium inimicum] Vitium vulgatae, vbi haec verba ſtatim poſt *inſtrumento omni* poſita leguntur, ſatis arguunt Edd. primae, vbi poſt *tecta* inſerta habentur. Plauſtris enim qui coelum pluuium inimicum dici poteſt? Deinceps reliqua etiam verba ſententiam plane abſurdam non fundunt, ſed ſumma cum violentia torta vix remittunt. Ex loco Columellae, antea laudato, apparet, Varronem primum de horreo loqui ſeu loco conſepto, vbi plauſtra poſſint condi, deinde de loco clauſo intra ſeptum, vbi ferramenta recondantur, quibus coelum pluuium noceat. Quare totum h. l. ita corrigo: *inſtrumento omni in cohorte, vt ſatis magna ſint tecta; et quibus coelum pluuium inimicum, ſint intra clauſum in conſepto. haec enim ſub dio furem non modo metuunt, ſed aduerſus tempeſtatem* etc. Interim vulgatam lectionem reliqui, niſi quod *non modo* tranſpoſitis vocabulis ſcripſi, et poſt *metuunt*, ex Edd. primis inſerui *ſed* male a Victorio omiſſum. Miror Interpretes omnes hic tacuiſſe. Ceterum Aldina hic et alibi *coelum* habet contra quam Varro ipſe demonſtrat de L. L. IV. p. 9. vbi a *cauo caelum* deriuat, etſi graecum κοῖλον in propinquo erat.

vna,

vna, vt interius] Vrſinus corrigit *vna interior in compluuio habeat lacum.* Recte, puto! Nam exterius compluvium nullum erat.

quae intra] Ita cum Vrſino ſcripſi pro *qui;* a qua ſaliens h. l. eſt decurrens. Et Columella piſcinas duas et ſterquilinia vult eſſe deuexa leni cliuo I. 6. 21.

ſit ſemipiſcina] Haec vitioſa eſſe puto. Cur enim ſemipiſcinam dixit, quae piſcinae verae nomen meretur. Deinde malim etiam *fiat.*

cum redierunt] Ita recte Polit. liber cum Iuntinis Edd. Male vulgo *dum* legitur. Ceterum h. l. Nonius in voce *Cortes* ita laudat: *Nec minus et a pabulo cum redierint anſeres, ſues, porci in corte exteriore.* Columella de altera piſcina: *quae anſeribus ac pecoribus ſeruiat.* Nonii Editio Parmenſis anni 1480. habet: *cum redierunt anſeres ſuos porci.* et ſic plane Codex Guelferbyt.

fiunt] Columella: *alteram in qua lupinum, vimina et virgas atque alia, quae ſunt vſibus noſtris apta, maceremus.* vbi ex h. l. apparet, legendum eſſe *fiunt.*

cohors exterior] An pecora ibi per aeſtatem morantur? Geopon. II. 22. multos aiunt ſtipulam defectam vel euulſam ſubſternere pecori *ἵνα συμπατηθεῖσα καὶ τῷ οὔρῳ συσσαπεῖσα κόπρος γένηται.* Ceterum de cohortis ſcriptura breviter dicam. Aldina et quae eam ſecutae ſunt vbique in Varrone *chortem* dederunt; alibi *cortem* libri praeferunt. Nonius villarum ſpatia intra maceriam interpretatur. Varro L. L. IV. p. 23. *Cohors, quod vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit vnum, ſic haec ex manipulis copulatur cohors,* (militaris) *quae in villa dicta, quod circa eum locum pecus coerceretur. Tametſi cohortem in cella Iphicrates dicit eſſe Graece χόρτον apud poetas dictam.* vbi Parmenſis editio anni 1480. in Fabricii Erneſtiani Bibliotheca omiſſa, habet: *ſic his ex manipulis pluribus copulatur. Cohors quae in villa, quod circa eum locum pecus cohoreretur, tametſi cohortes in villa Iſicrates* dicit *eſſe graece cohorton apud poetas dictam.* Male recentiores Editiones *κέρθον* induxerunt, recte monente Scaligero, qui *χόρτον* Iphicratiſque etymologiam locis Homericis egregie comprobauit p. 38. *αὐλῆς χόρτον* et *χόρτους* dixit Homerus. Diuerſam etymologiam male amplectitur Geſneri Theſ. L. L. de ſcriptura vocis ſecurus. Scilicet a *χόρτος* ducitur *Chors* et *cors;* in forma productiore *coors* inter geminum o interponebatur h, vt eſſet *cohors,* veluti *in choo,* *incoho.* In Columella IV. 3. 1. *ab incohato* dedit Iucundus in Aldina pro *inchoato.* vbi vide notam.

ex

ex ea quod euehatur] Aldina, Gryph. anni 1535. et alia anni 1528. sine loco habent *vt sit ex ea quod*, quae lectio non erat contemnenda.

alteram enim in] Hunc locum ex Edd. primis restitui, mire a Victorio vitiatum. Confirmat emendationem Columella I. 6. 21. *Sterquilinia quoque duo sint, vnum quod noua purgamenta recipiat et in annum conseruet, alterum ex quo vetera vehantur.*

flacuit] Lectionem librorum *quod enim quam recens, quod consacuit, melius* simpliciter probabat Scaliger, nisi quod confracuit malebat, *quod enim melius* interpretatus, vtpote cum melius sit; Vrsinus vero inde corrigebat: *quod est quam recens, quod confracuit, melius.* Pontedera etiam probabat *confracuit* vel adeo ipsum *confacuit*, a faecibus derivans, vt a fracibus factum est fracescere, confracescere. Equidem Vrsini rationem lubens sequar. Egregium I. Fr. Gronouii coniecturam, ex Codd. lectione ductam: *Quod recens, nequam, quod conflacuit, melius.* vix mihi temperaui, quin in textu reponerem. Qui *nequam* interpretati sunt, addiderunt *minus bonum;* deinde sublato vocabulo *nequam*, accessit verbum *infertur*, quod tamen Aldus primus intulit.

exugere] Columella I. 6. 22. *ideoque periti rustici, quicquid ouilibus stabulisque conuersum progesserunt, superpositis virgeis cratibus tegunt, nec arescere ventis sinunt, aut solis incursu patiuntur exuri.* vbi libri optimi habent: *superpositis virgis tegunt, nec arescere solis incursu patiuntur*, reliquis omissis. Sed ventus aeque ac sol exsiccat piscinas, etsi leviore discrimine venti. Ceterum ad h. l. pertinent, quae infra in fine cap. 38. alieno loco leguntur verba.

sellas] Ita etiam Vitruuius VI. 10. *sellae familiaricae.* vbi libri alii *cellae* habent, vt in Varrone scriptum. Cato 14. cellas familiae dixit, nisi lectio fallit. Sunt ἀφεδρῶνες graece, ad necessitatem naturae factae sellae.

secundum aream] Columellae I. 6. 24. *Areae nubilarium applicari debet* et reliqua.

propter aedificia] Haec verba Vrsino spuria visa sunt esse.

antiquorum] En tibi disciplinae antiquae exemplum! Populus M. Aemilium Porcinam a L. Cassio accusatum crimine nimis sublime extructae villae in Alsiensi agro graui multa affecit, narrante Valerio Maximo VIII. 1. 7. Pertinet narratio ad annum vrbis 616.

maioris] Polit. liber addit *pretii*, quod intelligi potest. Vrsinus *maiores* emendabat, quod et mihi placet.

 culinam]

culinam] Nonius in *Praesepia* ita h. l. laudat: *Contra hic laudabatur ab illis. Is habebat culinam rusticam, vnam praesepiam latam, cellam vinariam.* vbi aliae Edit. *praesepim* habent, quod restituit Mercerius, male negans, exstare hodie locum in libris de re rustica, vnde libri eius scripti laudabant, cum in Edd. sit *de Republ. lib. I.* Codex etiam Guelferbyt. *praesepim latam* habet.

vt orcae in Hispania] Lectionem hanc antiquam et veram damnat tamen Nonius, qui haec verba laudauit de Gen. Vasor. et Poculorum, monente Pontedera. Orcas picatas habet Colum. XII. 15. 2. Byzantiam orcam dixit Horatius, vbi salsamenta condi solebant. Angusti colli fuisse, colligitur ex Persio. Forma igitur sola a doliis Italicis diuersae fuisse videntur orcae.

ne vinum prolueret] Haec verba addidi ex Edd. primis; quorum loco Edd. I. I- G. habent post *lacum* inserta haec: *in quo si contigerit, defluens vinum excipiatur, ne pereat.* Palladius etiam I. 18. lacum subdit *vt etiam si ignorata se cupa diffuderit, lacu subdito excipiantur, non peritura vina quae fluxerint.* Pontedera tamen *proluerent* malebat legi, ad dolia referens. Columella VII. 3. 25. proluere ventrem de herba dixit, et II. 18. proluere terras. Sed nec ita satis apta videtur lectio esse sententiae Varronis. Cf. ad Caton. c. 154.

pessimo publico] Vt bono publico, dixit etiam Liuius II. 1. monente Vrsino; quanquam Iuretus ad Symmachum p. 198. malebat *pessimo exemplo* legi, ortum ratus *pessimo* ex scripto per compendium *ēplo.* Luc. Lucullus quomodo villae Tusculanae magnificentiam defenderit, vide apud Ciceron. de Legibus III. 13. Metellum puto intellegi Quintum, L. Calui filium, Numidicum, qui L. Luculli sororem in matrimonio habebat.

haberet] Vrsinus malebat *habeat*, quod est in Pol. libro recentiore. At equidem cum Edd. primis *curabant* inferendum et locum ita legendum esse censeo: *quod* (vel *quoniam*) *hi laborant potius, vt spectent — quam vt antiqui qui curabant, in quam* etc. vel ita *hi laborant vt spectent — quam vt antiqui qui potius curabant — haberet.*

vinarias] Vrsinus omissis vocibus aliquot corrigit: *in ea quaerat, vt ad dolia aera frig. ita ad serias calidiorem.* Atque omnino sequens *ita* arguere videtur omissum antea *vt.* Ceterum Crescentius Louaniensis Gesneri V. 19. haec retulit ex h. l. Varro scribit cellam oleariam *ad partem calidam*

habere

habere debere fenestras, sed vini ad frigidam, quae nec Basil. nec antiqua mea editio habet.

Item videre] Recte Pontedera vidit, hanc clausulam pertinere potius ad cap. 12. vbi vide notam. Igitur vt spuria haec verba inclusi.

Cap. XIV. *naturale sep. viuae sepis*] Ita egregie h. l. constituit Vrsinus. Vulgo pessime verba *viuae sepis* collocata legebantur post *radices ac.* Gesner tamen suo loco relicta incluserat. Primae Editiones habebant: *radices viuae sepis ac viatoris praetereuntis lasciui.* vnde *viatoris* restitui. Pontedera maluit *ac viuas sepes* scribi, interpretatus connexiones, implicationesque spinarum et virgultorum, quibus fit sepimentum. Cum facibus Romanos etiam ambulasse vel iter fecisse, vt hodie magnates faciunt, ex Tacito et Suetonio admonuit Vrsinus. Sepes viua aut satione seminum aut viuiradicum prouenit. Hoc indicauit Varro geminato illo *quod* — *quod.* Ita deinceps sect. 4.

sed non viuit] Hinc apparet, *sepimentum viuae sepis* opponi huic non viuae.

ac virgultis] Restitui lectionem, a Victorio temere mutatam in *e virgultis.* Palis enim statutis implicantur virgulta. vt omnes norunt, qui tales sepes viderunt.

latis perforatis] Columella de simili re IX. 1. 3. *et siue teres arboris truncus, siue ut crassitudo postulauit fissilis stipes compluribus locis per latus efforatur et in circuitu viuarii certis interuenientibus spatiis defixus erigitur, deinde per transuersa laterum caua transmittuntur amites* (vulgo *ramices*) — *Satis est autem vacerras inter pedes octonos defigere serisque transuersis ita clatrare.* vnde manifestum est, hunc Varronis locum traiectis verbis ita esse concinnandum: *implicatis, aut ex arboribus (arborum) truncis demissis in terram et deinceps constitutis, aut fissis et in lateribus perforatis, et per ea foramina traiectis longuriis binis aut ternis.* Verba *deinceps constitutis* spuria esse censebat Vrsinus; de reliquo vitio nemo admonuit. Ceterum Aldina in Corrig. scribere iubet *demissis et in terram;* deinceps in capite 23. sect. 5. *apricus* mutare in *apricis.* Hinc male intellecta correctione Basil. editio *apricis* alieno loco hic inseruit.

terreus] Mihi *terrenus* magis placeret; ita enim caeteri scriptores vocant.

ita idonea] Pontedera malebat: *fossa ea idonea,* vt deinceps *aggeris bonus.*

faſtigium] i. e. decliuitatem, recte monente Geſnero. Ita etiam poſuit I. 20. 5. Locum Lucani IV. 295. *puteuſque cauati montis ad irrigui premitur faſtigia campi* recte comparauit ibi cum noſtro Burmann.

aut ita arduus] In Edd. I. I- G eſt: *agger is, qui intrinſecus fit iunctus foſſae ita arduus.* vnde Vrſinus emendabat: *agger ſi intrinſecus ita arduus ſit.* Pontedera malebat: *ac ita arduus,* vel *ſed ita arduus.* Sed vir egregius ſententia loci huius aberraſſe videtur. Agger enim vel foſſae iungi dicitur, aut ſine foſſa arduus erigi, ne quis tranſſcendere poſſit. Sed ecce Nonius p. 146. *Foſſa ita idonea fiat, vt omnem aquam, quae de coelo venit, recipere poſſit, aut faſtigium habeat vt exeat e fundo aggeris.* vbi Mercerius in altera editione p. 302. dedit omiſſo initio: *Aquam quae e coelo — poteſt — habet — exeat fundo. Aggeris.* Sic ait eſſe in libris ſcriptis, etiam Varronis. Editio Parmenſis 1480. ſimiliter omiſſo initio habet: *Aquam quae de caelo venit, recipere poteſt; aut faſtigium vt exeat fundo aggeris.*

ſalariam] Cicero de Nat. Deor. III. 5. ſalariam nominat, a porta Collina in Sabinos ducentem, qua ſalem in Sabinos portari conuenerat teſte Plinio 31. ſ. 41. a mare ſcilicet ſal illuc portabatur, auctore Feſto. Vide infra III. 1. 6. et c. 2. 14.

flumen] Cruſtumium fluuium vocat Plinius III. ſ. 20. rapax Cruſtumium Lucano II. 406. Hodie *Conca.* Scilicet idem Plinius III. ſ. 8. Oppidorum veterum nomina retinent agri Cruſtuminus Caletranus. Oppidum igitur ibi periiſſe iam tunc videtur. Campeſtrem agri eius ſitum Varro c. 15. indicat. Foenum ibi natum noxium, extra ſalubre fuiſſe teſtatur Plinius II. ſ. 98.

qui faciunt] Edd. primae omittunt *qui.* vnde Geſner corrigebat: *aggeres quidam f. ſ. f. eoſque vocant muros.* Servius ad Georg. I. 264. *vallos, foſſas et muros de terra factos et glebis, qui fiunt in circuitu cohortium et vinearum, aut quibus aquae deducuntur de locis aquoſis.*

noviſſimum] Edd. I. I- G. *notiſſimum.* Vnde h. l. emendabat Vrſinus: *Notiſſimum ſepimentum eſt maceria.*

crudis] De his dicam ad Palladium Maio 12.

in formis] Male praeferebat Pontedera primarum Edd. *informe,* ad ſepimentum referens. Recte vero Geſner comparauit locum Plinii 35. ſ. 48. *quid? non in Africa Hiſpaniaque ex terra parietes, quos appellant formaceos, quoniam in forma circumdatis vtrinque duabus tabulis inferciuntur verius quam inſtruuntur, aeuis durant, incorrupti imbribus, ventis,*

tis, ignibus omnique caemento firmiores: — *Illini quidem crates parietum luto, et lateribus crudis exſtrui quis ignorat?* Columella IX. 7. luto punico frondes illitas habet; et XI. 3. 54. foſſam repleri iubet lapidibus et calce, vel punico luto, ne capparis poſſit perrumpere terrae ſpatium aſſignatum; vnde Palladius X. 13. luto ſtructos parietes habet. Punicam impenſam Palladius I. 13. vocat lutum, cannis in camera inducendum. Igitur quicquid operis luto cum paleis, frondibus, lapidibus, cannis etc. mixto facere a Poenis didicerant primum romani opifices, impenſa punica vel lutum punicum appellabatur. Terram h. l. Varro dicit lutum. Formacei iſti parietes luto cum lapidibus permiſto formabantur. Eoſdem intelligit Columella IX. 1. 2. et Palladius I. 34. 4. *alii luto inter formas clauſo parietes figuratos ex lateribus imitantur.* — *alii macerias luto et lapide excitant, plerique ſine luto congeſta in ordinem ſaxa componunt:* ex quo loco manifeſtum eſſe videtur, male h. l. luto lapillos addi, quoniam ex ſolo luto Palladius parietes formaceos conſtruit. Iſidorus XV. 9. *Formatum ſiue formatium in Africa vel Hiſpania parietes de terra appellant, quomodo in forma circumdatis* — *inſtruuntur. Aeuis durant incorrupti ventis, ignibus, omni cemento fortiores.* Omiſit igitur in Plinio *imbribus*, quibus vereor, vt hoc genus reſiſtere poſſit in terra noſtra. Margo Iſidori monet, Hiſpanis audire *Tapias;* Grialus in notis hodie vocari ait *Hormigon.* In Plinio Pintianus ex Codd. duobus ſuis malebat *ſtruuntur.* Sed praeſtat vulgata lectio. Equidem in Lexico meo Hiſpanico Galli Sejournant 1775. reperio *Tapial* formam ipſam, *Tapia* parietem, et *tapiador* opificem dici: *hormigon* vero dicitur eſſe genus impenſae ex calce, lapillis et bitumine compoſitum. Vtitur his formaceis parietibus etiam Gallia meridionalis, quos deſcripſit picturiſque illuſtrauit *Goiffon, L'art du maçon piſeur.* Ipſos parietes *Pizey, Pizay, Pizé* vocauit alter Gallus de cultura Tabaci. Pariſiis 1791. Sed hoc genus formatur miſta luto arena.

Cap. XV. *ſationis notis*] D'Arnaud Variar. Coniect. p. 19. ita corrigebat h. l. *ſatius notis arborum tutiores fiant, ne famil.* — *ac lites ex limitibus iudicem quaerant.* Quam coniecturam aſſenſu ſuo comprobauit, qui eam retulit ad h. l. Erneſti. Mihi *ſatius* aeque diſplicet atque *ſationis;* itaque malim *fines praedii ſatione arborum;* caetera in iſta emendatione probo. Agrum, in confinio conſitum, habet noſter infra c. 16. et de iure harum arborum copioſe diſputat Arnaldus l. c.

rixentur] Nonius in antiquis Editionibus h. l. laudat ex libro I. de rerum natura, ſed *rixent* cum aliis teſtimoniis ponit. Victorius vidit, eum locum hinc ductum eſſe. Deinde in Merceriana editione locus ex admonitione Victorii correctus fuit, ſed male *rixentur* repoſitum. Editio Pariſ. 1583. habet locum p. 231. b. ſcriptum ita, vt laudauit Victorius ad h. l. Etiam Lipſius Var. Lect. III. 21. in Nonio correxit *de re ruſtica;* neutrum nominauit Merceri editio.

pinos] Silius VIII. 597. *et vndique ſolers arua coronantem nutrire Fauentia pinum.*

vxor] Monet Geſner, Fundanium loqui, niſi librariorum culpa ſit omiſſum indicium perſonae. Certe Fundanius ſupra cap. 13. 6. interpellauit.

vlmos] Geſner ex Ciceronis Oratione pro Caecina 8. addit oleas. vbi eſt: *eius autem fundi extremam partem oleae directo ordine definiunt.* Hic fere mos fuit Atticae regionis. Vide Victorii V. L. 31. c. 10. Iidem etiam myrtos in finibus agri ſerebant, vt teſtantur Geoponica XI. 7.

quod vbi id pote, vt ibi quod eſt campus] Ita ex libris ſuis edidit h. l. Victorius, qui notam mendae his ibi appoſitam reperit. Duriuſculam locutionem ipſe agnouit. Geſner *quod vbi* dictum interpretatur, vt *quodſi*, haec ſententia: *quod vbi id fieri poteſt, quemadmodum in Cruſtumino, quia eſt campus.* Creſcentius, vt poſtea docebo, ex h. l. habet *quodſi eſt campus* vel *ager.* Ex hac varietate et lectione primarum editionum: *vbi pullulat maxime vel ſeritur: et vbi eſt campus.* veram lectionem huius loci erui poſſe ſpero. Scilicet Creſcentius l. c. ante haec verba ita habet de ſtirpibus, ſepibus commodis: *vel ſicut plantae vlmorum vel ſalicum vel populorum et citoniorum — et ſimilium arborum et praecipue pullulantium a radice.* Suſpicor igitur, h. l. legendum eſſe: *qui pullulant maxime a radice. et vbi* (vel *quodſi*) *eſt campus.* Scilicet ſi lectio *ſepem ſuſtinet* vera eſt, vlmus, a radice pullulans, optime ſepis vſum praebebit.

ſuſtinet ſepem] Nonius in Corbes p. 94. b. ex h. l. laudat *cogit*, quam lectionem reiicit Victorius, probat Scaliger, Vrſinus, Gronov. Obſerv. IV. 3. Comparauit Vrſinus locum noſtri ſupra c. 6. 3. *celerius hic quam illic coguntur*, i. e. colliguntur. Alia exempla dabit Index. Ecce nunc tibi Creſcentium II. c. 27. *quodſi eſt campus* (*alias ager* addit antiqua mea) *vlmus eſt vtilior omnibus aliis plantis, quod et ſepem ſuſtinet et attollit vuas et frondem iucundiſſimam miniſtrat ouibus et bubus, ac ſepibus praebet virgas ac foco ac furno et eſt multis operibus optimus.* Legit igitur *attollit vuas.* Forte fuit

fuit *vitem.* Columella V. 6. 5. *vlmus, quod et vitem commodiſſime patitur, et iucundiſſimum pabulum bubus affert, variiſque generibus ſoli prouenit* etc. nec video, qua ratione vlmus ſepem ſuſtinere dici poſſit.

terrae natura] Pontedera corrigebat: *de terrae natura.* recte! Quod vero ait, in Ienſoniana eſſe ſcriptum *T terrae*, omiſit annotare Geſneri librarius miniſter; nec magni res monenti eſt.

Cap. XVI. *Si vicina*] Creſcentius II. 26. *Item ait Varro quod quatuor extra fundum conſideranda ſunt, quibus fundus vtilior vel minus vtilis redditur. Primum eſt, ſi regio proxima eſt infeſta. quamuis fertilis ſit fundus, inutilis tamen eſt propter latrocinia. Secundum eſt, ſi in regione propinqua ſunt homines qui emant, quae in fundo ſunt venalia, vel ne care vendant, quae funda ſunt opportuna. fructuoſior enim fundus eſt. Tertium ſi nimis longinqua eſt, vt ex ea difficile neceſſaria portentur ad fundum, minus* (antiqua mea *nimis*) *fructuoſior cenſetur. Quartam eundem fundum fructuoſiorem faciunt vecturae, ſi viae ſunt, quibus plauſtra vel naues portare ac exportare neceſſaria poſſunt.*

ſi quo] ſi ea vel talis, quo.

Celiem] *Caralim* Vrſinus, *Ioliem* emendat Popma. Iolienſes latrociniis infames Graeci. Ἰολαεῖς, recentiore nomine Διαγήβρεις Strabo vocari ait montuoſae regionis incolas. Antiquiſſimos populorum Sardiniae Ilienſes vocat Mela II. 7. eoſdem nominat Plinus libro III. ſect. 13. vbi *Iolenſes* iam olim Salmaſius reponi iuſſit. Iolenſes gentem ne ſua quidem aetate pacatam refert Liuius Libro 50. Pulcherrimum inſulae tractum et maxime campeſtrem excoluiſſe Iolaenſes, refert Diodorus IV. cum Strabo illis montes aſſignet. Iolai in Sardiniam aduentum tradit Ariſtoteles Auſcult. c. 104. et Silius XII. 364. qui oram inſulae Italiae obuerſam montuoſam eſſe docet.

vicinitatis inuectos] Cum Vrſino Cuper et Schoettgen probabat formam *inuectus*, deinde *euectus* vel *auectus*. Schoettgen praeterea corrigebat: *quae vicinitates euectus habent idoneos — vti vendunt, et illinc inuectus opportunos* etc. ſed ita verba *propterea ſunt fructuoſa* non habent, quo referantur. Equidem puto, ſententiam poſtulare hunc fere ordinem verborum: *Quae* (praedia) *vicinitatis euectus h. id. quae naſcuntur* (in fundo) *vt ibi vendant, et illinc inuectus opportunos, vt ea, quae in fundo opus ſunt, emant, propterea ſunt fructuoſa.* Ceterum huic membro anteponendum *Secundum* eſſe

ex

ex Edd. quibufdam, monnit etiam Gefner; ad alteram enim diuifionis partem Varro nunc tranfit. *Euectus* confirmat ipfe Varro fect. 6. Igitur non dubitaui recipere.

habent in] i. e. habitant. Exempla alia dabit Index.

viciniae] Vrfinus malebat *vici*, vt deinceps fect. 4. recte!

vt quibufdam] fuperfunt, intellige. Vrfinus tamen *quibufdam* fpurium cenfet.

in hoc genus] agro, feu villa tali.

anniuerfarios] i. e. in annum mercede conductos. Ita etiam Gefner; itaque poft *imperant*, diftinguendum eft. Contra Vrfinus ob annuum ftipendium putat anniuerfarios dictos effe.

quam partem] Senfum hunc effe facilem video, quem expreffit Gefner: fed diuites haec artificia omnia habent in familia. Mihi legendum videbatur: *quam partem* (artificiorum neceffariorum) *latifundii diuitis domefticae copiae fuppeditare folent.* Velim meliora edoceri!

fabras parant] Ita ex Polit. dedi pro *parent.* Latifundii diuites Vrfinus interpretatur, qui magna latifundia habent. Ceterum in Geoponicis II. 49. fub Varronis nomine idem confilium datur, ibique monetur, fabros ferrarios, lignarios et figulos praecipue effe in villa habendos.

Tertio] Crefc. *quarto — funt quibus plauftra vel naves portare ac exportare neceffaria poffunt.* Columella I. 3. 3. *multum conferre agris iter commodum — deinde ad inuehenda et exportanda vtenfilia; quae res frugibus conditis auget pretium, et minuit impenfas rerum inuectarum, quia minoris apportentur eo quo facili nifu perueniatur.* Haec ille velut e Catone refert, in quo hodie nihil tale exftat.

Quarto] Crefc. *refert etiam ad fundi fructus fpectandum.* fed antiqua mea omittit *fpectandum.*

ad multa praedia] Ad omnia praedia multa inuehuntur et euehuntur inde; igitur malim *multa ad praedia.*

limitem] Crefc. *limina quercum habeat, non poffis recte fub eam quaedam ferere.* vbi antiqua mea: *vt poffis recte fub eam filuam.* Formam antiquam *querquetum* reftitui ex Pol. libro. Hinc *Querquetulanae Nymphae* et *porta.* Varro apud Nonium p. 199. *tum vt fi fupernus cortex aut cacumina morientum in querqueto arborum aritudine.* vbi vulgo eft *altitudine* vel *amaritudine.*

oleam] Crefc. *oleamque — reclinent et in confinio vitem et fundum faciant fterilem.* De noxa oleae, pofitae in loco, vnde quercus effoffa, dicemus ad Colum. V. 9. Plinius 24. f. 1. *quercus et olea tam pertinaci odio diffident, vt altera in alterius*

alterius ſcrobe depaſtae moriantur, quercus vero et iuxta iuglandem nucem. Pernicialia et braſſicae cum vite odia; ipſum olus, quo vitis fugatur, aduerſum cyclamino.

vt introrſum] Vrſinus malebat *et introrſum ſe reclinent* omiſſis *in fundum*, quae verba ſpuria eſſe cenſebat.

adſita] appoſita, iuxta braſſicam. Hanc enim praecipue olus Latini vocabant, docentibus ad h. l. Scaligero et Vrſino.

fundi oram — ſterilem] Haec verba ſpuria cenſebat Vrſinus; at habuit Creſcentius in libris ſuis.

Cap. XVII. *ſine quibus rebus*] Vrſinus deleri volebat *rebus*, quod tamen Varronianum equidem puto eſſe cum Geſnero.

tres partes] Edd. I. I. G. *tres partes ſcilicet in vocale.* vbi Vrſinus verba *partes ſcilicet* tolli volebat. Vulgatam equidem non ſatis intelligo, niſi diſtinguas *inſtrumenti genus*, ſc. diuidunt, *vocale et ſemiuocale* etc.

iique quos] Vnde haec pendent? Malim *iiſque.*

Obaerarios] Varro L. L. VI. p. 82. *Liber, qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia, quam debeat, dum ſolueret, nexus vocatur, vt ab aere obaeratus.* vbi Geſner malebat *quam debebat, dabat.* De nexis vide Interpp. ad Liuium II. 23. Columella I. 3. ſ. 12. *nexu ciuium et ergaſtulis tenere agros* hinc dixit. Antiquae lectioni *obaeratos* recte hanc ex libris ſcriptis ſubſtitui iuſſit Pontedera. Si enim *nexos*, a mercenariis diuerſos, intelligi voluiſſet Varro, dicendum erat *iiſque quos.* Sed nexos eiuſmodi liberos ſub Auguſto vix in agris habebant Romani, vt libera republica. Varro ſcilicet obiter, vt ſolet, etymologiam vocabuli *operarius* tradere voluit, monente Pontedera. Ab *ob aera* fit *opera*, hinc *operarius*, quaſi *obaerarius.* Eſt vero *iique* pro *iique ſunt.* Muretus ad Taciti Annal. III. 42. et Fruterius p. 346. corrigunt: *quos operarios.*

De his cuiuſmodi] Scilicet de ſeruis.

imperatis] id eſt, imperiis, rebus imperatis.

vno eorum] Geſner interpretatur vulgatum antea *more incolarum*, vnde ad nos venerunt requiſito ex nouitiis, et requiſito, quid apud priorem dominum factitarent. Antiquam Codd. lectionem Scaliger ita corrigebat *et in eo eorum e nouitiis reii, quis itio ad priorem dominum: quid factitarent.* Idem *imperatis rerum* interpretabatur imperitos rerum, eoſdemque quos deinceps vocet *nouitios reii*, i. e. rei, antiquo more; verba *quis itio ad p. d.* explicat: an ſaepius ad

ad priorem dominum eant ad opus faciendum et quid apud eum factitarint, cessatoresne an labori intenti fuerint. Sed haec mihi interpretatio vaticinii speciem habere videtur, Vrsinus corrigebat: *imperatis et requisitione ad pr. d.* Popma lectionem *et in eo eorum e nouitiis requisito* interpretatur: et si quaesiueris in opere rustico e nouitiis, quid factitarint apud priorem dominum. Pontedera: *in eo eorum e nov. redinquisito.* Equidem egregiam et facilem I. Fr. Gronouii emendationem posui.

neque formidolosa neque animosa] Hoc praeceptum cum quibusdam aliis omisit, qui cetera repetiit Columella. Ipse Varro duxerat ex Aristotele, cuius in Oeconom. I. c. 5. haec et plura leguntur, quae Varro in vsum suum conuertit. Haec igitur hoc in loco collecta ante oculos lectorum ponam. Primum igitur Philosophus graecus: γένη δ᾽ ἂν εἴη πρὸς τὰ ἔργα βέλτιστα μήτε δειλὰ μήτε ἀνδρεῖα ἄγαν· ἀμφότερα γὰρ ἀδικοῦσι. καὶ γὰρ οἱ ἄγαν δειλοὶ οὐχ ὑπομένουσι. καὶ οἱ θυμοειδεῖς οὐκ εὔαρχοι. Vides rationem a Varrone non bene omissam praecepti! Alter locus est infra sect. 5. *neque eiusdem nationis plures parandos esse. ex eo enim potissimum solere offensiones domesticas fieri.* Quae sic tradidit Aristoteles l. c. καὶ μὴ κτᾶσθαι ὁμοεθνεῖς πολλοὺς, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν. quae integriora legisse videtur Varro. Idem praeceptum posuit Philosophus Politic. VII. c. 11. τοὺς δὲ γεωργήσοντας μάλιστα μὲν δούλους εἶναι, μήτε ὁμοφύλων πάντων μήτε θυμοειδῶν. οὕτω γὰρ ἂν πρός τε τὴν ἐργασίαν εἶεν χρήσιμοι καὶ πρὸς τὸ μηδὲν νεωτερίζειν ἀσφαλεῖς. Offensiones igitur caussatur Varro, vbi Aristoteles timebat, ne plures eiusdem nationis serui consentientes seditionem fugamque molirentur. Tertium praeceptum est Varronis: *Praefectos alacriores faciundum praemiis dandaque opera, vt habeant peculium et coniunctas conseruas, e quibus habeant filios. eo enim fiunt firmiores ac coniunctiores fundo:* quod repetiit Columella. Sed idem non de praefectis seu ἐπιτρόποις, sed de seruis omnibus tradidit Philosophus l. c. δεῖ δὲ καὶ ἐξομηρεύειν ταῖς τεκνοποιΐαις; admirabili breuitate! Ad reliquos tamen seruos etiam referri voluisse praeceptum hoc videtur Varro cum addit, Epiroticas familias propter has cognationes illustriores ac cariores esse. Quartum est praeceptum: *Studiosiores ad opus fieri liberalius tractando aut cibariis aut vestitu largiore aut remissione operis:* quae sic graece docentur: διόπερ δεῖ ποιεῖσθαι σκέψιν καὶ διανέμειν τε καὶ ἀνιέναι κατ᾽ ἀξίαν ἕκαστα καὶ τροφὴν καὶ ἐσθῆτα καὶ ἀργίαν καὶ κολάσεις. Porro in capite XIII. sunt quaedam praecepta, quae ex Aristotele ducta

ducta videntur, quanquam ea a Varrone ſunt accuratius definita; velut illud ſect. 6. *illi enim* (antiqui aedificationem villae) *faciebant ad fructuum rationem:* comparare licet cum hoc Ariſtotelico l. c. 6. *οἰκίαν δὲ πρός τε τὰ κτήματα ἀποβλέποντα κατασκευαστέον καὶ πρὸς ὑγιείαν καὶ πρὸς εὐημερίαν. λέγω δὲ κτήματα μὲν οἷον καρποῖς καὶ ἐσθῆτι ποία συμφέρει, καὶ τῶν καρπῶν ποία ξηροῖς καὶ ποία ὑγροῖς. καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων ποία ἐμψύχοις καὶ ποία ἀψύχοις, καὶ δούλοις καὶ ἐλευθέροις καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι καὶ ξένοις καὶ ἀστοῖς.* Vnde fructus aridi et humidi diſtinctionem duxiſſe Varro initio huius capitis 13. videtur. *κτήματα ἔμψυχα καὶ ἄψυχα* Varro cap. 17. interpretatus eſſe videtur *inſtrumentum vocale ac mutum.* Poſtea quod ait Varro cap. XIII. ſ. 2. *villici proxime ianuam cellam eſſe oportet, cumque ſcire, qui introeat aut exeat noctu quidue ferat, praeſertim ſi oſtiarius eſt nemo:* conuenit cum hoc Philoſophi praecepto: *δοκεῖ δὲ ἐν ταῖς μεγάλαις οἰκονομίαις χρήσιμος εἶναι θυρωρὸς, ὃς ἂν ἄχρηστος ᾖ τῶν ἄλλων ἔργων, πρὸς σωτηρίαν τῶν εἰσφερομένων καὶ ἐκφερομένων.*

formidoloſa] Liber Polit. *formiduloſa.* Ita alibi *rutunda.* Ita in Nonio p. 465. *ſanguinulentus* ex Codd. poſuit Mercerius.

literis et] Interim ex Edd. aliquot addidi *et* ſuadente Geſnero; Scaliger *literis* delebat; Vrſinus corrigebat *qui literis, qui ſint aliqua* etc. Scaligeri ratio plane inepta eſt. Literae enim hae ſunt plane diuerſae ab iis, quas humanitatis vocabulo complecti ſolent veteres ſcriptores. Quas Varro poſtulat nunc, pertinent ad rationum librum conficiendum. Comparo Columellam I. 8. 4.

quam — dixi] Has quatuor voces a gloſſatore eſſe cenſebat Vrſinus.

maiore] Columella XI. 1. 3. villicum probat annos triginta natum vſque in ſexageſimum.

iis quam minore] Pontedera corrigebat: *ii quam minores.* Villicos enim ipſos natu maiores magis ait eſſe dociles et dicto audientes domino, quam minores. Sed recte Scaliger ſcripturam Codd. Victorii *ii quam minore* probabat, interpretatus *ii* antiqui dictum pro *ei.* Atque omnino verum vidit Scaliger. Ecce enim Columella I. 8. ſ. 3. *iamque is tranſcenderit aetatem primae iuuentae — ne auctoritatem detrahat ad imperium, cum maiores dedignentur parere adoleſcentulo.* Iterum XI. 1. ſ. 3. eiuſdem praecepti cauſam reddens: *nam ſeruitia ſic tirunculum contemnunt, vt ſenem.* Ceterum recte monuit Scaliger, latine dici *fratrem maiore et minore*

minore natu; itaque lectionem *minore natu* h. l. probauit etiam Gronov. ad Suetonium T. I. p. p. 347.

et vsu] Cum Edd. primis haec verba damnat Vrſinus.

poſſis] Legendum eſſe *poſſit,* vidit etiam Geſner. Paulo ante Aldinum *coherceat* eieci, nulla Varronis aut librorum ſcriptorum auctoritate munitum. Plures Aldinae lectiones Victorius admiſit in ſuam, quam debebat, aut quam fecerat, ſi primarum Editionum ſcripturam ante oculos habuiſſet. Alioquin infra cap. 65. *cohaceſcant* ſcribendum fuerat; et III. 16. ſ. 15. *cohanguſtet.* Similiter *incohare* pro *inchoare* in Columella primae Editiones ſaepius dant, quam annotauit Geſner. Vide ad IV. 3. 1. de vocabulo *cohors, chors* ad Varron. I. 13. In loco Varronis apud Nonium p. 478. in verbo *murmurari* Codex Guelferbyt. *coherceam* dat. In Plinii Epiſtol. V. ep. 5. ſ. 4. *incohatum* dat editio Romana anni 1490. a ſolo I. M. Heuſingero comparata.

firmiores] De quibus, ne aufugiant, minus timeas.

Epiroticae] Loquitur ſcilicet Epiroticus pecuarius.

Ad iniiciendum] Cum libro Polit. faciunt libri Victorii, qui malebat *voluntdtem.* Scaliger hinc corrigebat: *Iniiciendam voluntatem, praefectos in aliquo honore habendo, et de operariis, qui praeſtabunt, aliquot.* Vrſinus: *ad iniiciendam voluntatem praeceptorum, aliquo honore habendi ſunt.* Idem tamen ex ſcriptura Codicis: *ad iniiciendam voluptatem praefectorum* malebat: *ad eliciendam voluntatem praefectorum.* Popma legebat: *Iniiciendum voluptatem, praefectos in honore aliquo habendo;* Pontedera *ad inliciendum voluntatem praefectorum, honore aliquo habendo, et de operariis, qui praeſtabunt alios, communicandum.* Etiam I. Fr. Gronou. *ad inliciendam voluntatem* coniecerat.

et de operariis] Vrſinus deletis verbis *de operariis* malebat: *et qui praeſtabunt alios.* Sed operariorum mentionem eſſe neceſſariam, docebit locus Columellae I. 8. ſ. 15.

peculiare] Quod ad peculium eorum pertineat, recte monente Vrſino. Plautus Aſinar. III. 1. 36. *etiam opilio qui paſcit mater alienas oues, aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam.* Idem Aulul. I. 17. *peculiarem gallum.*

qui conſolando] Vrſinus malebat: *vt ſit qui conſolando.* Cui aſſentior, eamque lectionem interpretor, vt habeat, quo conſolari vilicum eiuſque voluntatem ſibi reconciliare poſſit.

Cap. XVIII. *dirigit*] In libro Victorii antiquiſſimo hic et alibi fuit *derigit,* ex qua forma antiqua ſupereſſe monet

de-

derectarios in libro Pandectarum XLV. De extraordin. crim. Leg. *saccularios.*

haec mancipia] Distinctionem, vulgo post *haec* positam, sustuli, monente Pontedera. Idem paulo postea feci.

Opilionem] Scaliger monet, vocabulum esse deriuatum ex graeco *οἴπολος*, *οἰπολίων*. Sic *αἰπόλος* etiam dicitur caprarius.

XV. *mancipia*] Cato vulgatus cap. XI. numerat XVI, praeterea salictarium nominans. Vrsinus monet, in vetere codice post *subulcum* sequi *Salictarium vnum;* cuius notam Gesner male retulit ad formulam olíueti. Ceterum Nonius p. 501. ex h. l. laudat: *Centum iugeribus vinearum opus esse quindecim mancipia.*

quaternis operis] Vide Colum. II. 4. 8.

indulgentiae] Edd. primae *indiligentiae.* Vulgata ad dominum refertur, si vera est. Indulgentiam proprie de parentum in liberos affectu dixere veteres, seu potius *indulgitatem;* in Virgilio enim indulgentiam coeli noue dictum vult Seruius ad Georg. II. 345. qui ex Coelio *indulgitate liberum* ponit; Sisennae locum habet Nonius. Ceterum pro *Licinius* in Brusch. est sola L. litera. Demum capite XXII. sect. 3. *Itaque, Stolo inquit.* vnde arguo, eo vsque Stolonem esse locutum.

vti pro portione] Lectio Victoriana *vti proportione, ad maiorem fundum* et cet. in errorem induxerat Scaligerum, vt a Varrone positum crederet vocabulum *proportionis;* itaque corrigebat: *vti proportione: ad maiorem fundum vel minorem addere vel demere.* Quin adeo verba *ad maiorem — demere* ex glossemate, voci proportionis addito, orta putabat. Vrsinus lectionem Ba- G. ante oculos habuit: *vti proportione, vt ad maiorem* alterumque *vt* tolli voluit, recte monens, *vti* esse aduerbium, non infinitum verbum. Cum Vrsino Gesner etiam monuit, *vti* esse coniunctionem, distinctionem tamen pessimam reliquit. Pontedera a sententia loci plane aberrauit, dum nimis argutabatur in verbis. Male etiam *vti proportione* phrasin esse putauit.

extra] Ex Edd. antiquis Pontedera *praeterea* addi malebat.

vt si sit] Ex antiqua lectione *quod si confragosus et arduis cliuis* Scaliger efficiebat *quod sit confr. atque arduis.* Vrsinus etiam *arduis* probabat. Infra c. 20. s. 5. confragosum et difficilem agrum ad solum fastigium soli refert iterum; sed Columella II. 2. 8. locum lapidibus confragosum habet; sed VI. 17. s. 2. simpliciter *confragosis locis* habet pro monta-

montanis; vbi tamen libri quidam antiqui ſimplex *fragoſis* praeferunt. Feſtus: *conflages* loca dicuntur, in *quae vndique confluunt venti.* vbi recte Dacerius *conflant* emendat. A conflatum fiunt *conflages.* Iſidorus Orig. XIV. 58. *confrages* in Feſto legit; vnde confragoſus ducitur. Contra conflugeş loca, in quae diuerſi confluunt riui apud Nonium, graece μεσάγκειαι. Ita flaces et fracés dicuntur.

Modicus] Geſner interpretatur menſuram menſurantem ſeu normam normantem. Reliquarum Editionum lectionem *modius* vitio operarum adſcribit.

pars ſit] Pontedera legi voluit *abſit.*

ſextam partem (et)] Vulgarem interpunctionem *partem: et de XIII mancipiis nihilo magis* et cet. intelligere ſibi viſus eſt Geſner, quia de loco hoc nihil monuit. At ſententia auctoris ita plane aboletur; quare eam correxi, et ſententiam ita explanaui. Docet, de neutro numero ſextam partem pro modo agro demi, vel addi poſſe. Copulam *et* vt inutilem incluſi.

in C iugeribus] Nonius libro de numeris h. l. laudauit, ſed ab initio praepoſitionem *in* omiſit. In Catone ſunt mancipia XVI. Formam *iugeribus* ex Varronis libro I. R. R. laudauit etiam Chariſius grammaticus libro I. monente Vrſino.

ait ſingula] Vrſinus corrigit *ait ad ſingula iugera quaternas operas.* Recte!

fundo in Gallia] Parum de vita Saſernae, minus etiam de fundo eius Gallico conſtat; quod tamen ſcire intererat eorum, qui libros eius de re ruſtica legere et comparare volebant.

quam alii] Haec verba ſpuria cenſet Vrſinus.

Cap. XIX. *Cato*] Cap. X. vbi vide notam.

trinos] Varro recte tria iuga interpretatur; non opus igitur cum Pontedera poſt *octogena* addere *vnum bouem*, ſed intelligendum ex ſuperioribus iugum, recte monente Geſnero.

vt Saſerna dicat] Geſner interpretatur quaſi dictum ſit *ſi Saſernae credimus.* Sed nullo exemplo nouam hanc dicendi formam confirmauit. Debebat eſſe *fit vt — opus ſit.* Sed ſtatim ſentis, deeſſe aliquod, cui reſpondeat membrum alterum *ſi Cato.* Vrſinus corrigebat: *opus eſſe, Cato ad octogena.* Sed vel ita ſententia imperfecta relinquitur, et vterque ſcriptor verum dixiſſe perhibetur; quod falſum eſſe Varro conuincit ipſe. Liber Politiani viam monſtrauit mihi ad veram lectionem inueſtigandam; itaque lego: *Ita, ſi Saſerna*

dicit

dicit verum, ad — opus est, si Bato, ad octogena. Ceterum recte Vrsinus monuit, concinnitatem postulare praeterea, vt *centena* legamus.

Aliam terram] Ita suadente Gesnero ex Polit. libro dedi pro vulgato: *est alia. Terram* quod Vrsinus corrigebat: *facilior, alia difficilior est. Alte terram* et cet. Pontedera, nihil in vulgata lectione deesse affirmans, docere debebat ignaros illos agriculturae, quos dicit, quomodo Varro terram aliam alia difficiliorem dicere potuerit, si bobus ad eam proscindendam vbique viribus magnis atque aequis opus est.

vomereo] Nonius in Bura ex h. l. laudat *vomerem in aruo.* Nescio vnde Pontedera duxerit Nonii lectionem, vbi deesse ait *in.* Editio Parmensis 1480. habet *in agro.* De bûra vide ad Varr. II. 1. 10. Hoc loco satis erit annotasse, buram esse aratri partem posteriorem curuam, olim latine *vruum* dictam, graece γύης, quae si cum temone fuerat ex eadem materia continuata, nulla intercedente iunctura, aratrum graece dicebatur αὐτόγυον. Etymologiam habet Varro L. L. IV. p. 33. *bura a bubus, alii hoc a curuo vruum appellant.* Burae ab anteriore parte iungitur dens cum vomere, a posteriore et superiore stiua, haec graece ἐχέτλη, dens cum vomere ὕννις vocatur. Virgilius Georg. I. 170. *magna vi flexa domatur in burin et curui formam accipit vlmus aratri.* Hodie vocamus *Krümel*, simili notione. Burae inferius iungitur dens cum vomere; hos dentem *Hackenschuh*, *Pflughaupt*, *Scharbaum* vocamus; Graeci ἔλυμα. Etymologiam *burae* ex Varrone, ni fallor, integriorem habet Isidorus XX. 14. *buris est curuamentum aratri, dictum quasi bosoira* (i. e. *βοὸς οὐρὰ) quod sit in similitudine caudae bouis.* Sed rectius haec Seruius ad Virgilium ita: *dictum quasi βοὸς οὐρὰ, quod sit in similitudinem caudae bouis. Alii Burin curuaturam temonis quae supra est, et quod est infra vruum dicunt; buris enim vt curuetur, ante igni domatur et amburitur; vnde et quae naturaliter inueniuntur curuae ita dicuntur.* Vides, Varronem vruum deriuasse ab vrendo, atque ita, quicquid vrendo vel natura curuatum est, vruum seu curuum dictum voluisse.

molarium; in vinea] Vulgo *molarium; in.* Distinctionem mutaui, admonente Vrsino. Ita etiam deinceps vulgatum *molarium: in hoc* correxi, mutata distinctione. De priore vitio admonuit etiam Pontedera, qui in libro Caesenate esse ait priore loco *molarium*, altero *molendinarium* scriptum.

pecuaria] In Polit. et Cod. Paris. est *peculiaria*, quod etiam Vrsinus in Codice suo scriptum reperit, interpreta-

tus: *ex peculio ſeruorum quae ſunt.* Ita ſupra cap. 17. *vt peculiare aliquid in fundo paſcere liceat.* Itaque h. l. ita corrigebat: *quae ſolent eſſe peculiaria, pauca habenda.* Sed omiſit vir ſagaciſſimus docere, quem verba haec cum ſententia reliqua nexum habeant. Mihi probatur opinio Geſneri, verba *vt ſolent eſſe pecuaria* velut aliena includentis. Forte exciderunt quaedam, in quibus Varro de pecuariis dixerat, vbi ſcilicet non pauca agri colendi cauſa domi aluntur pecora, ſed quam plurima mercaturae cauſa libera paſcuntur. Sed vide notam ad ſect. 4.

tueri et] Pontedera corrigebat: *ſe tuerier, aſſidua eſſe poſſint.* Contra vulgatam Geſner interpretatur: vt mancipia, quae ipſa ſe tuentur, nec opera aliena indigent, vt pecora, et eſſe poſſint plura in fundo, et eſſe aſſidua in opere faciundo. Equidem Pontederae correctionem cum interpretatione Geſneriana probo vnice.

In eo numero] Quo? pecorumne, quae agri colendi cauſa aluntur? de quibus praeceſſit ſermo. At hoc ineptiſſimum. Interpretes tacent. Mihi videtur eſſe manifeſtum, excidiſſe hinc verba, in alienum locum a librario relata et vitiata: *Vt ſolent eſſe pecuaria.* Quae retracta hic colloco: *Vbi ſolent eſſe pecuariae, in eo numero non modo* et cet. Varro enim pecuarias, ouarias et equarias dixit II. Praef. 6. Ceterum in Varrone exempla plura alia habemus talium tranſlocationum.

pratorum cauſa] Alioqui alienum pecus vendito pabulo paſcendum in fundo monet infra cap. 21. in fine.

ſtercus] ſuillum enim ad agriculturam contemnebant.

Cap. XX. *qui idonei ſint. Boues*] Vulgo inepte diſtinguebatur *qui id. ſint boues. — parandum. vt.* Ceterum in libro Polit. hic et pluribus in locis legitur ſcriptum *quadripedibus* et ſic ex libris ſcriptis apud Nonium p. 69. edidit Mercerius in fragmento Varronis, quod ponam ad II. 6. Ibidem p. 144. Nonius Mercerii ex Accii Thebaide habet: *nitidantur vulgo, quadripedantur ſonipedum.* Mercerius corrigit *quadripedantum ſonipedum.* Editio Pariſ. 1583. habet: *pripendantur ſoni* et in varia lectione. *qua praepediantur ſoni pedum.* Sed Parmenſis 1480. *qua pripedantur in ſonipedum*, vnde Mercerii correctio confirmatur.

minoris trimos] i. e. minores quam trimos. Ita ſaepe ſcriptores noſtri loquuntur cum aliis. De verbis quae Pol. liber adiicit fini capitis, vide infra ad initium cap. 21.

naribus

naribus ſimis] In Nonio p. 94. Merc. vbi h. l. laudatur, Editio Parmenſis 1480. habet: *ſimulato pectore claſſis coxend.* De re vide ad II. 5. ſect. 7.

nec non] Columella VI. 3. 12. *longeque omnis bos indigenus melior eſt quam peregrinus, nam neque aquae nec pabuli nec caeli mutatione tentatur, neque infeſtatur conditione regionis, ſicut ille qui ex planis et campeſtribus locis in montana et aſpera perductus eſt vel ex montanis in campeſtria.* Atque ita etiam ex Columella Palladius Martio XI. 3. Ex Columella Vrſinus h. l. legi volebat: *locis emendum, non in dura ac montana, nec contra. Nouellos* et cet. In Codice Victorii vetuſtiſſimo fuit: *nec noſtra ſi incidit.* vnde Victorius legebat: *nec contra ſi incidit vt ſit vitandum.* quaſi non ſit reformidandum agricolae emere boues ex duris et aſperis locis in campeſtria. Ita Varro plane diſceſſerit a ſententia Columellae, nulla ratione edita, quam excogitare nec ipſe poſſum. Contra Popma amplectitur quidem emendationem Victorii, ſed aliter interpretatur: *nec contra ex montanis locis in plana et campeſtria. Itaque ſi ita fert, vt ſint emendi boues, id vitandum.* Is itaque ita diſtingui volebat: *nec contra; ſi incidit vt ſit vitandum.* Hanc rationem equidem cum *Dickſono* Vol. II. p. 474. ſequi malim. Pontedera ſequitur rationem Victorii et quaſi ex Bruſchiana laudat *nec contra ſi.*

deſtitutas] Ita in libris ſuis omnibus reperit ſcriptum Victorius, et in ſuo Vrſinus, qui recte interpretatur fixas et ſtatutas. Furcae quae ſint h. l. intelligendae, dicimus ad Columellam VI. 3. Virgilius Georg. III, 166. vimineis circulis colla innectit; quos eoſdem eſſe cum furcis Varronis voluit Pontedera in Curis ſec.

eo leui] Edd. principes legunt *leui ſimul gradi facias; et principio — terram leniter procedant.* quod ſupplementum non ſolum probauit, ſed comparatione etiam Virgiliani loci confirmare voluit Pontedera. Ait enim in poetae verbis *coge gradum conſerre iuuencos* apparere veſtigia lectionis *ſimul gradi facias.* Virgilius tamen, diuerſam iuuencorum domandorum rationem docens, vix potuit Varronis locum exprimere. Mihi tamen pariter neceſſarium videtur id ſupplementum, ita tamen, vt totum h. l. ita legas: *aſſuefacias — adiungas — eo leui ſimul gradi facias, vt principio — terram leniter procedant.* Secunda enim perſona melius verbo *ſubigendum* conuenit, eamque ſtatim in ſeqq. addit Varro, et alibi. Interim ne vim Varroni factam clament religioſi

 nimis

nimis homines, leniore medicina vsus supplementum correxi.

per arenam] Crescentius IX. 63. *subacto prius solo exercendi sunt in arena. Quos ad vecturam* et cet. Priora verba sunt Palladii IV. 12. 3. Ex Cresc. *paras* addi volebat Pontedera; quod facere ne necesse esset, comma post *vecturas* positum omisi cum Brusch. inuectum ab Aldina.

instituendum] Cresc. *Quos ad vecturam paras fac primum inania ducere plaustra, — oppidum vbi sit strepitus, ducas et quem feceris dextrum, fac etiam sinistrum, et sic laboranti requies erit.* Vnde *vbi* inseri h. l. volebat Pontedera, annuentibus Edd. primis; quo tamen ne opus esset, post *oppidum* punctum posuit Gesner. Equidem malim *oppidum; vbi creber — celerrime ad vtilitatem adducit eos.*

celerrima] Malim *celerrime.* Ad vtilitatem adducere est ad vsum, seu domare. Ita Plautus Epidico V. 1. 28. *Satin' ego oculis vtilitatem obtineo sincere an parum?* i. e. satisne ego oculis vtor?

vt in Campania] Gesner malebat: *ibi non bobus grauibus vt in Campania*, quia de Laborino, Campaniae campo Plinius XVII. s. 3. *idem solum vbicunque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius pene, quam vitiis posset, affligit agricolam.* At vide tu mihi locum Cat. c. 135. aratra *in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica.* Columella II. 10. 18. Campaniae solum putre vocat.

bubus grauibus] Cresc. *leuis est, non fortibus bobus sed vaccis et asinis vti possumus* (antiqua mea habet *pōt*) *et in leui plaustro similiter et ad molam olei facile, vt nouus labor* et cet. quae sunt Palladii. Vrsinus h. l. malebat *grandibus.* Varro de L. L. VI. p. 77. *e queis vt dicti valentes glebarii, qui facile proscindunt glebas.* vbi Scaliger comparabat Hesychii καμίνυς εὐπλεύρυς βόας, ἰσχυρὺς καὶ ἐνισχίυς.

asinis] vili asello arari Byzacii solum in Africa testatur Plinius XVII. s. 3.

Ad molas] Hucusque de boue domando ad vsum aratri. Quae sequuntur alio aperte pertinent; quis enim sanus bouem ad molam vertendam adhibebit, cum asinus operi sit aptior et viliori constet? Igitur post *possunt* posui punctum. Nouam enim sententiam exorditur Varro; deinceps post *conuehuntur* sublato puncto incisionem posui, verbaque *in qua re*, quae sententiam turbant et superuacanea sunt, inclusi.

exinde] Ita etiam infra cap. 24. Male igitur Vrsinus corrigi volebat *proinde.*

quo

quo fastigio] i. e. qua inclinatione, positione aequali, an inclinata. Vide ad I. 14. 2.

haec valentiora] Pontedera putat, ex caeteris praeceptis Varronis de pecore et re ipsa patere, locis montanis et siccis non apta esse pecora maiora; neque enim satis fructus ferre, nec commode ali. Igitur corrigebat *nec valentiora.* At, bone, qui pecora inualida in loco difficili opus facient melius quam in campo facili? Instat vir doctus, supra Varronem cap. 18. s. 4. praecipere, si fundus sit confragosus atque arduis oliuis, pauciores boues et bubulcos opus esse. Recte; addit enim ibidem: *si ita dissimilis est, vt totus arari non possit.* De difficili simul et confragoso agro Varro nunc dicit: Deinde Pontedera aliud affert argumentum. *Cum id operis faciunt* (ita enim h. l. laudat) Quod si, inquit, id operis faciunt boues validi ac vaccae asellique pro loci conditione, nunquam profecto illos expedit habere, cum pluris parentur atque alantur. Praeterea vaccae lacte prosunt, asini ad molas et clitellas adhibentur. Sed vna est ad haec omnia responsio, Varronem non loqui de pecoribus, ad aratrum adhibendis, sed de iis, quae molis et vecturis seruiunt. In loco igitur confragoso et difficili vacca potius eaque valentior adhibenda est, quam aselli muliue, quod vacca idem opus facit, et maiorem fructum affert, quam asellus mulusue.

Cap. XXI. *clausos dormire*] Codices Victorii omittunt, quae deinceps Edd. principes habent, et restitui. Ecce enim Cato c. 124. *Canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu acriores et vigilantiores sint.* quae quidem verba, loco plane alieno ibi posita, forte ex h. l. translata fuerunt. Admonebo praeterea lectorem, supra in fine capitis XIX. Politiani librum haec inserere: *De canibus vero vtile, quod villa sine iis parum tuta.* quae, vndecunque sumta, arguunt, locum de canibus domesticis parum integrum ad nos peruenisse. De pastoriciis copiose tradit Varro II. 9. Argumentum antiquum habet: *De canibus: sine quibus vtique villa parum tuta sit.* Vnde Caput totum ita ordinauerim: *De canibus, quod villa sine iis vtique parum tuta sit, canes potius* et cet.

faciundum] Primum Scaliger damnauit, inclusit Gesner. Scaliger verba haec ad sequentia refert, et indomitas pecudes dici ait oues, capras, sues, quae non domentur, vt boues et equi. Lemma Iens. et Brusch. antea posui. Victorius inter lemma cap. XXI. *De canibus* et XXII. *de muto instrumento,* medium aliquod posuit, nulli annexum capiti: *Si prata sunt in fundo, pecus non est, quid sit faciendum.* Quae

potius est clausula peractae narrationis cap. XXI. *de indomitis quadr. de pecore instructo ac canibus hoc faciundum, quod dixi.* Itaque hinc Pontedera arguebat, hoc breue caput ex duobus conflatum esse, et probabat verba *quod dixi* quae H. Steph. ex Codice addidit. Sed pecus instructum quale sit, non explicauit Pontedera.

dominus habet] Admonitus a Pontedera restitui *dominus*, sine quo postrema vacillant. Noster II. Praef. 5. *pabulum in fundo compascere quam vendere plerumque magis expedit domino fundi.*

Cap. XXII. *materia rustica*] Etsi nemo adhaesit, mihi tamen rustica materia displicet. Speciem nominari oportebat; alioquin omnis materies rustico vsui seruit. Igitur corrigo *ruscaria.* Sic in Catone et deinceps sect. 5. *falces rusticariae* vel *rustariae* pro *ruscariae* irrepserant per librariorum ignorantiam. *Ruscum* Castor apud Plinium 22. s. 83. *oxymyrsinem myrti foliis acutis, ex qua fiant ruri scopae,* vocabat; et sic Festus: *Ruscum est, vt ait Verrius, amplius paulo herba et exilius virgultis fruticibusque, non dissimile iunco, cuius coloris rebus vti mulieres solitae, commemorat.* Virgilius Georg. II. 413. *nec non aspera rusci vimina per syluam et ripis fluuialis arundo caeditur.* Columella XII. 38. 4. *et scopulis aridae myrti seria suffricatur.* vbi myrtum siluestrem seu ruscum intelligit.

palmo scirpo] Quoniam iuncus apud veteres scriptores idem sit cum scirpo, Pontedera *scirpo* mutabat in *sparto,* quod iungit reliquis cap. 23. etsi vulgatum exstat etiam in Nonio, qui h. l. laudat in vocabulo *Tegetes,* vbi Editio Parmensis anni 1480. habet *cannabili lino — tegetes quoque fundo sumi non potuerunt.* Codex Guelferbyt. *si quae fiunt — tegetis quaeque fundo s. n. potuerunt.*

Cato] Cap. X et XI. ad quem satis dictum fuit de singulis verbis.

3 *ad multitudinem*] Spurias has duas voces censebat Vrsinus.

4 *torcularia*] Vrsinus malebat *torcula.* Vide ad Caton. XI.

ferreas octo] Furcas ferreas probaui ad Caton. c. 10. 3.

esse sex] In libro vetustissimo Victor. reperit *esse exi;* vnde efficiebat *esse XL.* quem numerum liber Polit. et Vict. habet in Catone; vbi tamen Pontedera XI. satis esse numero operariorum, a Catone posito, censet.

ruscariae]

ruſcariae] Hoc dare voluit Victorius, et, vt ſuſpicor ex nota ad Caton. XI. 4. Geſner.

in vrbe] Vrſinus malebat: *in vrbe dominum, villicum contra ea ruri omnia ſuo quaeque loco poſita.* Sed malim cum Aldina *vrbe dominum et rure vilicum, atque ea omnia ſuo quaeque loco poſita;* etſi *certo* abeſſe poterat melius.

debent eſſe] Verba haec admonente Vrſino incluſit Geſner; Edd. principes omittunt *debent.*

oportet] Deleri voluit Vrſinus.

Cap. XXIII. *Et quoniam*] Vrſinus *et* delet, Schoettgen defendit loco ſimili infra c. 27.

quadripartita] Vide ſupra c. V. 4.

praeter cicer] Plinius XVII. ſ. 46. *Subtilis et illa ſententia, ſerenda ea in tenuiore terra, quae non multo indigent ſucco, vt cytiſus, et, cicere excepto, legumina quae velluntur e terra, non ſubſecantur; vnde et legumina appellata, quia ita leguntur. In pingui autem, quae cibi ſunt maioris, vt olus, triticum, ſiligo, linum.* Ita enim ex correctione Vrſini edidit Harduinus, vbi antea legebatur *et cicer exceptis leguminibus.*

quoque legumen] Intellige *eſt;* alioquin reliqua vacillant. Quod cum auctor Edd. Ba- G. ſenſiſſet, dedit: *ſubſecantur, ſuccum tollunt.*

proſpicientem] Graeca phraſis σπαρτέον — ἀποσκοπούμενον.

cum necdum] Ex lectione librorum optimorum *cum dominus* Popma *cum non nimis,* Salmaſius *quando minus,* Pontedera *donicum* efficiebat. In Catone 146. ſ. 2. ſimiliter donicum a librariis fuit mutatum in *domino cum.* Plinius in eadem re XVII. 9. *antequam ſiliquetur.* Capere radices Plinius, granum Cato dixit.

fabalia] Codex Pol. fabulia infra cap. 31. 4. *fabuli ſeges* eſt. ad quem locum Scaliger Catoni cap. 7. 3. reſtituere voluit *fabulium alarum* pro vulgato *vti ſtabilia mala fiant* ex lectione Codicum. Ex Catone 37. 2. fabalia retulit Plinius XVII. ſect. 6. ex Columella II. 10. 9. idem XVIII. ſect. 12. Fabatia priſco ritu in ſacro eſt diis apud eundem XVIII. ſect. 30. vbi Codices *fabata.* Vincentius *fabacia* habet. *Fabacias virides* Apicius V. c. 6. Fabulos albos Catonis 70. 1. Columella, VI. 4. repetiit, ſed ibi Codices *balbulos erui* alii *balbulos albos* habent. Sunt *fabalia* caules cum foliis, graece χλόη κυάμων qua boues paſcere iubet Ariſtoteles H. A. VIII. 7. cf. infra ad cap. 31.

fructuosa, propter] Haec vitiosa esse sensit auctor Aldinae Iucundus; qui dedit: *fructuosa ab iis, quae sunt propter vol.* Pontedera corrigebat *fructuosa praeter vol.* quem sequor.

diiuncta. Idoneus] Haec vsque ad *sic alia* vna oratione continuanda et copulanda esse censebat Scaliger.

ibi fabam] Polit. *vbi*, atque ita legi volebat Vrsinus.

sic vt — corrudam] Vulgatum *sicut* ex Edd. B. R. correxi propter sequens *et apricis, vt ibi seras violam,* monente Vrsino, quocum mutaui etiam vulgatum *corruda.* Edd. primae habent *corruda non noceat.* Grauius igitur vlcus latere videtur; neque enim corruda eadem est cum asparago, quod lectio vulgaris videtur arguere. Verum licet etiam asparagum interpretari turionem corrudae, quam vmbra arundineti gaudere asserit Cato cap. 6. vbi vide notam. et infra ad cap. 24. 4. Cum et sequentia verba in Edd. primis aliter legantur, suspicor, fuisse olim: *vt corrudam, quod ita non nocent; contra petit asparagus, vt aprica sit terra, vbi seras et violam et hortos facias.*

ea sole] Vrsinus malebat *a sole.*

viendo quid] Hanc lectionem habet etiam Nonius in *viere.* Sed Editio Parmensis 1480. ibi habet: *vt habeam aut minam viendo.* Codex Guelferb. *habeam vt mina inueniendo quod.* Victorius in Codice vetustiore scriptum reperit *vtendo L quid.* vbi literam L varie interpretati sunt viri docti. Pontedera ortam putabat ex reliquiis vocis *aliquid* quam principes Edd. habent. Ceterum malim h. l. *vt vimina, vt habeas vnde* et cet. A viere verbum factum viescere restitui ex libris Columellae XII. 15. 1. Vietus est rugosus, flexuosus per senectutem, mollis, caducus. Seruius ad Aeneid. III. p. 264. ed. Danielis: *lentum vimen molle et flexuosum, vnde et vietos dicimus curuos per senectutem.* Augustinus de Principiis Dialectic. *Via dicitur a flexu, quia flexum velut incurcum vietum veteres dixerunt; vnde vitos, quod cantho ambiantur, rotarum ligna vocant.* Seruii locum correxit Zinzerling Promulsid. cap. 5. Ad Augustini *vitos* facit locus Marii Victorini, laudatus a Scaligero Epistol. 333. Glossae Gr. Lat. *Vitus*, κανθὸς τροχοῦ, laudante Cangio. In Plauti Rudente IV. 3. 51. libri scripti cum Glossis *vitorem* habent pro *vietorum.* Indidem ducuntur *vimina, vitilis, vitis* ipsa, et *vitex.*

vallos] A vanno deriuat cum Scaligero Gesner. In Codicibus quibusdam *qualos* esse monuit Vrsinus.

crates] Ex ligno ſtercorarias crates ex Catone c. X. 3. habet ipſe Varro I. 22. 3.

aucupare] Geſner malebat *aucupere.* recte!

bobus paleas] Vitium loci ſenſit Iucundus. Pontedera ex *paleas* efficiebat *palmam* et ſic legebat: *iuncum, palmam ſpartum.* De reliquis verbis non dixit, quid ſentiret. Ita ſupra cap. 22. 1. *ſic quae fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, ſcirpo, vt funes, reſtes, tegetes.* Nihilo tamen minus probo emendationem Guilandini, legentis: *vnde nectas bobus ſoleas.* Sparteam ſoleam habet Columella VI. 12. 2. et Galenus De Alim. Facult. I. 9. καθάπερ ὁ σπάρτος ὀνομαζόμενός ἐστιν, ἐξ οὗ πλέκουσιν ὑποδήματα τοῖς ὑποζυγίοις. Varro de Liberis educandis apud Nonium p. 234. b. *Non in ſuarum manuum opificio, quibus almo lino quid faciunt aut palma. Nam lib. II. Quaeſtuis cauſſa deridebant ſuas res pueris.* vbi A. Iunius corrigebat: *Nam liberti quaeſtuis — diribunt.* Editio Parmenſis poſteriorem loci partem tantum habet ita: *M. Cato lib. II. Quaeſtuis cauſa* et cet. Mercerius p. 483. ex Codd. poſuit: *Non inſinuarum manu opificio quibus almelino quid faciunt. — nam liberti — deribebant.* Corrige quibus *Cannabi lino quid — diribebant.* In Codice Guelferbyt. eſt *nam lib. u quaeſtuis cauſa deribant* i. e. *libro II.*

lineas] Quid faciam *lineis* neſcio; Aldina: *vnde lineas, reſtes, funes facias, quibus nectas boues.* Sed ad vſum pecorum vix linum ſeri voluit Varro. Forte fuit *vnde lineas veſtes facias.* Sed locum non expedio. Lineae poſſunt etiam eſſe funiculi tenuiores.

eadem alia] ſimul ad alia et diuerſa ferenda interpretatur cum Pontedera Geſner.

deſitis] In libris ſcriptis Victorius reperit *deſſitis*, quod cum Vrſino Pontedera interpretatur diſſitis, per interualla ſeparatis. Scaliger vulgatam interpretabatur depoſitis ſatis.

de ſationibus] Has duas voces ſpurias cenſebat Vrſinus. Catonis locus eſt cap. 6.

Cap. XXIV. Caput hoc temere a praecedente ſeparatum fuiſſe agnouit etiam Geſner cum Pontedera.

conditancam] Cato cap. 7. vnde hoc caput totum eſt tranſlatum, habet *conditiuam — colminianam.* Sed Nonius ex Varrone *conditaneam* habet, monente Vrſino. Scilicet Nonius Mercerii p. 94. habet ex h. l. *conditaneam — puſcam Serginam — colmineam.* Ita etiam editio Pariſ. 1583. niſi quod *Rauſiam* et *Salentinam* habet. Sed Parmenſis 1480. *craſſo et calido oleo conditaneum — ſalentinam, horti: tempus*

caufa Serginam abituram colmineam. vbi latet antiqua fcriptura *horcitem.* Ita fupra c. IV. 2. *horcho* Edd. primae dant pro *orcho* vel orco. In Codice Guelferbyt. poftea fimiliter *oleo condit. — horcitem, puffeam — abicurem* fcriptum reperi.

2. *oportere*] Codex Vrfini *oportet.*

ferendo] Ex Edd. primarum *foecundo* recte Pontedera elicit *ferundo.*

3. *reficitur*] Gefner malebat *conficitur* vel *efficitur.*

exinde] Ad proportionem referri, vt perinde, etiam I. 20. 4. admonuit Gefner.

frons] Charifius ex h. l. laudat: *vlmos ac populos, vnde eft fros.* alia quoque Varronis et Plinii exempla addit, vt doceat, veteres dixiffe *fros* pro *frons.* Igitur et Popma et Pontedera h. l. maluerunt reftitui veterem lectionem. Sed in Nonio Mercerii p. 114. *frons* ex h. l. laudatur; antiqua Parmenfis 1480. habet: *vlmos populos — bobus fit.*

fed hoc] Pontedera monet, rectius abeffe *fed;* aut ab initio omitti debere *quod.*

fine detrimento] Pontedera hoc membrum a praecedentibus maiore diftinctione feparari volebat; contra Gefner poft *ponuntur* inferi malebat *nifi;* vt fententia fit haec: nec in omnibus fundis opus eft fronde vlmorum et populorum, nec, vbi ea opus eft maxime, arbores iftae fine detrimento ponuntur, nifi a feptentrionali plaga, ne calorem folis intercipiant. Equidem hanc Gefneri rationem probo; quia in Pontederae diftinctione non apparet, quid fit illud alterum, quod Catoni apponit Varro. Nifi dicas, Varronem in altera argumento opponere iftud, vt non vbique fronde maxime opus effe dicat, fed materia tamen; itaque eum ob vfum fi ferantur, monet, vt a feptentrionali plaga collocentur. Facilior eft Pontederae ratio; quia alieno non eget adminiculo; igitur eam fecutus fum.

plaga] Edd. primarum *parte* praefert Pontedera.

ille adiicit] Licinius Stolo, qui hucufque locutus fuerat; recte monente Gefnero.

eandem] Vrfinus malebat: *apta effe vtrique eadem.* Temere! Verba Catonis diuerfa funt, fed eadem fententia cap. 6.

Cap. XXV. Caput hoc ex Catone cap. VI. tranflatum eft, vbi de varietate lectionis vide notas.

oftentus] Laudat haec verba Diomedes Grammaticus p. 372. Virgilius Georg. II. 260. *aquiloni oftendere glebas,* Nemefianus 208. *tepidoque oftendere* foli dixit.

Cap.

Cap. XXVI. *obseruant*] Vrsinus malebat *obseruatur.* Praeceptum ipsum habet etiam Columella IV. 16. 2. *isque palus sic ponendus est vt frigorum et aquilonum excipiat violentiam vitemque protegat.* vnde habet Palladius IV. 7. 2. Vide etiam Geoponica V. 22. 3.

ab septentrione] Rectius, vt puto Edd. I. I- G. *ad septentrionem versus.*

cupressos viuas] Columella IV. 26. pedamina teretia vinearum ex lauro et cupresso fieri tradit. et Plinius 17. s. 35. no. 10. Hunc vero vsum cupressorum viuarum pro ridicis satorum nemo praeterea commemorauit. Sed ecce Plinius 16. s. 60. *vtraque autem immittitur in perticas asseresue amputatione ramorum, qui XIII anno denariis singulis veneunt.* quem locum male interpretatur Harduinus. Hanc cupressum puto fuisse vulgarem seu semper virentem Linnaei, alteram contra caeduum in palorum seu pedaminum vsum horizontalem Linn. de quibus dixi ad Caton. 48. et 151.

alternos ordines] Plinius 16. s. 60. *Diti sacra et ideo funebri signo ad domos posita. Femina sterilis diu, metae demum aspectu non repudiata, distinguendis pinorum ordinibus. nunc vero tonsilis facta.* vbi recte emendauit Pintianus: *femina spreta diu,* deinde malebat ex hoc Varronis loco: *vinearum ordinibus.* De altera emendatione dubito cum Harduino; bene enim distinguere ordines pinorum in viridariis dicuntur cupressi, quod fit hodieque.

neque eas] Lectionem librorum *eos* sc. ordines probabat Scaliger, et *imponunt* interpretabatur *interponunt.*

propter eas adserunt] Libri scripti *eos vt adserunt.* quam Scaliger interpretabatur: non esse adserendas tam prope cupressis vites vt vlmis cum maritantur, sed vt cupressos scandant vites, vt in rumpis et traducibus solent. Quam interpretationem repetiit Gesner, etsi plane Varronis verbis contrariam, si pro ridicis quidem viuae cupressi inseruntur vineae. Quare probo egregiam Pontederae emendationem *propter olus* id est, caules, seu brassicam, cuius cum vite inimicitiam post Theophrastum aliosque scriptores tradidit ipse Varro cap. 16. 6. *vt vitis adsita ad olus facere solet.* In verbis *eos vt* vestigium verae lectionis indagauit praeclare vir doctus.

veniat huc] Vrsinus deleri malebat *huc.* Ceterum locum hunc esse lacunosum, monuit Gesner, qui quartum actum intelligi putabat membrum quartum diuisionis, supra I. 5. 4. propositae, de temporibus, in quibus quartum tempus vel gradus (vt loquitur I. 37. 5.) sit legendi, in eoque esse vindemiam.

demiam. de qua cap. 54. praecipitur. Itaque nimis mature fiſcinam et vrnam hoc in loco iam expediri. Praeterea tertiam hanc libri partem a capite 23. ad 26. multo eſſe ceteris negligentius tractatam. Nullum enim verbum legi *de his, quae ad quamque rem ſunt praeparanda*, quod promittitur I. 5. 4. Ex Catone etiam plura fuiſſe inculcata, quam ad rem facere videantur. Ex his argumentis colligit vir doctus, luxatum eſſe hac in parte aut truncatum Varronis librum. Sed incommoda inprimis h. l. erat vulgata lectio, quam Victorius poſuit; antiquam reſtitui, quae magis ad rem pertinet, hac ſententia: deinceps de vindemia tradet.

Cap. XXVII. *Curſus annalis*] Vox *annalis* Vrſino abvndare videtur.

ſationes quaedam] Pol. libri *quae* probo; ita enim oratio diſſoluta vincitur.

glebas — percalefactas] Vrſinus vulgatam plane ineptam ita voluit corrigi, vt legeremus *glebas — percalefactas aptiores fieri — et ad opus faciliores reddi. Neque eant.* Omiſit igitur *relaxatas*, quod ego vocabulum adiungendum cenſeo alteri *percalefactas, et relaxatas.* Cum in Edd. I. I-G. ſit *fieri*, Vrſinus ei lectioni accommodauit ſequens *reddi*, quod de ſuo addidit. Hanc meam rationem probauit etiam ipſe Pontedera; nam altera, quam ille propoſuit, vt *ſegetes* interponeremus et *neque eas* legeremus, longe eſt difficilior, et minus apta. Ceterum *claeuam*, vt eſt in Codd. ſcriptum, deriuat Pontedera a graeco κλᾶν frangere et αἶα pro γαῖα, vt a αἰὼν ſit *aeuum.*

meſſes oportere] Vrſinus omitti maluit *oportere.*

commodiſſime] Pontedera cum Edd. primis hoc vocabulum ad ſequentia refert; contra Vrſinus ſequens *oportere* delendum aut in *opportune* mutandum eſſe cenſet.

Cap. XXVIII. Rationes aſtronomicas et chronologicas, hic traditas, non ſolum non explicauit Geſnerus, ſed etiam contemſit. Itaque quae Pontedera cum in annotationibus prioribus tum in Antiqq. p. 355 ſeqq. accurate ad hunc Varronis locum diſputauit, omnia huc in vſum lectorum tranſlata ſuis locis diſponam. Ante omnia igitur ſcire oportet, Varronem hic ſequi rationem anni, a Iulio Caeſare A. V. 708. ordinati, correctis faſtis; itaque ſcripti eſſe debent hi de re ruſtica libri poſt annum vrbis 708. Ex Euſebii rationibus Vrſinus annum vrbis 717. collegit, eique hos libros aſſignavit. Iuliam rationem aperte reſpexit Varro his verbis: *quae redacta*

redacta ad dies ciuiles noſtros qui nunc ſunt. vbi poſt *ſunt* incidendam eſſe orationem, recte monuit Pontedera.

Numeri, inquit Pontedera, quibus anni tempora et octo anni partes deſcribuntur, in excuſis libris variant. Ienſ. et Bruſch. aeſtatem 95. dies habere oſtendunt; reliquae editiones 94. Autumnum illi 91. diebus conſtare faciunt cum Gryph. Steph. Commel.; contra Aldus Iunt. Gymn. 92. Hiems apud illos 89 dies complectitur, quibus cum Gryph. Steph. Commel. conueniunt; ſed Ald. Iunt. Gymn. 88 hiemi attribuunt. Quare anni ſumma apud Ienſon. et Bruſch. 366 dies ſit, apud alios, vt rationi eſt conſentaneum, 365. Item anni partes octo apud Ienſ. et Bruſch. perperam recenſentur; quarum ſumma eſt dies 361 cum eſſe debeant 365. quot Aldus eumque ſecuti Editores ponunt. Gryphii quoque Commel. et Steph. editiones vitioſae, ex quibus colligitur ſumma 362. Vaticanorum porro Codicum lectiones praetermitto; ſunt enim omnium mendoſiſſimae.

Ipſam anni Iulii ordinationem ita exponit Pontedera Antiqq. p. 353. tabulaque etiam appoſita illuſtrauit quam huc tranſlatam volui in vſum lectorum. Temporibus, inquit, in antiquam rationem redactis, admonitus Caeſar, male anni cardines in octauis ſignorum partibus conſtitui et haberi, qui ad primas ſpectant, cum ab inueterata Italica et romana conſuetudine recedere nollet, cardines quidem ad ſignorum principia traduxit, ſed ſigna ad ſuperiora ita protuſit, vt bruma et ſolſtitium atque vtrumque aequinoctium in partibus octauis eſſent. Id vero ita praeſtitit, diebus XIV. quibus romanus annus a ſole ſubſidebat, per menſes digeſtis: primum duobus Decembri annexis, bruma a Cal. Ianuariis ad III Cal. eaſdem traducitur; ſubinde totidem Ianuario datis, ad V Cal. mox IV cumulato Februario, ad IX. A quo principio annus ſolaris exordium capit. Quanquam autem ab a. d. IX Cal. Ianuar. ad Calendas eaſdem dies eſt nonus, non octauus, hanc tamen ſedem Aegyptiam maluit Caeſar aut Soſigenes. Quod emendauit deinde Auguſtus atque annum Italo coelo accommodauit, in a. d. VIII Cal. Ianuar. retracta bruma, vt poſtea oſtendam. Interea Caeſaris tabulam retineamus. XVI Cal. Ianuar. ſol in Capricornum introitum habet, et die octauo poſt bruma, vt dixi, collocata. Cumque aequinoctium vernum anno II Pompilio IX Cal. April. conficeretur, diebus a bruma XC, id eſt retentum. Nono autem die tradito Aprili, ſolſtitium, quod eo anno veteri in a. d. IV Cal. Quint. incidebat, pridie eius diei fixit, vt dies XCIV inter ſolſtitium et aequinoctium primum

mum conuenirent. Ita factum eſt, vt, cum decimo die Iunium amplificaſſet, VI Cal. Quint. annotaretur ſolſtitium. Tum diem vndecimum et duodecimum Sextili adiecit et tertium decimum Septembri. Quare, vt dies XCII inter ſolſtitium autumnique aequinoctium ſeruentur, aequinoctium a Cal. Octobr. per quinque dies contrahitur, ſiſtiturque VI Cal. Octobr. Superſunt in brumam dies XXCIX, decimo quarto intercalario die Nouembri conceſſo. Ne vero inueterata Mercedino menſe ſoluendi nomina conſuetudo omnino tolleretur, quatuordecim Mercedini diebus per annum diſpoſitis, alios Caeſar ſubſtituit, *Mercedonioſque* vocauit, vt in antiquis faſtis excuſum videmus. Sex enim menſi Quintili attribuuntur, ſignanturque *Merk.* videlicet prid. Id. Quint. XVII. XVI. XV. XIV. XIII. Cal. Sextil. quatuor Septembri XII. XI. X. IX. Cal. Octobr. totidemque Nouembri XIV, XIII, XII. Cal. Decembr. nam extremus, qui XI. Cal. eaſdem notabatur, vel aeuo de marmore extritus eſt, vel ab operis exſcribendo praetermiſſus. Quos dies Tertullianus libro, quem de Idololatria edidit, deſcribit; et quoſdam Chriſtianos, quaſi ſuperſtitioni addictos, obiurgat, quod dies ſoluendis nominibus atque exigendis inſignes obſeruarent.

tertius et viceſimus] Et tamen Florentinus in Geopon. I. 1. ex h. l. retulit. *ἡλίȣ ἐν ὑδροχόῳ ὄντος καὶ τριῶν ἢ πέντε μοιρῶν γενομένȣ, τȣτέστι τρεῖς ἢ πέντε ἡμέρας ἐν τῷ ζωδίῳ ἔχοντος.* vbi eſſe debet *τριῶν καὶ εἴκοσι.* Similiter vitiatus Plinius, vbi vere aperiri ait nauigantibus maria, *cuius in principio Fauonii hibernum coelum molliunt, ſole Aquarii XXV obtinente partem.*

aeſtiui ex a. d. VII Idus] Hunc numerum ex Edd. primis reſtitui monente Pontedera. Sic etiam initium aeſtatis ponitur ſine varietate in Columella XI. 2. ſ. 39. Male iterum Florentinus ex noſtro refert: *συμπληρȣ̃σθαι τὸ ἔαρ εἰς νόνας μαΐας, θέρος δ᾽ ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν μαΐων, τȣ̃ ἡλίȣ ἐν ταύρῳ ὄντος.*

autumnales ex a. d. III Id.] Hunc numerum recte poſuit Aldus quem ex rationibus Pontederae reduxi. Hiemis initium Aldus iterum vitiauit, verum habent Edd. primae. quod ex Sangerm. reſtitui Columellae XI. 2. ſect. 84. Florentinus ex noſtro: *θέρος πληρȣ̃σθαι εἰς τὴν πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν αὐγȣ́στων. ἔτι δὲ μετόπωρον ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς πρὸ ἓξ εἰδῶν αὐγȣ́στων, ἡλίȣ ὄντος ἐν λέοντι.* Verum numerum ſeruauit Plinius, vitioſum tamen ſect. 69. no. 4. et Columella XI. 2. ſ. 57. vbi vide notam. Ceterum *autumnalis* malebat Pontedera, ad *temporis* referens. Formulam *ex a. d.* in primis Edd.

Edd. obſcuratam primus h. l. ex Codd. reſtituit Victorius ad Ciceron. Epiſt. ad Diu. VIII. 8. et in Caſtigat. ſuarum Explicat. p. 636.

quaedam ſunt] Pontedera malebat *quidem;* equidem lectionem antiquam reſtitui. Vulgata enim nullo modo ferri poſſe mihi videbatur.

in partes VIII] Interualla haec octo quanquam in Graecis ſcriptoribus nondum a me obſeruata, ab iiſdem tamen tranſlata eſſe a Varrone ſuſpicor. Vulgaris enim antiquiſſimis iam temporibus Graeciae fuit anni diuiſio in ſeptem partes facta et rationibus rei ruſticae praecipue accommodata, quam commemorauit et ſecutus eſt Hippocrates in Libro de Hebdomadibus, copioſius autem interpretatus eſt Galenus initio Commentariorum in Epidemic. Hippocratis, cuius locum poſuit etiam Mercurialis V. Lect. I. p. 30. Ver (ἔαρ) inchoabant ab aequinoctio vſque ad exortum Pleiadum; ab hoc aeſtas (θέρος) erat ad canis ortum; a cane vſque ad Arcturi exortum ὀπώρα durabat; (ἄχρι μὲν ἐπιτολῆς τȣ̃ κυνὸς ἐκτείνȣσι τὸ θέρος, ἐντεῦθεν δὲ μέχρις ἀρκτȣ́ρȣ τὴν ὀπώραν verbo ſunt Galeni.) dehinc ſequebatur φθινόπωρον vel μετόπωρον vſque ad Pleiadum occaſum. Hiemem in tres partes diuidebant, cuius mediam (τὸν περὶ τὰς τροπὰς χρόνον) circa brumam tempus χειμῶνα proprie vocabant, priorem, autumno continuam, σπορητὸν, quaſi ſementiuum tempus, tertiam φυταλιὰν appellatam fuiſſe apparet a plantatione. Poſtremum hoc tempus idem eſt, quod Varro primum poſuit interuallum inter Fauonium et aequinoctium vernum, vbi ſeminaria et ſalicta ſeruntur, putantur, vites ablaqueantur. Hoc tempus Graeci hiberno, Romani verno attribuebant. Alterum interuallum ab aequinoctio ad Vergiliarum exortum Graeci ἔαρ vocabant; tertium dehinc interuallum ad Caniculae exortum Graeci θέρος appellabant, Romani vero in duas partes diuidebant, quarum priorem ad ſolſtitium perducebant, alteram ad Caniculae ſignum. Quintum Varronis interuallum vſque ad aequinoctium autumnale deſcribit Varro, Graeci vero ὀπώραν a Canicula ad Arcturi exortum definiebant. Sextum interuallum Varronis, vſque ad Vergiliarum occaſum decurrens, Graecorum μετόπωρον et φθινόπωρον complectitur. Septimum, ad brumam vſque durans, Graecis σπορητὸς vocabatur; octauum, Fauonio concluſum a Varrone, Graecorum χειμῶνα ſeu hiemem definit. Vides igitur, Graecorum diſciplinam a romana nulla alia re diſcrepare, niſi quod Varro aeſtatem in duas partes diuiſit, atque ita ſeptenarium Graecorum numerum vno auxit. Σπορητὸν apte

apte Graeci dixerunt, quoniam poſt brumam niſi quae neceſſaria cauſa coegerit, non ſerere cenſebat etiam Varro I. c. 34. Ceterum hoc quaſi rudimentum ephemeridis ruſticae fuit, quam deinde Columella curioſius per menſes dieſque expoliuit, ita, vt demum Palladius omnem ruſticam diſciplinam per menſes digereret, cui ſimilem rationem Geoponica habent; ſed recentioris aetatis ea pars libri videtur eſſe. Haec temporum (ὡρῶν) interualla cum diſciplina ruſtica, in tot partes deſcripta, Varro I. 36. villicum iubet ſcripta et propoſita in villa habere, ne quid operis omitteretur ſuo tempore.

vernum dies XLV.] Hunc numerum poſtulabat Iulii anni ratio. XV. enim Cal. Mart. ſol in piſces tranſitum facit, et XVI. Cal. April. in arietem. IX. igitur Cal. April. aequinoctium vernum in octaua Arietis parte diebus XC. a bruma. Quod ſpatium aequo diſcrimine per ver ſeparatur. Igitur recte Varro deinceps *a bruma ad fauonium dies XLV.* Priorem hunc numerum librarii vitiarunt.

Vergiliarum exortum dies XLVI.] Hunc numerum verum eſſe, demonſtrant rationes, a Pontedera deductae: igitur veterem XLIV. correxi. Ceterum Plinius ait, Robigalia a Varrone determinari, ſole tauri partem decimam obtinente, et Floralia, decimam quartam. At a tauri principio ad Robigalia diem nonum, ad Floralia decimum ſecundum haberi, monet Pontedera. Contra Pfaff de Ortibus et Occaſibus Siderum Goetting. 1786. p. 48. monuit, vulgarem numerum cum Euctaemonis aeuo et coelo graeco conuenire. At quid haec ad annum Iulium, quem Varro ſequitur? Scilicet et ſero Pfaffius librum Pontederae inſpexerat, vt ipſe p. 76. fatetur, nec omnino anni Iulii, Auguſtei vel veteris romani rationes chronologicas et diſcrimina curauit, aſtronomicae veritati vni intentus. Hinc eius diſſenſus a Pontedera nullum plane in hac critica diſputatione poteſt habere momentum.

Caniculae — dies XXIV.] Hunc numerum poſui cum Pontedera. Solſtitium enim anni Iulii eſt VI. Cal. Quint. Canicula mane oritur XIII. Cal. Sextiles. Columella IX. c. 14. ſ. 5. *peracto ſolſtitio vſque ad ortum caniculae, qui fere dies triginta ſunt.* vbi numerus pariter vitioſus; minus in Plinio, qui caniculam diebus XXIII. a ſolſtitio prodire ait. vbi tamen Germanici antiquus interpres verum numerum XXIV. ex Codice ſuo Plinii poſuit, monente Pontedera.

autumnale dies LXVIII.] Vulgarem numerum LXVII. cum Pontedera correxi. In octaua enim librae parte VI. Cal. Octobr.

Octobr. autumnale aequinoctium confici, docet p. 360. Auguſtus deinde appoſuit ad V Cal. Octobr. Ceterum ex Chariſio monet Pontedera, in Varrone hic et infra cap. 34 et 35. *autumnal* reſtituendum eſſe.

Vergiliarum occaſum dies XLV.] Hunc numerum reſtituit Pontedera in Antiqq. p. 362. in Annotatione ad h. l. Geſnerus numerum XLIV. prodidit. Contra Pfaff p. 48. monuit, antiquum numerum XXXII. aeuo Iulio et coelo romano proxime conuenire, oppoſuitque locum Columellae II. 8. 2. vbi vide notam.

ad brumam dies XLIV.] Hunc numerum vulgato LVII. ſubſtitui cum Pontedera. Quomodo enim Varro potuiſſet antea hiemi dies XXCIX. aſſignare, quae occupat interuallum inter Vergiliarum occaſum matutinum et Fauonium.

Cap. XXIX. *inprimis*] Ex librorum lectione *putari in pratis* Scaliger h. l. legi volebat: *putari, circum v. abl. vipretas radices, quae — praecidi.* Popma inde efficiebat *in paratis*, vineis intelligens. Pontedera, improbata Scaligeri emendatione, vulgatam lectionem egregie tuebatur; ſed deinde in Curis ſecundis ex lectione antiqua efficiebat *putari imputata*, vel *putari in pratis* dictum putat pro *prata purgari.* Equidem vulgatam teneo, et vinearum vel adeo ſeminariorum putationem intelligo. *Dickſon* II. p. 304. corrigebat: *vt ſerantur parari in primis* ad ſeminaria referens. Pontedera in Curis ſec. verba Polit. *putura in pratis* gloſſam eſſe cenſebat verborum: *purgari prati.*

ſeges] In Edd. primis eſt: *Seges dicitur quod aratum, ſed necdum ſatum eſt. Noualis* etc. reliquis omiſſis atque ita arguere videntur, ſegetem eſſe aruum, nondum ſatum; quod innuit etiam locus infra c. 69. vbi eſt de farre promendo ad ſationem: *cum ſegetes maturae ſunt ad accipiendum.* Multa praeterea ſcriptorum loca congeſſit Pontedera, vt doceret, *ſegetem* dici agrum, qui vel ad ſurculos vel ad fruges vel ad vtrumque accipiendum praeparetur; nunquam vero *ſegetem* dictam fuiſſe agrum aratum et ſatum. Fruges etiam ipſas *ſegetem* dici, res nota eſt. Solus ſupereſt Feſti locus: *Seges dicitur ea pars agri, quae arata et conſita eſt, a ſerendo videlicet.* quem vitioſum eſſe pronunciat Pontedera. Pontederae in ſententiam facilis conceſſit Geſner, quod a me ipſe impetrare nondum potui. In loco enim Varronis I. 50. verba *ſtramenta relinquunt in ſegete, vt tollantur in aceruum,* item eodem loco reliqua: *et ſtramenta ſtantia in ſegete relinquit vt poſtea ſubſecentur*, quid aliud ſignificant, niſi agrum,

 frugi-

frugibus confitum et iam demeffum? Quod qui negare potuerit Pontedera, ipfum hunc locum afferens, equidem plane non video. Permanfit tamen vir doctus in fua fententia, et in Curis fecundis h. legi maluit *quod aratum fatui eft*. Ego vero fegetem dici cenfeo agrum, ad frumenta et furculos praeparatum, fed etiam frugibus confitum, denique ipfas fruges, auctoremque ipfum Varronem et Feftum fequor. Dubius eft locus Attii apud Nonium in *Seges: quod beneficium haud in fterili fegete rex te obfeffe intelligis.* Alterum Attii locum, in Oenomao a Voffio proditum, ita corrigit Pontedera:

Cum e fomno in fegetem agreftis — cornutos cient
Vt rorulentas terras terant ferro infidas
Profcindant glebas aruoque molli excitent.

Infidas enim a verbo findere deriuat, vnde bifidus et fimilia; terere interpretatur arare, vnde boues funt *triones*.

Aruum] Operofe docuit Pontedera, aruum dici agrum feu terram nec aratam nec fatam, deinde terram et *aratam et confitam* frugibus vel furculis, denique terram aratam, fed nondum fatam. Atque inde concludere conatur, arui nomine contineri etiam agrum noualem, itaque verba *aruum — fatum eft* e margine in orationem Varronis temere illata fuiffe. Scilicet vt priori fententiae fuae et lectioni primarum Edd. fuppetias ferret, tam ftrenue in his duobus vocabulis argutatur vir egregius. Sed meminiffe lectorem oportet, Varronem voces rufticas fingulas perfequi, et etymologias captare, quibus accommodare folet fignificationes, quafcunque vfu vulgaris fermonis receptas reperiffet, vel adeo a re ruftica vel loco alienas, aut non vfquequaque veras. Ceterum Seruius ad Georgic. I. ita: *Omnis ager, vt Varro docet, quadrifariam diuiditur. Aut enim aruus eft ager, id eft, fationalis aut confitus, id eft aptus arboribus, aut pafcuus, qui herbis tantum aut animalibus vacat, aut floreus, in quo funt horti, apibus congruentes et floribus.* Quae repetiit Ifidorus XV. 13. Plautus Trucul. I. 2. verf. 47. *non aruus hic, fed pafcuus eft ager; fi arationes habituris, qui arari folent, ad pueros ire melius.*

renouetur] Vrfinus malebat *renouetur rurfum. Terram.* Gefner *renouaretur*. Sed male hic fecundam arationem interpretatur, iterationem a rufticis dictam, eaque in nouali opus non effe ait. Noualem dicit Varro, vbi antea fatum fuit, antequam tertio anno iterum aretur et feratur. Dum etymologiam confectatur Varro, in obfcuritatem faepe incidit.

excita-

excitari] Quae vulgo deinceps leguntur *cum iteratur, offringere vocant* recte cum Vrſino et Pontedera damnauit adeoque incluſit Geſner. Sed fieri etiam poteſt, vt in his verbis lateat alia Varronis annotatio, vbi dixerit offringere terram dici etiam *iterare.* Feſtus offringi terram ait, cum iterum tranſuerſo ſulco aratur.

(boues) lirare] Recte auctore Vrſino *boues* damnauit h. l. et incluſit Geſner. Praeterea Vrſinus malebat *dicunt.* Recte! Lira dicitur tabella, aratro addita, qua ſatum *lirari, in liram redigi, liratim ſeri* dicitur. Columella II. 4. 8. de pingui campo, qui diutius aquam continet: *in liram ſatum redigitur. Liras autem ruſtici vocant eaſdem porcas, cum ſic aratum eſt, vt inter duos latius diſtantes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis praebeat.* Idem ſect. 11. de gracili cliuo: *neque in lira, ſed ſub ſulco talis ager ſeminandus eſt.* Idem II. 8. ſ. 3. *locis vliginoſis atque exilibus aut frigidis aut etiam opacis — cauebitur tamen, vt patentes liras crebroſque ſulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, et omnem humorem in collicias, atque inde extra ſegetes derivemus.* Denique XI. 3. 20. *vlpicum — liratim ſeri debet, vt in puluinis poſitae* (ſpicae) *minus infeſtentur hiemis aquis. Eſt autem lira ſimilis ei porcae, quam in ſationibus campeſtribus ruſtici faciunt, vt vliginem vitent; ſed haec in hortis minor eſt facienda — ſulci lirarum inter ſe diſtent ſemipedali ſpatio.* Lira igitur dicitur etiam porca in agricultura, puluinus in horto; ſpatia eius latiora in agro quam in horto ſulcis vtrinque ſeparantur, quos quidam elices vocabant, quia aquas eliciebant et deducebant agro. Denique lira fit ſolum in agro campeſtri atque vliginoſa, qui *lirari, liratim* vel *in lira ſeminari* dicitur. Contra gracilis et ſiccus ager non liratur, nec in lira, ſed ſub ſulco ſeminatur. Haec meminiſſe lectorem vbique oportet in legendis his ſcriptoribus. Ex Varrone Seruius habere videtur ad Georg. I. 97. *cum primum agri arantur, quando duri ſunt, proſcindi dicuntur, quando iterantur, obfringi, cum tertiantur, lirari.* Supereſt locus Columellae XI. 2. ſect. 46. *ſi facilis eſt terra — lirantur vna iugera quatuor, cum in ſubacta iam terra latiores porcae ſulcantur.* vbi verba poſtrema ex gloſſa orta vel loco ſuo mota eſſe ſuſpicabatur Geſner; igitur incluſerat. Contra Dickſon I. p. 510. defendebat ea ratione, vt his verbis diceret edi cauſam, cur tot iugera lirari vna opera poſſint, cum pluribus proſcindatur vnum iugerum. Itaque vertebat: *the land beeing in its nature free and well reduced by ploughings, allow broader ridges to be made than otherwiſe*

would be proper. Vim totius ſententiae vir doctus quaeſiuit in vocabulo *latiores:* ſed errauit; ita enim deinceps eſſe debebat *ſulcentur* non *ſulcantur.* Igitur ſimpliciter voluit Columella lirationis opus interpretari; ſulcare porcam eſt ſulco includere et diuidere porcam. Sulcos interdum cum liris permutant ſcriptores. Ita Palladius I. 43. *Aratra ſimplicia, vel ſi plana regio permittit, aurita, quibus poſſint contra ſtationes humoris hiberni ſata celſiore ſulco tolli.* Sunt aures in aratro tabulae a Varrone dictae. Virgilius aratro ſuo I. 172. binas aures et duplici dorſo dentalia aptat; et Varro tabulas cum dicit, geminas intelligere videtur. Contra Plinius 18. ſ. 49. no. 3. de iteratione: *haec quoque, vbi conſuetudo patitur, crate dentata vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operiente ſemina; vnde primum appellata deliratio eſt.* De quo loco deinde accuratius dicam. Cato c. 135. aratra romanica dicere videtur aurita, in terra valida adhibenda. campanica, in terra pulla et leui. In loco Palladii corrigere malim: *ſimplicia vel plana, ſi regio permittit; aurita* etc. Nam ſimplicia in omni regione plana non poſſunt adhiberi, ſed in ſicca et leui ſolum. Adiuuat coniecturam locus Tozzetti ſull' agricolt. Toſcana p. 101. *Altri vomeri ſono piani per i terreni docili, e ſi chiamano Vangheggie o Vangheggiole, altri con gli orechi per i terreni groſſi e ſaſſoſi, e ſi chiamano Bomberi.* Imporcare dixit Columella eodem ſenſu, quo in liras reuocare II. 10. 6. de faba: *proſciſſam in liram reuocabimus, occabimuſque, quo altius largiore humo contegatur — ſemen inarabimus, imporcatumque occabimus: quamuis ſint, qui negent — occari fabam, quia extantes glebae a gelicidiis adhuc eam teneram vindicent.* vbi Palladius Nouembri I. ſulcare dixit iterum pro lirare et imporcare. Vſum imporcationis docet etiam locus Columellae XI. 3. 44. *in locis ſiccis partibus ſulcorum imis diſponenda ſunt ſemina, vt tanquam in alueolis maneant, at vliginoſis e contrario in ſummo porcae dorſo collocanda, ne humore nimio laedantur.* vbi Palladius rurſus: *in ſummitate ſulcorum* dixit. Satis bene vſum lirationis et diuerſitatem docuit Dickſon I. p. 512 ſeqq. niſi quod ſiccum etiam agrum aratro aurito exaratum fuiſſe falſo poſuit. Nomen porcae Itali hodieque retinent. Graeci σφύρας dixerunt; Pollux enim σφῦραν interpretatur τὸ μεταξὺ τῶν ἀνηροσμένων ἀνέχον, καὶ ὑποσφυρεῖσθαι οἱ ποιηταὶ τὸ ὑπαρῶσαι λέγουσι. quem locum iam olim recte interpretatus eſt Conr. Geſner in Sue p. 1022. Tabulas, aratro additas, Britanni *Mold boards*, noſtrates *Streichbretter*, vocant. Agrum in liram redigere Franconiae ruſtici dicunt *ſtreichen auf die Beet*,

Beet, ſulcare vero *ſtreichen in die Furche;* rationem arandi hanc egregie explicuit *Hofmann* in Frankiſchen Sammlungen III. p. 350. Ceterum Plinius h. l. Varronis reſpexiſſe videtur 18. ſ. 49. no. 3. vbi Dalecamp. malebat legi *aratro adnexa, operiente ſemina, quod vocant lirare.* Ante Harduinum erat *operientes ſemina*, quae verba aduenticia eſſe cenſebat Pintianus. Equidem Daleeampio aſſentior. Sed ipſius capitis initium inſpiciamus: *Aratione per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur, vbi res poſcit, crate vel raſtro, et ſato ſemine iteratio. Haec quoque vbi conſuetudo patitur crate dentata vel tabula* etc. Nihil hic libri variant, niſi quod Pintiani et Chifflet. Codex *contenta* habet, quod in *contexta* mutat Pintianus. Sed vulgata bene habet, vt docebo ad Colum. II. 9. 4. vbi glebas ſarculis reſoluit Columella et crate inducta coaequat, grumoſque, quos ad verſuram crates tractae facere ſolent, diſſipat. Crates igitur iacto ſemine inducitur ibi et in locis Plinii illuc apponendis. Interdum ager tertiatus occabatur, deinde conſeritur, poſtea ſemina raſtris obruuntur. Vide mox ad cap. 31. 1. Sariri terra dicitur raſtris ligneis vel ferreis quadridentibus, aut ſarculis, a ſariendo dictis, auctore Varrone L. L. IV. p. 33. Saritio fit, poſtquam ſeges germen et radices egit. Vide ad Colum. II. 12. hic vero apud Varronem ſartores occant, id eſt, glebas grandiores concidunt et ſemina operiunt ſtatim poſt ſationem. Videtur igitur Varro dicere occationem, quae fit ſarculo eodem, quo ſarritio, non crate dentata; quam ipſam occam fuiſſe dictam, ex Vegetio cognoſcimus. Hinc patere puto vitium in loco Plinii, vbi iteratio fieri dicitur iacto ſemine. Iteratio ſequitur proſciſſionem, iterationem tertiatio. Igitur locum ſic corrigo: *per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur, vbi res poſcit, crate vel raſtro, et ſato ſemine iteratur haec quoque, vbi conſuetudo patitur crate dentata vel tabula adnexa.* — Ceterum aratra aurita Palladii cum loco Varronis recte comparauit etiam Dickſon I. p. 378.

lacunam] Vrſinus in Codice ſuo deeſſe *lacunam* monuit, ideoque gloſſam eſſe cenſuit; quem ſequitur Popma. Contra Pontedera vocem *ſtriam* ſuſpectam habuit, aut mutandum cenſuit ex Nonio in *inſtriam*, interpretatus *lacunam inſtriam*, ſulcum perpetuum, qui ſtriis priuatur. Geſnero Varro videtur oppoſita ſibi vocabula coniunxiſſe, vt *ruta caeſa, emtio, venditio* et ſimilia. Proprie enim ſtria eſt pars elata, lacuna vero caua. Locus Nonii eſt I. 305. vbi ex h. l. laudat: *Qua aratrum vomere lacunam iſtriam fecit, ſulcus*

 voca-

vocatur: quod eſt inter duos ſulcos, elata terra dicitur porca, quod ea ſeges frumentum porrigit. Stria alibi ſtriga dicitur in arando et metiendo agro. Vide ad Colum. II. 19. 2. Varro apud Nonium in *porca: non vides in publica noſtra taberna, qua populus ambulando perinde, vt in arato porcas facit?* Idem ibidem: *in pauimento non audes facere lacunam, at in humo calceos facis elixos.* vbi vtraque Mercerii Editio habet: *non vides in publica nocte te tabernas — porcas reddit?* poſterior etiam peius *aratro* dedit. Poſui correctionem Scaligeri, ni fallor.

ſeges — porricit] Segetem h. l. pro terra ſata dictum eſſe, et *porrigit* lectionem Edd. primarum damnandam monuit Vrſinus, allato loco Macrobii III. 2. et Feſti, qui ita tradit: *Porcas, quae inter duos ſulcos fiunt, ait Varro dici, quod porrigant frumentum.* Sed idem aliam aſſert etymologiam: *porcae appellantur rari ſulci, qui ducuntur aquae deriuandae gratia, dicti quod porcant, id eſt, prohibent aquam frumentis nocere; nam crebriores ſulci limi* (alio lectio *lumi* habet) *vocantur.* Ibi Vrſinus *lirae* ſubſtitui voluit *limi.* Nonius in loco ſupra laudato aliam praeterea ponit originem: *porcae ſunt ſigna ſulcorum, quae vltra ſe iaci ſemina prohibeant: porcere enim prohibere ſaepius legimus.* De ſulco aquario porcam dici, ex Alfeno in Legem 24. Dig. de aqua, docet Vrſinus; ibi enim eſt: *vicinus loci ſuperioris ita arabat, vt per ſulcos itemque porcas aqua ad inferiorem veniret.* Hos ſulcos graece ἕλικας dici vult ex Feſto in *Helices.* Sed apud Feſtum *elices* recte dicuntur. De graeco *porcarum* vocabulo diuerſo vide ad Columell. II, 2.

Cap. XXX. *boues terram proſcindere*] Recte monet Vrſinus, eſſe debere omiſſo vocabulo *boues,* quod aliunde irrepſit, *terram proſcindi.*

prata defendi] a paſtione, vt infra dicit cap. 37. 5.

fieri oportuerat] Malim: *tempore oportuerat, et non ſunt abſoluta, fieri.* Vrſinus corrigebat *ſeri.*

antequam] Vulgo haec leguntur ſic diſtincta: *abſoluta,* antequam — *incipiant, fieri.* Quaſi haec omnia copulanda ſint cum ſuperioribus *quae ſuperiore tempore fieri oportuerat.* In Edd. primis eſt *fiant* pro *fieri.* Sed ita intermedia verba *antequam — incipiant,* quo referantur, non habent. Ea vero eſſe de arboribus ſerendis, ſequentia docent. Miror Interpretes omnes tacere. Mihi *fieri* interim in *ſeri* mutare viſum eſt, quanquam plura excidiſſe puto, et *fieri* forte ex h. l. retrahendum eſt ad ſuperiora, eiuſque loco reponenda

haec;

haec: *arbores ſeri.* Sed nunc demum video, Vrſinum *ſeri* voluiſſe ſcribi, probante Geſnero.

mittere] Peſſime Victorius lectionem antiquam mutavit in *amittere*, cum deberet *emittere*. Deinceps lectionem eam dedi, quam manifeſto praeferunt Edd. primae, obſcurius autem Codices Victorii. Vulgatam lectionem nullus Interpretum tetigit, nedum explicauit, niſi quod Pontedera antiquum *mittere* et deinceps *idonea* reſtitui malebat. *Mittere* interpretatur amittere et reparare vere; de ſemper frondentibus enim ſequi ſtatim ait: *Oleam ſeri* etc.

Cap. XXXI. *occidunt*] Pontedera malebat *occaedunt*, ſcriptura antiqua, quia ſic facilior et probabilior fiat etymologia. Cicero de Senectute cap. 15. ab occaecando deriuat occationem, atque alii apud Nonium. Hinc occare arbores ablaqueatas dixit Palladius Maio 4. quod ipſe operire interpretatur. Tertiatus ager et conſitus plerumque occabatur, vt glebis confractis altiore humo ſemina tegerentur. Sed interdum, vt in medicae ſatione ager tertiatus prius occatur, deinde conſeritur, poſtea raſtris ſemina obruuntur. Vide Columell. II. 11. ſect. 4. Occatio in agro humido, denſo et pingui, cratitio in ſicco et leui locum habuit. In ſegete non adeo lata occari poſſe, monet Varro ſupra c. 29. vbi eſt *per ſaritores occare ſolent.* quanquam ſarritio eſt diuerſa ab occatione. Vide ibi notam.

a ſciente] De pampinatione vide ad Caton. 33. 4. et Columellam IV. 6 et 27. vbi Theophraſti locum ſimul appoſui. Graeci pampinationem κλάσιν et βλαστολογίαν dicunt. Male Iſidorus XVII. 5. *Pampinus eſt folium, cuius ſubſidio vitis a frigore vel ardore defenditur, atque aduerſus omnem iniuriam munitur. Qui ideo alicubi interciſus eſt, vt et ſolem ad maturitatem fructus admittat, et vmbram faciat. Et dictus pampinus, quod de palmite pendeat.* Nonius p. 93. Mercerii: *caulem vitis robur. Varro de Re ruſtica. quem dicimus caulem. Ex ſarmento caules, qui nati ſunt de his, qui plurimum valent, primum ac ſecundum* etc. Editio Pariſ. 1583. *de iis plurimum valent.* Sed editio Parmenſis 1480. *de his qui plurimum — nonnunquam et tertium.* Varronem pampinum genere foemineo dixiſſe, tradit Seruius ad Eclog. VII. 58. Exemplum Claudiani XXXI. verſu 5. annotauit Geſneri Theſ. L. L. Alterum exſtat in eodem XXIV. 367. Ex *ſarpa, ſarpere*, de quibus vocabulis dixi ad Caton. XI. 4. deriuant *ſarmentum*, quod tamen Creſcentii antiqua mea vbique ſcribit ſermentum, quaſi a *ſerere* ductum. In Plauti Mo-

ſtell. V. 2. verſu 65. *ſarmen* pro *ſarmenta*, quod antea legebatur, poſuit I. Fr. Gronouius, atque id in Excerptis Codd. Camerariorum ſcriptum liquido teſtatur. Addit ex alio *Sarnem*, ex principe Veneta *carnem*. Equidem in Veneta 1495. *carnem* reperio; ſed in Veneta 1511. eſt *ſarmenta*, vbi tamen Vallae annotatio *ſarmen* pro *ſarmento* interpretatur.

e terra exeat] Vrſino voces *e terra* ſpuriae videbantur; immerito Veteres ſcilicet agricolae primi anni incrementa malleoli intacta relinquebant, poſt biennium omnem ſuperficiem ſolo tenus amputabant, vt e duro pullularet, teſte Columella IV. 11. qui vitem ita ad terram decidi ait, ſeu vt libri meliores habent, *a terra*. Hinc e terra exire h. l. dicitur vitis, ſolo tenus amputata.

Eiuncidum] Ita pro *euincidum*, *emucidum* Edd. reliquarum dedit Victorius ex libris ſuis. Pontedera probabat *iuncidum*, quod Gryphiana habet. Scripturam vero, a Victorio poſitam, repetit ab antiqua orthographia, vbi *eitur*, *eidem*, *quei*, *poſeiui* et alia ſimiliter dicebant. Infra II. 10. 8. mulieres eiuncidas reſtituit ſimiliter Victorius, vbi libri habent *lenuncidas*, *lenimucidas*. Plinius 17. ſ. 35. no. 9. de viuiradice vitis putanda! *alias feſtinatione pariendi gracilis et eiuncida, ni cohibeatur caſtigatione tali, in foetum exeat tota.* Ita ex MStis libris emendauit Harduinus vulgatum *emucida*. Idem ſect. eadem no. 14. *vitis antequam ſeptimum annum a ſurculo compleat, euocata ad fructum eiunceſcit et moritur.* Ita ex MStis iterum Harduinus edidit pro vulgato *euaneſcit*. Inde apparet origo erroris in Columella de Arboribus c. 17. *quae in proceritatem extenduntur, euanidae fiunt, parumque fructus ferunt.* vbi ſimiliter legendum eſt *eiuncidae* fiunt.

maiorem etiam] Geſner malebat: *maiorem, vnde etiam.* Pontedera: *maiorem enim, vnde* — *flatu flabellum ſimiliter ac flagellum.*

venti flatu] Iſidorus 17. 5. *ſummitates vitium et fruticum flagella nuncupantur, eo quod flatu agitentur.* Deinde *palmes vitis materia mollis, quia per nouella brachia emiſſus fructum affert.* Ceterum rectius Feſtus: *palmites vitium ſarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas quaſi digitos edunt.* Galli flagellum vitis vacant *flèche.*

exin mutatis] Victorius ait, parua licentia ſe vſum, ita ex ingenio correxiſſe vulgatum antea *ex immutatis*. Scilicet in Polit. libris erat *exinmutatis*. Paulo antea *pariendas* vulgatum ex Edd. I. B. Br. R. A. Ba. G. correxi.

Ex

Ex altera parte] Restitui lectionem, a Victorio in libris repertam ex parte; totam probat Scaliger. Itaque libri Polit. ita habent scriptum: *is enim vitis quibus teneat: id qua serpit — capiendum, quo capiendo cap. dictus.* Quam scripturam Scaliger ita volebat distingui: *is enim vitis:* id est, is enim cincinnus vitis est. Reliqua enallage durissima excusabat. Vrsinus corrigebat h. l. *is enim vites vt teneat, quod serpit* etc. Contra Pontedera vulgatam probabat: *ex altera parte caprea dicta, quod parit capreolum.* et putabat, a Varrone vitem, qua parte capreolum parit, capream fuisse dictam. Festus: *capreoli vitium cincinni intorti, quia ad locum capiendum tendunt appellati.* Theophrastus *βοστρύχιον*, i. e. cincinnum dixit capreolum. Sed cum eius locum de Causis Plant. II. 25. considero de vsu capreolorum: *ὀ γὰρ ἂν δύναιτο φέρειν τὰ κλήματα καὶ τὴν βλάστησιν ἡ ἄμπελος ἡ οὐχ ὁμοίως καλὰ μὴ ἔχουσα τὸ ὑπερεῖσον*· (ita enim recte istum locum correxit Moldenhauer in Tentam. p. 151.) puto, locum Varronis ex fide librorum ita legi debere: *is enim vitis quo se teneat atque serpat ad locum capiundum, vt se erigat. ex quo capreolus* etc. Pontedera in Curis sec. malebat: *is enim vitis quibus cum teneat id qua serpit* (scil. vitis) *ad loc. cap. se erigit, ex quo a cap. c. dictus.* Capreoli etymologiam, a capiendo ductam, falsam et ineptam censet cum Scaligero; ipsam tamen Scaligeri rationem, a lasciuia caprae ductam, improbans, a caprinorum cornuum similitudine nuncupatum capreolum putat. At ecce Columella IV. 14. de canterio vitis: *vt sit quem teneri adhuc pampini capreolis illigent suis.* vbi Edd. primae habent *capulis suis prolixius illigent.* Polit. liber *capreolis suis causa proleisius inligent,* in qua scriptura latet varietas, vocabulis *capulis suis* adscripta in margine *capreolis suis.* Fuisse igitur olim videtur *capulus* dictus a capiundo, vt recte monet Varro, quem postea *capreolum* dixerunt, oblitterata origine vocabuli. Capulum, genus laquei, quo boues indomiti capti laqueantur, habet Columella VI. 2. 4.

immittitur] Ciceronis locum de Senectute c. 15. apposuit etiam Gesner, vbi Cato ita: *sarmentorum aliorum amputatio aliorum immissio.* vbi ineptissime Ernesti in scrobem immissionem interpretatur. Columella V. 6. 31. immitti pampinarium viti dixit, vbi antea editi libri *dimitti* habebant scriptum. Dicitur etiam *submittere.* Theophrastus H. P. IV. 15. *ἐπιβάλλειν κλήματα* dixit immittere. Hinc igitur emendatio A. Schotti Obseru. V. 24. a Gesnero omissa, refellitur, qui h. l. malebat legi *quod ea submittitur*, omisso vocabulo *vitis.*

cincinnus] Edit. Br. *cincinus.*

mutatis literis] Schottus l. c. corrigebat: *exin minutis.* recte puto. Atque huc ducit lectio editionum quarundam. *mutilatis* malebat Burmann ad Virgilium III. p. 666.

quod venit cito] Plinius 18. c. 16. *Varro appellatum a celeritate proueniendi a Graeco quod dicunt occos.* vbi veteres Editiones ὠκὺς habent. Nonii Editio prior Merceriana p. 267. habet ex Varrone: *Ocymum quod ocimum dicimus. Varro — Primum ocynum, farraginem, viciam nouissime foenum vocari. Ocymum dictum a graeco verbo ὠκὺς, quod venit cito, similiter quod ocimum in horto.* Altera p. 550. dedit: *Ocynum quod ocimum — ocynum, viciam, nouissime foenum secari. Ocynum —* graeco verbo ὠκέως, *quod valet cito, similiter quod ocynum in horto.* Ex priore editione Pontedera duxit lectionem, a me restitutam Varroni. Inepte enim is in vulgata graeci vocabuli vim interpretabatur, cum id lectorem deberet docere, quomodo ex graeco vocabulo ocynum dictum fuerit. Scilicet *quod venit cito*, i. e. nascitur, prouenit. Cui lectione et ὠκὺς et ὠκέως accommodatum est; priorem formam ex Edd. antiquis restitui. Nonii tamen auctoritatem Plinianae in hac emendatione posthabendam censeo; imo vero dubiam facit Merceri Editio posterior. Editio Parmensis 1480. habet: *Ocinum nouissimum foenum vocari. Ocinum dicitum — oceos quod veticos similiter.* Mercerus *quod ocynum in chorto.* Adr. Iunius ex Codice *corcho* posuit, quod in *corchoro* mutabat. Codex Guelferbytanus membranaceus, antiquus et bonus, qui cum Codice S. Victoris optimo consentit, ita scriptum habet: *primum ocium viciam nouissime frenum vocari. ocinum dictum a graeco verbo oca eos quo duae citos similiter quod ocinum in corcho.* Apparet igitur, Mercerium Nonium ad vulgata Nonii exemplaria refinxisse, nec correctioni Pontederae praesidii quid superesse vel in antiquis Nonii exemplaribus vel in libris scriptis. In scriptura *chorto* et *corcho* latent vestigia veteris orthographiae, quae hortum ex graeco χόρτος ductum simul cum *corte*, *chorte*, *cohorte* modo *ortum*, interdum *chortum*, forte etiam *cohortum* dixit. Ex *chorto* in Columella V. 9. f. 5. vulgatum *chordis* vitio ortum esse docebimus ibi.

citat aluum] Plinius l. c. *apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocymum vocat, quo sistebant aluum bubus. Id erat e pabulis, segete viridi dejecta, antequam gelaret. Sura Mamilius id aliter interpretatur, et tradit fabae modios decem, viciae duos, tantumdem eruiliae in iugero autumno misceri et seri solitum. melius et auena graeca, cui non cadit semen,*

men, admixta. Hoc vocitatum ocymum, boumque caufa feri folitum. vbi recte Brotier ex Codd. Regiis dedit *ocynum — feri folitos.* Praeterea Pintiani Codex habet fcriptum: *pabuli fegete viride dejectum*, et recte iam Pintianus vidit, ex Varrone effe legendum *citabant* vel *ciebant*, deinde *filiquaret.* Facile autem nunc apparet, quomodo totus ille locus, tam negligenter ab Harduino tractatus, fit corrigendus. *Genicularet* in Plinio emendabat Scaliger. et Vrfinus; hic quidem ex vetere Plinii codice pofuit eandem lectionem quam Pintianus.

fabuli fegete] Recte confentientibus Scaligero, Vrfino et Pontedera pofuit Gefner librorum fcriptorum Victorii lectionem *fabuli*, vnde detorta fuit lectio *pabuli* in reliquis libris etiam Plinii. Gefnero praeiuerat Popma. Ita fupra c. 23. 3. libri Polit. *fabulia* habent pro *fabalia.* Contra *fabalia* ex loco Columellae II. 10. 9. excerpfit Plinius 18. c. 12. Cato 37. 2. *fabalia, acus.* vbi doceo, legendum effe *fabalium acus*, ex cap. 54. 2. vbi funt *fabaginum acus.* Plinius ex Catone *fabalia* habet 17. fect. 6. Reliqua vide fupra ad cap. 23. Ceterum etfi librorum fcriptorum lectionem pofui, magis tamen probo *fabalia;* nam *fabulia* aliunde nifi a forma diminutiua *fabularum*, quas habet Plautus, deriuari non poffunt. Pontedera tamen pabulum antiquis *fabulum* dictum fuiffe cenfebat, ex Φάγω et ὕλη ductum. In Curis fecundis idem ait, Brufchianam habere *id ex fabuli fegete viride fectum antequam genat. fil.* quae cum Codd. Victorii, Caefen. et Veneto conuenire monet et probat vnice cum Popma. At Brufchiana cum Ienfon. plane facit!

ex fegete] Vrfinus verbum *fata* vt gloffam, contra Pontedera ex *fegete* deleri maluit. Alterum verbum certe inutile eft.

quod ferro] Vulgo interfertum *far* recte inclufera Gefner, ego vero deleui cum Pontedera.

ferrago] Ita recte Polit. et liber Caefenas, tefte Pontedera pro vulgato *farrago.* Eodem etiam Pontedera auctore comma poft *caufa* pofui, ante poft viridia pofitum.

aut nifi] Reliqui vulgatam, etfi vitiofam. Cod. Ryk. *aut inde quod.* quam lectionem cum Schoettg. probabat Gefner. Primus Victorius importuno loco *nifi* inferuit. Aut plura defunt, quod fufpicor, aut *nifi* delendum eft. Forte fuit olim — *aut farrago, quod primum — coepta.* vel: *dicta: nifi farrago, quod primum — coepta.* Scilicet duplicem etymologiam affert Varro; alteram, qua a ferro quafi ferraginem; alteram, quo a farre farraginem dictam fuiffe puta-

putabat. Plinius l. c. *farrago ex recrementis farris praedenſa ſeritur, admixta aliquando vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo.* Feſtus: *farrago appellatur, id quod ex pluribus ſatis pabuli cauſa datur iumentis.*

farracia] Vrſinus malebat: *farracea*, contra Pontedera *faracia*, quod ipſum habent Edd. quaedam.

equi — ſaginantur] Ariſtoteles H. A. VIII. 8. ἡ δὲ κράστις λειοτριχεῖν ποιεῖ ὅταν ἔγκυος ᾖ, ὅτιν δ' ἀθέρας ἔχῃ σκληρὰς, ἐκ ἀγαθή. vbi Codex Medic. cum verſione Thomae habet πλειοτριχεῖν. Scoti verſio nominat *gazatam.* Κράστιν hodieque Itali *ferrana* nominant. Pullis quadrimis et ſenioribus hodieque farraginem praebent, qua purgatur, non ſaginatur corpus. Igitur h. l. *ſaliuantur* eſt legendum. Saepiſſime verba haec inter ſe fuerunt a librariis permutata. Poſt illam farrigine factam purgationem equos corpulentiores et pilos puriores et nitidiores fieri, teſtatur Brugnone p. 185. qui praeterea monet p. 184. ex vſu farraginis, ſi ariſtam iam germinauerit, rigorem conciliari humeris et cruribus anterioribus, ſaepe etiam poſterioribus, quem morbum graece κριθίασιν dici.

ſerpit ad ſcapum] Vrſinus emendabat: *ſerpit, et ad ſcapum aliudue quid adhaeret, id ſolet vincire.* quam lectionem vnice equidem probo. Lupinus inepte nominatur, etſi genus lupini eſt altum aliquod. ſed lupinum vix puto miſtum cum vicia ſatum fuiſſe vnquam. Geſner tamen vulgatum lectionem neſcio qua enallage defendi poſſe putabat.

addi quotidie] Nonius p. 30. in voce *pomum* habet: *addi quotidie veſperi — indigent potu.* Sed idem p. 243. b. *potui* ex h. l. habet, et datiuum pro ablatiuo poſitum eſſe ait. Ex Nonio et Edd. quibuſdam addidi *veſperi*, ſuadente etiam Pontedera, et antea Mercerio ad Nonium p. 111. Vide Variet. lectionis. Nonii Editio Parmenſis 1480. in priore loco habet *potui*, in altero omittit.

Cap. XXXII. *quindecim*] Plinius 18. ſ. 10. 4. *Varro quater nouenis diebus fruges abſolui tradit et menſe nono meti.* vbi Pintianus ex h. l. legi volebat: *quinquies nouenis* vel *ter quindenis.* Illud malebat Pontedera, qui ex Plinio ſupplebat h. l. *cum ſit maturum nono menſe.* Veſtigia integrioris lectionis ſupereſſe putabat in varietate I. B. R. vbi eſt: *maturum collige. Inde arationes.* Vrſinus h. l. ex vetere Codice malebat *quod ſit maturum*, et in Plinio: *quadragenis quinis diebus*, confiſus auctoritati Theophraſti H. P. VIII. 3. μετὰ δὲ τὴν ἀπάνθησιν ἁδρύνονται πυρὸς μὲν καὶ κριθὴ τεσσαρακονταῖα μάλιστα.

μάλιστα. vbi cap. 7. ait, eadem frumenta poſt dies quatuor aut quinque, quam ſpicam emiſerint, florere, ſeptem vt plurimum diebus defloreſcere. Vides, his auctoritatibus Varronis locum magis implicari quam expediri. Vix annotari meretur Scaligeri emendatio, *cum fit maturum* legentis. Plura h. l. vitia haeſiſſe ſuſpicor. In Plinii loco ex Theophraſto corrigit Pontedera: *defloreſcunt triticum et hordeum. verum cum tardiſſime ſeptem.* Columella tardiſſime octauo abſolui ait. In Gallia Ciſalpina nunquam vltra decimum diem produci, obſeruat Pontedera. Interuallum, quod Varro ponit inter ſpicarum exitum ex vagina et defloreſcentiam, diuidendum ait in duas partes. Priorem continere illas IV vel V dies, quos cum Theophraſto Plinius refert, quique inter ſpicarum florumque explicationem intercedunt; alteram reliquos ſeptem, quibus ſpicae flores fundunt et quibus deponunt. Summum autem numerum *noni menſis* ſumſit Varro, tanquam Italico coelo conuenientiorem, quam medium, qui Graeciae aptior videbatur. Eadem de cauſa Varro meſſem ad nonum menſem produxit, quae citior in Graecia. In Aegypto etiam citior, quam in Graecia, teſte Theophr. VIII. Hiſtor. *ἐκεῖ γὰρ κριθαὶ μὲν ἐν ἑξαμήνῳ, πυροὶ δὲ ἐν τῷ ἑβδόμῳ. περὶ τὴν Ἑλλάδα δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις ὀγδόῳ, πυροὶ δὲ ἔτι προσεπιλαμβάνουσιν.* Sic enim recte Pontedera Antiqq. p. 141. corrigit locum ex altero de C. P. IV. vbi eſt: *ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ φασὶ μηνὶ πρότερον ἢ ἐν τῇ Ἑλλάδι:* et Plinio: *In Aegypto enim ordeum ſexto a ſatu menſe, frumenta ſeptimo metuntur. In Hellade ordeum (in Peloponneſo) octauo, et frumenta etiamnum tardius.* vbi verba *in Peloponneſo* ſpuria cenſet cum Salmaſio. Varro igitur, tertio gradu deſcendens, nono menſe in Italia meſſem fieri indicauit. Hucuſque Pontedera, cuius annotationem omiſerat Erneſti. Ceterum confer infra cap. 45. ſ. 1.

arationes abſolui] Ex lectione Edd. I. B. R. *ad ſolum* Pontedera efficit: *abſoluendum.*

eruilam] Ita ex libris ſuis dedit Victorius pro *eruiliam.* In fragmento Varronis apud Nonium in *Eruum* p. 97. b. legitur *eruillam.* Sed eius loci, vtpote vitioſi, dubia eſt auctoritas. Feſtus: *eruam et eruilia a graeco ſunt dicta, quia illi eruum ὄροβος, eruiliam ὀρόβινον appellant.* Nonii locum p. 204. edit. alter. Mercerii ita corrigit Iunius: *Sed vt is erat, haec legumina, arte parata, pauca, cicer, eruiliam, cepa regia, alia cypria caeteris.* vbi vulgo eſt *ac paregia alia ſpiria.* Sed caepas Cyprias habet Plinius, non allia. Igitur locum derelinquam.

a legen-

a legendo] Nonius p. 30. a. *Varro dicta exiſtimat, non quod ſecentur, ſed quod vellantur a terra, quae quod ita leguntur legumina dicta.*

Cap. XXXIII. *aratro offringi*] Ex Codice Vrſinus laudat *arata*, quod praefert Pontedera. Idem ex Chariſio de Analogia annotauit, Varronem *aequinoctium autumnal* dixiſſe, pro *autumnale.*

Cap. XXXIV. *ſcribunt*] Cum Vrſino damnauit et incluſit Geſner verbum.

XCI.] Pontedera monet, ab aequinoctio autumnali ad brumam dies eſſe ſolum XXCVIII. Quin etiam agricolas quindeciem diebus ante brumam et totidem poſtea non ſerere. Vide cap. 35. vbique notam. Itaque relinquuntur dies tantum LXXIII. vel LXXIV. Sed in Antiqq. p. 362. rationibus anni Iulii rectius putatis docet, brumam ab aequinoctio autumnali diſtare diebus XXCIX, quem numerum Varroni reſtitui iuſſit.

ante brumam] Plinius 18. 24. ſ. 56. *inter omnes autem conuenit, circa brumam ſerendum non eſſe, magno argumento, quoniam hiberna ſemina, cum ante brumam ſata ſint, ſeptimo die erumpant; ſi poſt brumam, vix quadrageſimo.* vbi Vrſinus corrigebat *citra*, Pintianus aut *vltra* aut *citra* malebat; Harduinus vulgatam defendit ex Columella II. 8. 2. et Varrone I. 35. qui quindecim dies ante brumam et totidem poſt brumam liberos a ſatione eſſe velint. Brumam collocat Columella XI. 2. 94. XVI. Calend. Ianuarias; aequinoctium autumnale VIII. Cal. Octobres.

neque ante] Geoponica III. 12. *ἄχρι δὲ τῆς πρὸ ἓξ καλανδῶν Ὀκτωβρίων τὸ σπείρειν ἐπισφαλές· ἂν γὰρ αὐχμοὶ ἐπακολουθήσωσιν, διαφθείρεται τὰ σπέρματα.* Eadem II. 14. 3. ſerere hordeum et triticum vetant poſt hiemale ſolſtitium. Eadem III. 13. 9. ante Calendas Octobres ſerere quicquam vetant. Cf. ad Columellam II. 8. 4.

Cap. XXXV. *dicunt*] Damnauit etiam Vrſinus verbum.

quod iam egit radicem] Inepte haec ad lilium et crocum referuntur in editionibus. Lilia enim bulbis feruntur, vt crocus, nec alias habent radices. Sata vero aut oculos agunt ſurſum et ſcapum cum florem protrudunt, aut minoribus bulbulis infra terram pullulant. Vidit hoc et monuit Pontedera etiam atque ita h. l. ſcribi iuſſit: *quod iam egit radicem, roſam: ea* (vel *etiam* aut *et*) *conciditur.* Sed in hac lectione

lectione incommoda ſunt verba *quod iam egit radicem.* quanquam ea Pontedera de viuiradice facta in ſeminario roſa interpretatur. Legendum igitur cenſeo: *quod iam egit radicem roſetum conciditur.* Atque eo ducunt variae librorum lectiones.

conciditur] Palladius Nouembri XI. *ſi indigus plantarum volueris ex paucis virgulis habere copioſa roſeta, quaternorum digitorum ſurculos gemmantes cum geniculis ſuis debebis excidere — vbi anni aetatem compleuerint, pedis ſpatio inter ſe tranſferre diſiunctos* etc. Theophr. H. P. VI. 6. *κατακόπτοντες τὸν καυλὸν φυτεύουσιν.* Geoponica XI. 18. *οἱ δὲ ἐξελόντες μετὰ τῶν ῥιζῶν κατακόπτουσιν εἰς παλαιστιαῖα μεγέθη τουτέστι τετραδακτυλιαῖα, τὰς ῥίζας τε καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν ἐκπεφυκὸς καὶ πάντα τὰ τμήματα φυτεύουσιν ἀπέχοντα ἀλλήλων ὡς πῆχυν.* Radicitus additur, quia teſte Plinio 21. ſ. 10. et ocellis radicis vt arundo prouenit roſa. Ideo etiam paulo antea dixit: *quod iam egit radicem roſetum.* Violaria deinceps Pontedera de leucoiis noſtris interpretatur.

terra adruenda] Hanc librorum antiquiſſimorum lectionem, a Geſnero reſtitutam, (contra morem ſuum) probauit iam olim Fruterius Veroſim. II. 22. deinde Pontedera.

abluunt] Fruterius diſſoluunt interpretatur ex vetere *luo, λύω* apud Feſtum in *lues,* probante Geſnero.

macriorem] Ita Victorius ex libris ſuis. Antiquum tamen *minorem* probabat Pontedera; rationem non addidit. Videamus, quid ſit puluinus. Palladius III. 24. 6. de caulibus braſſicae: *cliuis delectatur, ideo ponendae ſunt plantae per puluinos arearum.* Idem ſ. 13. de inula: *ſeritur oculis vt calami, quod abſcindere et terra leuiter debemus obruere foſſa et ſubacta, excitatis ad lineam puluinis, quibus eius oculos oportet infodere.* Columella in ablaqueatione vineae, in colle poſitae, fieri iubet a ſuperiore parte lacuſculum, ab inferiore puluinulum, quo plus aquae limique contineat. Arbor. X. 4. Puluini igitur fiunt terra alte paſtinata, areis altioribus per ſemitas diſtinctis. Sunt quas breuiter areas dicunt Scriptores R. R. De ipſis violis Columella Arbor. 30. *terram ſtercoratam et repaſtinatam ne minus alte pedem in puluinos redigat.* Hinc manifeſtum fit, aut Varronem nihil plane in hortorum areis ſeri voluiſſe, aut lectionem vulgatam eſſe falſam. Macrior enim terra fit nullo modo; ſtercus enim ſemper additur terrae paſtinatae; minor tantum ea ratione, quod in ſemitis, areas diſtinguentibus, nihil poteſt ſeri. Quod ſi puluinos decliues cogites, ſtercus elutum ad inferiora defertur, et ſuperiora fiunt macriora. Reſupinos puluinorum

toros

toros habet Plinius 19. c. 4. pronum puluinum Plinius Epist. V. 6. 16.

Ab Fauonio] Hoc spectat ad primum interuallum inter Fauonium et aequinoctium vernum, monente Pontedera. Columella etiam XI. 3. 40. circa aequinoctium vernum serit serpyllum. Palladius Martio IX. 17.

quod serpit] Ita etiam Graeci. Vide ad Nicandri Theriac. versu 67. Contra Plinius 20. s. 90. *Serpyllum a serpendo putant dictum: quod in silvestri euenit, in petris maxime. Satiuum non serpit.* Scilicet hortense diuersi plane generis est a siluestri, aquas amat, muros et arbores scandit, vt hedera, flore inter coronarias herbas, et fructus odore, qui et totum fruticem occupat, antiquis commendatum Graecis, qui genere masculo ἑρπύλον dixere, vnde alii ἕρπυλλον, Latini serpyllum effecerunt. De eius cultu dicetur ad Palladium IV. 9. 17. Frutex ipse ignotus hodie est; ex genere hederarum esse, suspicatus sum ad Nicandri Theriac. versu 67.

XV. diebus] Columella V. 10. 17. posuit XXV. sed vide ibi notas.

Cap. XXXVI. *proposita*] Ita ex libris cum Vrsino scripsi. Idem Vrsinus paulo antea *hiberno* omissum malebat. Videtur igitur Varro ephemeridem in publico scriptam proponi velle, vnde villicus ipse cognoscat atque alios admonere possit, quid quoque tempore sit agendum. Talem ephemeridem villico etiam proponi postulant Geoponica II. 45.

Cap. XXXVII. *bipartiti*] Vrsinus ex sequentibus arguebat, *quadripartiti* legi debere. At si quadripartitam lunam dicere voluit Varro, non solum *intermenstruam*, (ita enim Vrsinus malebat) sed etiam *dimidiatam* ponere debebat. Hanc enim quadripartitam rationem docuit Plinius 18. s. 75. Forte tamen nouam crescentem, decrescentem, plenam et intermenstruam nominare contentus fuit Varro, eamque vocauit lunam quadripartitam.

ad nouam lunam] Haec verba omitti voluit Vrsinus; et sequentia sane ad sententiam sufficiunt.

quod veniat] Antiquum *quoad* restitui et deinceps *intermenstruam* legi volebat Vrsinus; negat enim, latine diem intermenstruum dici, contra recte lunam, apud Caton. 37. 7. et Plinium 18. 12.

quo die] Vulgatum *e quo die* cum Vrsino correxi. Vnus enim est dies quo luna ita vocatur ab Atticis. Idem Vrsinus vocabulum *luna* etiam voluit deleri.

alii]

alii] Primus Solon Athenis hanc numerandorum dierum lunarium rationem recepit et ſanxit, teſte Diogene Laertio. Primus etiam Victorius h. l. ex libris ſuis conſtituit. Varro de L. L. V. p. 45. *A menſibus intermeſtris dictus, quod putabant, inter prioris menſis ſeneſcentis extremos dies et nouam lunam eſſe diem, quem* diligentius Attici ἕνην καὶ νέαν appellarunt, *ab eo, quod ea die poteſt videri extrema et prima luna.* vbi Vrſinus corrigebat: *intermenſtrua dicta* et deinde *prioris* delebat. De dierum Atticorum numerandorum ratione vide Scholia Ariſtoph. ad Nubes verſ. 1129.

caeduas] Recte Pontedera monuit, legendum eſſe *et caedas vt ſiluam.* Caeduam enim ſiluam creſcente ſuccidi, quo citius reſurgat, ſiluam vero caedi decreſcente, perennitatis materiae cauſa.

vt de creſcente] Lectionem Edd. primarum reſtitui voluit Vrſinus, laudato Plinii loco XVI. 39. *Tiberius idem et in capillo tendendo ſeruaui interlunia. M. Varro aduerſus defluuia praecepit obſeruandum id a pleniluniis.* Scilicet Plinius monet 18. ſ. 75. *omnia, quae caeduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decreſcente luna quam creſcente fiunt.*

tondens] Antiquam ſcripturam *tondes caluos* illuſtrabat Victorius exemplo *praegnas*, pro *praegnans* dicti; addit Pontedera ex lapidibus: *clemes, creſces, doles, lacrimas, libes.*

quadripartita?] Vnde haec quaeſtio? In prioribus nihil de quadraturis his lunae, quas vulgo vocant, praeceſſit; et tamen deinceps Varro ait: *dixi de quadripartita forma culturae agri.* Igitur vitium alicubi latet, aut lacunoſum eſt hoc caput. Niſi enim ſtatuas noua creſcente, noua decreſcente, plena et intermenſtrua luna a Varrone cenſeri quadripartitam illam rationem, (quae tamen ſatis obſcure ita docetur) deeſſe videtur dimidiata luna. Deinde quomodo quadripartita forma culturae agri dici poteſt ea cultura agri, quae ex quadripartita forma lunae pendet?

rure] Vrſinus *rure*, deinde *et* ante *creſcentem* delet, poſtea *oporteat, tamen melius fieri — lunam. Etſi quae* et cet. legi vult.

Ianam lunam] Geſner *lunam* veluti gloſſam bis incluſit, ſimiliter *et* ante *tamen*, niſi malis *attamen* legere. Macrobius Saturn. I. 9. *Pronunciauit Nigidius Apollinem Ianum eſſe Dianamque Ianam, adpoſita d littera, quae ſaepius i litterae decoris cauſa adponitur.* Geſner etiam conferre iubet Scaligerum Emend. temp. libro 2. p. 174. Pontedera putat, Ianam lunam eſſe plenilunium, vel ita dici lunam Ianam,

vt ſol Ianus; ideoque *VIII Ianam lunam* eſſe octauum ante plenilunium, i. e. diem lunae ſeptimum, item *poſt VIII Ianam lunam* diem a plenilunio octauum, id eſt, lunae circiter viceſimum primum. Nunc video, Scaligerum ad Varronem de L. L. p. 80. comparare cum huius loci ſententia verba Heſiodi Ἔργων verſu 717. ὀγδοάτη τ' ἐνάτη τε, δύω γε μὲν ἤματα μηνὸς ἔξοχ' ἀεξομένοιο βροτήσια ἔργα πένεσθαι. Pontedera addit, *Dianam* factam ſibi videri ex *dia Iana.* In loco de L. L. V. p. 49. *Primi dies menſium nominati Kalendae, ab eo quod heis diebus kalentur eius menſis nonae a pontificibus, quintanae ne an ſeptimanae ſint futurae in curia Kalabra ſic dictae: Quinque kalo Iuno nouella: Septem kalo Iuno nouella.* Scaliger ex hoc noſtri coniiciebat legendum *Iana nouella.* quod tamen facere vetat locus Macrobii Saturn. I. 15. de Iunone Kalendari.

quadripartita] Geſner cenſet, eam ipſam eſſe, qua lunae periodus in quatuor quadraturas diuiditur. Nam octavam Ianam creſcentem eſſe primam quadraturam, octauam Ianam decreſcentem, quartam eſſe. Sed vide notam ad ſect. 2.

Eſt altera] Hanc diuiſionem exſequitur hinc vſque ad finem libri.

quae in ſex] In hac lectione vitii aliquid latere ſuſpicor, quod arguit etiam antiqua *quin ſex partita.*

Ad alia] Vrſinus ait, in Codice vetere eſſe. *In praeparando ad alia ſcrobes faciendi.* Ceterum ſcrobes genere maſculo dixiſſe veteres, monuit ex Nonio Victorius.

Lyceo] Locus Theophraſti eſt in H. P. I. 11. vnde Plinius 12. 1. *celebratae ſunt primum in ambulatione Academiae Athenis cubitorum triginta ſex, vnius radice ramos antecedente.* vbi Vrſinus corrigebat: *Lycei — triginta trium vnius radice ramos agente;* Harduinus: *cubitorum XXXIII. a radice ramos antecedente.*

Quaedam ſi] Vrſinus malebat *Ad quaedam ſi — proſcideris, iterandum* et cet.

ſi quae] Vrſinus *ſi qua — pratis ea eſt* corrigebat, et deinceps verba *a paſtione* ſpuria eſſe cenſebat, quia alibi Varro non addit.

piro florente] Vide ad Caton. c. 149. 1.

Cap. XXXVIII. *vt ſemen*] Geoponica II. 21. διό τινες μὴ σκευάζοντες αὐτὴν ἀλλὰ ὁποῖά ἐστιν ἐῶντες σὺν τῷ σπόρῳ ἐπιῤῥίπτουσιν.

nantium]

nantium] Varronis romanorumque agricolarum ſententiae aduerſatur germanicus interpres, Mayer, rerum ruſticarum experientia ſatis eruditus, anſerinum ſtercus bene quod confracuerit egregiam agro pinguedinem largiri affirmans; idem anatinum facere.

bubus] Plinius 17. 9. *M. Varro principatum dat turdorum fimo ex auiariis, quod etiam pabulo boum ſuumque magnificat, neque alio cibo celerius pingueſcere aſſuerat.* Comparabat Pontedera narrationem in Samariae obſidione quartam partem cabi ſtercoris columbini quinque argenteis veniſſe.

Caſſius] Creſcentius II. 12. *Caſſius vero ſcribit, vt refert Varro, columbinum eſſe praecipuum, poſt ipſum ſtercus hominis, tertio caprinum, ouium* (antiqua mea *ouinum*) *et aſininum, equinum non bonum niſi pratis.* Plinius 17. 9. *Varro praeceptis adiicit equino, quod ſit leuiſſimum, ſegetes alendas, prata vero grauiore et quod ex hordeo fiat, multaſque gignat herbas.* Sed hic plane a ſententia verbiſque Varronis aberrauit, vt recte monuit Pintianus, errorem tollere voluit Dickſon. I. p. 270. legendo *omnino* pro *equino.*

tertio] Ex loco Geoponicorum, vbi tertius locus aſinino, quartus caprino, quintus ouillo ſtercori aſſignatur, Vrſinus malebat legi: *tertio aſininum, tum caprinum, deinde ouillum.* Plinius etiam: *proximum deinde caprarum eſt, ab hoc ouium, deinde boum, nouiſſimum iumentorum.*

Sterquilinium] Haec clauſula, iterum alieno loco poſita, pertinet ad Cap. XIII. 4. vbi eſt: *ſecundum villam duo habere oportet ſterquilinia.*

robuſta] Hinc Plinius 17. 9. *palo e robore de pacto fieri iubet.* Vrſinus praepoſitionem *in* omitti malebat propter locum Columellae II. 15. *ſed eodem medio loco robuſtam materiam figere conuenit.* Germanicus Interpres, *Mayer*, cum *robuſtam materiem* non intellexiſſet, pontilibus robuſtis medium ſterquilinium conſternendum voluiſſe Varronem ſuſpicabatur.

Cap. XXXIX. *Nam refert*] Malim cum Heruag. *Nam vt refert*, quam cum Vrſino *Nam refert, vt in agro* legere.

ficos] Creſc. V. 10. *Varro ſcribit, quod ea quae verno tempore inſeruntur, poſſunt etiam circa ſolſtitium inſeri vt ficus quod denſa materia non eſt, et ideo ſequitur calidiorem* et cet. Ceterum ad *ficos inſeri* Geſner cogitatione iubet ſupplere *melius eſt*, ne opus ſit correctione Edd. quarundam, quae habent *ficus ſolet.*

brumalibus] Crescent. V. 5. *Varro scribit quod inseritur temporibus brumalibus, hoc est a die duodecima Decembris vsque ad Calendas Februarii.*

generum] Primum genus deesse omnes fatentur Interpretes, varie supplere conati. Scaliger addebat: *primum quod priusquam satum, natum.* Popma: *quae nata* vel *quae prius quam sata nata.* Vrsinus: *quae primigenia; quae transferuntur e terra in terram: quae ex arboribus, et quae inseruntur.* Reliqua intermedia verba spuria esse censebat. Pontedera totum locum egregie sanauit et explicuit. Primum igitur ponam locum Theophrasti H. P. II. 1. vnde haec Varro duxit: αἱ γενέσεις τῶν δένδρων καὶ ὅλως τῶν φυτῶν ἢ αὐτόματος, ἢ ἀπὸ σπέρματος, ἢ ἀπὸ ῥίζης, ἢ ἀπὸ παρασπάδος, ἢ ἀπὸ ἀκρέμονος, ἢ ἀπὸ κλωνὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ στελέχους ἐστὶν ἢ ἔτι τοῦ ξύλου κατακοπέντος. Primi huius generis αὐτομάτου ex semine obscuro sua sponte nati et alterius industria humana sati vestigia reperit Pontedera in istis verbis, quae primae Editiones alieno loco post verba *e terra in terram* inserunt: *per se a natura, alia ex industria, vt faciunt viuiradices.* Hinc igitur effecit *quae per se fiunt a natura alia ex industria.* quae verba in ipsa Varronis oratione ponere non dubitaui. Hoc genus *primigenium* vocat cap. 40. 1. et naturale 41. 4.

vt faciunt viuiradices] Ita ex Edd. primis h. l. constituit egregius Pontedera, qui tamen malebat cum libris scriptis *viuas radices.* Hoc alterum genus est ἀπὸ ῥίζης ἢ ἀπὸ παρασπάδος.

demta] Ad hoc tertium genus pertinent Theophrasti genera ἀπὸ ἀκρέμονος, ἀπὸ κλωνὸς, i. e. de cacumine seu surculo, et ramo seu palo, ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ στελέχους, ἢ τοῦ ξύλου κατακοπέντος, i. e. de trunco et caudice. Recte monet Pontedera, in loco Theophrasti verba καὶ ἀπὸ ξύλου, quae paulo post leguntur ante ἀπὸ ῥάβδου, spuria et glossam esse verborum τοῦ πρέμνου κατακοπτομένου

quae inseruntur] Quartum hoc genus continet Theophrasti ἐμφυτείας καὶ ἐνοφθαλμισμοὺς. Gesner in explicandis his generibus adeo post diligentem et copiosam Pontederae interpretationem male consuluit eruditionis suae laudibus.

Cap. XL. *et si aqua*] Vrsinus malebat legi *et aqua, quom pluit, inferre solet.* Locus Theophrasti est in H. P. III. 25. et de C. P. I. 22. τὸν ἀέρα πάντων ἔχειν σπέρματα καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾷν τὰ φυτά.

ad agricolas] i. e. apud. Sed Vrsinus haec verba omnino improbat.

cernen-

cernendum vſque] Vulgata poſt Victorium *genendum propterea vſque adeo* ferri non poterat, etſi *propterea* iam damnauerat inclufum Geſner. De vi generandi hic non agitur, ſed de magnitudine conſpicua ſeminis.

vt ſint obſcura] Theophraſtus C. P. I. 5. de cupreſſo: καὶ δυσόρατα καὶ μικρὰ καὶ τῶν δένδρων ἔνια σπέρματα τυγχάνει καθάπερ καὶ τῆς κυπαρίττȣ. ταύτης γὰρ ȣ̓χ ὅλος ὁ καρπὸς σφαιροειδής ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐγγινόμενον ἐν τȣ́τῳ λεπτοὶ καὶ ὥσπερ πιτυῶδες καὶ ἀμενηνὸν, ἅπερ ἐκπέτεται διαχασκόντων τῶν σφαιρῶν. Plinius 17. ſ. 14. de ſemine cupreſſi: *minimis id granis conſtat, vt vix perſpici quaedam poſſint.* In Theophraſto ex cap. 23. legi debere ὑμενῶδες, recte nuper annotauit, Moldenhauer in Tentam. ad Theophraſt. p. 139.

galbuli] Turnebus Aduerſ. 20. 16. *globuli* legendum eſſe cenſebat, vt Graeci σφαίρας, σφαίρια et *pilulas* dicunt ſemina cupreſſi. Scaliger emendatione hac reiecta vulgatam probat et veteres *galbulos* et *galgulos*, dixiſſe putabat pro globulis ſeu pilulis. Affert ex gloſſariis ſuis: *Galgulus, baca*, πυρήν. Vrſinus verba interpoſita: *id eſt — corticiae* ex interpretione orta et ſpuria cenſebat eſſe. Non male! Exigua animalia, in aeſculis nata, *galbas* dici, monet Suetonius in Galba c. 3. Quod *galgulum* etiam et *galbulum* dici monet Scaliger, nititur fortaſſe etiam obſeruatione ea, quod *galbulam* auem Martialis 13. 68. quidam eandem eſſe putant cum galgulo Plinii. Sed auis a colore galbeo ſeu galbineo, id eſt flauo, dicta fuit.

intus] Formam interioris pilae operoſe et accurate deſcripſit Albertus Vegetab. p. 436.

Theophraſtus] C. P. I. 6. εὔλογοι δὲ καὶ αἱ ὧραι, μᾶλλον δὲ ἴσως ἀναγκαῖαι, καθ᾽ ἃς καὶ ὅλως ἐπιβλαστήσεις γίνονται. μετόπωρόν τε καὶ ἔαρ καὶ κυνὸς ἐπιτολή.

in ſicco] Theophraſtus C. P. I. cap. 7. δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς χώρας προσλαμβάνειν τὰς οἰκείας ὥρας καὶ πρὸς τὰς τῶν δένδρων φύσεις. ἐπεὶ τὰ μὲν ἔνυδρα, τὰ δὲ ξηρὰ καὶ λεπτόγεια, καὶ ἄμεινον τὸ ἔαρ. οἰκεῖον γὰρ ȣ̔́τως διὰ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ ὑγρόν. ἐν δὲ τῇ ἐυγείῳ καὶ πηλώδει τὸ μετόπωρον. τȣ̃ γὰρ ἦρος πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν, ἕως ἔτι διαμένει τὸ δάκρυον. ὁρίζονται δέ τινες τȣ̃το τριάκονθ᾽ ἡμέραις.

ſecunda ſemina] Intelligit viuiradices, ſecundum ordinem, c. 39. propoſitum. Non intelligo, quis error animum Geſneri tantopere caecauerit, vt putaret, ſecunda haec ſemina non eſſe interpretanda ex diuiſione, tradita c. 39. ſed ex generali, qua modo ſemina diuiſerit omnia in prima et ſecunda. At enim vero haec ipſa ſemina ſecunda ſunt, quae

 experien-

experientia coloni inuenit; quae cap. 39. dicuntur esse ex industria. Verba deinceps *tempus enim* et cet. ipse Gesner censebat pertinere ad distinctionem, cap. 39. traditam. Signum igitur lacunae, a Gesnero appositum, sustuli.

caniculae] Generatim de insitione et inoculatione haec Theophr. C. P. I. 6. *εὔλογοι δὲ καὶ ὧραι καθ' ἃς καὶ ὅλως ἐπιβλαστήσεις γίνονται, μετόπωρόν τε καὶ ἔαρ καὶ κυνὸς ἐπιτολή.* Pertinent igitur haec ad secunda semina, omnia ex industria nata coloni, viuiradices, surculos et cetera.

in sicco et macro] Theophr. l. c. c. 7. *δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς χώρας προσλαμβάνειν τὰς οἰκείας ὥρας καὶ πρὸς τὰς τῶν δένδρων φύσεις. ἐπεὶ τὰ μὲν ἔνυδρα, τὰ δὲ ξηρὰ καὶ λεπτόγεια, καὶ ἄμεινον τὸ ἔαρ. οἰκεῖον γὰρ οὕτως διὰ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ ὑγρόν.* vbi ex h. l. legendum est *οἷς ἄμεινον τὸ ἔαρ.* Varro de suo *argillosum* addidit; sed praeterea h. l. legendum est *quod minus.*

bona ac pingui] Theophr. *ἐν δὲ τῇ εὐγείῳ καὶ πηλώδει τὸ μετόπωρον. τοῦ γὰρ ἦρος πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν ἕως ἔτι διαμένει τὸ δάκρυον. ὁρίζονται δέ τινες τοῦτο τριάκοντα ἡμέραις.*

defertur] Vrsinus malebat *differtur* ex cap. 42. Quod in Cod. Vrsini est *differitur* saepenumero cum *differri* et *deferri* permutatur in libris scriptis, vt optio fiat difficilis; et vulgatam bene defendit Popma. Nec opus est multis verbis ad Scaligeri coniecturam, *describitur* legentis, conuincendam.

(*sic in — tamen*) *est*] Vrsino haec verba spuria videntur. Scaliger iam antea damnauerat verba *si in humum demittitur*, iisque in margine Codicis adscriptam primum fuisse putat annotationem hanc: *in quibusdam cum* (cum esse deberet *non*) *est*, eamque ipsam deinde orationi fuisse illatam. Equidem tueri non ausim verba inutilia; sed cum Scaligero in margine fuisse adscriptum: *Sic: in humum demittitur in quibusdam tamen* sc. libris legitur scriptum. His igitur inclusis, vti feci, reliqua apte et bene procedunt: *quod — in terram, est videndum.* Sic sect. 5. *Quartum genus seminis, quod — in aliam, videndum qua ex arbore in quam transferatur.*

defringas] Virgilii locum Georg. II. 300. *neue flagella summa pete aut summa defringe ex arbore plantas* ex h. l. Varronis aliquo modo expressum, certe verbum defringere hinc translatum esse censebat Victorius. Sed alii libri *destringe* habent in Virgilio, quod verbum minus est ineptum rei; dicimus enim ferro destringere; contra male defringuntur

guntur flagella. Paulo aliter Columella II. 2. 26. posuit *deplantare ramum*, vbi videtur esse pro defringere.

quo latius] Hinc apparet, quid Varroni sit *deplantare.* Plinius XVII. s. 13. *auulsique arboribus stolones vixere. Quo in genere et cum perna sua auelluntur, partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. Hoc modo plantantur punicae, coryli, mali, sorbi, mespili, fraxini, fici inprimisque vites.* De vite item sect. 35. no. 3. *postea auelli cum sua calce coeptus est, vt in fico. neque est aliud viuacius.*

demittendum. In] Ita vulgatum *demittunt. Demum in* ex vestigiis antiquae scripturae quae *dum* habet pro *demum* correxit Scaliger, cui assentitur Pontedera, nisi quod malit *admittundum.* Vrsinus *dum* librorum scriptorum mutabat in *tum.* Ceterum h. l. respicit Nonius: *taleas scissiones lignorum vel praesegmina Varro dicit de re rustica lib. I. Nam etiam nunc rustica voce intertaliare dicitur diuidere vel exscindere ramum, ex vtraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clauolas, alii taleas appellant.* vbi reliqua ex margine et glossa Itali hominis irrepsisse putat Pontedera. Italis enim *tagliare* est putare; verbum autem *intertaliare* non esse latinum. Sine vlla tamen vitii nota in Thesaurum suum retulit Gesner. Parmensis Nonii Editio 1480. *praesegmina. Varro* missis verbis *quas alii clauolas.*

taleas] Graeci, inprimis Theophrastus, cacumina arborum vocat θάλειαν, vnde Latini *taleam* effecerunt, sensu tamen variato aut mutato, vt monuit Scaliger ad Theophrastum p. 78. post eum Bodaeus p. 73. Ita Theophrastus C. P. III. 6. θάλειαν τῶν κλάδων. Idem H. P. II. 3. ἐὰν περικόπτῃς τὴν θαλιὰν oleastrum ferre phaulias ait: vnde Plinius 16. s. 92. *oleastro deputato quod gignatur, vocant phaulias.* Ita enim pro *phaunos* recte emendauit Salmasius ex Polluce I. s. 241. VI. 45. In genere etiam oleam decacuminatam proficere docet Theophrastus H. P. IV. 29. περικόπτειν dicit decacuminare. Latini scriptores *taleam* diuerso sensu dixerunt rami partem, vtrinque praesectam, eandemque a similitudine clauam. Ita Cato 45. tripedaneas oleagineas taleas habet. Taleas oleae sesquipedales, vtrinque praesectas, dicit Columella V. 9. 3. easdemque paulo post libri optimi *palos* appellant. Plinius 17. s. 27. ficum omnibus aliis modis satam nasci ait, praeterquam talea; ex Theophrasto scilicet H. P. II. 1. vbi est: ἀπὸ δὲ πρέμνων καὶ τῶν ξύλων ȣ̓ φύεται. Igitur taleam Plinius interpretatus est ξύλον, i. e. rami partem, vtrinque praesectam; cum truncus in partes dissecatur plantandus,

dus, arbor dicitur plantari ἀπὸ πρέμνων. Contra Palladius, qui in arborum difciplina multo accuratior et copiofior Catone, Varrone et Columella graecos fcriptores in latinum fermonem conuertit, taleam a claua diftinguit IV. 10. 12. clauam manubrii craffitudine vtrinque ex ramo citri praefectam dicens; taleam contra graciliorem et breuiorem effe monet; clauam totam obrui, taleam terra exftare debere. vbi Geoponica X. 8. ramos dicunt πασσάλυς, clauam κορύνην, taleam κονδὰ πασσάλια. Deinde altero loco Palladius fect. 23. taleam ipfe cacumen interpretatur.

Oleae plantam, cum parte trunci ablatam et vtrinque praefectam, Graeci generatim φυτευτήριον dixere, tefte Xenophonte Oecon. XIX. 13. Genera plantarum oleae nominant Geopon. IX. 11. σκυτάλας χάρακας, κορμὺς feu πρέμνα, τρόπαια. Σκυτάλαι dicuntur ex ramis craffioribus in magnitudinem cubitalem defecari. Verfio male *codices* dixit. Sunt enim *clauae;* in vite σκυταλίδες dictae ibidem IV. 3. 11. χάρακες feu pali, ex ramis craffioribus in magnitudinem duorum cubitorum defecti, plantantur in fcrobe recti. Sunt ergo χάρακες eaedem quae clauae, longitudine tantum diuerfae. Hinc Columella taleas (i. e. clauas) poftea etiam palos dixit. Τρόπαια ita parantur, vt de trunco refecentur ad longitudinem cubitorum quatuor aut quinque, atque ita plantentur in fcrobe. Hac ratione, fi bene cefferit, plantam citius comprehendere et fructum educere. Puto, τρόπαια dici, quod trunci pars infime relinquitur et in fcrobe ponitur. Eft enim τρόπις carina feu infima nauis pars. Alii plantas antequam tranfferant, in ipfo trunco adhuc relictas falce vndique purgant et circa Arcturi ortum in fcrobem demittunt. (ἐπ᾽ αὐτῦ τῦ στελέχυς ἔτι ὄντα φυτά.) Quod genus plantarum quale fit, nondum fatis intelligo. Alii truncos olearum, concifos in ftipites, (κορμὺς μείζυς) deponunt in fcrobe, cortice furfum verfo, et terra obruunt. Hoc igitur genus alteram partem nudam cortice habere debet; et vereor, vt recte verfio ftipitem appellet. Quidam ex trunci parte terra obruta fegmenta palmorum quatuor longitudine cum cortice exfcindunt terraque obruunt in fcrobe. Porro Geoponica XI. 13. falicem plantari dicunt ἐκ κορύνης καὶ πασσαλίσκων. quod Columella IV. 30. 4. dixit cacuminibus et taleis. Eadem X. 65. 6. in nuce vocant κορύνην rami fummam partem feu cacumen, inferendum in alia arbore. Similiter Theophraftus H. P. III. 6 et 9. germinis arborum cacumen κορύνην βλαστῦ dixit. Nunc de fcytalis videamus. Geoponica X. 22. in pyrorum plantatione aiunt quofdam ex trunci

parte

parte generosissima facere σκυτάλας et plantare vt oleas, ex scytala factas. Nominant στέλεχος, i. e. truncum superiorem; nam inferiorem seu codicem πρέμνον Graeci vocant, terra obrutum magna ex parte. Theophrastus H. P. II. 1. oleam nasci ait ex trunco, caudice, ligno (i. e. ramis crassioribus) et radice concisis, (ἐκ τȣ̃ στελέχȣς, ἀπὸ τȣ̃ πρέμνȣ κατακοπτομένȣ, ἀπὸ τῆς ῥίζης, ἀπὸ τȣ̃ ξύλȣ) a virga, i. e. stolone (ῥάβδȣ) et palo; (χάρακος) cacumine negat prouenire (ἀπὸ κλωνός). Caudicibus sectis oleam prouenire, cecinit etiam Virgilius. Oleam propagari stolone, in matre relicto, aut cum parte radicis vel trunci recisa, monet Theophr. H. P. II. 7. illud genus vocat προμοσχεύειν ἐπ' αὐτῶν τῶν δένδρων, hoc Φυτὰ ὑπόῤῥιζα et ἀπόπρεμνα. Stolonibus a radice seu capite oleam propagat Cato c. 51 et 133. Denique addit Theophrastus ὅσα δὲ ἐκ τȣ̃ στελέχȣς καὶ διακοπτόμενα Φυτεύεται, κάτω τρέποντα τὴν τομὴν δεῖ Φυτεύειν. διακόπτειν δὲ μὴ ἐλάττω σπιθαμιαίων, καὶ τὸν Φλοιὸν προσεῖναι. Φύεται δὲ ἐκ τῶν τοίȣτων ἔρνη βλαστανόντων δ' ἀεὶ προσχωννύειν, ἄχρις ȣ̃ ἂν γένηται ἄρτιον. ἄυτη μὲν ȣ̃ν τῆς ἐλαίας ἰδία καὶ τȣ̃ μυῤῥίνȣ. quem locum vertit Plinius 17. s. 28. Haec erant monenda, ne lector in scriptoribus his et comparandis cum Graecis aberraret; etsi non diffiteor, nondum satis potuisse me ad liquidum perducere omnium locorum interpretationem, quae supra posui.

in aliam] Vulgarem distinctionem *aliam. Videndum* mutaui, monente Pontedera. Postea idem verba ita voluit distingui: *neque, etiamsi malus pirum*, (recipit) *hoc sequuntur multi, qui aruspices* etc. Egregie et vere, nisi fallor! Sed iam antea Vrsinus coniecerat, legendum esse: *neque enim si malum pirus, hoc sequendum. Multi aruspices aud.* Gesner malebat: *neque enim si malus pirum recipit etiam, pirum recipit quercus.*

aruspices] Plinius 15. s. 17. *neque omnia insita misceri fas est, sicut nec spinas inseri, quando fulgura expiari non queant facile; quotque genera insita fuerunt, tot fulgura vno ictu pronunciantur.* Idem 17. s. 28. *quoniam in vlmo eam (morum) inseri religio fulgurum prohibet.* Palladius Februario 25. 30. *Morus vlmo insita comprehendit, sed parturit magnae infelicitatis argumenta.* Huc pertinet locus Macrobii II. 16. vbi pontifices aiunt ficum albam ex felicibus, contra nigram ex infelicibus arboribus esse. Piro insita mala melimela habent Geoponica X. 2. Aruspicem fulguratorem ex Catone habet Nonius.

non fore tam iucundum] Theophraſtus C. P. I. 7. *καὶ μάλιστα ἐὰν τὰ ἥμερα εἰς τὰ ἄγρια τίθηται τῶν φλοιῶν. εὐτροφία γὰρ συμβαίνει πλείων διὰ τὴν ἰσχὺν τῶν ὑποκειμένων. διὸ καὶ κελεύουσι κοτίνους φυτεύσαντες ἐνοφθαλμίζειν ἢ ἐμφυτεύειν ὕστερον· ἀναλαμβάνονται γὰρ μᾶλλον ἰσχυρότερον καὶ τροφὴν ἐπισπώμενα καλλίκαρπον τὸ δένδρον ποιεῖ. ἐπεὶ εἴγε τις ἀνάπαλιν τὸ ἄγριον εἰς τὸ ἥμερον ἔμβαλλοι, διαφορὰν μέν τινα ποιήσει, τὸ δὲ καλλικαρπεῖν οὐχ ἕξει.* et cap. 9. *ἅπαντα χείρω τὰ ἐκ σπέρματος, ὡς ἐπίπαν. ἐν δὲ τοῖς ἡμέροις, οἷον ῥύα, συκῆ, ἄμπελος ἀμυγδάλη· καὶ γὰρ ὅλα γένη μεταβάλλει καὶ ἐκπαπποῦται πολλάκις ἔνια.* Ceterum h. l. reſpexit Creſcent. II. 22. *item ait Varro, quod melior eſt inſitio in arborem domeſticam quam ſylueſtrem, quia meliores fructus producit.*

vt ſi vtraque] Ita cum Vrſino ſcripſi. Vulgo *vt ſit*. Exemplum affert illuſtrandae ſententiae aptum.

referentem ad fructum] Otioſa haec verba cenſebat Vrſinus; quae ſi abeſſent, vnde iudicabitur genus melius ſurculi?

traducit] Pontederae notam ad h. l. priorem quidem, vbi vir doctus varietatem lectionis e Creſcentio, nullo tamen interpoſito iudicio, adſcripſerat, omiſit Geſnerus, vt nimis longam; neque adeo lectionem Creſcentii inde excerpſit, quam nunc ex eadem editione, qua vſus erat Pontedera, poſui. In Curis ſecundis Pontedera lectionem Ienſonianam merito probat, quam ſecutus et ipſe locum ita legendum eſſe cenſeo: *implicat eum. Tum ramuli locus, qui contingit, ex vtraque parte, qua fiſſuram intrat, falce extenuatur, ita, vt ab vna parte, qua coelum viſurus eſt, corticem cum cortice exaequatum habeat.* Quanquam rectiorem et naturalem verborum ordinem hunc eſſe puto, a librariis, vt tot aliis in locis, turbatum: *traducit. tum ramulum ex vtraque parte, qua fiſſuram intrat, falce extenuatum in eius ramo praeciſo ac difiſſo implicat, qui contingit ita, vt ex vna parte, qua coelum viſurus eſt, corticem cum cortice exaequatum habeat.* Geſnerus vulgatam interpungendo poſt *contingit:* loci interpretationem adiuuare voluit, cum antea punctum eſſet poſt *implicat*, quod reſtitui. Sententiam loci quaſi per tranſennam vidit Geſnerus, lectionem tamen conſtituere non eſt auſus: *Qua coelum viſurus eſt* recte interpretatur *qua parte ſurculus* exſtat, in ipſa commiſſura debet habere corticem, matris cortici accurate aequatam, ne commiſſura tranſluceat. Propaginis hoc genus, cum inſitione permiſtum, veluti ſuum commentum, copioſius expoſuit Columella V. 11. 13. et ex eo

eo Plinius 17. f. 30. no. 7. qua de re miror non admonuiſſe Plinium nec Editores Columellae et Varronis.

inſeret] Ita recte Br. Ald. Creſc. Cum Victorio male Geſneriana *inſereret*, cui Geſner *inſerit* vel *inſeret* ſubſtitui malebat. Cacumen ad coelum dirigitur, ne pluuia in ſitu obliquo conſiſtat.

ab altera arbore] Gloſſam eſſe putat Vrſinus, aſſentiente Geſnero, qui incluſerat. Verum deſideratur vocabulum, quo ramus praecidendus ſignificetur. Nunc dicitur, vnde ſit praecidendus. Igitur mallem: *comprehenderit, id quod propagatum eſt ab altera arbore praecidit.* Creſc. habet *vnum propagatum ab altera.*

Cap. XLI. *ſolſtitiali*] Creſcent. V. 10. *Varro ſcribit, quod ea, quae verno tempore inſeruntur, poſſunt etiam circa ſolſtitium inſeri, vt ficus, quod denſa materia non eſt et ideo ſequitur calidiorem, a quo ſit, vt — aqua recens inimica eſt, tenellum cito facit putreſacere, ita quod caniculae ſigno commodiſſime exiſtimetur ea inſeri — ſupra ligatur — prius areſcat — et ita exacuendum — diuidetur medulla — et libro ligandum. Cato ſcribit quod etiam per vindemiam ficus inſeri poteſt.* vbi Editio mea antiqua habet: *deciſa materia — aqua recenti in fico in nuca tenellum etiam cito facit putrere ita quod — exiſtimatur ea — nimis ſunt mollia — obliniendum — Cato enim ſcribit.* Idem Creſc. II. 22. *fit etiam, vt ait Varro, haec inſitio commode in ſolſtitio aeſtiuo et caniculae ſigno et praecipue in fico.*

caldorem] Pontedera probabat lectionem *calidiorem* et intelligebat locum aut menſem. Mihi aliter videtur.

aqua recenti inſito inimica] Geoponica X. 75. ὄμβρος τῷ μὲν ἐγκεντρισμῷ χρήσιμος τῷ δ᾽ ἐμφυλλισμῷ ἀσύμφορος. Eſt vero ἐγκεντρισμὸς, cum ſurculus fiſſo trunco, ἐμφυλλισμὸς autem, cum inter truncum et corticem inſeritur. Poſterior ratio locum habet in arboribus humidis; igitur ex ratione Theophraſti, qui ἐμφυτείᾳ reliquae, praeter inoculationem pluuiam vtilem cenſuit, niſi arbor ſit natura humida, aqua et inoculatione et ἐμφυλλισμῷ recenti nocet.

itaque quod] Victor. Codicum lectionem *itaque qui* probabat Pontedera; antiquum enim *qui* fuiſſe generis communis. Idem Caeſen. Codicis lectionem *quod ſit C. ſ. commodiſſime exiſtimatur ex ea inſeri,* Veneti: *qui ſit C. ſ. comm. exiſtimatur inſeri* memorat. Ceterum totum hoc caput ex Theophraſto C. P. I. 6. tranſlatum eſſe, egregie admonuit Victorius. Ita igitur Theophraſtus: τὸ δ᾽ ὕδωρ τῷ μὲν ἐν-

ὀφθαλ-

ὀφθαλμισμῷ πολέμιον. ἐκσήπει γὰρ καὶ ἀπόλλυσι παραρέον διὰ τὴν ἀσθένειαν. διὸ καὶ ἐπὶ κυνὶ δοκεῖ ἀσφαλέστατος εἶναι — τῇ δ᾽ ἐμφυτείᾳ χρήσιμον (τὸ ὕδωρ) ἂν μὴ ᾖ ὑγρὸν τῇ φύσει. διὸ καὶ οἱ μὲν αὐτῶν πηλὸν ἐπικολλαίουσιν, οἱ δὲ χύτραν προσβάλλουσιν ὕδατος, ὥστε κατὰ μικρὸν ἐπιῤῥεῖν. ἀναξηραίνεται γὰρ ἂν ταχὺ, μὴ ἔχον ὑγρότητα διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἑλκώσεως. ὀρθῶς δὲ εἰς τὸ διατηρεῖν ἀῤῥαγεῖ τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν φλοιὸν, καὶ τὸ ἔνθεμα οὕτως ἀποξύειν ὥστε μὴ γυμνοῦν τὴν μήτραν. ῥαγέντος γὰρ ἢ γυμνωθείσης ἀναξηραίνεται καὶ διαφθείρεται. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ περιδοῦσι φιλύρας ἔξωθεν φλοιοῖς· καὶ ἐπὶ τούτοις περιαλείφουσι πηλῷ τετριχωμένῳ, ὅπως ἔμμονος ἡ ὑγρότης ᾖ καὶ μήθ᾽ ἥλιος μήθ᾽ ὕδωρ μήτε ψῦχος παραλυπῇ — χρὴ δὲ καὶ τῆς ὑγρότητος τῆς αὐτῶν συμμετρίαν τινὰ ὑπάρχειν. διὸ καὶ τὴν μὲν ἄμπελον προαποτέμνουσιν ἡμέραις τρισὶ (ita ex Varrone legendum eſſe pro τισὶ, monuit etiam Victorius) πρότερον, ὅπως προαποῤῥυῇ τὸ δάκρυον καὶ μὴ σήπηται μηδ᾽ εὐρωτιᾷ. ῥόα δὲ καὶ συκῆ καὶ ὅσα τούτων ἐστὶ ξηρότερα, παραχρῆμα. In quibus vertendis magnopere aberrauit Varro, et quaedam temere omiſit. Primum inſitionem ab inoculatione non diſtinxit. Inoculationi enim aqua nocet. Deinde *quae natura minus mollia ſunt*, debebant verti *humida.* et pertinent ad inſitionem, proprie dictam. Poſtea tranſitum facit nimis abruptum ad vitem.

deſecant] Creſc. IV. 11. *Varro ſcribit, vitem inſerendam ſiccari debere triduo antequam inſeratur, vt, qui in ea nimius* (antiqua mea *nimis*) *eſt humor, diffluat a vite, antequam inſeratur, aut paulo infra inſitam incidatur vt inde humor.* Vnde comprobatur emendatio Pontederae, ſtatim memoranda. Ex Creſcentii *ſiccari* efficit Pontedera *deſicant*, quam formam multis in locis Polit. liber praefert. Ceterum deinceps poſt *ante* ſuſtuli comma. Vitis, *quam inſerunt*, opponitur ei *in qua inſerunt.*

aut in qua] Si ſcilicet ſtatim ſurculum inſerere volunt, non antea deſiccato nimio humero. Ita enim recte ex Edd. primis et Codice Caeſenate ſcribi iuſſit Pontedera. Ceterum haec verba hodie non exſtant in Theophraſto. De ſurculo inſerendo eadem docent Geoponica IV. 12. et rationem edunt, paulo diuerſam a Theophraſtea X. 75. 14 ſeqq. vbi etiam reliqua Theophraſti doctrina de inſitione et inoculatione exſtat. In malleolo plantando alia ratio eſt; is enim quam recentiſſimus deponitur.

tranſſfertur] Victorianum *tranſſferat* Pontedera mutabat in *tranſſferas* vel *tranſſferatur.* Equidem ſequor Edd. I. I- G.

De

De his primis] Gesner vocem *primis*, vt superuacuam, inclusit. Respicit enim Varro ad quatuor ista genera, de quibus tradiderat cap. 39. s. 3. Triller Observ. IV. 27. *de his inprimis* vel *de his priuis*, i. e. singulis, coniecit.

tardiora, surculis] Theophr. I. 8. εὐβλαστῆ δὲ καὶ εὐαυξῆ τὰ ἐκ τῶν φυτευομένων μᾶλλον ἢ τῶν σπερμάτων. εὐλόγως· ἄλλως τε κἂν ὑπόῤῥιζα ληφθῆ. Plinius XVII. sect. 10. *Quaedam non aliter proueniunt quam semine, vt castaneae, iuglandes. Ex semine ea quoque, quae et aliis modis seruntur, vt vites, mala atque pyra. — Omnia haec tarda prouentu ac degenerantia et insito restituenda. — Quibusdam natura contra omnino non degenerandi, quoquo modo serantur, vt cupressis, lauris.*

semen naturale] In fico τὰ πρόπτωτα ἔρινα floris vicem obtinere ait Theophrastus H. P. I. 6 et 8. i. e. grossos, primo vere erumpentes et caduos. Flore carere ficum dixit etiam Plinius 16. cap. 15. Grana, quae recte Varro semina dixit, Theophrastus et Graeci κεγχραμίδας, Plinius *grana* et *frumenta* dixit. Totam interiorem ficorum pulpam Columella *farctum* vocauit. Semina, inclusa fico, nascuntur ex floribus masculis et foemineis, eodem fructu inclusis, sed loco superiore atque inferiore distinctis, quod primus ad Theophrastum suspicatus erat Bodaeus a Stapel. Flores masculos accuratissime nuper descripsit et pinxit Bernard in Memoires d'Agriculture de la Societé de Paris année 1786.

paruis, quod] Vitium vidit Gesner, qui malebat: *quod paruis*, quod interim probandum puto. Male vero cum his paruis ficorum seminibus copulauit verba Theophrasti, vbi pessime μανὰ vertit *minuta*, quae debebat *laxa*. Quae enim densa et arida, minus esse ait Theophrastus ad incrementum prona. Sed nunc demum video, post longam parenthesin Varronem ad superiora haec: *vix queunt*, redire demum sect. 5. in his verbis: *quare ex terra potius* etc. et orationem absoluere.

minuta] Theophrastus C. P. I. 8. τὰ μὲν γὰρ πυκνὰ καὶ ξηρὰ δυσαύξητα. πᾶν γὰρ τὸ ἔμπυρον πυκνὸν καὶ ξηρὸν καὶ πικρὸν, ὥστε βραδεῖαν εἶναι τὴν ἐπίδοσιν. θατέρῳ δὲ τὸ ὑγρὸν πολὺ διὰ τὴν μανότητα· καὶ ὅλως ἡ ὑγρότης εὔβλαστόν τε καὶ εὔτροφον. φανερῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων τοῦτο συμβαῖνον καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. εὐαυξότερα γὰρ τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων ὑγρότερα καὶ μανώτερα τὴν φύσιν ὄντα. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν δένδρων· ῥόα μὲν καὶ συκῆ καὶ ἄμπελος εὐαυξῆ, φοῖνιξ δὲ καὶ κυπάριττος καὶ δάφνη καὶ πεύκη καὶ ἐλαία δυσαυξῆ.

δυσαυξῆ. In Varrone deinceps mallem cum Edd. I. I- G. legi: *et quae laxiora ea et foecundiora.*

et proportione] Ita recte Polit. libri pro *ex proportione.* Peſſime Geſner in Indicem h. l. retulit cum altero I. 18. 3. vt auctoritatem vocabuli *proportio* comprobaret. De loco Catonis 106. ſupra dixi.

in hoc enim humidiora] Vrſinus haec cum ſequenti *ex terra* ſpuria eſſe cenſebat et totum locum ita concinnabat: *tarda. quare potius in ſeminariis* etc. Pontedera ſuſpicabatur, a Varrone fuiſſe expreſſa, quae ſequuntur in Theophraſto: *ἔτι δὲ πρὸς τȢτοις ἔνια ὑπὸ τῆς ἀσθενείας. καὶ γὰρ τοιαῦτα δυσαυξῆ καὶ δύστροφα.* Igitur emendabat: *in hoc etiam imbecilliora.* Sed verba ipſa haec qua ratione eam ſententiam reddant, non explicauit. Equidem tranſpoſitis verbis lego: *tarda. ea quae laxiora et foecundiora. in hoc enim humidiora, quam aridiora.* Expreſſit enim Theophraſtea: *θατέρῳ δὲ τὸ ὑγρὸν πολὺ διὰ τὴν μανότητα.*

ex terra] Vrſinus delebat haec; Geſner in *et terra* mutata tolerari poſſe cenſebat; quod mihi non videtur.

vbi obrutae] Vrſinus malebat *vt obrutae.* Geoponica X. 45. *ἐάν τις βρέξας σῦκα περιπλάσσῃ ἐν σχοινίῳ καὶ τȢτο φυτεύσας ἀρδεύσῃ, ἐμφυήσεται πολλὰ φυτά, ἅτινα χρὴ μεταφυτεύειν.* Aeneas Gazaeus in Theophraſto p. 67. *οἱ γεωργεῖν δεινοὶ σῦκον σχοινίῳ προστρίψαντες καὶ κεγχραμίδων ἐμπλήσαντες κατέχωσαν τὸ σχοίνιον. χρόνος βραχὺς καὶ πρὸς μέτρον τῶν κεγχραμίδων συκαῖ κατὰ στίχον κείμεναι ἐφάνησαν.*

quam et aleis] Haec verba ſpuria eſſe cenſebat Vrſinus. Deinceps *ſeuimus* malebat Geſner, quoniam praeceſſit *enaſcebatur.*

Cap. XLII. *De medica*] Haec duo verba, in libris antiquioribus non reperta, Victorius alieno loco poſita pertinere ſuſpicabatur ad verba: *in iugerum vnum.* reliqua vero deinceps verba ad oleae ſemen adhuc referenda eſſe. Quem ſecutus Scaliger opinionis iſtius argumentum quaerebat in verbo *demittas.* Medicae enim ſemen ſpargi, oleae demitti. Sed recte cenſuit Pontedera, haec omnia ad medicam pertinere; et oleae ſemina ſeu nucleos in ſatione oleae improbari a Varrone. Praeterea in medicae ſatione adiici debuiſſe a Varrone terrae naturam, vt in cytiſo factum eſſe videmus.

variam] de qua vide ad Catonis cap. V. ſect. 6.

ſeſquimodium] Colum. II. 11. in locum, decem pedibus longum et quinque latum, deputat cyathos ſingulos ſeminis;

minis; Plinius 18. ſ. 43. *in iugera modia vicena* ponit. ſed ibi *in iugerum modii bini* ſcribendum eſſe ſuſpicor.

id ſeritur] In Codice reperit Vrſinus *id differtur.* Quam lectionem etſi etiam Pontedera probare videtur, ipſe tamen plane abiiciendam cenſeo. Dicitur enim differre de plantis, in alium locum tranſferendis; medica autem non tranſplantatur.

iactatur] Geſner et Pontedera *iaciatur* malebant; hic quidem etiam *ſemel iaciatur*, ne ſcilicet ſit neceſſe interſerere.

ſcilicet] Pro voce hac in Codd. Victorius ſcriptam reperit literam L. atque omnino vt alienam deleri voluit Pontedera.

Cap. XLIII. *braſſicae*] Colum. V. 12. *cum terram bene ſubegeris areolas facito, ibique velut ocimi ſemen cytiſi autumno ſerito.* Plinius 13. ſ. 47. *ſeritur cum hordeo, aut vere, ſemine, vt porrum.* Varro igitur voluit intelligi, ſerendum eſſe in areolis, velut ſemen braſſicae.

ſeſquipedem] Columella l. c. *plantas deinde vere diſponito, ita, vt inter ſe quoquouerſus quatuor pedum ſpatio diſtent.* An potius de ſcrobe Varro intelligendus eſt. Plinius enim l. c. plantas cubitales in ſcrobe pedali ſeri iubet.

virgulae] Columella cacumina cytiſi vere deponit; et ramis ſerit. Igitur male h. l. Editiones primae habent *duriores.*

Cap. XLIV. *ſi macer, minus*] Contra plane praecipit Columella II. 9. vbi accuratius de ea re diſputabitur.

erit ſerendi] Vrſinus omitti malebat *ſerendi.* Ceterum recte et egregie is h. l. ita corrigebat: *conſuetudo erit, vt tantum facias: quod tantum valet — terrae, vt ex* etc. Brevius etiam ſic corriges: *facias. Tantum valet* etc.

decimo] ſc. grano. Vſum loquendi ex Cicerone etiam, Verrin. III. 47. annotauit Geſner.

Garada] Cum Bocharto Geogr. I. 24. p. 525. *Gadara* corrigebat Schoettgen, approbante Geſnero. Alterum nomen ignotum aliunde eſt.

naſci centum] Ex Plinio *centum et quinquaginta* corrigit Pontedera. Scilicet Plinius 17. c. 5. *contra in Byzantio Africae illum centena et quinquagena fruge fertilem campum* etc. ſed idem 5. ſ. 3. *Libyphoenices vocantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio CCL. M. paſſuum per circuitum, fertilitatis eximiae, cum centeſima fruge agricolis fenus* red-

reddente terra. Idem 18. f. 21. *cum e modio, ſi ſit aptum ſolum, quale in Byzacio Africae campo centeni quinquageni modii reddantur.* Campi huius nomen in monumentis antiquis variatur. Libri enim Plinii quidam ſimiliter Byzantium nominant; et Graeci, teſte Stephano Byz. incolas Βύζαντας, oppidum Βυζάντιον vocant. Varro oppidum dicere viſus eſt Salmaſio ad Solini cap. 27. ſed recte monet Schoettgen, *ad* etiam dici pro *apud*, itaque campum etiam intelligi poſſe. Herodoti Gyzantes male miſcuit cum Byzantibus his Stephanus. Vide Interpretes Herodoti IV. 194.

veruacto] Reſtibili opponitur. Columellae libri ſcripti appellant vbique *veteretum*, quod recte probabat Scaliger, qui monet, Gallos ſuos hodieque agrum eiuſmodi partim *Gueret*, partim *Varet* appellare. Locus eſt manifeſtus Columellae II. 10. 5. *fabae pinguiſſimus locus vel ſtercoratus deſtinatur et ſi veteretum erit in valle ſitum — ſin autem proximae meſſis occupandum erit reſtibile — et ſimiliter cum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus imporcatumque occabimus.* vbi crudo ſolo, et reſtibili agro, opponitur veteretum. Faba autem ſemper in agro non proſciſſo ſerebatur. Geſner vbique praeferebat *veruactum*, ſed recte eum refutavit Pontedera.

quotannis reſtibilia] Puto *quotannis* vitioſum eſſe aut redundare. Reſtibilis enim ager eſt, qui quotannis obſeritur.

Dicetur, inquit] Recte Pontedera corrigit: *Dice igitur, inquit.* vt infra libro III. 16.

De nutrucationibus atque alimoniis eorum] Haec verba ex capite 34. inepte repetita fuiſſe a gloſſatore cenſebat Vrſinus. De tertio hoc gradu vide cap. 37. f. 4.

Licinius, Quae] Recte antiquam lectionem *ille, quae* praefert Pontedera vulgatae.

cum ſunt matura] Inepta haec eſſe, vidit etiam Vrſinus, ſic ordinans: *praegnantia pariunt poma aut ſpicam; ſic alia, quae cum ſunt matura, ſimile ei, a quo profecta ſunt, reddunt ſemen.* Interim vulgarem diſtinctionem *cum ſunt, matura p. poma* correxi. Neque enim vel arbores vel ſegetes ſtatim pariunt poma matura aut ſegetes maturas, ſed praegnantia pariunt demum, cum maturatum fuerit ſemen conceptum.

diem idem] Antiquam lectionem reſtituendam eſſe viderunt Vrſinus et Pontedera, confirmantes ex loco Theophraſti C. P. I. 14. *διὰ τȣτο γὰρ ȣδὲ ἐάν τις ἀφέλῃ τὸν καρπὸν ἢ ἄνθος, δύναται πάλιν ἕτερα γεννᾷν, διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν τὸν τῆς κυήσεως χρόνον.* Vnde Vrſinus vocem *bis* deleri etiam voluit

voluit Gesner vulgatum *praegnationis* veluti pro praegnationes dictum ineptissime defendit.

Cap. XLV. *prodit seges*] Theophrastus H. P. VIII. 1, vnde haec sunt ducta habet: *κύαμος δὲ καὶ τῶν σιτωδῶν ἐν πλείοσιν.* vnde malim h. l. *quam seges*, i. e. quam frumenta. In Plinio 18. cap. 7. qui eadem transtulit legitur: *legumina quarto, vel cum tardissime septimo.* vbi Vrsinus corrigebat: *quinto.* In hoc Varronis loco Vrsinus delebat verba: *seges ostendit.* Crescentius III. 16. *His temporibus et eodem modo, vt triticum seritur et septem diebus sub terra moratur et cum egreditur, vt ait Varro: legumina vero quinque diebus praeterquam faba.*

nata, si loca] Malim: *quae in seminario nata molli natura sunt, si loca erunt frigidiora, per* etc. Cresc. habet: *nata sunt — erant frigidiora — ne alicubi — venenum est propter gelu. —*

gelum] In Catonis cap. 40. sect. 4. *gelus* pro gelu, ex libris suis dedit Victorius. Varro apud Nonium p. 492. Mercerii: *Pieridum comes quae tenes cata gelo putri montium laxa.* vbi antea erat: *Pueri dum comitesque tenent.* Quidam corrigebant *strata* pro *cata.* Libri Mercerii habent *comes*, in reliquis posuit Scaligeri emendationem, de Echo interpretatus cum eo. Editio Parmensis 1480. pariter *comesque* habet. Scaligeri probata correctione *cauata gelo — montium saxa* legi vult Gebhard. Antiq. Lect. II. 19.

quam quae supra] Ita recte emendauit Pontedera auctore Theophrasto H. P. I. 13. Vulgo *quae* deerat. Ita vero graece legitur: *τινὲς φασὶ τὰς μὲν ῥίζας αὐξάνεσθαι μετοπώρου καὶ λειμῶνος. τὰ δὲ στελέχη καὶ τοὺς ἀκρεμόνας ἔαρος καὶ θέρους, καὶ μάλισθ' ὑπὸ τὸ ἄστρον.*

terrae tepore] Ex graeco: *στεγαζόμενα τῇ γῇ* Pontedera malebat *tectae terra.*

cinguntur] Victorius dederat *tinguntur.* ipse tamen malebat *tanguntur.* Pontedera malebat *stringuntur*, Scaliger *restringuntur*, Vrsinus *restinguntur.* Graece est: *ὅτι τὰ μὲν ἄνω κωλύεται διὰ τὸν πέριξ ἀέρα ψυχρὸν ὄντα.* vnde facilis emendatio *cinguntur*, quod habet etiam Cresc. Vitem post vindemiam ab onere racemorum liberatam et nondum a glacie affectam vires recipere et inprimis radices augere tradunt Geoponica V. 6.

nam prius radicis] Graece est: *ἐν ἐκείνῃ γὰρ τὴν ῥίζαν πρότερον τὸν βλαστὸν ἀφίεναι πάντα.*

longius] Graece est: οὐκ εἰς πλεῖον καταλαμβάνουσαι βάθος ἢ ἥλιος ἀφικνεῖται. πλὴν ἐὰν που τόπος εὐδίοδος ᾖ. vbi Scaliger legi voluit: ἢ ᾗ. ὁ ἥλιος ἐφικνεῖται. sententia tamen eadem. vnde h. l. emendabat *nisi quo peruenit sol:* Vrsinus deleri *longius* et *tempore* mutari in *tepore* volebat; addidit Plinianam eiusdem loci interpretationem 16. s. 56. *quidam non altius descendere radices, quam solis calor tepefaciat; idque natura loci tenuioris siue crassioris dixere.* Contra Pontedera vulgatam defendebat, et ex Charisio admonebat, Varronem *radicium* dixisse non *radicum.* Itaque videndum esse ait, haec forma num sit inducenda. Crescentius h. l. ita laudat: *nam prius radices nasci solent, nec longius procedunt, nisi quo tempore venit sol.* Equidem malim: *nisi quotenus peruenit sol;* aut cum Popma: *nisi quo tepor venit solis.* Nam sequens *his* velut inutile recte omittit liber Pol. et Crescent. et potuit nasci ex *solis.* Teporem solis ad altitudinem quatuor pedum penetrare in terram solum, nisi sit rimosa, affirmant Geoponica V. 12. atque hinc definiunt mensuram scrobium arborum seminibus deponendis. In Theophrasto ex Codice lege ἢ οὗ ἂν cum Moldenhauero in Tentam. in Theophr. p. 144.

his duplex] Polit. omittit *his* cum Crescentio qui ita habet: *duplex causa radicum. nam quaedam arbores naturaliter longius producunt radices quam aliae, et quia alia terra facilius viam radicibus quam alia dat.* ex qua lectione veram huius loci scripturam inuestigasse mihi videor. Vulgo enim erat: *quod et radicum materiam aliam quam aliam.* Antiqua mea editio Crescentii habet: *facilius viam dat.* breuius et rectius.

Cap. XLVI. *dici potest*] Ex Theophrasti H. P. I. 16. Ἴδιον δὲ καὶ τὸ τῇ ἐλαίᾳ καὶ τὸ τῇ φιλύρᾳ καὶ τῇ πτελέᾳ καὶ τῇ λεύκῃ συμβαῖνον. στρέφειν γὰρ δοκοῦσι τὰ ὕπτια μετὰ τροπὰς χειμερινὰς, καὶ τούτῳ γνωρίζουσιν, ὅτι γεγένηνται τροπαί. Plinius II. 41. *olea et populus alba et salices solstitio folia circumagunt. — Miretur hoc qui non obseruet quotidiano experimento herbam vnam, quae vocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper, omnibusque horis cum eo verti vel nubilo obumbrante.* Idem 18. s. 68. nominat oleam, tiliam, populum albam, vlmum salicem, *easque* ait *alia parte coelum respicere brumae confectae die, quam qua spectauere pridie.* Ceterum Pontedera malebat h. l. scribere *disci*, eamque emendationem loco Theophrasti confirmari putabat et lemmate huius capitis, vbi est: *ex quibus foliis cognosci possint anni*

tem-

tempora. Plantarum plurimarum folia et petala florum lucem solis sequi cum antiquitate agnoscimus hodie; de arboribus obseruationem recentiorem ignoro. Ex annotata hac foliorum natura videntur quidam olim botanici coniecisse, folia tum etiam conuerti, cum solis cursus conuertitur; sed ex verbo *στρέφειν* ortus esse videtur error, vt superficiem foliorum circumagi putarent. Scio equidem, plantas aliquot pinnatifidas conniuere in tenebris et noctu foliis conuersis et complicatis; sed haec foliorum natura vix pertinet ad explicandum veterum errorem. Oleam Panthei foliorum candidam superficiem pronam, viridem contra supinum habere, refert Auctor mirabil. Ausc. c. 52.

Cap. XLVII. *In seminario*] Crescentius II. 20. omissis iis, quae caput 46. loco plane alieno interserit, haec cum cap. 45. ita iungit: *Si autem seminarium surculis consitum est, cacumina, quae molliora erunt natura, vt oleae aut ficus, integenda sunt binis tabellis, dextra aut sinistra ligatis.* vbi antiqua mea Editio habet: *aut seminarium surculis consitum est. cacumina quae meliora erunt natura oleo, vt olea aut ficus, integenda sunt* etc.

molliora] Vrsinus malebat *molliore.* vt supra c. 45. 2. *quae molli natura sunt.*

deligatis] Hoc verbum veluti glossam deleri volebat Vrsinus, defendit Crescentius. Aliter ficorum cacumina tutatur Columella V. 10. 21. et Palladius IV. 10. 23.

et dum tenerae sunt] Vrsinus malebat: *aut dum tenerae sunt, vellendae potius. nam aridae factae rixantur*, i. e. resistunt.

prius enim aridae] Pontedera emendabat: *priusquam adultae factae; etenim rixantur.* Deinde aliam coniecturam proposuit; hanc scilicet, vt legamus: *prius enim, adultae factae rixantur.* Gesner, in vestigia inductus a Pontedera, hanc reperit emendationem: *prius enim adolefactae.* et comparat Tertulliani *abolefactus*, Valeriique *obsolefactus.* In ipsa, quam praeterea laudat, Inscriptione Fratrum arualium, ab Vrsino edita, *adolendarum* et *adolefactarum* dicitur potius pro comburendarum. Leuiori mutatione possis legere *validae factae;* quam emendationem video nunc occupasse Trillerum Observ. IV. 27. Quamcunque licet emendationem sequaris, vulgata certe falsa et inepta est.

rixantur] i. e. renituntur. Ita Plinius 16. f. 2. *ramos inter se rixantes* dixit.

foenisiciae] Infra cap. 49. foenisiciae cumulum addere. Cap. 56. foenisiciae conduntur. Et tamen idem Varro cap. XVII. 2. foenisicia dixit neutro genere, iterumque et tertio II. 11. 7. III. 2. 6. Horum priore in loco Polit. liber.

in nutricatu] Haec verba spuria visa sunt Vrsino. Sequens *quo* licet interpretari *quare*, nisi malis cum aliis Edd. *quin* legere.

solum] i. e. vestigium, plantae solum. Exempla alia dabit Gesneri Thes. L. L.

Cap. XLVIII. *in quo*] Ita cum Pontedera correxi vulgatum *quod culmus extulit. Spica.* Edd. primae, Codex Caesenas et Venetus habent *extulit spicam.* Deinde pro *quod* in iisdem libris est *quo.* Vrsinus in vetere codice *quom* reperit; vnde malebat: *In segetibus autem quum culmus extulit spicam.* Contra Gesner corrigebat: *frumentorum quod culmus extulit, spica; ea quae* etc. Quam postremam rationem mihi magis placere non diffiteor. Cum spica erumpere incipit, atque intumescere culmus extremus, *fratrare* dicitur, auctore Festo.

spicam] Cato apud Ciceronem c. 15. *quae nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur; e quibus cum emerserit, fundit frugem spici, ordine structam et contra auium minorum morsus munitur vallo aristarum.* Idem de N. D. II. 42. *spicum illustre tenens splendenti corpore virgo.* Festus etiam masculine *spicum* dixisse veteres annotauit. Nonius ex Varrone p. 107. b. posuit locum: *neque in bona segete nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquod bonam.*

mutilata] Consuetudo Varronis postulare videtur *mutilata non est, vt in ordeo et tritico.* Nam in vtroque genere frumenti spicae aristatae et mutilae reperiuntur, agri qualitate variante spicae naturam.

longa eminet] Nonius p. 57. a. seu p. 118. ed. secund. *glumam Varro folliculum grani frumentarii dici putat de re rustica libro I. Granum dictum quod est intimum solidum; gluma, qui est folliculus eius; arista, quae vt acus tenuis longe eminet.* Sed Editio Parmensis anni 1480. *dictum est quod intimum — gluma quod.* Codex Guelferbyt. Mercerianam lectionem exhibet; nisi quod *frumentari*, vt in similibus genitiuis, veluti *consili*, deinde cum Polit. libro *soldum* antiquum retinuit ex fuga, quod probo.

Euhemeri] Politianus ex Codice Mediceo et comparato Lactantio I. 11. et Columella IX. 2. h. l. correxit. Vide eius

eius Miſcellanea c. 25. et Reineſii Var. Lect. III. 2. p. 374. Monuit Geſner.

deglubitur] Feſtus: *Gluma hordei funicula, dictum quod glubatur id granum.* Idem *clumae folliculi ordei.* vbi Scaliger ex Gloſſario poſuit: *Clunar* κριθῆς λέπυρον.

id enim vt gerat] Ita ex Edd. primis vulgatum *id enim ſcritur, vti ſpica gerat frumentum* correxi, ſuadente etiam Pontedera; etſi non ignoro, *ſpicum* ab ipſo Varrone etiam dictum in aliis libris, teſte Nonio.

a ſpe] Eandem cantilenam in libris de L. L. repetiit Varro. Spicum acutum quiduis dicebatur olim; vnde ſpiculum. Inſpicare faces Virgilius dixit Georg. II. 291. Gratius verſu 119. *exigui ſpicant hoſtilia dentes.* Faces incidere Columella II. 22. 3.

Spica mutica] Feſtus: *pennatas impennataſque agnas in ſaliari carmine ſpicas ſignificat cum ariſtis et alias ſine ariſtis agnas nouas volunt intelligi.* vbi egregie Scaliger comparauit locum Theophraſti H. P. VIII. 7. vbi ſpicae paruae dicuntur ruſtico vocabulo ἄρνες. Ceterum h. l. Vrſinus malebat *mutila* legi.

cornua] Cato apud Ciceronem de Senectute cap. 15. *fundit frugem ſpici ordine ſtructam et contra auium minorum morſus munitur vallo ariſtarum.* Manilius V. 271. *Spica feret prae ſe vallantes corpus ariſtas.*

vagina] Supra cap. I. 32. 1. *eſſe in vaginis.* Stipulam dixit Virgilius Georg. I. 316. *frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent.* Frumentorum vaginas ex commentariis Pontificum memorat Plinius 18. ſ. 3. monente Pontedera.

gladium] Genere neutro dici ex Varrone de L. L. et Nonio admonuit Victorius.

frit] Vulgo a friare deducunt, Pontedera contra a graeco Φρίσσειν.

quod in infima] Vrſinus malebat: *quod infima ad culmum ſtramenti.* Sed is lectionem Edd. primarum *in firma* corrigere voluiſſe videtur; quam ipſam probabat Pontederá.

vrruncum] Ex graeco ὄῤῥογκον quaſi *ſerum lactis* deducit Pontedera, infelici ſane coniectura. Geſner verbum *vrruncum* ortum putabat ex initio capitis ſequentis: *verum cum tacuiſſet.* Ineptiſſime! Deſideratur enim vocabulum, quod reſpondeat alteri *frit.* Miror, ab vtroque omiſſum locum Bocharti Hieroz. T. II. p. 590. qui comparauit locum Aeliani H. A. VI. 43. vbi de formicarum pabulatione eſt: οἱ δὲ ἡγεμόνες ἀνέρπȣσι καὶ τȣ̀ς καλȣμένȣς ἀθέρας τῶν καρπίμων διατραγόντες τῷ δήμῳ τῷ κάτω ῥίπτȣσι. οἱ δὲ περιελθόν-

τες τὲς μὲν ἀθέρας ἀποκόπτεσι, ἐκλέπεσι δὲ τὰς τὸν πυρὸν στεγέσας τε καὶ περιαμπεχέσας θυλακίδας. Bochartus in Aeliano ex Varrone legi volebat ἐρύγκες. Sed praeſtat Aeliani ἐραγὸν interpretari de infima ſpicae et ſuprema culmi parte, qua ſecta ſpica ipſa decidit. Fortaſſe in lectione Polit. *vrrucum* et *verucum* latet vox *vragum* vel *vracum*. Aruncus caprarum huc vix poteſt trahi, quem habet Plinius 8. ſ. 76. dependentem mento villam interpretatur recte ex Ariſtotele H. A. IX. 3. qui ἤρυγγον dixit. Latini teſte Feſto *ſpirillum* dixerunt caprae barbam. Sed nunc malim deriuare a graeco ὄρογκος, quod apud Nicandrum Alexiph. verſ. 42. cacumen montis ſignificat; eſt igitur vruncus quaſi culmen culmi.

Cap. XLIX. *Dicam, inquit*] Agrium loqui et Stolonem vocare ad reliquam partem explicandam, patet comparato Cap. 44. 3. *Dicetur, inquit Agrius, de tertio gradu, de nutricationibus atque alimoniis eorum.* Atque infra c. 56. *Iam dudum, inquit, in villa ſedens expecto cum claui te, Stolo, dum fructus in villam referas.* Vulgata igitur lectio huius loci inepta eſt, inprimis propter ſequens *et ille.* Praeceſſit enim *dicam, inquit.* Quare probo lectionem I. I- G. *dic, inquit Agrius.* Tum vero verba *et ille* ad Stolonem referenda ſunt. Pontedera vero vulgata contentas *et ille* voluit deleri. Vrſinus ex vetere Codice malebat: *Verum quom tacuiſſet.*

de nutricatu] Diſtinctionem vulgo poſitam poſt hoc vocabulum ſuſtuli, et poſt interrogaretur incidi, recte monente Pontedera.

fructibus maturis] Hic eſt gradus quartus eorum, de quibus I. 37. 4.

et ille] Licinius Stolo. Ita ſupra c. 24. 4.

de his] Edd. quaedam *de ea.* Scilicet Varro loquitur, quaſi herbas vel gramina antea nominaſſet. Sic infra oporothecan nominat, deinde, quaſi pomarium dixiſſet, pergit loqui. Vrſinus duas voculas vt gloſſam tolli voluit.

tum de pratis] Verba *de pratis* ſuſpecta fuerunt Vrſino. Infra cap. 56. *faeniſiciae* leguntur, ſine varietate, at h. l. libri variant. A graeco φύω, *feo*, *fetus*, *fenus*, *fenum* deriuat cum Varrone Feſtus. Varro L. L. VI. p. 80. *faeniſicia* et *feniſicia* dici tradit; item a ruſticis *pretorem*, *hedum* pro *praetore*, *haedo.* Catonem *fenus* dixiſſe ſine litera a, vt *fetum* et *fecundum*. Varro de L. L. III. tradit apud Nonium p. 54. Merceri. Feſtus: *Orata genus piſcis appellatur a colore auri, quod ruſtici orum dicebant, vt auriculas oriculas.* Sic

oreae,

oreae, *frenum*, *origa*, auriga, *plostrum*, *olla* et similes formae, rusticis visitatae.

cumulum] Heinsius ad Aeneidem III. p. 170. corrigebat *cumulos*.

Siciliendo] Glossae veteres *Sicilam* interpretantur σμίλαν, ἀρβήλιον, ξυρὸν σκύτεος. Inde Siciliam dictam fuisse, volebat Scaliger ad Festum. Contra Plinius VI. f. 15. ex Varrone habet *sicilis* similitudine, vbi libri olim editi *scythici arcus* habebant. Festus hastarum spicula lata interpretatur et ex Ennio laudat; *Incedit veles volgo sicilibu' latis*.

tuberosum] Plinius 18. cap. 28. *quoties secta sint, siciliri prata, hoc est, quae foenisices, praeterierunt, secari. Est enim in primis inutile enasci herbas sementaturas.* Vnde consilium silicitionis fit manifestum; idemque exprimere voluisse videtur Varro; sed verba eius vitiosa mihi videntur; saltem non intelligo campum, herba tuberosum. Sicilimenta condere iubet Cato c. 5. Vsum siliciendi non plane intelligere me non infiteor; putaueram enim, purgari prata ab herbis noxiis et fruticibus, cum siciliuntur.

Cap. L. *metuntur*] Victorius edidit ex libris *metimur*, abusus loco Varronis de L. L. 8. p. 114. qui ad rem plane non pertinet, vt recte monuit Gesner. Quanquam nulla ita absurda etymologia excogitari potest, quin a Varronis ingenio possit expectari; quod monet ad h. l. Gesner. Sed nunc non agitur de etymologia, quae postea tradetur, magis etiam inepta, quam ea, quam sibi h. l. reperisse visi sunt Victorius et Gesner; sed voluit docere Varro, de quibus rebus proprie dicatur messis. Itaque habet lectio quidem Victoriana, quo defendi possit, magis tamen mihi placebat antiqua lectio.

est] Ita esse in vetere Codice pro *esse*, monet Vrsinus, idque adeo recepi.

frumenti] Vocabulum hoc abundare putabat Vrsinus. Male in Editione Gesneri est *frumenta* expressum errore operarum.

tria genera] De his vide ad Columellam II. 21. 3.

batillum] Inepte comparabat Gesner batillum, quo ad stercora colligenda vti iubet noster III. 6. 5. Manifeste ex h. l. Plinius 18. f. 72. *Galliarum latifundiis valli praegrandes dentibus in margine infestis duabus rotis per segetem impelluntur, iumento in contrarium iuncto: ita direptae in vallum cadunt spicae.* vbi Dalecampius ex Palladio malebat pro *vallo* legi *vehiculum praegrande.* Harduinus vehiculum inter-

terpretabatur vanni grandioris inſtar compactum. In Plinio poſt verbum *iuncto* Vincentius addit *vel acto*. A valli militaris ſimilitudine dicitur vallus hic propter dentes marginis infeſtos, quos cum ferrula comparauit Varro. Ita vallum pectinis dixit Ouidius Amor. I. 14. 15. Hinc in Varrone etiam *bacillum* vel *batillum* in *vallum* mutandum eſſe cenſeo. Multo clarior eſt eiuſdem vehiculi meſſorii deſcriptio, a Palladio poſita Iunio 2. *Pars Galliarum planior hoc compendio vtitur ad metendum et praeter hominum labores vnius bouis opera ſpatium totius meſſis abſumit. Fit itaque vehiculum, quod duabus rotis breuibus fertur. huius quadrata ſuperficies tabulis munitur, quae forinſecus reclines in ſummo reddant ſpatia largiora. ab eius fronte carpenti breuior eſt altitudo tabularum. Ibi denticuli plurimi ac rari ad ſpicarum menſuram conſtituuntur in ordinem ad ſuperiorem partem recurui. A tergo vero eiuſdem vehiculi duo breuiſſimi temones figurantur, velut amites baſternarum. ibi bos capite in vehiculum verſo iugo aptatur et vinculis, manſuetus ſane, qui non modum compulſoris excedat. hic vbi vehiculum per meſſes coepit impellere, omnis ſpica in carpentum denticulis comprehenſa cumulatur, abruptis ac relictis paleis, altitudinem vel humilitatem plerumque bubulco moderante, qui ſequitur* etc. vbi vide notas. De falcis genere aliquo h. l. Varronis interpretabatur Dickſon II. p. 354. nec is animaduertit, de eadem machina loqui Plinium et Palladium. Poſtquam haec ſcripſeram multo ante tempore, coepi tandem ipſe dubitare, an machina, a Plinio et Palladio deſcripta, intelligi h. l. poſſit. Tabulae enim quadratae ſuperficiei reclines vix poterant Varroni perſuadere, vt batillum incuruum ligneum nominaret; nihil enim in illa machina incurui, praeter dentes marginis anterioris. Quid ſi lectio priſca *bacillum* vera, et a Iucundo temere mutata fuerit? Columella II. 21. falces verunculatas, vel roſtratas, vel denticulatas nominat, quibus medius culmus ſecetur; ſed hae pertinent ad tertium modum Varronis. Deinceps Columella: *multi mergis alii pectinibus ſpicam ipſam legunt.* vbi liber Polit. *mergita: pectinibus* habet. Pectines quo pertineant, docet locus Plinii 18. ſect. 72. *ſtipulae alibi mediae falce praeciduntur, alibi inter duas mergas ſpica diſtringitur — panicum et milium ſingulatim pectine manuali legunt Galliae.* Ita enim cum Pintiano legendum eſt pro *atque inter duas mergites.* Vincentius habet *merges.* Mergas velut inſtrumentum meſſorium nominat Plautus Poenulo V. 2. 58. et Rudent. III. 4. 58. Feſtus: *Mergae furculae quibus acerui frugum fiunt — ſic meſſores eas*

in

in fruges demergunt, vt eleuare possint manipulos. Rhemnius Palaemon de Differentiis Vocum editus in Obferv. Mifcell. nouis T. IX. p. 990. *mergae funt fuſtes deducti, quibus metitur in aquis profundi quantitatis.* vbi puto fuiſſe *diducti — aruis profundae quantitatis.* Scilicet fuſtes deducti videntur furculae dici; et Plinii verba *inter duas mergas* videntur gemina furcae feu mergae cornua arguere. Hunc ipſum fuſtem Varro bacillum incuruum dicere videtur, quem cum merga comparauit etiam Dickfon, quanquam dubius p. 359. fed male is vulgarem Plinii lectionem defendere conatur. In loco Virgilii Georg. III. 517. *cerealis mergite culmi.* Seruius interpretatur manipulum fpicarum, igitur fafcem fpicarum mergis comprehenfum et collectum. Pectinem manualem fine manubrio, contra mergae haſtile incuruum fuiſſe fufpicor. Si furcata fuit merga, tum ferrulam ferream cornu alterum mergae effeciſſe puto, additamque fuiſſe alteram partem, quae colligeret et feruaret manipulos decerptos. Nam merga cum fuerit haſtili infixa, manu fpicae colligi non poterant. Videtur igitur mergae exemplum vallo deinde conſtruendo occaſionem dediſſe, quem Varro et Columella ignoraſſe videntur.

corbibus in aream] Hunc morem hodieque eſſe Britannorum, monuit Dickfon II. p. 354.

vt ſtamen] Haec verba ex gloſſa fuiſſe orta, fufpicabatur Vrfinus.

cum in ea] Verba *in ea* deleri voluit Vrfinus. De obfcuritate loci conqueritur etiam Gefner. Equidem totum hoc membrum alieno loco poſitum eſſe fufpicor, aut excidiſſe quaedam. Neque enim fatis apparet, ad quod metendi genus referatur haec operarum definitio, quae tribus enumeratis modis omnibus conuenire non poteſt. Nec reperio aliquid ea de re annotatum a Columella vel Plinio. Interim malo legere: *cum in iugerum* etc.

Cap. LI. *rotundam*] Seneca Q. N. I. c. 2. *quia fere terendis frugibus loca deſtinata ſunt rotunda.* Partem extumidam extremam πόλον vocat Xenophon Oecon. vnde apparet, eum quoque aream rotundam inſtar fphaerae fieri voluiſſe. Nam in fphaera mundi πόλοι dicuntur partes extremae vtrinque.

ſolidam — pauita] Ita monente Vrfino fcripſi pro *ſolida terra pauitam.*

paeminoſa] Nonius hanc lectionem habuit et a paedore deriuans mali odoris interpretatur. Sed idem *ſitu* pro

aestu scriptum exhibet. Gesner paedorem cum αὐχμὸς comparat, et paeminosum interpretatur αὐχμώδη. Sed mihi lectio haec displicet non solum propterea, quod structura verborum vacillans vitium aliquod arguit; sed notio ipsa verbi, a grammaticis tradita, ab hoc loco plane aliena est. Ceterum Vrsinus corrigebat: *ne aesta fiat peminosa et recipiat aquam et ostia aperiat muribus ac f.* Nonii Editio, Parmae facta anno 1480. habet: *solida terra pauita — situ peminosa eius grana oblitiscant.* In Codice Guelferbyt. antiquo et bono est: *pominosa virimis eius*, quod deinde correctum posteriore manu. Cum Nonio faciunt omnes Codd. Victorii; primae tamen lectiones praeferunt *perrimosa.* vbi tamen nimis ingrata accidit mihi repetita statim vox *rimis.* Originem vocabuli *paeminosa* ignoramus; equidem nullum fuisse suspicor, sed errore librariorum natum. Hinc Virgilius Georg. I. 180. de area: *neu puluere victa fatiscat.* vbi Burmannus in Varrone praeferebat *perrimosa.*

est inimica] Haec duo verba in libris suis non reperta Victorius omitti maluit; quare Gesner inclusit. Noster infra cap. 55. de amurcae vtilitate: *et vbicunque in agro herba nocet.*

Bagiennis] Plinio III. s. 7. et 20 et s. 24. audiunt Vagienni in Liguria collocati; et in Lilio VIII. 607. *Pernix Ligus et sparsi per saxa Vagenni* ediones vetustae *Bagenos* et *Bagennos* habent. Augustam Bagiennorum ex Inscriptione apud Sponium cum Ptolemaei Αὐγοῦστα Βατιενῶν comparat Gesner, qui recte monet, in locis montanis haud procul a mari sitis, nimbos esse debere frequentes.

refecta] Male Scaliger εὐδιεινὸν, ad loca referens, recte Vrsinus aream apertam interpretatur.

tempore meridiano] Suspecta Vrsino verba haec visa sunt immerito, vt puto.

Cap. LII. *seorsum*] ex ea spicas secerni oportet. Vrsinus tamen malebat: *Quae e segete grandissimae atque optimae fuerint spicae seors. in aream secerni oportet vt s. h.* Quidni haesit in *habeat ?* quod cum Gesnero muto in *habeas.*

tribulo] Nonius p. 109. a. ex h. l. habet: *quod fit apud alios iumentis, hic tribulo fit.* sed libros Nonii scriptos cum Varronis editionibus consentire, monuit ad h. l. Victorius. Tribulam dixit Columella II. 21. 4. cuius fabricam et vsum illustrauit Schoettgen. in Antiquit. Triturae, Traiecti 1727. p. 35 et seqq. Inter recentiores vsum tribuli, apud nationes Asiae multas adhuc vigentem, descripserunt Schaw Voyages

I. p.

I. p. 287. Kaempfer Amoenit. p. 682. Gmelin. Itiner. Ruſſic. III. p. 14. Sueci adoptarunt eum et correxerunt, narrantibus Actis Stockholm. XIII. p. 53. XXIII. p. 220. XXXI. p. 236. verſionis germanicae.

quod vngulis] Schoettgen recte legendum eſſe monuit *quoad*.

et ibi agitato perticis] Ridicule! Gregem iumentorum perticis agitari in area, vt frumenti grana exterant! Interpretes tamen tacent. Quid vero cauſae eſſe dicemus, cur Varro omiſerit modum illum, quo fuſtibus excutiebatur granum? de quo vide Colum. II. 21. Igitur lacuna eſt manifeſta, ex qua reliqua habemus verba haec de grano, fuſtibus excutiendo ex ſpicis.

ventilabris] Feſtus: *Euclatum euentilatum, vnde velabra, quibus frumenta ventilantur.* Sed ibi Salmaſius corrigit: *euallatum — vnde valli.*

euannatur] Nonius: *euannetur dictum eſt ventiletur, vel moueatur a vanno, in qua legumina ventilantur.* Deinde locum laudat, vt vulgo legitur, niſi quod habet *acus ac palea.* Mercerus edidit *vannu*, ſed Editio Parmenſis 1480. *vanno in quo*, et in loco Varronis *vannatur* habet. Priſcianus V. p. 654. ex Varronis rerum ruſticarum tertio laudans verba *acus in area excutitur* reſpicere h. l. viſus eſt etiam ante me Geſnero in Theſ. L. L. Feſtus *valuoli folliculi fabae appellati ſunt, quaſi valliuoli, quia vallo fracti excutiantur.* Scilicet a vanno fit *vannere*, *vannare* et *vannuere.* Huc enim ducit lectio Edd. principum et Codicum Victorii, vbi eſt *euannuatur.* Hanc formam verborum, in *vere* et *vare* deſinentium, antiquitas romana frequentauit, veluti *caeduat* et ſimilia apud Plautum.

Cap. LIII. *venire*] i. e. vendi. Cui opponitur *domi legere* ſeu mauis cum Geſnero *domum* legere, et referre, non vendere. Cum Geſnero facit Dickſon, qui putat, ſpicilegium dici, cum ſtramenta relicta deſecantur; quod mihi falſum eſſe videtur. Grauius vlcus latere ſuſpicor.

Cap. LIV. *nigram*] album miſcellum nominat Cato c. 106.

in vindemia] Ita ex h. l. laudat Nonius in *legere et eligere.* Vulgo erat *in vindemiam.* Sed altera editio Merceriana p. 444. dedit *vindemiam* diligentius, cum prior *diligentis* haberet. Vtraque deinceps *ſed etiam eligitur* habet. Codex Guelferbytanus habet ſcriptum: *de ruſticatione libro I.*

Africa

Africa prius d. descendere vitae vindemia diligentis vua non solum legitur, sed etiam eligitur ad viuendum, eligitur ad edendum.

sed eligitur] Nonius habet *sed etiam eligitur*, probante Pontedera.

lectius] Vitium vulgatae corrigere voluit auctor Edd. Ba- G. qui *lectae ius* dedit. Vrsinus in Codice repertum *lecta* mutat in *lecta citius;* Pontedera corrigebat *secius*, i. e. vua deterior defertur in torcularium. Equidem cum Schoettgen probo *lecta*, cui deinceps opponitur *electa.*

forum] torcularii. De quo Cato 18. 1. et alii. Dolium *inane* deinceps mihi displicet; satis enim intelligit ipse lector, inane esse debere, quo vinum sit indendum.

addatur] Vrsinus corrigebat *abdatur*, malebat tamen *in ollulas, eae in d. p. v. condantur.* Catonem enim expressum esse, cap. 7. vbi est: *Hae in ollis, ollae in vinaceis condantur.* Vulgatum *addatur* Gesner defendit comparatione III. 15. 2. et similium locorum.

piscinam] Quo mustum etiam defertur, vt fiat *ἀείγλευκος*, aere excluso omne et feruore intestino musti.

aream] Vrsinus malebat: *horreum aut carnarium*, ex Columella XII. 43. *in horreo suspendunt, in quo triticum suppositum est.* Idem ait, alios corrigere *arcam*, in Codice aliquo esse *aera.* Pontedera corrigebat: *alia quae in aream, vnde in carnarium ascendat;* verum in Curis secundis mutata sententia probabat: *alia quae in aena* (i. e. *ahena) vt in carnarium escendat.* Gesner aream probabat et ad ipsum carnarium pertinere putabat, laudato Catonis loco cap. VII. 2. vbi vua apud fabrum ferrarium suspenditur, quae vocabatur *fabrilis.* Mihi etiam area displicet, et praeferrem *aram*, si locus Columellae X. 354. *innataue aris nigra satiare fauilla* satis esset certus; alii enim libri *laris* habent. Quid si olim *farreum* fuit scriptum? Ita enim veteres horreum vocabant, teste Festo.

extrema] Pedem vinaceorum circumcidere dixit Columella XII. 36 et 43. vbi vide notas.

rursus cum expressum] Vrsinus malebat *succum expressum.*

circumcisitum] Ex lectione Pol. Scaliger *circumcisitium*, cum Vrsino Popma *circumcisiuum* corrigebant. Cato circumcidaneum cap. 23. Columella et Plinius *tortiuum* mustum vocant. Equidem vulgatam ipse etiam improbo.

quod expressum est] Gesnerus haec verba abundare suspicabatur. Varro apud Nonium p. 551. Merceri: *Antiquae mulieres*

mulieres maiores bibebant loram aut ſapam aut defrutum aut paſſum, quam murrhinam quidam Plautum appellare putant. Idem Varro ibidem: *non modo vinum dare, ſed etiam vt Plautus ait, murrhinam, paſſum defrutum.* Alibi idem: *Tum autem murrhina. Loram dicebant in vindemia, quum expreſſiſſent acinis muſtum et folliculos in dolium conieciſſent.* Idem ibidem p. eadem: *Moriolam. Vino addito loram paſſi vocare coeperunt: moriolam nominabant quod ex vuis expreſſum erat paſſum, et ad folliculos rei, quos et vinacia ea dicebant ſapam.* vbi Mercerus *et* ante *ad folliculos* addidit, praeterea nihil ad *ſententiam expediendam adiecit.* *Iunius corrigebat: et ad folliculos reliquos, et vinacea adiiciebant ſapam.* Feſtus *murrinam* interpretatur graece nectar, eandemque a mulieribus *murriolam*, a quibuſdam murratum vinum vocari refert; ab aliis denique deriuari ab vuae genere murrhinae. Varronis locum recitauit etiam Gellius X. 23. Murrhinam Plinius ex Plauto interpretatur vinum myrrhae adore conditum XIV. ſ. 15. et ſect. 19. Sed Varronis moriola a Feſti *murriola* diuerſa videtur eſſe, et expreſſa ex vuarum paſſarum folliculis, addita cum ſapa aqua. Fuit igitur lorae genus delicatius.

Cap. LV. *Oliueto*] Recte Pontedera emendabat *oliuitate* Vide infra cap. 60.

ſcalis] Geoponica IX. 17. triangularia ſcabella (ἀναβατήρια, ſcalas) commendant, ſuperimpoſita lata tabella, vbi ſtantes oleas legant.

quatere] Plinius 15. ſ. 3. *Qui cautiſſime agunt, arundine leui ictu, nec aduerſos percutiunt ramos. Sic quoque alternare fructus cogitur decuſſis germinibus.* vbi Vincentius *ictu leui deiiciunt — ſic enim alternare.* recte! Graeci perticas, quibus decutiebant baccas, ῥακτρίας dicebant, teſte Polluce. Creſcent. V. 19. Menſe Nouembri oliua tollitur, cum varia eſſe coeperit, vel manibus vel excutiendo perticis ſuauiter, ne ramuſculi laedantur. Ipſis enim laeſis ſequenti anno fructui plurimum derogabitur. Cf. Theophr. C. P. I. 22. et Geopon. IX. 17.

legitur] In libro optimo Victor. ſcriptum reperit, quod ex Polit. etiam annotauit Geſner: *laudabilior L. quam* et cet. Vrſinus ait, in vetere Codice eſſe pro legitur ſcriptum L, quam literam alios *in laudabiliter,* alios in *legitur* mutaſſe cenſet. Literam iſtam ſaepius in Codice ſuo appoſitam explicare non potuit Victorius, nec alii. Vocabulum *laudabilior*, in pri-

mis

mis etiam Edd. repertum, forte debet fubftitui alteri *melior.* Verbum *legitur,* quafi ex litera L ortum, expungit Scaliger.

ea, quae] Vrfinus malebat *et quae.* Sed quae manu ftringitur, non diuerfa eft ab ea, quae digitis.

digitalibus] Libri Medicei *digitabulis*, a Gefnero in Thef. L. L. omiffum, probabat Scaliger, comparans ignitabulum et acetabulum, et Vrfinus, qui ex Gloffario attulit: *digitabulum* δακτυλήθρα, *fiue digitale.* Vocem δακτυλήθρα habet Xenophon. Cyrop. VIII. 8. 17. Manicas h. l. cogitare non licet, fed inftrumentum ligneum, in effigiem digitorum diuifum, quo comprehenfae baccae ftringerentur.

non folum] Nonius fub verbo, *ftringere* h. l. ita laudat: *Quod non folum celeriter praeterire ftringere vocant, fed etiam te tranfglubit*, vbi verba *celeriter praeterire* a gloffatore adiecta fuiffe, *vocant* vero ex *vacam* pro *bacam* ortum, monent Vrfinus et Victorius. *Vacam* pro *bacam* h. l. etiam eft in Medic. tefte Victorio. Idem Nonius fub verbo *glubere* habet ex h. l. *durities enim ea quod non folum ftringit bacam, fed etiam ramos glubit, ac relinquit* et cet. Eiufdem lectionis veftigia funt in Edd. primis, vbi legitur: *quia non folum.* In Medic. eft *quod non folum,* quam probabat Scaliger. Verum ita fententia imperfecta relinquitur et apodofis deeft. Pontedera ex lectione prioris loci Noniani colligebat, olim h. l. fuiffe: *non folum non ftringit.* quod gloffatorem putat explicaffe per *praeterire.* Nonium enim locum Varronis laudaffe in exemplum fignificationis eius, qua Virgilius eam glandes ftringere dixit, pro decerpere. Deinde fufpicionem aliam fubiicit: legendum *non folum nimium ftringit.* Scilicet vir egregius duplex digitalium incommodum memorari putabat, ita, vt aut praeterire bacas multas, aut nimium ftringere et cum amurca olei quiddam exprimere dicatur. Equidem, prioris loci Noniani lectione contemta, alterius lectionem *quod non folum*, quam etiam libri fcripti optimi exhibent, accuratius inueftigandam et explicandam putabam. Forte igitur Varro graecum μὴ ὅτι — ἀλλὰ καὶ exprimere voluit, et dixit *durities enim eorum non quod folum ftringit* et cet. Mercerus in Nonio p. 403. edidit *quod non folum ftringit bacam fed etiam ramum glubit.* et verba *celeriter praeterire* ad fequentem notam Nonii reiecit libris fuis auctoribus. Idem in optimis Varronis libris effe ait *quod non folum.* Intellexiffe videtur Codicem regium Parif. quem alibi laudauit. Ex fcriptura librorum Nonii *ram glubit* factum monet *tranfglubit.* In pofteriore Nonii loco Editio Parmenfis 1480. habet *duritia eft enim — ramis gluuit.* Codex

dex Guelferbyt. *duricia eſt enim — ramis glubit ac reliquit.* Prior Editio Mercerii ex Varrone *retectos* aſſuit. In altero loco Codex optimus, certe optimis Mercerii par, habet: *quod non ſolum celeriter praeterire, ſtrigit vacam ſed etiam ram glubit.*

percuſſa olea] Vocem *olea* vt ſpuriam deleri volebat Vrſinus.

plantam] Germina Plinius, *θαλείας* dixit Theophraſtus, recte monente Victorio. Locus eſt de C. P. I. 24. vbi de arboribus, ex ramis annotinis fructum afferentibus, ponit exemplum oleae, *καὶ ἅμα ῥαβδιζομένη πονεῖ καὶ κατακεκομμένη τὰς θαλείας. ἐπεὶ καὶ ὅσοι γε μὴ ὕτω συλλέγυσιν ἀλλὰ καὶ αὐτομάτως ἀεὶ τὴν ἀποῤῥέυσαν ἀποσείοντες, ἐπετειοφορεῖν φασι μᾶλλον.* Conſentiunt Geop. IX, 17. *ἐπεὶ εἰς τὸ μέλλον ἧττον καρποφορεῖ.*

Alternis annis] Vitium vulgatae bene vidit Pontedera, contra nec admonitus quidem Geſner agnouit. Ex comparatis locis Plinii et Columellae V. 8. Pontedera legi volebat *ſingulis annis*, aut *non alternis annis.* Equidem malim *alternis annis non ſingulis ferre fructus.* Vulgatam Geſner interpretatur *altero quouis anno non ferre fructus.* Ceterum cauſam hanc eſſe veram, negat Bernard p. 143. et p. 248. vbi docet, ea olearum genera, quae cacumina longa proferunt, ſingulis annis fructum efferre, contra, quae breuibus germinibus diſtinguuntur, alternis annis fructum ferre, vt et illa, quorum cacumina longa nimia fructuum fertilitate exvberant. Praeterea tinearum genus quoddam ramulos multos erodere atque exſiccare, qui deinde percuſſi pertica facile deferantur cum baccis. Scilicet larua phalaenae oleaeris, picta et deſcripta ab eodem p. 290. non ſolum frondem oleae erodit, inter duas foliorum tunicas habitans, (de qua erucarum noxa locus eſt Plinii XVII. c. 24.) ſed etiam vere germina perforat, atque in nucleum oleae creſcentis ſe per vmbilicum inſinuat, ita, vt olea plerumque praematurata decidat ſterilis olei. Quaecunque menſe Auguſto et Septembri nucleo a verme perforato decidunt, inutiles ad oliuitatem ſunt, quia parum olei tum habent incluſum adhuc; verum quae poſtea decidunt, cum vtilitate aliqua colligi et exprimi poſſunt, etſi nigris vermium excrementis in nucleo relictis, mire ſaporem olei vitiante, ſi nucleus frangatur. Atque hinc ortam eſſe ſcriptorum noſtrorum opinionem, a nucleo vitiari ſaporem olei aeſtiui et viridis, recte monet Bernard p. 299. Quare etiam molas olearias ita ſuſpendendas eſſe cenſuerunt, ne nuclei cum carnibus olearum confrin-

fringerentur. Carnosissima olearum genera praeferunt hi vermes, oleastris raro nocent. Casum olearum falso hodieque siccitatibus adscribunt. Theophrasti de vermiculatione olearum falsam posui ad Columellam XII. 50. 1. vnde explicatur altera quam posui ad Catonem cap. 92. Morbum alium olearum Florentini *la rogna* vocant, cum crebri corticis nodi vermes includunt, teste *Dozzetti* Itiner. T. I. p. 62. vers. germanicae.

redit] Antiquum *cedit* pro *it* multis exemplis probatum confirmat Pontedera.

eligitur] Lectionem librorum *laedatur* plane damnat Scaliger, et omittit vel *laedatur* vel *eligitur*, *alia* interpretatus *alia via*, viam enim in biuio latere. Ex lectione *datur* Vrsinus efficit *vt condatur*. Pontedera vetus *laedatur* probat vel in *caedatur* mutat, de varia conditura interpretatus. Sed in Curis Secundis Morgagnianum inuentum *laudatur* et ipse magis probat.

et balneas] Hanc lectionem Victorius ita defendebat, vt dominum sequi dicatur olea cum coenae adhibetur; quasi non eundem in gymnasium et balneas sequatur eadem. Itaque Gesner intelligi censebat praepositionem *in* ante balneas et gymnasium, eamque ellipsin satis frequentem esse in libris scriptorum putabat. Quod mihi aliter videtur; puto enim, illam praepositionem plane addendam esse. Ceterum balneas publicas esse, contra balneum esse priuatum, singulari numero positum, censebat Varro de L. L. VII. p. 93. et VIII. p. 114. quam formam tamen ceteri scriptores non sunt secuti. Est a graeco *βαλανεῖον*.

per dies] Edd. primae cum Codice Ryckiano omittunt *per;* idemque facere libros Nonii, qui haec verba laudat in verbo *fraccescere* cum Codice regio Varronis, monet ibi Mercerus. Equidem vulgatum teneo; iubet enim Varro singulorum dierum vindemiam, mediocriter antea fracescentem, mature exprimere, nec simul omnem olearum copiam in tabulata congerere.

mediocriter fracescat] Cresc. V. 19. Aristoteles dicit, quod nunquam perfecte in arbore maturescunt, etiamsi per multos annos ibi essent, sed vt veram et perfectam consequantur maturationem, oportet, vt late collectae de arbore per plures dies in vna congerie coaceruentur, vt sic per pressionem mutuam confortato calore et retento ad interiora ad plenam maturationem producantur. Locum philosophi equidem ignoro. Falsum etiam quod ex Plinio addit Cresc. *quamdiu in arbore dimittuntur, eo meliores fiunt; semper enim*

enim nouas vires ſumunt, et *difficilius cadunt*. Sed verba *quam diu — fiunt* hodie in Plinii loco 15. ſ. 3. non leguntur.

ſerias] Lectionem vetuſtiſſimi libri Pol. *ſena* Scaliger de *ſino* interpretabatur, quod in ſcriptis Nonii libris vbique *ſenum* non *ſinum* ſcriptum repererat. Nonii locus eſt IX. 34. Scaligero aſſentitur Salmaſius Exercit. Plinian. p. 165. Contra Vrſinus legi volebat: *demittatur ad ſerias per trapeta. Olea lecta* et cet. Verba enim interiecta *ac vaſa olearia* interpretationem vocabuli *ſerias*, et reliqua gloſſam trapetis adiectam eſſe cenſebat. Popma lectionem vtramque *ſena* et *ſerias* damnat. Serias enim eſſe, in quibus oleum expreſſum reponatur; ſenum autem vel ſinum vas vinarium grandius, teſte ipſo Varrone libro IV. de L. L. nulliuſque vſus in factura olei. Itaque ſuſpicabatur, legi debere *demittatur per ſe ad vaſa:* i. e. vnuſquiſque aceruus ſeparatim, ſeorſum ad trapetas demittatur. Deinde putat, trapetas Varronem ipſum interpretari molas olearias, etſi Columella molas a trapetis diſtinguat XII. 50. 6. Formam loquendi *quae res* illuſtrat aliis Varronis locis, velut illo III. 16. *quos alii μελισσοτροφεῖα appellant, eandem rem alii quidam mellaria.* Pontedera ex lectione Creſcentii, ſupra poſita, quam gemina verſio italica, antiquior et recentior, expreſſerit, coniecturam hanc duxit: *demittatur per ſenas partes ad vaſa olearia et trapetas.* nulla tamen addita interpretatione. In Curis tamen ſec. lectionem *per ſena ait* probat, vaſis genus interpretatus. Equidem ex eo, quod intelligi voluiſſe in emendatione videtur vir egregius, aliam coniecturam duxi, multo quidem, vt mihi quidem videtur, probabiliorem. Cenſeo enim, legi debere: *per ſena vaſa olearia.* aut *per ſena iuga vaſa olearia ac trapetas.* Cato enim in torculari poſtulat, vt adſint vaſa olearia inſtructa iuga V. cap. 10. quem locum repetiit Varro I. 22. Idem tamen Cato cap. 145. vbi oleam faciundam locat: *ſi ſex iugis*, inquit, *vaſis opus erit, facito.* Scilicet in magna olearum vbertate vaſa iuga quinque non ſufficiebant, quorum numerus fuiſſe videtur ea aetate ſolemnis in mediocri oliuitate. Poſſis igitur h. l. legere etiam *per ſex iuga vaſa olearia.* Vix temperaui mihi, quin hanc emendationem, in cuius veſtigia me Creſcentii lectio et Pontederae conatus induxit, in ipſa oratione Varronis reponerem. At bene cecidit cunctatio mea! Ecce enim Varro III. 2. 8. de villa Seiana: *nihilo magis torcula vaſa vindemiatoria, aut ſerias olearias aut trapetas* vbi Aldus ſimili audacia poſuit *trapeta.* Vides igitur, ibi *ſerias ac trapetas* opponi vaſis vindemiatoriis; hinc locum ſuum hic obtinere

facile patiar, fed *vafa olearia* cum Vrfino damno. Neque enim alia vafa ad facturam olei adhibentur quam trapetes et torcular; feriis vero conditur oleum. Nifi malis *vafa olearia* torcular feu prelum olearium interpretari. Praepofterum tamen ordinem vbique mirari vel fic licebit. Denique in eadem cogitatione perfiftens errorem a Popma ad reliquos interpretes tranflatum effe animaduerti. Scilicet is ferias oleo condendo vbique feruiffe cenfebat; quod falfum effe nunc video. Quid enim Catoni cap. 12. feriae, in torculari pofitae, volunt? Seriam vinariam idem in Capitis XIII. torculari, in cella vero olearia nullam (ibidem) ponit. Videntur igitur feriae in torculari vfum excipiendo oleo primum expreffo et in cellam tranfferendo atque in alia vafa tranffundendo praebuiffe. Quanquam bene fcio, Columellam XII. 50. f. 14. teftari dolia et ferias, in quibus oleum recondatur. Operae etiam erit, annotaffe, in loco Catonis cap. 12. *ferias* in Codice Wratisl. tranfiiffe mutatas in *fcnas*.

quae res] Veterem lectionem, a Victorio etiam relictam, reuocaui, quam probauit primus Scaliger, iifdem et pluribus exemplis vfus, quam Popma, vt formulam *quae res* pro quae trapeta, aut qui trapetes, illuftraret et confirmaret. Eandem lectionem etiam in libris Vaticanis exftare teftatur Pontedera, ipfe tamen iudicium fuum non interponit. Praeterea affert Crefcentii lectionem, fupra etiam pofitam: *trapetas, et fubmittitur molae oleariae, quae eft de duro et afpero lapide.* quam magis approbare videtur, vt multo lucidiorem. Quod quidem et mihi videtur, etfi miror, ne leuiffimum quidem eius veftigium in reliquis libris fcriptis exftare. In Curis tamen fecund. verba *quae res* — *lapide* damnauit vt gloffam, e margine infertam, et ex vocabulo *trapetas* ductam.

afpero lapide] Trapetum vetus, Stabiis repertum, habet molam ex duro et afpero lapide eius generis fritarum, quas Vefuuii incendia reiectant. Teftatur Prefta in libro fecundo p. 141. qui lapidem vocat *pietra dura et bucherata.*

fracefcit] Cato c. 64. olea in terra et in tabulato putefcit — factores volunt, vt in tabulato diu fit; vt fracida fit, quo facilius efficiant. Situ fcilicet oleum coalefcit, amurcaque putida oleum inficit foetore fuo. Fraces proprie funt carnes fractarum oliuarum et prelo expreffarum reliquae; hinc verbum fracefcere, quod proprie mollitiem fructuum initiumque corruptelae indicat, vt h. l. Caldorem et frigus oliuis, praefertim in aceruo compofitis, mollitiem et corruptelam inducere, notum eft. A frangendo dicuntur fraces, vt recte monuit etiam Gefner. In Columellae de Arbor.

bor. libro cap. 14. libri optimi dant *fragibus* pro *fracibus.* Sic *pira fragilia* Celſus II. 24. opponit iis, quae ponuntur ſeu ſeruantur; et alibi *fragilia* poma et pira nominat, id eſt, quae facile fraceſcunt, ceterum auſtera.

Quod ignorant] Si Codex Vrſini habuit vere eam ſcripturam, quam inde vir ſagaciſſimus laudat, non eſt quod de auctoritate Edd. Ba. A. Gr. G. dubitemus, vbi eadem exſtat. Sed interdum ſubdubitare coepi de Codice illo Vrſini; et nouimus, Meurſium Codicem vetuſtum crepare, vbi lectionem voluit antiquarum editionum aliquot dicere.

torculis] Torculum et vas torculum ſeu torcular dicitur. Varro apud Nonium p. 47. *vineis, vbi ampla caella, torculum reſpondeat.* quod Nonius torcular interpretatur.

modicus] Inepte Pontedera corrigebat *medicus.*

Cap. LVI. *Em*] Eandem ſcripturam pro *en* Mediceum librum habere in Epiſt. Ciceronis ad Caeſarem XIII. 15. monuit Victorius.

aceruis] In metas exſtructum foenum vocat Columella II. 19. Vide ad Caton. c. 55.

quod ita fit] Vrſinus ex vſu Varroniano malebat legi *fiet.* Geſner, magis de ſententia loci ſollicitus, ſcribendum eſſe cenſebat: *id ex eo — illud libentius eſt*, aut *Quod* (i. e. vtrum) *fit iucundius, ex eo int. — illud libentius eſt.* Recte is vidit, *illud* inſerendum eſſe; reliqua equidem ſic lego: *aceruis. ita fit iucundius pabulum. quod ex eo — illud libentius eſt.*

Cap. LVII. *Ab exortu ac*] Plinius XVIII. ſect. 73. *alii ab exortu tantum aeſtiuo aut ſeptentrione* (afflatum admittunt.) Geoponica II. 27. *καλῶς ἀποκλείεται σῖτος ἐν ἀνωγείοις. τὸ φῶς ἀπὸ ἀνατολῆς ἐχέτω. προσπνείσθω δὲ ὁ τόπος μετρίως ἀπὸ βοῤῥᾶ καὶ ζεφύρου.*

argilla] Geoponica l. c. *κάλλιον δὲ τὴν ἀμμοκονίαν* (i. e. calcem arenatam) *ἀμόργῃ βρέχειν. αὕτη γὰρ καὶ πάντα τὰ θηρία διαφθείρει καὶ τὸν σῖτον στερεώτερον καὶ πυκνότερον ποιεῖ.*

acere] Feſtus in acus ex h. l. habet *argillam mixtam acere.* et ſic etiam Priſcianus V. p. 658.

conſpergunt] Codex vetuſtiſſimus Victorii hic et vbique *conſpargunt.* Plinius 18. *quidam ipſum triticum diuturnitatis cauſa adſpergunt amurca in mille modios quadrantal. Alii Chalcidica — aut Carica creta aut etiam abſinthio.* Chalcidem Euboeae intelligi puto, cuius loca hieme tepere, aeſtate feruere ait Columella I. 4. 9. De terra Cerin-

 thi

thi in Euboea idem affirmat Theophrastus H. P. VIII. cap. vltimo. Vide Reinesii V. L. III. 5. p. 418. Geopon. II. 27.

Item huius generis] Vrsinus corrigebat: *Item huius generis quidam habent sub terris vti speluncas* reliquis verbis tanquam glossis omissis. De ipsis siris laudauit Vrsinus locum Curtii VII. triticum vbi in siris conditum dicitur, et Plinium 18. 30. vtilissime autem in scrobibus seruatur, quos siros vocant, vt in Cappadocia et Thracia. Artemidorus a Schoettgen laudatus II. 24. vocabula eiusmodi scrobium, vbi semina seruentur, posuit σιροὶ, κάπετοι, κωλεοί. Hirtius Belli Afric. c. 65. *Est in Africa consuetudo incolarum, vt in agris et in omnibus fere villis sub terra specus condendi frumenti gratia clam habeant.* Vsus sirorum durat hodie in Hungaria, docente *Mitterpacher* in Elem. rei rusticae. Budae 1777. T. I. p. 439. vbi monet, alios frumenti cumulos leuiter et saepe conspergere aqua, dum grana summa germinare incipiant, radicibusque inuicem implexa corium inducant aceruo imperuium spiritui, alios cumulum tegere praeterea calce. Vide etiam infra ad cap. 63.

aut aspergit] Glossam verbi *adfriat* haec duo vocabula esse censebat Vrsinus.

solum] Crescentius III. 2. *horum solum et latera paleis — promitur — gurgulio — manet annis — multum vero plus annis centum.* vbi antiqua mea *promittitur.* vnde Pontedera h. l. addi volebat verba: *et latera.* Ea enim esse necessaria, si frumentum excusum et purum ponitur; quod factum arguere verba: *nisi cum promitur ad vsum.* Contra Plinius l. c. *In Hispania et Africa ante omnia vt sicco solo fiant curant, mox vt palea substernatur; praeterea cum spica sua conduntur ita frumenta, si nullus spiritus penetret, certum est, nihil malefici nasci. Varro auctor est, sic conditum triticum durare annis quinquaginta, milium vero centum.* At in Curis sec. Pontedera sententiam mutauit; satis enim, ait, intelligi, lateribus quid faciendum, ex verbis: *ne humor* et cet.

Apulia quidam] Ita scribi volebat Pontedera Vulgatum *Apulia. Quidam* nimis ineptum erat. In Edd. antiquis multo rectius erat olim: *Apulia, ita vt non solum.* Vrsinus in Codice suo non reperit *ita:* In libro Caesenate Pontedera reperit *Apulia quaedam quae non solum.*

refrigerare] In libris suis *regerare* reperit Victorius, vnde effecerat, quod eieci, *regelare.* Vrsinus etiam in suo libro repererat *regerare*, sed recte mutauit in *refrigerare*, laudato Plinio XVIII. sect. 73. *Alii contra suspendunt granaria lignea columnis et perflari vndique malunt, atque etiam a fundo.*

fundo. Contra hanc rationem monebant alii, quae refert Plinius ibidem *alii omnino pendente tabulato extenuari granum arbitrantur, etsi tegulis subiaceat, conferuescere.* De postremo hoc genere intelligo verba Geoponicorum l. c. ἐχέτω δὲ πυκνὰς σωτῆνας δι' ὧν ἥτε θερμὴ ἀτμὶς ἐκπνέοι καὶ αὖρα ψύχουσα εἰσπνέοι. Infra cap. 64. *regerunt*, *tum* similiter ex *refrigeratum* esse ortum, docebo ad cap. 61.

Cap. LVIII. *faba et*] Male Victorius *et* deleuit. Pontedera ex Crescentio III. 8. malebat *et cetera.* Sed nostra medicina est facilior. Plinius l. c. *Fabam et legumina in oleariis cadis oblita cinere longo tempore seruari.* vbi Codex *oblitis* rectius habet. Plinius addit: *Idem* (Varro) *fabam a Pyrrhi regis aetate in quodam specu Ambraciae vsque ad piraticum Pompeii magni bellum durasse, annis circiter centum viginti.* Quae h. l. excidisse videntur, eorumque locum occupasse verba, ex Catone excerpta. Varro classi praefuit Graecae in bello Pompeii piratico, vt ipse alibi narrat. Geoponica II. 35. fabas aqua marina aspergunt, aut silphii decocto. Lenticulam ita seruat Colum. II. 10. 16.

in lora] Haec verba ex Codice suo addi voluit Vrsinus; eaque sunt in Catonis loco cap. VII. vnde Plinius etiam transtulit.

Scantianus] Vrsinus verba *et Amineas* deleri volebat, quia Plinius XIV. s. 5. *Amineam proxime dictam* (maiorem) *Varro Scantianam vocat.* Et Edd. optimae omittunt *et;* possunt igitur iungi Scantianae Amineis, vt notius vocabulum ignoto nomini; aut *et* mutandum est in *id est.* Cato nominat solas Amineas maiores. Accedente auctoritate Pontederae in Cur. sec. cum Edd. primis copulam omisi.

Cap. LIX. *melimela*] Plinius 15. s. 15. *mustea a celeritate mitescendi, quae nunc melimela dicuntur a sapore melleo.* Eadem inter mala nominat Columella V. 10. 19. et XII. 45. 5. Sed mustea Columella facit tertium cydoniorum genus. Martialis I. 44. *dulcibus aut certant quae melimela fauis.* Idem VII. 25. *infanti melimela dato fatuasque mariscas.* Idem XIII. 24. *Si tibi cecropio saturata cydonia melle ponentur, dicas haec melimela licet.* vbi Isidorus Orig. 17. 7. legit: *ponantur, dices, haec melimela placent.* Cydonia in melle condita mel ipsum medicatum efficere, quod melomeli inde vocetur, asserit Columella XII. 45. 3. Eadem ratione etiam melimela et alia mala seruari posse in melle, addit sect. 5. Horatius Serm. II. 8. 31. *melimela rubere minorem ad lunam de-*

lecta vbi Schol. cydonia mala interpretatur pessime, quia rubere dicuntur. Videntur igitur gemina melimela dicta fuisse et cognita veteribus; genus mali cydonio insitum, rubeum colore, alterum genus cydoniorum.

ad aquilonem vt fenestras] Plinius 15. f. 18. *pomaria in loco frigido ac sicco contabulari, septentrionalibus fenestris sereno die patere austros specularibus arcere, aquilonis quoque afflatu poma deturpante rugis. colligi mala post aequinoctium autumnale, neque ante XVI Lunam, neque ante primam horam. Cadiua separari: stramentis, storeis paleisue substerni. Rara componi, vt limites peruii spiritum aequalem accipiant. Amerina maxime durare, melimela minime.* vbi Pintianus malebat ex h. l. legi *septentrioni fenestras* deinde *ramenta, scobes paleasue substerni;* contra Vrsinus volebat: *septentrionales fenestras* legi.

perflentur] Pomis cotoneis spiramentum in concluso omne adimentum esse, ex Plinio XV. 16. excipit Schoettgen.

foriculis] Fores sunt, quibus fenestrarum foramina clauduntur; quarum vices gerebant specularia, fenestris indita, quas patere nolebant.

pertinaci] i. e. continuo flante. Pertinacem in luscinia spiritum mirabatur olim Plinius, qui et famam, et gratiam candoris pertinacem similiter dixit. Haec prima verbi notio.

camaras] Alii enim contabulabant pomaria.

faciunt] Quod reliquerat Gesner ante hoc verbum positum *laudabiliter*, etsi damnatum a viris doctis, omisi, vtpote sententiae inutile. In libris scriptis suis Victorius reperit, quod Edd. etiam principes praeferunt *pauimentaque L laudabiliter faciunt.* vbi literam L esse notam grammatici, sententiam scriptoris approbantis, in margine appositam, vti solent graeci Grammatici in eiusmodi locis X apponere; contra vero, vbi improbant locum aliquem et obelo configunt, litera Theta in margine adscripta, praeclare docuit Scaliger. Atque in notis Probi est L. L. qua *locus laudabilis* annotari soleat. Hinc ortum esse vocabulum *laudabiliter* in h. l. multisque aliis in locis Varronis, vbi reliquis verborum formis varie accommodarunt librarii seriores, egregie vidit Scaliger. Inepte igitur Vrsinus ex nota hac efficiebat *pauimenta loricata;* quae nemo veterum vnquam dixit. Ex emendatione viri docti orta est etiam lectio Edd. Ba- G.

frigidius] Quasi pomarium non oporothecam dixisset. Hinc emendarunt locum Editt. quaedam,

Etenim

Etenim in iis] Malim *Etenim ii, quibus.* Deinceps *vt in p. faciant* interpretor *vt cocnent* in pinacotheca.

ab arte] Pictoria, cui ſpectaculum pomarii bene diſpoſiti et inſtructi opponit.

quod natura] Vrſinus malebat: *quod a natura datum, imitamur.* Lectionem *imitamur*, quomodo interpreter, non habeo. Quod a natura datur ſpectaculum, eſt pomarium bene ordinatum et inſtructum; idque opponitur pinacothecae, vbi ars pictorum ſola ſpectatur a conuiuis.

in venuſtate — pomorum] Haec ſpuria cenſebat Vrſinus; male!

Romae] in ſacra via venalia. Vide ad cap. 2. 10. Sequens *intulerit* ex vulgari regula debebat eſſe *inferrent;* ſed eam ſcriptores vetuſtiores contemſerunt.

in op. — cauſa] Haec etiam Vrſinus ſpuria cenſebat; temere!

in tabulis] Geſner veram lectionem *in tabulis* eſſe cenſebat, ſc. fictilibus, quae operis marmorati inſtar eſſe poſſint. Quam equidem interpretationem non capio. Oporothecas alii contabulabant, alii cameris et pauimentis inſtruebant, quo frigidiores eſſent. In contabulato igitur pomario poma ponuntur in tabulis, in camerato vero in pauimento ſeu opere marmorato. Legendum igitur ſuſpicor: *aut in op. mar.* Columella XII. 45. tabulatum frigidum et ſiccum nominat. Poſt *commode* diſtinctionem ineptam ſuſtuli.

floccis] Meminit etiam Plinius l. c. et plura ea de re dicentur ad Columellam.

dolio arenae] Plinius 15. ſ. 18. *M. Varro punica et in doliis arenae ſeruari iubet.* ipſe Varro deinceps matura in arena ſeruari ait. Intelligit igitur dolio indita, quod in arena conditur.

iunctis] Polit. *vinctis.* Vrſinus ita aut *vinctas* malebat legi cum Scaligero. Pontedera *vinctis* interpretatur dictum pro *vinctuis*, vt *domuis*, et *fructuis venenum* ſupra I. 2. 19. Pendere vinctu dixit noſter I. 8. 6. Geſner interpretatur: tanquam penſilia; et comparat locum I. 68. Mihi rationes hae diſplicent omnes. Varro infra c. 68. ipſa poma vocat *penſilia.* atque etiam Plinius. Cotonea vero et ſtruthia omnes concludunt, ventumque arcent; ſolus Palladius: *alii tantum locis ſiccis reponunt, a quibus ventus excluditur.* Igitur ad poma penſilia non pertinent cotonea et ſtruthea; contra vuae, ſorba et mala quaedam penſilia fuerunt. Multa ergo h. l. excidiſſe puto. In oporotheca enim mentio fieri debebat penſilium pomorum, vbi reliqua ſeruandorum fructuum

genera enarrantur. Poſt verba *mala cotonea*, *ſtruthea* nota lacunae apponenda eſt, ex qua reliqua et vitioſa habemus verba *penſilibus iunctis.*

ſementiua] Sunt matura. Ita frumenta ſementiua πρωΐσπορα ſeu maturo ſata. Cf. ad Columellam II. 10. 8.

ſorba diſſecta] Dio in oratione Euboica T. I. p. 247. ed. Reiſkii ὄα τετμημένα. Dioſcorides I. 174. ὄα τὰ μηλίζοντα καὶ μήπω πέπειρα τμηθέντα καὶ ξηρανθέντα ἐν ἡλίῳ σταλτικὰ γίνεται κοιλίας.

rapa conſecta] Male Edd. antiquae *diſſecta.* Modum docet Columella XII. 54. vbi vide notas.

immatura] Plinius 15. ſ. 18. *M. Varro et in doliis arenae ſeruari iubet et immatura obrui terra in ollis fundo effracto, ſed ſpiritu excluſo ac ſurculo pice illito: ſic etiam creſcere amplitudine maiore, quam poſſint in arbore.* Creſcent. VIII. 7. *Varro — Si mala punica immatura, cum haereant in ſua virga, demerſeris in ollam ſine fundo, eamque ſi poſueris in terram et operueris circa ramum, ne extrinſecus ſpiritus afflet, ea non modo integra eximi, ſed etiam — penderint:* vnde Vrſinus h. l. emendabat *obrueris* ſeu *obruas — ni extrinſecus* i. e. ne extr. Popma etiam *ni* i. e. malebat; pro *obteres* vulgato Creſc. *operueris.* Pontedera malebat *obſeris* vel *obſeres* i. e. luto circumdas. et *ne* ex Creſcentio praeferebat. In Curis vero ſecundis *obteris* interpretatur, terram circa ramum eſſe comprimendam, ad includendum ſpiritum internum, e terra emiſſum, e quo creſcere poma tradat Theophraſtus de C. P. V. 5. ideo ſine fundo ollam eſſe velle Varronem, ne humorem ſol et aer extrahant. At vero ita ex Theophraſto emendare cogitur *ſi intrinſecus ſpiritus afflet.* Scilicet Theophraſtus l. c. quem attulit etiam Vrſinus, etſi de fundo effracto ollae non meminit, punicum tamen ait humorem terrae attrahere, atque ita corticem punici fieri craſſiorem, grana tamen natura non maiora. Mala autem ita ſimul fieri inſipidiora. Ex Martiali idem experimentum tradit Palladius IV. 10. 5. ſed de fundo ollae et ramo obterendo tacet. Theophraſtus paucum ex ramo nutrimentum pomo accedere ait, quippe curuato. Quod tamen ſi impedire Varro voluiſſet, poterat *ramum obterere* i. e. quaſſare, vt ſenſim marceſceret. Sed voluit is ſpiritum ſeu aerem arcere; igitur cum Plinio lego: *obleueris.* In Creſcentio antiqua mea habet: *eamque ſi obieceris.*

Cap. LX. *De oliuitate*] Haec in libro antiquiſſimo verba reperit Victorius; atque ita h. l. refert Nonius in *oliuitas:* *non*

non modo integra eximi ſed etiam maiora quam in arbore vnquam pependerint. De oliuitate, oleas eſui optime condi ſcribit Cato. Ex quo loco Pontedera arguit, Catonis librum tempore Nonii nondum fuiſſe in capita diſtinctum, vt hodie. Praeterea monet, verbi *oliuitate* eſſe interpretationem, quae adduntur: *oleas eſui;* quare comma poſt *oliuitate* tolli malebat. Equidem tamen titulum fuiſſe capitis: *De oliuitate.* credere malim. In Nonio Parmenſis editio 1480. habet: *maior — pependerit — exui optime deſcribit Cato.* Prior etiam Merceriana Editio *maior — pependerit* habet cum Codice Guelferbytano.

aridas] Hoc vocabulum non eſt in Catone cap. 7. vnde haec tranſlata ſunt, nec in Plinio, qui ſimiliter locum Catonis excerpſit. Pontedera pro eo malebat *albas* legi. Certiſſime *aridas* vitioſum eſt; ſed *albas* reponere ideo recuſem, quod eaedem videntur eſſe albae et virides, ſcilicet nondum maturae, nigrae contra ſunt maturae. Contuſas Cato fractas appellat, Graeci ϑλαστάς. Non tamen omnes oliuae albeſcunt, antequam in nigredinem maturentur.

confriatae] Ita ex libris ſcriptis edidi etiam in Catone. Vulgo *confricatae.*

manere idoneas ſolere] Haec verba, quia in Catone non ſunt, deleri voluit Vrſinus. Sed Varro non annumerare ſolet nobis verba Catonis.

condi] Ita legi voluit Vrſinus pro *condire.* Creſcentius habet *condere.* Ex ſequenti *recte* puto adhaeſiſſe verbo *condiri* poſtremam ſyllabam.

Cap. LXI. *in doliis*] In Polit. libro, teſte etiam Victorio, *oleis* eſt; vnde effecit *doliis* Victorius, qui monet, etiam apud Varronem libro 3. de glirium doliis eſſe in eodem libro *doleis.* Pontedera lectionem *oleis* pro *ollis* probat, vt antiquam, quia veteres ſemiuocales geminare non ſoliti fuerint. Sed dolia amurcaria habet etiam Cato c. 10. 4.

quod ſtatim] Antiquam lectionem Victorius reſtituerat *expreſſa effluxit, quod ſtatim de ea decoquuntur duae partes,* niſi quod Edd. principes habent *effluxerit — decoquitur.* Iucundus ſententiam ſatis bene vna vocula inſerta et verbis quibuſdam tranſpoſitis redintegrauerat, vt eum ſequi h. l. non dubitauerim; etſi ſanum locum praeſtare non auſim. Confirmat Iucundi correctionem cap. 64. *Amurca cum ex olea eſt expreſſa, qui eſt humor aquatilis ac retrimentum.* Sed mirari licet, cur altero demum loco, vbi pariter decoquit amurcam et decoctam condit, naturam eius doceat?

Scilicet ſuſpicor, haec duo capita in vnum corpus eſſe iterum redigenda, violenter a librariis diuulſa, vt in reliquis Varronis libris multa orationis membra multis in locis diſiecta ab iiſdem videre licebit. Igitur locum ſic equidem concinnavero: *Cum eſt olea expreſſa, quod ſtatim effluxerit de ea, qui eſt humor aquatilis ac retrimentum, conditum in vas fictile id quidem ſic ſolent tueri* et cet. vbi *quidam* mutaui in *quidem*, quoniam qui decoquebant amurcam, eadem omnes ratione decoquebant; et in vetere medicina et humana et veterinaria omnes amurca decocta opus habebant. Tunc ſequebantur verba: *tunc decoquunt in ahenis leni igni duas partes et refrigeratum condunt in vaſa; tum denique ad vſum recte promitur. Sunt item aliae conditiones — muſtum.* Tum ſtatim ſequebatur caput 65. quod incipit *Quod muſtum conditur et cet.* Sic enim longe commodius caput iſtum antecedenti annectitur, quam nunc fit. Vnde apparet, amurcae mentionem poſt fruges demum factam fuiſſe a Varrone. Verba *decoquuntur duae partes* male coeunt cum ſequentibus *et refrigeratum — conditur*, ſi vulgarem ordinem capitum ſequaris, ſed ſatis bene iunguntur eo ordine, quem monſtraui. Iam tentaueram corrigere: *decoquitur ad duas partes*, quo melius ſequentia iungerentur; quoniam videbam, Geſnerum in altero loco corrigi voluiſſe: *decoquunt — igni, ad duas partes quoad redegerunt.* ſed opportune me admonuit locus Columellae VII. 5. ſect. 9. de ſcabie: *eidem remedio eſt amurca duabus partibus decocta.* quod idem remedium Celſus V. 16. ſic tradit: *amurca ad tertiam decocta partem.* vnde et amurcae decoctae conditionem atque vſum loquendi latinum accuratius perſpexi. Altera ratio Geſneri, tentantis *duas partes quoad regerunt* interpretari igne expellunt et abigunt, vſum latinae linguae contrarium habet. Equidem non dubito, verba *quoad regerunt, tum denique* orta eſſe ex vitioſa verbi *refrigeratum* ſcriptura, atque olim fuiſſe: *quod refrigeratum denique.* Ita ſupra cap. 57. ſect. 3. ex antiquo *regyrare, regirare* Victorius *regelare*, aliae Edd. *regerare*, Vrſinus recte *refrigerare* efficit. Amurcae igitur duas partes decoquere ſeu amurcam duabus partibus decoquere idem ſignificat, quod ad tertiam decoquere.

muſtum] in vſu medico iungitur amurcae acetum, vinum vetus et mulſum, teſte Plinio l. c. ſed de eo non loquitur Varro. Igitur alium quaeremus. Ecce Plinius 15. ſ. 4. *oliuae condiuntur amurca ſapaue.* Alii ſcilicet muſtum amurcae adiecerunt, vt in multis condituris muriae muſtum addit Columella. Has amurcae conditiones ſi voluit docere

Varro,

Varro, caput ipſum ſuperiori potius adiungendum erat. Reliquum vſum tradere videtur demum cap. 64. Sed vereor, vt duo haec capita ſana omni ex parte Critici praeſtare valeant. Equidem ex vno capite duo facta a librariis ſuſpicor, ob rationes antea dictas.

Cap. LXII. *vel ſexto*] In nota Geſneri ſcriptum eſt *vt ſexto;* quod praefero. Vide de hoc gradu I. 37. 4.

promunt] Ex lectione Polit. quam etiam Victorius in cunctis ſuis libris reperit, et habent Edd. primae, *primum*, Pontedera efficiebat *promundum*, vt ſequitur *tuendum, vtendum.*

Cap. LXIII. *atque aquae*] Ita ex Edd. primis ſcripſi pro *oportet aquae.* Scilicet curculiones inique ferunt et frigus nimium et calorem. Igitur frumentum ſi in ſole ponatur, eique catini aqua pleni imponantur, curculiones, infeſtum ſolem vitantes, ad aquam concurrent, ibique ſubmerſi peribunt. Vulgarem tamen lectionem ex h. l. laudari nunc demum video a Nonio in voce Catinus p. 264. vbi eſt *promendum enim frumentum;* ſed Mercerus p. 546. edidit noſtram lectionem. Editio Parmenſis 1480. habet *promendum in fructum q. c. ex ſeſe — promptum in ſole ponere oporteret atque catinos.* Simili ratione blatta capitur. Laberius in Virgine apud Nonium p. 543. *Amore cecidi tanquam blatta in peluim.* vbi malim *Amorem incidi.*

intercluſa anima] Idem accidere interdum iis, qui aquas puteis quaerunt, monet Palladius; et qui latrinas purgant, aut cellas vinarias, muſto feruente plenas, intrant, idem periculum ſubeunt. Deinceps dedi *aperuerint* ex Edd. aliquot; nam vulgatum *aperueris* ſententia et orationis ordo reprobat.

vſus cibatus] Poſteriorem vocem omitti malebat Vrſinus; ita enim ſolere Varronem loqui, veluti cap. 64. 67 et 68.

pinſatur] Victorius *piſatur* in libris ſuis repertum probabat, etſi Nonius aliter p. 78. b. *piſare frangere vel tundere. Varro de re ruſtica libro primo, promendum hieme, vt in piſtrino piſetur ac torreatur.* Infra cap. 69. *meſſum far promendum hieme in piſtrino ad torrendum, quod ad cibatum expeditum eſſe velis.* Feſtus: *Fornacalia feriae inſtitutae ſunt farris torrendi gratia, quod ad fornacem, quae in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. Fornacalia ſacra erant, cum far in fornaculis torrebant.* Antiqua Nonii Editio, Parmae 1480.

1480. facta, habet: *promendum diem.* et sic est in Codice Guelferbyt. optimo. Cum ipse Nonius alibi ex Varrone *pinsere* posuerit, hanc formam ex Iuntina restitui; alioquin *pistetur* legi debet. Ceterum haec verba de farre promendo ad cibatum hinc in alienum locum migrarunt in initium capitis 69. vnde apparet, quam misere Varronem etiam lacerarint canes librarii! Curio maximus fornacalia indicebat, nec statae feriae erant, teste Ouidio Fastor. II. 525. Seruius ad Eclog. VIII. *Virgines vestales tres maximae ex Nonis Maiis ad pridie Idus Maias alternis diebus spicas adoreas in corbibus messuariis ponunt, easque spicas ipsae Virgines torrent, pinsunt, molunt, atque ita molitum condunt.* Vide ad Caton. II. 4. et infra ad cap. 69. Hic satis habebo posuisse locum Plinii 18. s. 10. no. 7. *In area exteruntur triticum siligo et hordeum; sic et seruntur pura, qualiter moluntur, quia tosta non sunt. E diuerso far, milium et panicum purgari nisi tosta non possunt. Itaque haec cum folliculis suis seruntur cruda; et far in vaginulis suis seruant ad satus atque non torrent.* Vermiculum, in farre habitantem, idem memorat 22. s. 57. a farre farinam dictam idem tradit; ex farina tenuissime moliti farris atheram fieri et cum lacte coctam sorbitionis instar infantibus vtiliter praeberi apud Aegyptios, tradit Dioscorides II. 114. quae Plinius 22. s. 57. ad alyram et arincam retulit. Atheram Aegyptiorum, ex farre factam, nominat Hieronymus in Genesin, Cassianus in Collat. XV. 10. et Hesychius sub voce Ἄθηρα, quorum loca posuit Harduinus, qui ea debebat Cangio in Glossario. Triticum Alexandrinum licebit farris speciem interpretari. Geoponica III. 3. 9. oblongi nomine distingunt; simpliciter nominant Theophrastus H. P. VIII. 4. et Plinius 18. s. 12. no. 2. Tritico farris granum longius esse, constat inter omnes.

Cap. LXIV. *humor aquatilis*] Vide ad Caton. c. 97. de natura amurcae, vbi Cato *amurca decocta* vtitur. Modum amurcae et sincerae et salsae colligendae vide ad Colum. XII. 50. 5.

tueri, diebus] Vulgarem distinctionem mutaui, sententia postulante.

ex eo, quod] Vulgatum Gesner interpretatur *eo modo.* male! praecessit enim *sic.* Igitur probanda erat lectio *ex eo;* nec tamen ideo ex iisdem libris *deflatum* mutauerim in *depletur.* Sed deinceps inde restitui *iisdem interuallis.* Nam vulgata inepte ταυτολογεῖ *hoc idem — item faciant.* Recte etiam hanc lectionem probauit Gesner, monens, aequalia interualla

terualla quindenorum dierum intelligi. Quod eſt leuiſſimum et ſummum, olei naturam et particulas immixtas habere debet.

traiiciant] Reliqua verba poſtulant *traiiciunt*.

leui igne] Victorius ex optimo exemplari affert *leni lignis*. vnde Scaliger efficiebat *lenibus lignis*, interpretatus ἀκαπνα. Sed in amurca decoquenda hac diligentia non erat opus. Vrſinus eandem lectionem *leni lignis* ex archaiſmo defendit, comparans ex Legibus XII. tabularum *praeſente ambobus*. Equidem in vulgata acquieſco; ſed Geſnerus malebat: *ad duas partes quoad redegerunt*. Nam ita Varro apud Nonium in *Sapa: deſrutum ſi ex duabus partibus ad tertiam redegerant deferuefaciendo*. Ratio vero illa, qua vulgatam defendere conatur Geſner, vt ſit pro: quoad igne expellunt et abigunt: eſt plane inepta. Sed vide ſupra ad cap. 61. vbi totum hoc caput tractaui. Pontedera in Curis ſec. coniiciebat *cremi lignis*, de gremiis Columellae ſeu cremiis interpretatus.

Cap. LXV. *etiam dum*] Ex vulgata *etiam cum* effecit hanc Scaliger, probante Geſnero, qui Plauti auctoritatem ex Pſeudolo 4. 2. 2. et Rudente 5. 3. 25. attulit. Vrſinus vulgatam tuebatur, ſublato tamen verbo *factum*.

acceſſerit] Ex lectione librorum Victorii Scaliger efficiebat: *quod non ſit ante quam aceſcerunt:* hac ſententia: non ſequendi ſunt noſtrates homines, qui non prius vetus doliare bibunt, quam acuerit; quod vt ne fieret, anniculum promendum cenſeo. Putat praeterea, eſſe enallagen numeri, vt ſit *aceſcerunt* pro *aceſcit*. Sed et ſententia haec inepta eſt, et ipſa locutio aliena ab iſta ſententia et dura. Magis vero probabiliter ex lectione vetuſta hanc effecit Pontedera: *quod non ſit anni cum acceſſerint*. et in parentheſi haec verba collocat; quaſi Varro mores ſui ſeculi increpet atque obiurget.

anniculum] Appellatione veteris vinum etiam anni prioris contineri, ex Vlpiano ad Sabinum Libro XXIII. et Pauli Libro IV. ad Sabinum admonuit Popma; et Mercurialis V. L. I. c. 15. ex Galeno docuit, Romanos vina annicula vt plurimum, Graecos contra nec dum ſextum menſem adepta potaſſe.

promito] Veterem lectionem, a Victorio etiam in libris ſcriptis repertam, reſtitui, cui neſcio cur Victorius ſubſtituerit ineptum *prodit*. Mecum ſentit Pontedera.

fructuoſiora] In nepotatu ſcilicet romano, vt ait Plinius 14. c. 40. *fumoſos Falernos* ex Tibullo II. 1, 27. attulit Geſner.

Gefner. Falerni vini geminam fpeciem memorat Galenus Antidot. I. 3. alterum, aetate amarafcentem, (πικρὸν ὑπὸ παλαιότητος) alteram, dulciorem aetate factam, proprio nomine Fauftianum vinum appellatam: δυοῖν δ᾽ ὄντοιν εἰδῶν αὐτῦ μηδενὶ ἀλλήλων διαφερόντων ἀρετῇ, ἡδίονα τὴν ἀντίδοτον ὁ γλυκύτερος ἐργάζεται καὶ καλῦσιν αὐτὸν ἰδίως Φαυστιανόν. Plinius XIV. f. 8. *fecunda nobilitas Falerno agro erat, et ex eo maxime Fauftiano. — Exolefcit hoc quoque, copiae potius quam bonitati ftudentium.*

Cap. LXVI. *condieris*] Victorius in libris fuis reperit *conderis;* ibidem etiam *fic celeriter* reperiffe videtur, et coniectura fua immutaffe. Vulgatam ita corrigebat Vrfinus: *quas condideris in vas vt celeriter — nifi condieris.* omiffo pronomine *illas.* Pontedera vulgatam diftinctione adiuuabat legendo: *condideris, nouas fi celeriter promas, nifi condieris propter amaritudinem illas.* Equidem, hanc viri egregii opinionem fecutus, vulgatam diftinxi. Aliter enim vocabulum *nouas* ferri non poterat, nifi cum Vrfino mutaueris *in vas.* Deinde alterum *condideris* cum Edd. I. I- G. mutavi, fententia flagitante.

Cap. LXVII. *pallidior*] Situm feu pallorem trahit, qui faporem etiam vitiat. Ita recte Gefner. Vide ad Colum. XII. 41. 4. et c. 50. 16. cap. 55. 1.

Cap. LXVIII. *minitantur*] vuae fcilicet, quas folas omiffis pomis nunc memorat; forbum deinceps. Vrfinus ex Codice vetere affert *minitatur*, et monet, *defcenfurum* effe verbum ἀπαρέμφατον, autore Gellio I. 7. Vide Perizonium ad Sanctii Mineruam p. 106.

maturum, mite] Vrfinus vocem *maturum* vt gloffam delebat. Sed recte monet Pontedera et Gefner, *maturum* colore prodi, *mite* fapore, fucco et mollitie. Eandem diftinctionem ipfe Varro paulo poft fequitur.

quam mitefcat] Pontedera malebat *quin mitefcat.* Sed recte monet, in vulgata etiam fententiam conftare; *quam mitefcas* enim referri ad antecedens *prius.* At ita diftinctio erat ponenda poft vocem *arbore;* quod feci. Cicero Oeconom. apud Quinctil. XII. 5. *Cum vero affecta iam prope aeftate, vuas a fole mitefcere tempus eft.* vbi Xenophon Oecon. habet: καιρὸς ᾗ ὑπὸ τῦ ἡλίῦ ἤδη γλυκαίνεσθαι τὰς σταφυλάς. In Nonio p. 160. Mercerius edidit *mitifcere* ex Codd.

Cap.

Cap. LXIX. *torrendum*] Vrſinus affert Virgilii verſum: *et torrere parant flammis et frangere ſaxo.* Sed initium hoc male huc tractum videtur ex capitis 63 fine. Far toſtum in ſpicis pinſebant, atque inde far, graneam et alicam conficiebant; nunquam vero farinam mola inde confeciſſe videntur Romani. Ex hordeo, ſimiliter toſto et pinſito, polentam conficiebant; panicum item pinſebant, vt pulte inde facta in cibo vterentur. Pinſere verbum deductum eſt ex graeco πτίσσειν; a pinſendo piſtrinum dictum eſt. Male enim Varro L. L. IV. p. 34. *pilum, quod ea far pinſunt. id vbi fit piſtrinum. L et S inter ſaepe commutant.* Antiquum πίσσειν poſtea dialecto fuit mutatum in πτίσσειν, vt πόλεμος in πτόλεμος; πτίσσειν eſt deterere frumentorum corticem; hinc *pinſere, piſere, piſſare, piſtare* latina verba eandem habuerunt ſignificationem in iiſdem frumentorum generibus, quae ſupra nominaui. A verbo graeco πίσσειν fiunt πίτυρα, furfures latine dicti, vtriculi ſeu glumi frumentorum detriti pinſendo. In loco Varronis apud Nonium in pinſere eſt: *niſi eum qui in piſtrino pinſeret farinam.* Sed ex altero ibidem poſito loco aliiſque patet, legi debere: *pinſeret far.* Non ſolum ſerui, ſed etiam rotae aquariae ad pinſendum adhibebantur. Palladius I. 42. *ſi aquae copia eſt fuſuras balnearum debent piſtrina ſuſcipere, vt ibi formatis aquariis molis ſine animalium vel hominum labore frumenta frangantur.* Sed longe antiquior eſt locus Terentii Adelph. IV. 3. 30. *apud ipſum lacum eſt piſtrilla.* Nunc inſtrumentum et modum pinſendi explicemus. Pinſendo nihil niſi acerem grani, (ἄχυρα) qui furfurem facit, deteri, docet locus Ariſtoph. Acharn. verſ. 507. νῦν ἐσμὲν αὐτοὶ περιεπτισμένοι, τὰς γὰρ μετοίκυς ἄχυρα τῶν ἀστῶν λέγω. Fracta legumina et hordeum graece ἐρείκεσθαι, vnde ἐρεικτὸς, ἐρεγμὸς ducuntur, latine freſa dicuntur. Plinius 18. ſ. 23. *lentem torrere prius, deinde cum furfuribus leuiter pinſi, aut addito in ſextarios XX lateris crudi fruſto et arenae ſemodio. Eruiliam iiſdem modis, quibus lentem. Seſamam in calida maceratam exporrigi, deinde confricari et frigida mergi, vt paleae fluctuent, iterumque exporrigi in ſole ſuper lintea.* Alicam ipſam ex adoreo ſemine, ſeu trimeſtri ſemine ita parari, docet Plinius 18. ſ. 29. no. 2. *Alica fit e zea, quam ſemen appellauimus. Tunditur granum eius in pila lignea, ne lapidis duritia conterat. Nobilius, vt notum eſt, pilo vinctorum poenali opere. Primori ineſt pyxis ferrea. Excuſſis inde tunicis, iterum iiſdem armamentis nudata conciditur medulla. Ita fiunt alicae tria genera — poſtea admiſcetur creta, quae tranſit in corpus*

pus coloremque et teneritatem affert. Inuenitur haec inter Puteolos et Neapolin, in colle, Leucogeo appellato, exſtatque diui Auguſti decretum quo annua vicena millia Neapolitanis pro eo numerari iuſſit e fiſco ſuo, coloniam deducens Capuam, adiecitque cauſam afferendi, quoniam negaſſent Campani, alicam confici ſine eo metallo poſſe. — Alica adulterina fit maxime quidem e zea, quae in Africa degenerat; latiores eius ſpicae, nigrioreſque et breui ſtipula. Piſunt cum arena et ſic quoque difficulter deterunt vtriculos, fitque dimidia nudi menſura; poſteaque gypſi pars quarta inſpargitur. Denique addit, alicae, ex tritici granis factae, candorem pro creta lactis incocti mixturam conferre. Quae verba nunc ſingula ſunt excutienda. Statim ab initio ante Harduinum erat: *nam lapidis duritia conteritur.* atque ita Vincentius h. l. excerpſit, e libro Chifflet. mutauit ille. Codex Pintiani ſcriptum habet *lignea vel lapidis duritia. Conteritur mobili, vt notum eſt, pilo.* vnde malim *conterat, mobili, vt notum eſt, pilo, vinctorum p. opera.* Nam vulgatum nobilius, ſi ad granum referas, ineptum eſt; alica enim ipſa nobilior erat ex grano Campano facta. De gypſi flore, alicae admiſto, teſtantur etiam Geoponica III. 7. vbi zea pinſitur, deinde ventilatur, poſtea aqua feruenti elota exprimitur et cum quarta gypſi parte miſcetur. De vſu cretae et gypſi vide germanicam verſionem Gallici operis Deſcript. des Arts et Metiers Vol. VIII. p. 175 et 611. Deinde quod Harduinus ait eſſe in Codd. *anno aduicena,* habet etiam Vincent; ſed Chiflet. liber praefert plane coniecturam Harduini *annua ducena.* Quod Auguſti donum ex parte deinde ad Neapolitanos tranſiiſſe et frumento commutatum fuiſſe, vt ex Epiſtola Symmachi 60. libri X. coniicio. Poſtea Vincent. habet *et fit in dimidia modii menſura.* quam ipſam lectionem ex Codice aliquo appoſuit Dalecamp, vulgata tamen non meliorem. Alicae ex tritico confectionem vbi docet Plinius, verba eius vitioſa eſſe videntur: *ex tritico candidiſſima grana et grandiſſima eligunt, ac ſemicocta in ollis poſtea arefaciunt ſole ad initium, rurſuſque leuiter adſperſa molis frangunt.* vbi Cod. ex Reg. Colb. et Chifflet. *ad initum* habent, Vincentius verba inepta *ad initium* plane omiſit. Harduinus corrigebat: *ad motum.* quae lectio vulgata non eſt melior. Deinde verba *in ollis* mihi etiam ſunt ſuſpecta, et malim iis *eualli* ſubſtituere ex ſect. 23. vbi ex Magone rationem pinſendi his verbis tradit: *triticum ante perfundi aqua multa iubet, poſtea eualli, deinde ſole ſiccatum pilo repeti.* vbi e valli recte Harduinus interpretatur decorticari. Ita ſcilicet Geoponica III. 8. in tragi

con-

confectione: τὸν σῖτον βρεκτέον καὶ πτιστέον καὶ ξηρακτέον ἐν ἡλίῳ θερμῷ, εἶτ' αὖθις τὰ αὐτὰ ποιητέον ἄχρις ὃ οἵτε ὑμένες τοῦ σίτου καὶ τὸ ἰνῶδες ἀποπέσῃ. Poteſt tamen in verbis *ad initium* latere verbum, quod deſidero, *evalli* vel *confricari* quo vtitur de ſeſamo pinſendo Plinius, vel ſimile aliquod. Supereſt loci Pliniani pars difficillima de pila Campana, *cui primori ineſt pyxis ferrea*, quo tundebatur granum in pila lignea. Redeundum igitur eſt ad ſect. 23. *Piſtura non omnium facilis. quippe Etruria ſpicam farris toſti piſente pilo praeferrato, fiſtula ſerrata et ſtella intus denticulata, vt niſi intenti piſant, concidantur grana ferrumque frangatur. Maior pars Italiae ruido vtitur pilo: rotis etiam quas aqua verſet obiter et molat.* cum quo loco Interpretes Catonis *fiſtulam* et *pilam farrariam* compararunt; Geſnerus etiam in Indice fabricam interpretari conatus eſt. Recte is fiſtulam trapeti apud Catonem 21. ſ. 1. comparauit; vbi Gallicus interpres *boite de fer*, *canon* recte vertit. Deinde contendit, molas illas manuales, quibus hodie grana vel ſemina Coffeae frangimus, quibuſque plures etiam opifices ad opera ſua vtuntur. Sed non intelligo, quid ſibi voluerit, dum pilum praeferratum quadratum in cauum fiſtulae ſerratae immitti putabat, atque huius piſtilli ope ipſam fiſtulam intra ſtellam denticulatam, vt cochleam in matrice, circumagi, ita, vt grana inter fiſtulam et ſtellam denticulatam interiecta elidi et comminui debeant. Potius dicendum erat, pilum intra fiſtulam ſerratam circumagi. Multo minus placet interpretatio Io. Becmanni in Hiſt. Inuentorum Vol. II. p. 3. qui pilam ipſam intus latera, ſtriis exaſperata, pilum ſeu piſtillum baſin, crenis diuiſam, habuiſſe cenſet. Miror neutrum virum doctum alterum Plinii locum adhibuiſſe, vbi pila Campana lignea ad far adoreum decorticandum ſeu pinſendum et alicam inde parandam deſcribitur. et *cui primori pyxis ferrea ineſſe* dicitur. Fiſtula igitur hic minus obſcuro vocabulo pyxis appellatur, eique locus in prima vel ſumma pilae ligneae parte aſſignatur. Sed verba Plinii ipſa cum varietate lectionis inſpiciamus. Dalecamp ex vetere libro laudat pro *pinſente* quod probo *piſit* vel *pinſit*. Deinde Chiffl. liber *vt ſi intriti piſant.* Turnebi liber *ſi interriti pinſant.* Ante Harduinum legebatur etiam *ferroque frangantur;* quae lectio ex libris ſcriptis fuit mutata. Poſtea *ruidum pilum* interpretantur *ruuidum, aſperum, impolitum,* ferrum non habens. Forte tamen in eo vocabulo materies pili latet; hoc certum eſſe videtur, eiuſmodi pilo plane diuerſa pilae fabrica opus fuiſſe. Stellae vocabulum difficile licebit explicare ex loco

Plinii 18. f. 74. vbi in prelo Graecanico *palis affixam arbori ſtellam* memorat; vbi Meiſter de torculario Catonis p. 15. radios cochleae mari in ſtellae ſimilitudinem infixos interpretatur. Itaque pilum praeferratum ſtella denticulata cochleae maris, fiſtula ferrata matricis vicem gerebat in pila Etruſca farraria. Ad reliquorum frumentorum grana frangenda et in farinam commolendam mola truſatili vtebantur, cuius fabricam ex monumento antiquo docui ad Catonis cap. X. 4.

pertinent ad ſationem] Creſc. I. 13. *item quae pertinent ad ſationem ſuo quoque tempore promenda, id eſt, manifeſtanda ſunt.* Hoc loco malim *ſuo quodque tempore.*

quae quoque] Creſc. ita: *videndum, ea enim quae ſervari non poſſunt, tunc vendat, cum caritas eſt, antequam ſe commutent, celeriter promat et vendat. Saepe etiam diutius — duplicant, ſi expectato congruo tempore promat.* ſed ibi Editio mea antiqua habet: *Saepe enim.*

prodeamus] Terentii Adelph. *eius cauſa in funus prodeo* comparauit Vrſinus.

perperam] i. e. per errorem. Exemplum ex Paulo III. tit. 9. appoſuit Vrſinus. Perperam accipere pecuniam, i. e. quae non debetur, Pomponius in Digeſtis, admonente Geſnero in Theſauro.

Non moleſte] Ita reſpondent, liberto moram excuſante. In vulgata olim *Id nos moleſte* reſpicitur ad caſum domini, ſubito occiſi. Victorius monet, in libro manuſcripto ante haec verba fuiſſe poſitam litteram L, de qua vide ad I. 59. 2. et in margine aliam mendi notam.

diſcedimus] Vrſinus dictum putabat antiquo more pro diſceſſimus, vt in Pandectis Florentinis *decederit* pro deceſſerit.

AD LIBRI II. PRAEF.

vt ruri enim] Ex comparatione loci Columellae I. praef. 17. qui haec imitatione elegantiſſima expreſſit, Vrſinus plura reſecanda eſſe verba ſuſpicabatur, vt ſtatim ab initio *ruri*, deinde *viuerent* malebat, poſtea verba *in aliquo opere faciundo* tollebat. Ego vero nihil abundare cenſeo.

reliquis ſeptem] Vrſinus *ſeptem* abundare cenſebat propter locum Colum. vbi eſt: *nundinarum etiam conuentus manifeſtum eſt propterea vſurpatos, vt nonis tantummodo diebus vrbanae res agerentur, reliquis adminiſtrarentur vrbanae.* Inter

Inter nundinas binas feptem intercedunt dies, vt apud nos octo dies numerantur ab vno die folis ad alterum.

cultura — valetudine] Haec duo vocabula ex gloffa effe orta ftatuit Vrfinus.

retineant] Gefneri eft coniectura *retinniat*, i. e. refonet, legentis, fane non inelegans!

προκοιτῶνα] In villa fua nominat Plinius Epift. II. 17. 10. Locus ante cubiculum, vbi ferui plerumque degebant. *ἀποδυτήριον*, vbi veftem deponebant, balneum vel palaeftram ingreffuri; *Spoliarium* latine dictum deinde; haec annotavit Schoettgen. Reliqua nomina, infra a Varrone repetita, explicabimus.

agri docuerunt] Columella: *itaque in hoc Latio et Saturnia terra, vbi Dii cultus agrorum progeniem fuam docuerant, ibi nunc ad haftam locamus, vt nobis ex tranfmarinis prouinciis aduehatur frumentum, ne fame laboremus, et vindemias condimus ex infulis Cycladibus ac regionibus Baeticis Gallicifque.* Vnde Pontedera h. l. legi malebat *Dii docuerunt paftores:* quod mihi non videtur. Varro paftores vocat conditores vrbis, quos Columella deos; atque omnino Columella locum Varronis imitatione fua et grauiorem atque elegantiorem effecit. Tranfpofuit etiam et commutauit orationis membra, vt ordine pondus et grauitas orationi accederet.

aliud ac] Vt antea fuit *alius opilio et arator*, ita hic debet effe *alius ac bubulcus.* Graeca eft locutio. Sic in Platonis Critone fect. 8. p. 85. ed. Berolin. fecundae: *ἀλλ' ὦ θαυμάσιε, οὗτός γε ὁ λόγος, ὃν διεληλύθαμεν ἔμοιγε δοκεῖ ἀνόμοιος εἶναι καὶ ὁ πρότερος.* ita enim recte legit Prifcianus p. 1192. cum vulgo peffime fit editum *ὅμοιος εἶναι τῷ προτέρῳ.* Recte Bafil. editio fecunda, nifi quod habet *καὶ πρότερος.* *Aliud fentire et loqui* dixit Cicero ad Diuerf. VIII. 1. et alibi.

non creat] Vrfinus malebat *colit*, cui recte obnititur Gefner. Aptius enim opponuntur *creat* et tollitur. Verba *id quod natum in agro* fignificant fruges.

coloni] Scripturam veterem Scaliger probabat hanc: *coloni aeque agricultura factum vt nafcerentur e terra; contra paftoris ea quae nata ex pecore.* interpretatus: aequus vtrique labor; colonus fatagit ex terra fructus percipere, paftores ex pecore. Contra Pontedera lectionem eam ita refingebat: *Coloni ea, quae in agricultura faciunt, vt fperentur e terra: contra paftoris ea, quae nata e pecore.* Hanc fententiam ait Columellam paucioribus verbis expreffiffe in Praefat. libri VI. *ille* (agricola) *fructum e terra fperet; hic*

 (paftor)

(paſtor) *e pecore.* Columellae hunc locum comparauerat iam antea Popma, vulgata lectione acquieſcens. Vrſinus nihil niſi *naſcantur* mutabat in *naſcuntur;* quocum equidem ſentio.

ex pecore] fructum faciant. Male Vrſinus ſupplet, *quae nata ſunt terra, paſcant pecora.*

quarum quoniam] Ex lectione *quarum conſocietas* Pontedera efficiebat *quarum cum ſocietas.*

feci, tibi] Pontedera inſerit *hunc tibi.* Ita ſana omnia praeſtare audet. Vitium ſanare voluit Vrſinus ita, vt verba *propterea* — *equarias* parentheſi includeret.

Niger Turrani noſter] Eundem in fine libri alloquitur. In Cicerone nominatur *D. Turranius* alibi *Turannius* et *Turanius.* Plinius Turanium Cracculam, vel vt in libris ſcriptis eſt, Gracilem nominat Hiſpanum, virum doctum. Poetam tragicum Turranium Ouidius IV. 16. 29. Epiſt. ex Ponto. Cicero ad Attic. I. 6. χρηστομαθῆ vocat; atque iterum VI. 9.

Macros] Plinius III. ſ. 7. flumen Macra Liguriae finis. Inter Lunam et Piſam Strabo libro 5. collocat τὸ Μάκρης χωρίον, eoque fine Tyrrheniae et Liguriae quoſdam vti ait. Caſeum Lunenſem in argumento fertilitatis pecuariae ex Plinio et Martiali laudauit Scaliger. Cf. de Macra Oberlinum ad Vibium Sequeſtrem p. 145. Hodie fluuius *Magra* vocatur. Columella VII. 2. de ouibus *quae circa Parmam et Mutinam Macris ſtabulantur campis.*

Qua de re] De ſententia Vrſini Geſner *Quà* incluſit, vt inutile; Victorius malebat: *Quare de pecuaria.* Geſner verba ita collocari voluit: *miniſtres, de re pecuaria breuiter ac ſum. perc. quod eo facit. faciam — equarias:* ita tamen, vt verba *quod eo fac. — equarias* in parentheſi dicta eſſe intelligas. Popma corrigebat: *aeque de re pecuaria* vel *ea, quae de re pec.*

pecuarias] Cicero pro Cluentio c. 69. *qui in agro Larinati praedia, qui negotia, qui res pecuarias habent.* Idem pro Quintio 3. *erat ei res pecuaria magna.* Hinc greges pecorum ipſos *pecuaria* poſt antiquos ſcriptores dixere Gratius et Nemeſianus. De loco, vbi pecorum greges conſiſtunt et paſcuntur, dici pecuarias, male ex loco Varronis hoc ipſo poſuit Geſner in Theſ. L. L. Quod denique ibidem vult pecuaria dici etiam de paſcuis, falſum eſt. In loco enim Ciceronis Brut. c. 22. rectius veteres Editt. habent *picarias,* quod reſtituit Erneſtiana.

ex

ex sermonibus] Nondum excogitaui, quae ratio impulerit Gesnerum, vt lectionem primarum Edd. reuocaret pessimam *et sermonibus.* Cicero ad Diuers. X. 4. *litterae quas ex sermone Furnii te scripsisse animaduerto.*

Siciliam] Male Vrsinum *Ciliciam* corrigere, cum Pontedera monui in Vita Varronis.

Cap. I. *Cum Men. disc.*] Ex librorum scriptorum indicio lacunam hic esse in Varronis oratione, recte iam olim suspicatus erat Victorius, assentientibus Scaligero et Vrsino. Hic quidem argumentum addidit ex eo, quod infra cap. 8. est: *Venit a Menate libertus, qui dicat, liba absoluta esse;* et deinde ex cap. 5. vbi est: *cum Q. Licienum alius salutasset, alius conuitiatus esset, qui tam sero venisset ad constitutum.* Denique ex eodem capite 5. Vrsinus suspicatur, hos de pecuaria re sermones Palilibus fuisse habitos. Quicquid sit de tempore, scena certe nondum ita est apparata a Varrone, vt personas singulas nosceremus, causamque, quae eas collegerat in vnum locum. Fateor, ad ipsius argumenti tractationem nihil desiderari posse a lectore; vtique ad scenam, et initium sermonum. Quare inepta est Gesneri defensio, qui Varronem putabat affectasse poetarum epicorum initia hac abrupta sua actione. Ceterum eam scripturam posui nominis, cui similem dedit Iucundus in Aldina, et quam confirmat locus cap. III. s. 11. *vt Menas.*

Cossinius] L. Cossinium Tiburtem damnato T. Coelio ciuem romanum factum nominat Cicero in Orat. pro Balbo c. 23. Idem L. Cossinium Seruii Sulpicii ex tribu Lemonia tribulem et amicum sibi habet ad Div. Epist. XIII. 23. ad Attic. I. 20. II. 1. Ciceroni amicus factus per Atticum fuit. Hunc a Varrone intelligi, bene suspicatur Ernesti in Indice Ciceroniano.

here] formam antiquam ex libris Varroni restitui, quam ex Plauto et Festo notam habemus. Similem supra I. 4. s. 4. Polit. liber dat *vbe* pro *vbi* exhibens.

Petam] Ex lectione libri Polit. Scaliger corrigebat: *Cum portam* (i. e. in portam) *sesum vis e re venissemus* (i. e. fessum vix commodum ven.) *ne medici adv. nos inredisset,* i. e. irretisset ac retardasset; Petam nomen romanum esse negans. Vrsinus recte *Petam* mutauit in *Paetum*, *fessum* interpretatus aegrotum. Sic infra III. 16. *regem fessum.* Popma corrigebat: *Cum proretam fessum.* et sermones, a Varrone cum Epiroticis hominibus habitos, suspicabatur de re pecuaria tum, cum classi praefectus in bello piratico pro-

 retam

retam aegrum inuiſeret. Equidem Vrſinum lubens ſequor cum Geſnero, qui feſſum pro aegro annotauit praeterea ex Varrone I. 13. 1.

interrupiſſet] Vrſinus aut in Codd. antiquis eſſe *inrediiſſet*, vnde corrigit *impediiſſet*, approbante Geſnero. Contra Triller Obſerv. IV. 27. probabilius lectionem Codd. interpretatur *inretiſſet* ſeu *irretiiſſet*.

vbi eſt de] Vrſinus malebat *quae eſt de*. Recte, puto!

C. Lucilii Hirpi] Vrſinus *Hirpi* reperit in V. L. vulgo eſt *Hipri*. Pro *Lucilio* Edd. primae nominant *Lucillum*, Polit. liber *Lucullum*. Vrſinus *Hirpum* interpretabatur ex Feſto: *Irpini appellati nomine lupi, quem Irpum dicunt Samnites.* Sed ita dicendum erat *Hirpini*. In gente Lucilia nulla Hirporum vel Hirpinorum familia nominatur a ſcriptoribus; potius in gente Quintia et Fuluia, monente Popma. Lucceiorum cognomen Hirrus fuit, quos multos nominauit Cicero. An igitur olim h. l. fuit *C. Lucceii Hirri?*

in Brutiis] pecuariae hae olim in Ciceronis Bruto c. 22. erant, ſed picariae deinde locum obtinuerunt rectius. Vide ſupra Praef. II. ſect. 6.

athletae] Victoriana correctione non contentus Pontedera malebat ex veſtigiis antiquae ſcripturae: *qui eſtis pecuris* (vel *pecuarii*) *athletae remuneremini nos*. Sane in ſcriptura Codicis Victorii non inſunt Epirotici, ſed in lectione Edd. principum inſunt. Quod addit Pontedera pro argumento, Varronem nec fuiſſe Epiroticum pecuarium, nec talem ſe finxiſſe, id vanum mihi videtur. Scrofa enim, cum ait, *ita a nobis accipietis*, ſecum dicit ſimul Varronem, qui primas loquendi partes ſuſceperat.

in medium] Xenophontis locum in Sympoſio expreſſum a Varrone putat Victorius hunc: *καὶ ἐπιδείξω γε, ἔφη, ἐὰν καὶ ὑμεῖς ἅπαντες εἰς μέσον φέρητε ὅ, τι ἕκαστος ἐπίστασθε ἀγαθόν.*

accepiſſem] Vrſinus corrigit *accepiſſent*. Recte! nam Varro iam antea accepiſſet: *Ego vero dicam duntaxat* etc.

primae] Scilicet hiſtoricae, ad quas exſequendas libris et memoria magis quam vſu opus eſſet, recte monente Geſnero.

natura, ſiue] Vrſinus corrigit: *Nam ſiue aliquod*. Ex *nam* librarios finxiſſe *natura*. Egregie! Aldina ante *natura* comma poſuit.

humanae] Vrſinus corrigit: *humanam vitam — adſcendiſſe*. Recte! Partem coniecturae firmat Creſcent. Louan.

iis

iis rebus] Vrſinus haec ita legi malebat: *iis, quae — terra, et ex hoc in ſecundum deſcendiſſe, cum e feris atque agreſtibus arboribus — ſic animalibus* etc. Reliqua ſpuria cenſebat. Vitium loci ſenſit etiam I. Fr. Gronouius, cuius hanc emendationem prodidit Graeuius in Lection. Heſiod. ad verſum 115. Ille igitur legi volebat: *pomaque collegerant*, et deinde *manſuefacerent.* Poſtea τὴν *cum* intellectu et conſtructione ad initia retrahebat, quaſi eſſet: *Cum e feris atque agreſtibus, vt — collegerant — ſic ex animalibus — manſuefacerent.* Contra vulgatum *manſueſcerent* defendere, et primum *vt* gemina notione, cauſali et comparatiua, poſitum tueri conatus eſt Geſner. Difficile eſt iudicare de his virorum doctorum conatibus, niſi quod omnium ineptiſſimam rationem Geſneri eſſe facile video. Nimis multa reſcindit Vrſinus; contra facillima ratio eſt Gronouii. Addo quod Creſcentii Baſileenſis editio ex h. l. *manſuefacere* poſuit. Antiqua tamen mea ibi habet *manſueſcere.* Ceterum mirabile mihi accidit, lectiones eas, quas Geſnerus ex editione Louanienſi Creſcentii laudauit in varietate, in duabus meis non apparere, ſed totum locum plane diuerſum legi; ex cuius varietate forte ingenium felicius coniectando veram huius loci lectionem inueniet. Video nunc demum, Salmaſium de Vſuris p. 302. locum ſic diſtinguere: *paſtoritiam e feris et agreſtibus. Vt ex arboribus — collegerant* etc. Mihi breuiſſima ratio corrigendi nunc videtur haec, vt legamus *paſtoritiam. Vt ex arboribus — collegerant ad vſum, ſic ex animalibus feris atque agreſtibus coeperunt propter — deprehendere — manſueſcere.*

decerpenda] In Codd. Victorius reperit ſcriptum *decarpendo.* et ſic habet Bruſchiana.

aſſumtas] Infra c. 2. 2. *e feris enim pecudibus primum dicis oues comprehenſas ab hominibus ac manſuefactas.*

placiditatem] Magis probo Creſcentii *facilitatem*, cuius explicationem ſequentia aptiorem praebent, alias ſatis inepte ταυτολόγα.

hae natura] Haec verba damnauit Vrſinus, in cuius nota ſcriptum legitur *naturae.*

lacte] Hoc ex libris ſuis repoſuit Victorius aliiſque Varronis locis apud Nonium comprobauit.

adhibitum] Verbum Vrſinus deleri volebat. Creſcentiua Baſil. *lac et caſeum competunt*, ſed antiqua mea *lac et caſeus competunt.* Ad vulgatum *adhibitum* intellectu adiungere oportet ſequens *attulerunt.* Caſeum tamen Cato etiam genere neutro dixit.

(corpus)] Inclusi vocem, inepto loco positam, a Crescentio meo etiam vtroque omissam, monitus praeterea a Pontedera. Forte ex lectione Crescentii *competunt* orta est lectio *corpus*.

et lanam] Has duas voces ex Crescentio addi debere, monuit etiam Pontedera, comparans Varronis locum infra c. 11. et Columellae VII, 2.

a vita pastorali] Haec verba deleri malebat Vrsinus.

dum ad nos] Ita librorum omnium lectionem *dum annus* emendauit Victorius, cuius correctionem firmat Crescentius Louaniensis, a Gesnero laudatus. Nam in vtraque mea hic locus plane non exstat.

Latine rotas] Lectio inepta. Quomodo enim caprae Samothraciae, fando tantum notae romanis scriptoribus, latine potuerunt appellari, et *rotae* quidem? Igitur certatim h. l. emendare studuerunt viri docti. Pelisserius apud Turnebum Aduers. IV. 6. corrigebat *platycerotas*. quos Scaliger deinde interpretabatur *ceruos palmatos* in vita Gordianorum; quos nunc damas vocamus. Idem sensit Vrsinus. Sed ex ceruino genere platycerotes locum hic non habent. Vrsinus apposuit locum Isidori XII. 1. *Capros et capras a carpendis virgultis quidam dixerunt — nonnulli a crepitu crurum, vnde eas capreas vocitatas, quae sunt caprae agrestes, quas Graeci pro eo quod acutissime videant, ἀπὸ τοῦ ὀξὺ δέρκεσθαι dorcadas appellauerunt.* vbi Codices alii *creas* et *crepas* legunt. *Creas* ex Isidoro retulit Vincentius 18. c. 27. Festus in *Capra: Caprae dictae, quod omne virgultum carpant, siue a crepitu crurum. Vnde et crepas eas prisci dixere.* Idem *Caperatum rugosum, a cornuum caprinorum similitudine.* Sed iste locus non pertinet ad hanc disputationem. Equidem h. l. *strepsicerotas* intelligi censeo, de quibus Plinius XI. s. 45. 18. s. 80. Hoc genus ouis vulgari maius differt etiam ab eo cornibus erectis, intortis seu contortis, quae in vtroque sexu adsunt. Habitat montosa Cretae, insularum Archipelagi, Hungariae, Wallachiaeque vsque ad Austriam. Quas vero Varro in Italia reperiri ait capras silueftres, sunt puto rupicaprae et ibices, quas recte Plinius Alpibus assignat. Rupicapras Galli *Chamois*, vel cum Italis *Camorzas* vocant. In scriptoribus medii aeui dicuntur *Camusii*, *Camociae*, *Camuzzi*. Vide Comment. ad Friderici II. Reliqua p. 84.

sunt enim] Gesner corrigebat *sunt etiam*. atque ita Aldina habet cum Gryphiana 1535. et Editione anno 1528. sine loci nota facta.

Fiscel-

Fiſcellum] Noſter infra 3. 3. *in Sauracti Fiſcello.* Plinius III. ſ. 17. Fiſcellum montem et iuxta Vacunae nemora memorat. Hodieque nomen retinet in confiniis Abrutii vlterioris ad oppidum *Ciuita Reale*, monente Harduino. De Tetrica Silius VIII. 417. *nec non habitata pruinis Nurſia et a Tetrica comitantur rupe cohortes.* Ad fines agri Piceni ſitum monet Schoettgen. *Tetricae horrentis* eſt in Aeneide VII. 713. vbi vide Heinſium. Ceterum ſenſum loci plane diuerſum retulit Creſcentius, vt ex varietate ſupra poſita vides.

ſues vocari] Plinius 8. ſ. 78. *placuere autem et feri ſues.* Apicius VIII. 4. *ouem ferum* habet.

Medica] Hanc Polit. ſcripturam praetuli vulgatae *Media.* Eſt enim pro Μαιδική. Vide Interpretes ad Librum Ariſtotelicum de Mirabil. Auſcult. p. 4. ed. Beckmanni. Maedi ſunt ſub monte Pangaeo. Intelligere Varro videtur *bonaſum*, in Maedica et Paeonica olim habitantem.

quod ipſas] Geſner malebat *quin ipſas.*

queritur] apud Pacuuium, cuius verſus exſtant apud Ciceronem de N. D. III. 27. *agnum inter pecudes aurea clarum coma quondam Thyeſtem clepere auſum eſſe e regia.* monente Victorio.

ad Heſperides] Puto *ad* delendum eſſe; de perſonis enim loquitur. Igitur incluſi; vt ſequens *quas* incluſit Geſner.

7. *ea enim*] Vrſinus corrigit: *eas enim a ſua voce.* Recte; igitur *a* inſerui; et deinceps Victorianam lectionem correxi.

belare dicunt] Vrſinus malebat *dictum.* Verſum Cratini apud Euſtathium ad librum IX. Iliadis memorauit iam Victorius: ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ λέγων βαδίζει. *Extrita ſyllaba dixti* eſt apud Quinctil. IX. 3.

multi numerant] Aratus tamen Phaenom. 546. a cancro exorditur, monente Victorio Var. Lect. 32. c. 20.

Gemini] Alii interpretabantur Caſtorem et Pollucem. Vide Hygini Aſtronomicum p. 215. ed. Commelin.

a pecuariis addiderunt] Vrſino haec verba abundare videbantur.

ab his regionum notae? a pecore] Haec verba omnia, vt ex gloſſemate orta, damnauit Vrſinus; Geſner verba *a pecore* tantum incluſit.

Graecia] Pontedera addi voluit *magna*, quia Plinius cum Virgilio hoc oppidum, alias Argyripam dictum, in Italia collocat. Sed Graeciae Ἄργος ἵππιον et ἱππόβοτον ſatis

 notum

notum eſt. C. Seii, Varronis amici, equum argiuum ex Thraciis Diomedis equis oriundum laudat Gellius III. 9.

Piſo] Repetet infra cap. V. ſ. 3. Feſtus: *Italia dicta, quod magnos Italos, hoc eſt boues habeat, vituli enim itali ſunt* dicti. Cf. Varronem apud Gellium XI. 1. Piſonem puto intelligi ſcriptorem annalium, Frugi dictum.

nutricium] A Gloſſatore vocabulum hoc additum cenſet Vrſinus.

obtinebit] vincet eſſe verum.

Parilibus] Infra cap. V. 1. *Palilibus* ſcriptum exſtat; in Columellae libro VII. 3. 11. eſt etiam ſcriptum *Parilibus*, vbi libri optimi habent *Paribus*, in altero Varronis loco *Palibus*. Eodem modo variatum eſt vocabulum in Cicerone de Diuin. II. 47. vbi Tarutii Firmani mathematici ratio traditur, qui diem natalem Romae a Parilibus repetiit, cum luna eſſet in libra, Sol in tauro, Iupiter in piſcibus, Saturnus cum Venere, Marte et Mercurio in Scorpione. Vide etiam Solinum c. 2. Hinc ſidus Parilicium apud Plinium 18. ſ. 66. hyades ſignificat, quae ipſo die natali Romae XI. Calendas Maii clariſſimae apparebant. In Varrone ſcriptura aequalis obſeruari debebat. Manilius IV. 772. *Heſperiam ſua libra tenet, qua condita Roma vrbis in imperio retinet diſcrimina rerum. — qua genitus cum fratre Remus hanc condidit vrbem.* Diei 21 Aprilis Palilia aſſignant etiam Faſti Verrii Flacci, vbi Foggini p. 56. egregie de ipſo feſto die diſputauit. Vide infra c. V. ſect. 6.

bubus et ouibus] Vrſinus malebat *ouibus et bubus* ex loco Plinii 18. ſ. 3. *Multatio quoque nonniſi ouium boumque impendio dicebatur, non omittenda priſcarum legum beneuolentia. Cautum quippe eſt, ne bouem priuſquam ouem nominaret, qui indiceret multam.* Gellius XI. 1. *Multa quae appellabatur ſuprema inſtituta eſt in ſingulos duarum ouium, boum triginta: pro copia ſcilicet boum, proque ouium penuria. — Poſtea lege Ateria conſtituti ſunt in oues ſingulas aeris deni, in boues aeris centeni.* Minima multa eſt *ouis vnius.* Varronis de eadem multa locum poſuit Feſtus in *Multa* et *Ouibus*. Huc pertinet locus Varronis L. L. 4. p. 25. *Hinc peculatum publicum primo, vt cum pecore diceretur multa, et id eſſet coactum in publicum, ſi erat auerſum* (i. e. ſubtractum). Huc pertinet locus Ciceronis ex libro Reipublicae apud Nonium in *Pecunioſus: multaque ditione ouium et boum, quod tunc erat res in pecore, et in locorum poſſeſſionibus ex quo pecunioſi et locupletes vocabantur.* quae repetens Iſidorus Origin. X. habet *multa quae editione.* Pertinet huc etiam

etiam locus Seruii ad Georg. III. 387. *apud maiores homicidii poenam noxius arietis damno luebat: quod in Regum legibus legitur.* Ceterum apud Athenienſes ex lege Solonis ei, qui lupum interemerit, drachmas V datas, qui lupam, vnam, ſed pro pecuniae caritate illi bouem, huic ouem datam fuiſſe, ex Plutarcho refert Pontedera in Curis ſec. De numis Athenienſium idem, quod Varro de Romanis, refert Pollux IX. 61. Cf. Salmaſius de Modo Vſurar. p. 374.

ſ. 10. *vruo vrbis*] Ita recte h. l. correxit ex Codice ſuo Vrſinus, niſi quod deinceps inſerui *iunctis*. De *vruo* ſic Varro de L. L. IV. p. 32. *Imburum fictum ab vrbo, quod ita flexum, vt redeat ſurſum verſus, vt in aratro quod eſt vrbum.* Idem p. 33. *Bura a bubus; alii hoc a curuo curuum appellant. Sub iugo medio Couum, quod bura extrema addita appellatur, vocatur couum a cauo.* vbi margo Durdr. *oppilatur* habet. Praeterea ibi lege *curuo uruum.* In priore loco Editio Parmenſis anni 1480. habet *Imburo — verſus in aratro quod eſt aruum.* Idem Varro p. 34. *Qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum portarent, portas. Oppida condebant in Latio Etruſco ritu* (vt inſerit margo) *multa, id eſt, iunctis bubus, tauro et vacca, interiore aratro circumagebant ſulcum. Hoc faciebant religionis cauſa die auſpicata, vt foſſa et muro eſſent munita. Terram vnde exſculpſerant, foſſam vocabant, et introrſum factum murum. Poſtea quod fiebat orbis, vrbs. Principium quod erat poſt murum, pomerium dictum.* vbi Editio Parmenſis: *orbis vrbis principium quod* continue ſcriptum habet. Seruius ad Aeneid. V. *Condituri ciuitates taurum in dextra et vaccam intrinſecus iungebant et cincti Sabino ritu, id eſt, togae parte caput velati, parte ſuccincti, tenebant ſtiuam incuruam, vt glebae omnes intrinſecus caderent et ita ſulco ducto loca murorum deſignabant, aratrum ſuſpendentes circa loca portarum.* Iſidorus Origin. XV. 2. *Vrbs vocata — vel ab vrbo, parte aratri, quo muri deſignabantur, vnde eſt illud Optauitque locum regno — et concludere ſulco. Locus enim futurae ciuitatis ſulco deſignabatur, id eſt, aratro. Cato: qui vrbem, inquit, nouam condit, tauro et vacca aret, vbi arauerit, murum faciat; vbi portam vult eſſe, aratrum ſuſtollat et portet, et portam vocet: Ideo autem vrbs aratro circumdabatur diſpari ſexu iuuencorum propter commixtionem familiarum et imaginem ſerentis fructumque reddentis.* Iſidorus Seruii locum integriorem in ſuo Codice legiſſe videtur. Feſtus: *Vruat. Ennius in Andromeda ſignificat circumdat, ab eo ſulco, qui fit in vrbe condenda vruo aratri, a curuatione buris, quae ſit forma ſimillima vncini, et dentis, cui praefigitur*

gitur vomer. Itaque bura et vruum in aratro eſt ea pars, quam Graeci γύην dixerunt. Vide ad I. 19. 2. Ex Gloſſis Placidi Vrſinus poſuit: *oburbas, circumſcribis, dictum ab vrbo.* Eundem morem in coloniis deducendis obſeruabant, teſte Cicerone Philipp. II. 40. Seruii et Feſti locum Vrſinus, Iſidori Schoettgen annotauerat. In Seruio Voſſius ad Velleium II. 2. corrigebat *vaccam in ſiniſtra — cincti ritu Gabino — ſtiuam obliquam.* Manilius IV. 556. *iunctiſque iuvencis moenia ſubcinctus curuo deſcribit aratro.* Donatus ad Terentii Adelph. IV. Sc. VII. *Porta autem dicta eſt, quod in eo loco coloniae deductor et conditor ſubiunctis vacca et tauro aratrum, quo vrbem deſignat, ſuſpendit manu, ne imprimat ſulcos, vbi ciuitatis aditus relinquendi ſint.* De Couo addo locum Feſti: *Cohum lorum, quo temo buris cum iugo conligatur, a cohibendo dictum.* vbi malim *locum* legere.

Ouinius] Etiam *Ouius* nomen fuit quorundam.

Taurius] Hanc formam reliqua nomina poſtulant; vulgatum *Taurus* potius eſt cognomen. Vitium et lacunam huius loci primus animaduertit Vrſinus, ita corrigens et ſupplens: *Equitius Thorius, Aſinius; a maiore item cognomina.* Victorius tamen iam antea *Taurius* ſcribi maluit cum Edd. I. I. Familiae Thoriae nomen a tauro deductum fuiſſe, ex numis argenteis arguit Vrſinus, vbi taurus inciſus reperitur. Scilicet ex nomine *Taurius* factum deinde *Turius* haeſit familiis aliis, inde pronuntiando formatum *Torius* et addita aſpiratione *Thorius* iterum familias quaſdam a reliquis diſtinxit. Formas eas omnes reperimus poſitas in Scriptoribus et inſcriptionibus vetuſtis. Ceterum quod attinet emendationem Vrſini, non neceſſe eſt, Aſinium addi; at recte is cognomina a nominibus diſtingui voluit. Quomodo verba: *cogn. adſignificari* voluerit emendari, an potius omitti maluerit *adſignificari*, non dixit. Equidem malim: *item cognomina adſignificant*, vt infra cap. XI. ſect. 10.

a maiore et minore] Haec verba abeſſe malebat Vrſinus.

Annii Caprae] Erant etiam Annii Aſelli. Statiliorum Taurorum familiam nouam fuiſſe, ex Velleio admonuit Vrſinus.

Pomponii] Negat Vrſinus, Pomponiae familiae cognomen fuiſſe, contra Voconiae tribuunt numi argentei; ex gente Octauia vitulum nominat Inſcriptio vetus, a Popma laudata, qui Pomponiae gentis familias duas Ruforum et Mularum annotauit. Sed de his cognominibus Pomponiae familiae dubitari video; de Voconia non item.

quod

quod est dicendum] Vulgatam *de qua est dicendum, quod — melius potest dici, cum — omnes. Scrofa,* primus Scaliger rectius distinxit, et legi voluit *dic.* Pelisserius apud Turnebum IV. 6. *dicet* praeferebat; quam lectionem equidem facillimam esse censebam; itaque recepi coniunctam cum emendatione Vrsini, qui *quod* in suum locum reposuit, et praeterea corrigi voluit: *o Scrofa noster — potest dice.* Gesner suam coniecturam *quo melius potes, dice* posuit. Apostrophe mihi h. l. incommoda visa est: *quo melius potest, dicet* interpretor, *quod optime omnium de pecuaria dicere potest, hanc ille partem* dicet.

ex ea, a quibus] Gesner malebat *eabus*, vt ad *pecudibus*, in *pecore* intellectis, referatur. Duram esse vulgatam, confiteor et ipse, atque haud scio, an bene a fructibus pecudum, non ab ipsis pecudibus origo pecuniae deriuetur. Forte quibusdam non improbabilis videbitur lectio primarum Edd. *ipsa pecuaria — omnis pecuariae.* vt nunc Varro pecuariae originem atque argumentum explicet. Dicit igitur, scientiam pecoris parandi ac pascendi, ita, vt fructus, quam maximos possumus, ex ea capiamus, vocari pecuariam ab his ipsis fructibus; esse enim pecuariae omnis pecus fundamentum. Vix manum abstinui, quin eam ipsam lectionem restituerem. Pecuniae enim etymologiam iam supra posuit Varro; cuius alter locus est de L. L. 4, p. 25. *pecus — a quo pecunia vniuersa; quod in pecore pecunia tum consistebat pastoribus.* qui me dubium adhuc tenuit.

ad tres species] Edd. I. I. G. *aliae species — discretae.* Edd. primae *discreta* habent; quod, si pecora intelligas, praeferendum puto vulgato.

propterea, vt] Malui ita cum Vrsino ex Codice scribere, quam in vulgata *eam aut* explicanda cum Gesnero argutari.

habet nouenas] In lectione librorum optimorum *partes omnium* vel *hominum* latere mihi videtur hic et paulo post vocabulum *omnino.*

13. *vnum scire*] Vrsino *vnum* spurium et ortum videtur ex interpretatione vocis *primum*, vt apud Caesarem B. G. III. c. 19. *vt ne vnum quidem nostrorum impetum ferrent.* vbi malebat *vt ne primum quidem.*

quam albis] Haec verba, vt deinceps *quam paruam* temere damnat, postea etiam *parandum* non *quaerendum* legit Vrsinus.

mea memoria] Varronianam elegantiam haec verba non respicere censet Vrsinus.

millibus

millibus LX.] Infra III. 2. 7. *quae aſinum tuum, quem mihi quadraginta millibus emtum oſtendebas apud te.* quem locum ex Plinio 8. ſ. 68. emendauit Vrſinus, vbi eſt: *Aſinum quadringentis millibus emtum Q. Axio ſenatori auctor eſt M. Varro, haud ſcio an omnium pretio animalium victo.* Igitur ſimili modo etiam h. l. corrigit Vrſinus, praeterea *vſque adeo* legit. Praeterea Gronov. de P. V. I. 4. p. 22. monet, legendum eſſe *ſeſtertium* vel HS.

quadringentis millibus] Vrſinus legit XII HS. ex loco infra c. 2. 3. *Reatino, vbi trecenis ac quadrigenis millibus admiſſarii aliquot venierunt.*

15. *de iure in parando*] Haec verba ab Vrſino damnata incluſit Geſner.

e valetudinario] Haec verba Edd. primae et libri ſcripti omittunt, damnat etiam Pontedera. Vrſinus contra haec ita corrigit: *ſtipulandum ſanum eſſe, alias non e valetudinario.* Rationem, qua Pontedera vtitur, vt verba haec damnet, plane aliena eſt. Quis enim, inquit, pecus e valetudinario emerit? At emtor ſtipulatur infra II. 6. in ouibus de pecore morboſo non eſſe. Idem facit in ſuibus cap. 4. 5. Alibi emtor ſtipulatur *e ſano* eſſe, alibi ſana ipſa pecora, in capris denique (vide c. 3. 5.) e neutro ſtipulatur, id eſt, nec ipſas ſanas, nec ex ſano pecore, quia capras ſanas ſanus nemo praeſtat. Igitur verum vidiſſe Vrſinum cenſeo.

et queis] Codicis ſui lectionem *et qui* praeferebat Victorius, quoniam infra ſect. 17. ſic eſt. Sed recte monet Geſner ibidem, eſſe eadem notione, qua h. l. i. e. quibus rebus.

inſcriptum pecus] Vrſinus comparauit locum Lucilii: *facit idem, quod illi, qui inſcriptum ex portu portant clanculum, ne portorium ſoluant.* Aſconius in Diuinat. Cicer. *mancipes ſunt publicanorum principes, romani homines, qui quaeſtus ſui cauſa — ſi paſcua publica redimunt, pecuarii appellantur, quorum ratio ſcriptura dicitur.* Feſtus: *in ſcripturarius ager: publicus appellatur, in quo vt pecora paſcantur, certum aes eſt. quia publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore.* Hinc *ſcriptura* Siciliae ex paſcuis apud Ciceronem Verrin. II. 70. In ſcriptura pro magiſtro dare operam apud eundem Epiſt. ad Diuerſ. XIII. 65. Scilicet apud publicanos, ſcripturam exercentes, paſtores quotannis publice nomina ſua profitebantur; quod de aratoribus teſtatur Cicero Verr. III. 52. qui agros publicos araturi apud decumanos nomina ſua profitebantur. Bene de ſcriptura tradidit Erneſtianus Index. Hodieque oues ex Samnio (Abruzzo) autumno in

Apu-

Apuliam (Puglia) abiguntur, ibique foetus edunt. Scripturam exercet *Tribunale della Dogana della mena delle pecore di Puglia.* Cf. Swinburne Itiner. Neapol. T. I. p. 164. verſ. Germanicae.

cenſoria committant] Cenſores enim agros et vectigalia locabant. Quinctiliani locum ex Declam. *Quod quis profeſſus non eſt apud publicanos, pro commiſſo tenetur.* annotavit Vrſinus; ibidem ſequitur: *publicano ſcrutari liceat, quod quis profeſſus non fuerit, perdat.* Vſum Ciceronianum dabit Clauis Erneſtiana.

Gurgures] Vrſinus malebat deleto *altos* legi *querqueros.* cuius gloſſam eſſe putabat *altos.* De re ipſa vide infra ad cap. 8. ſect. 5.

faba interdum] Vrſinus corrigit: *fabam interdum ouibus obiiciendum — medicam et cytiſum.* Etiam I. Fr. Gronov. *fabam* correxit.

opiliones] Polit. liber *cipilones* habet, vbi forte *aipilones* latet, vel *aipolones* ex graeco *αἰπόλος, αἰπολίων*, vt *βουκόλος, βουκολίων*; quanquam opilionem ex graeco *οἰπόλος, οἰπολίων* deriuant.

19. *monte Tagro*] Ex Columella VI. 27. 7. *monte Sacro* corrigebat Scaliger; Vrſinus Plinii locum poſuit 18. c. 24. *Conſtat, in Luſitania circa Olyſipponem oppidum et Tagum amnem equas Fauonio flanti obuerſas animalem concipere ſpiritum, idque partum fieri, et gigni perniciſſimam.* vnde dubitabat, an *amne Tago* ſcribi debeat h. l. Salmaſius ad Solinum p. 196. corrigit *monte Artabro.* probante Schoettgen, quia promontorium Sacrum nimis ſit longe ab Olyſippone remotum, vicinum vero Artabrum adeo, vt Olyſipponenſe multi vocarent, teſte Plinio IV. 21. Cum Surita Scaligero accedit Weſſeling. ad Antonin. p. 417. Seruius ad Georg. III. 273. *Hoc etiam Varro dicit: In Hiſpania vlteriore verno tempore equas, nimio ardore commotas, contra frigidiores ventos ora patefacere ad ſedandum calorem, et eas exinde concipere et edere pullos, licet veloces, diu tamen minime duraturos: nam breuis admodum vitae ſunt.*

ὑπηνέμια] Et zephyria, latine irrita dixit Plinius X. 60. Cf. Ariſtotelis H. A. V. 1. VI. 2. et Cerda ad Virgilii Georg. II. 273.

his equis] Antiqui pro *equabus.* Fabuloſus hic conceptus equarum eſt, et falſus. Gallinaceum quidem genus oua parit, ſed infoecunda abſque coitu; ſed in brutis et quadrupedibus animalibus et viuiparis corpora modo lutea reperiuntur ſine coitu nata, vt demonſtrauit Blumenbachii Specimen

cimen Phyſiologiae comparatae inter animalia calidi ſanguinis viuipara et ouipara, Goettingae 1789. p. 6. In mulabus eadem lutea corpora reperiſſe Nicolaum Stenonis teſtantur Acta Haunienſia T. II. p. 229. reperit etiam Brugnone de Cura equor. p. 213. verſ. germanicae.

triennium] Silius III. 383. ſeptennium eis concedit: *Sed non multa dies generi, properatque ſenectus, ſeptimaque his ſtabulis longiſſima ducitur aeſtas.* Is Vettonum regioni equos hos aſſignat.

voluis] Vrſinus malebat *valuolis intimis quas vocant.* ex Feſto, qui *valuolos* interpretatur *folliculos fabae,* quos nominauit etiam Columella VII. 3. Sed Plinius XI. 37. de vtero: *quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vuluam.* vbi *loca* ſunt Graecorum χορία, quaſi χωρία· Etymologiam Varronis ineptam eſſe cenſuit etiam Scaliger. Eodem tamen modo Graeci ſua μετάχοιρα ſunt interpretati, vt infra videbimus. Ii ſunt porci ſero nati. Ecce Seruius ad Georgica III. 136. *genitali aruo, pro muliebri folliculo, quam ſcilicet vuluam vocant, vt etiam Plinius docet; nam folliculus ante dicebatur.* Locos mulieris vocat Cato c. 157. ſ. 11. vitium locorum ſimiliter dixit Celſus V. 25. ſ. 3. A volua eſt vulua; ſed *volua pomorum* ap. Scribonium Comp. 104. cum H. Iunio male huc refertur a Geſnero. Locus enim iſte vitio laborat ſcripturae.

chordi] Antiqui teſte Feſto *frumenta corda,* et *foenum cordum* dicebant, *quae ſero matureſcunt.* Plinius VIII. 47. *Cordos vocabant antiqui poſt id tempus* (legitimum) *natos.*

ſubiiciat] Paſtor. An potius *ſubiicias* legendum?

ſubrumi] Vide infra ad II. 11. 5.

quom puri] Recte Vrſinus vidit, vulgatum *quoniam* mutari debere, quod feci approbante ipſo Geſnero. De porcis ſacris vide noſtrum II. 4. 16. Feſtum, et Plautum in Menaechmis II. 2. 15. item in Rudente II. 6. 4.

vtiles] Vide infra cap. V. 10. Almeloueen malebat *patales,* i. e. cornua patentia et diuerſa habentes; de quibus Scaliger ad Varronem de L. L. p. 43.

21. *et quando non valet*] Haec mihi otioſa et ſpuria videntur verba. Scaliger deinceps antiquam lectionem *ſaepe magna adficiuntur* probatam defendebat figura enallages. Pontedera etiam, quia pecus ſit nomen collectiuum. Idem in Curis ſec. de vitioſa eiuſdem rei repetitione h. l. monuit; igitur cum Polit. legebat: *eſt vitioſum,* i. e. vitia et morbos aliis adfert atque immiſcet.

ſcien-

ſcientiae] Hoc vocabulum et deinceps *vt in hominem* ſpuria cenſebat Vrſinus. Geſner *in hominem* dictum interpretatur pro *in homine.*

quo] Vrſinus corrigebat *quoi*, ſed vulgatam *quo*, vt antiquam etiam datiui formam ex Perizonio ad Sanctium p. 525. defendit Geſner.

morborum cauſae] Creſcent. 9. 65. *morborum cauſae in bobus, vt ait Varro, hae fere ſunt — aut propter nimium laborem vel e contra — potum dederis.*

Signa] Creſc. *et cognoſcuntur cum febriunt, quia ſunt calidi tactu et maxime in lingua et auribus et anhelitus ipſorum eſt ſpiſſus et calidus.*

vt eorum] Pontedera malebat *vt equorum;* ſeu antique *ecorum*. Deinceps Codices Victorii habebant ſcriptum: *qui ſi e labore febrem habent.* vnde Scaliger corrigebat: *qui ſi vel ab ore feruent, habent adapertum, humido ſpiritu.* Vrſinus verba *vt eorum, qui — febrem habent* delet, et reliqua ſic legit: *et crebro, corpore calido. Curatio autem haec; perfunditur aqua* etc. Pontedera librorum Victorii lectionem probabat; vnius enim modo febris curationem tradi.

23. *ſuſtinetur*] Vrſinus *abſtinetur* malebat, Geſner cum libro Ryckiano *cibus*. In Vegetio eadem phraſis occurrit, in Varrone tamen non probanda. Mihi videtur legendum eſſe *et pauco cibo ſuſtinetur.* Ita etiam Apſyrtus Geoponic. XVI. 4. In Curis Sec. Pontedera vulgatam probat. Quia, inquit, e labore febrit, cibo ſuſtineri expedit, quippe laborando vires exhauriuntur.

caedat] Vrſinus *laedat* malebat.

aqua tepida] Creſcentius *frigida.* Columella etiam VI. 9. et Vegetius I. 3. frigidam dat cum Geoponicis XVII. 20. contra *tepidam* propinat Apſyrtus ibidem XVI. 4.

demitur] Vulgata lectio *dimittitur* vel *demittitur* nimis eſt inepta, quam vt probare eam poſſem. Igitur meliorem ex Creſc. meo ſubſtitui. Longe aliud quid ſignificat in pecore ſanguinem demittere in pedes vel genua, vel aliam corporis partem. Vide ad Colum. VI. 30. 6.

24. *de numero*] Haec verba Vrſino ſpuria videntur eſſe. Vide ſupra ſect. 12.

quantos] Vrſini hanc emendationem probauit etiam Geſner, nec tamen recepit.

reiiculae] Ex lectione librorum *quot epulae* Scaliger coniiciendo efficiebat *quot petilae*, vel *quot taedulae?* vel potius *quot pullae?* Popma *quot depulſae.* Pontedera ipſum illud *epulae* tenet, interpretatus agnos et verueces pingues ad

 epulas

epulas vendendos. Eaſdem oues Catoni dici *deliculas*, id eſt, ſelectas et optimas, a *deleco* pro deligo. Varronem II. 4. delicum porcum ita dixiſſe. Geſner cum I. H. Vrſino Obſerv. Philol. c. 6. p. 65. *epulas oues* cenſet eſſe, quae epulis ſeruire poſſunt, et ad lanium perueniunt. Neſcio quid tantopere vulgatam corrigere conati ſint viri docti hic et infra cap. V. ſect. 17. Ecce enim Varro apud Nonium p. 168. Mercerii: *et vt in grege opilio oues minus idoneas remouere ſolet, quas reiculas appellat; ſaepe enim vnus puer petulans atque impurus inquinat gregem puerorum.* vbi Editio Parmenſis 1480. *rheiculas* habet. Nonius aetate aut morbo graves interpretatur.

Atticus] Vrſinus malebat *Vaccius*, qui deinceps etiam ſect. 27. reſpondet. Recte! Geſner tamen oggerit, inter perſonas huius libri c. 2. ſ. 2. aperte Atticum etiam referri.

fallat] Vrſinus malebat *fallant nouenae — partes et non exeant.* Aliter I. I- G. *numerus fallat, et ne nouenae.*

mille] plures Dictys et Dares tradiderunt; quod valet etiam de iudicio centumuirali.

deme] Cum in libris optimis ſit *quare demes*, non inepte Vrſinus correxiſſe videtur: *Sic, inquam — quare demas.*

ſ. 27. *Romae peperiſſe*] In prodigiis Liuius et Iulius Obſequens ſatis frequenter factum Romae retulerunt.

Cap. II. *Pergamide*] Neutrum locum aliunde notum habeo. Scripturam vulgatam ex libris ſuis poſuit Victorius. Aliter Editiones reliquae.

cognomine eodem] Ita emendauit Victorius lectionem Edd. primarum et librorum ſcriptorum, vbi erat: *cum nomine.* Scilicet poſt adoptionem ab auunculo ſuo nomen habuit *Q. Caecilius Pomponianus Atticus*, cum antea eſſet T. Pomponius Atticus, teſte etiam Cicerone ad Attic. III. 20. vbi gratulatur Attico adoptionem iſtam, in Epiro tum commoranti, cum Cicero de reditu in patriam et domo ſua recuperanda anxius eſſet Theſſalonicae. Pertinet Epiſtola ad A. V. 696.

primigenia pecuaria] Ita ex libris ſuis correxit vulgatum antea *pecuariae*, addiditque exempla vocabuli *primigenius* ex Nonio.

quae ita ab aetate] Creſcent. IX. 67. *oues bonae cognoſcuntur ab aetate — nam alere nondum poſſunt, nec dare fructum.* vbi antiqua mea habet: *alere nondum iam non poſſunt dare fructum.* Codex Vrſini habebat ſcriptum: *boua emere aetate,*

aetate, quae ita erunt, eamque lectionem probat comparatis locis II. 4. *eligere oportet primum bona aetate.* et II. 6. *vt mares foeminasque bona aetate sumat.* Equidem malui cum Pontedera ex Crescentio inserere verbum *cognoscuntur.* Bonae oues scilicet animaduertuntur primum ab aetate, deinde a forma et sic deinceps. Ita noster II. 4. *boni seminis sues animaduertuntur a facie et progenie.* Quanquam in Curis sec. mutata sententia nullo fulcro opus esse censet, si intelligamus *ita bonae sunt ab aetate.* Festus: *Adasia ouis vetula recentis partus.* Isidorus: *Adasia ouis maior natu.* Iterum Festus: *Auillas agnas recentis partus.* In priore glossa verba *recentis partus* spuria censeo; nec enim commode interpretari licet.

actas] Cresc. addit *est.*

De forma] Cresc. *item cognoscitur a forma, nam ouem* etc. Geoponica XVIII. 1. ἄρισταί εἰσι τοκάδες αἳ ἔρια φύουσαι πολλὰ καὶ μαλακὰ, τοὺς μαλλοὺς βαθεῖς πεπυκνωμένους καθ' ὅλον μὲν τὸ σῶμα, μάλιστα δὲ περὶ τὸν τράχηλον καὶ τοὺς αὐχένας. ἔχουσαι δὲ καὶ τὴν κοιλίαν ὅλην δασεῖαν ἐρίων πλήθει καὶ μαλακότητι καὶ ὁμοχροίᾳ. Addunt in fine: Optimas esse oues, habentes lanas simplices et planas (ἡπλωμένα), crispam vero lanam (παρουλότριχα) naturam arguere debilem.

villis altis] Hinc in Inscript. Fratrum Arualium apud Philippum a Turre Monum. Antii p. 389. *Ioui berbeces II. altilaneos, Marti arietes altilaneos II.*

quae id] Polit. liber *quo id*, quod Pontedera *quoniam* interpretatus probabat.

apicas] Festus: *Apice dicitur ouis, quae ventrem glabrum habet.* Plinius 8. f. 48. *quibus venter nudus esset, apicas appellabant, damnabantque.* vbi Vincentius habet *tapitas.* Recte Dalecamp et Scaliger deducunt a graeco πεικός, ἄπεικος. Nescio quid Gesnerum impulerit, vt suspicaretur *apilas*, vel Pontederam, vt *atricas* ex ἄτριχας corrigendum putaret.

cruribus] Plinius 8. 48. f. 75. *in ipsa oue satis generositatis ostenditur breuitate crurum, ventris vestitu — Syriae cubitales ouium caudae, plurimumque in ea parte lanicii.*

caudis] Cresc. *caudis prolixis in Italia, sed in Siria breuibus. Item cognoscuntur ex progenie, si agnos solent procreare formosos.* Geoponica 18. 1. εἶναι δὲ χρὴ αὐτὰς εὐοφθάλμους καὶ μακροσκελεῖς καὶ μακροκέρκους. ἄρισται γὰρ αὗται πρὸς ἀρνοτροφίαν.

pecus habeas] Manifestum est, legi debere *arietem habeas.*

ſ. 4. *tortis*] Antiquum *intortis*, ex h. l. retulit etiam Columella VII. 3. ſ. 3. vbi de forma cornuum dicam.

fronte] Creſc. IX. 69. *cauda longiſſima et lata, curtis cornibus, pronis ad roſtrum, lana apertis auribus, amplo pectore, ſcapulis et clunibus latis velleris depreſſi, fronte lata* etc. quae ex Palladio Iul. IV. 2. ſunt admiſta. Geoponica 18. 1. *τὰς δὲ κριὰς εὐπαγεῖς, καλὰς τῇ θέᾳ χαροπὰς τοῖς ὄμμασι, δασυμετώπας, εὐκέρωτας, ὀλιγοκέρωτας, σκεπομένας τὰ ὦτα τῇ πυκνότητι τῶν ἐρίων, πλατυνώτας, ἔχοντας τὰς διδύμας μεγάλας, μηδὲν ἑτερόχρουν ἐπὶ τοῦ σώματος ἔχοντας.* vbi vocem *ὀλιγοκέρωτας*, quae *curtis cornibus* reddit, omittit Codex Gottorp. Sed Varronis vulgatam *tortis* defendit ſequens *pronis ad roſtrum* et locus Columellae VII. 3. *habitus probatur cum eſt altus atque procerus, ventre promiſſo atque lanato, cauda longiſſima denſique velleris, fronte lata, teſtibus amplis, intortis cornibus: non quia magis hic ſit vtilis, nam eſt melior mutilus aries, ſed quia minime nocent intorta potius quam ſurrecta et patula cornua.* quae repetiit Palladius. Inde igitur patet, *fronte lata* h. l. veram eſſe lectionem, quod monuit etiam Vrſinus, etſi Geoponica, *δασυμετώπας* reddentia, *fronte lana veſtiti* expreſſerunt. Deinde ante Victorium h. l. *intortis* legebatur, quam lectionem retulit etiam Columella; eandemque repraeſentat Creſcentii *curtis.* Vulgatam *fronte lana* conciliare poſſis cum Columella, ſi ſequaris in Columella lectionem Polit. libri, vbi eſt: *velleris denſi in fronte lata.* et in Varrone legas: *fronte lata lana veſtiti bene.* Verum equidem in vtroque ſcriptore praefero ſimpliciter frontem latam; et in Varrone verba *lana veſtiti bene* ad ventrem omiſſum pertinere puto.

amplo pectore] Ita ex Creſc. correxi vulgatum *amplis pectore et.* atque ita voluit etiam ſcribi Vrſinus. Geoponica breuius: *πλατυνώτας.* Pontedera probabat libri Polit. *ampli*, quaſi antiqui *amplis* pro *amplus* dixerint.

cauda lata et longa] Vox *lata* ad caudam non pertinet. Nam in Italia prolixas caudas ſupra Varro requirebat, in Syria breues, quae ſimul eſſe ſolent latae et pinguedine refertae. Igitur *lata* excidit ſuo loco et poſt *fronte* reponendum eſt vocabulum; etſi ex h. l. Creſcentius habere videtur: *cauda longiſſima et lata.*

eam habent] Geoponica 18. 6. *ἐὰν εὕρῃς γλῶσσαν αὐτοῦ μέλαιναν, μέλαν τέξεται, ἐὰν δὲ λευκὴν, γεννήσει λευκόν. ἐὰν δὲ ποικίλην, ποικίλον ἔσται τὸ τικτόμενον.* Sed male haec ad ouem pragnantem refert capitis inſcriptio. Reliqua dabo ad Columellam.

pro-

procreant] Cresc. *procreare solent.*

lex] sc. mancipii. Magius Miscell. IV. 3. comparat locum Horatii Epist. II. 2. 18. *prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex.*

procedant] i. e. valeant, ducantur, numerentur. Ita Gellius V. 19. Vsum hunc loquendi egregie illustrauit Gronov. ad Liuium V. 48. p. 213. Tom. II. ed. Drakenb.

expromisit] De verbo hoc copiose disputauit Gesner ad h. l. in Indice, quae deinde transtulit in Thes. L. L. vbi vide.

§. 6. *qua de re agitur*] Formulam iuris et legis fuisse solemnem, ex Ciceronis Orat. pro Muraena cap. 12. admonuit Vrsinus.

pecus ouillum] Haec verba spuria esse censuit Vrsinus, qui simul monuit, fuisse iuris formulam Q. R. F. E. V. apud Probum. Gellius 16. 4. *vti quod recte factum esse voles.* eoque respicere Varronem.

minam] Festus: *minam ait Aelius vocitatam mammam alteram, lacte deficientem.* Hunc locum apposuit Vrsinus, qui simul de formula antiqua iuris *extra quam* admonuit. Apicam eandem esse cum mina, vix credam interpolatori, qui locum Varronis vitiauit. Mecum sentire video nunc Pontederam. Apicas seu ventre glabro oues nemo facile excipiet, quoniam in oculos incurrunt statim. Pontedera sterilem intelligit, mammis siccis vel exilibus; et verba *id est ventre glabro* deleri iubet. Interim inclusi. Italis pastoribus sterilis *sterpa* audit, monente Pontedera, qui locum Columellae de eadem re apposuit: *maiorem trima dente minacem, sterilem repudiabis* VII. 3. sect. 7. vbi Sangerm. *trimae dentem* habet. Sed ibi latere puto signum idem istud, quod Varro posuit, qui forte inde emendandus est; quanquam illud Columellae signum nondum satis intelligo. Scaliger, ab interpolatore deceptus, credebat, esse, quas Aristoteles H. A. VIII. 10. κολερὰς dixit. Ita vero ille: *εἰσὶ δὲ εὐχειμερώτεροι αἱ πλατυκέρκοι ὄϊες τῶν μακροκέρκων καὶ αἱ κολεραὶ τῶν λασίων.* vbi Albertus: *Similiter autem, quae habent pilos multos, melius sustinent hiemem, quam habentes lanam paucam. Adhuc autem quaecunque animalia habent pilos curtos et crispos, hiemem grauiter patiuntur.* Thomae versio: *maxime bene hiemales.* Sed ex Alberti seu Scoti versione recte iam olim Scaliger et Casaubonus emendarunt: *δυσχείμεροι·* atque ita suadet rerum natura, vt existimemus, laticaudatas oues et κολερὰς esse frigoris impatientiores, quam hirsutas et longicaudatas. Κολερὰς Albertus de pilis curtis et crispis, Gaza simi-

fimiliter: *crifpae etiam algoris impatientes funt.* fed is antea dixerat: *et glabrae exutiores quam veftitiores.* Thomae verfio κολερὰς aperte interpretatur *membris groffae lanofis.* Scilicet verfiones omnes et fcripti libri veteres verba, quae vulgo fequuntur: δυσχείμεροι δὲ καὶ αἱ αἶγες mutant in δ. δ. καὶ αἱ ὀλαί. Itaque tria ouium genera diftinguit Ariftoteles λασιὰς, i. e. hirfutas, (Codices δασέα habent,) ὀλὰς, i. e. crifpas et κολερὰς: quae, cum hirfutis opponantur, debent effe breui pilo. Hefychius: κολερὰ νόθα, νωθρά, ἔνιοι δὲ πρόβατα τραχέα, i. e. aliqui dicunt effe oues afperas feu hirtas. Inepte! Gallicus Interpres non melius dixit *qui ont la laine claire.* Miras et perperas oues, ex Plauto allatas, Scaliger interpretatur inutiles et glabras. Locus eft in Truculento III. 1. 9. vbi de pretio ouium Tarentinarum, a patre venditarum, quod fuit viginti minarum, filius fic: *condo in crumenam, ille abiit, ego perperas, minas oues in crumena hac in vrbem detuli.* Sed Muretus legit: *propere minas oues.* Forte lufit iuuenis in eo etiam, quod minae dicuntur oues quaedam, et forte Tarentinae, quas antea nominauerat. Sed tuto loco illo Plauti vti non licet in re dubia. Ex Geoponicis fupra admonui, oues lana fimplice et recta effe fortiores, contra lanam crifpam arguere debilitatem naturae. Plinius 8. f. 73. Apulas oues breues villo nec nifi paenulis celebres effe ait. Scriptores romani rei rufticae *hirtas* oues, *molles* et *pellitas* nominant. Varro hirtas a pellitis diftinguit II. 2. 18 et 19. pellitas autem fimul vocat Tarentinas et Atticas. Locus alter II. 2. 20. vbi pellitae antea nominabantur, corrigendus et caprae fubftituendae funt. Similiter Columella I. Praef. 26. hirtum genus opponit Tarentino; atque iterum VII. 2. 5. hirtas mollibus opponit. Plinius 8. f. 72. *Ouium fumma genera duo, tectum et colonicum.* Tecti meminit etiam Columella VII. 4. Plinius 8. f. 73. *eft et hirtae lanae, pilo craffo in tapetis antiquiffima gratia.* Breuiter nunc definiam fingula genera. Hirtae oues funt λασιαὶ vel δασεῖαι Ariftotelis, vulgares feu colonicae Romanis fcriptoribus, quarum eae, quae pilo funt breuiores, dicuntur κολεραί. Pecus graecum Geoponicis παρκλότριχα πρόβατα, debili natura, hinc molle genus Romanis, et pellitum, Ariftoteli ὀλαί· quae lanarum crifpa natura oritur inde, quod pelle teguntur, et lana faepius vngitur.

fpondesne] Ita emendauit Vrfinus vulgatum *Spondes? Nec cum.* emendationem auctore libro Polit. recepit etiam Gefner.

est adnumeratum] Hanc lectionem recte restituit Gesner propter locum, iam a Magio laudatum l. 35. §. 5. de contrah. emt. *Si pro numero corporum pretium fuit statutum, Sabinus et Cassius tunc perfici emtionem existimant, cum adnumerata, admensa appensaue sint: quia venditio quasi sub hac conditione videtur fieri, vt in singulas metretas aut in singulos modios, quos quasue admensus eris, aut in singula corpora, quae adnumeraueris. Ergo etsi grex venierit, si quidem vniuersaliter, vno pretio, perfecta videtur, postquam de pretio conuenerit. Si vero in singula corpora certo pretio, eadem erunt, quae proxime tractauimus.* Vide et ad Caton. 148.

ex emto vendito] Hanc ex libris suis (et Edd. primis) lectionem restituit Victorius, interpretatus *actione* emti venditi, comparato loco Ciceronis N. D. III. 30.

primum prouidendum] Cresc. *de pastione primum videndum est, vt per totum annum* etc. vnde recte monuit Pontedera, ex more Varronis legi debere: *De pastione, primum* etc.

stabula] Cresc. *in stabulo idoneo sint, non ventoso, quod magis ad or. — meridiem spectet. vbi stent — esse virgultis aut paleis aut aliis straminibus stratum atque decliuum, vt mundari ac purum fieri ab humiditate vrinae facile possit* etc. Geoponica 18. 2. τὰς σηκὰς πλείὰς καὶ μᾶλλον πλατυχώρὰς εἶναι δεῖ, θερμάς τε καὶ ξηρὰς κατασκευαστέον, καὶ τὰ ἐδάφη δὲ τάτων κεκλιμένα λίθοις τε καταστορεθέντα ὁμαλιστέον. ταχτέον δὲ καὶ πρὸς τὸ ὑψηλὸν τὰ ἐδάφὰς τὰς φάτνας κλίμακάς τε ὑπὲρ αὐτῶν ἐμπηκτέον, ὅπως τὰ πρόβατα τὴν τροφὴν λαμβάνοντα κωλύηται ὑπερπηδᾶν.

tempus, vbi stent] Haec verba spuria esse censuit Vrsinus; Popma solum *tempus* voluit deleri, adstipulante Crescentio; atque inepte omnino dicitur locus aliquis spectare ad tempus meridianum. Igitur inclusi. Reliqua *vbi stent* satis defendit Crescentii auctoritas.

eruderatum] Cresc. pro hoc ita *locum oportet esse virgultis aut paleis aut aliis straminibus stratum.* vnde excidisse h. l. quaedam recte suspicatus est Pontedera, quod arguit etiam sequens: *subiicere oportet virgulta alia.* Columella VII. 3. *deturque opera, ne quis humor consistat, vt semper quam aridissimis filicibus vel culmis stabula constrata sint, quo purius et mollius incubent foetae, neque earum valetudo infestetur vligine.* Geoponica: καὶ τὰ ἐδάφη κεκλιμένα λίθοις τε καταστορεθέντα ὁμαλιστέον. Pellitarum stabula Varro infra sect. 19. lapide strata esse vult, vt vrina necubi in stabulo consistat.

fiſtat. Itaque h. l. erude-ratum ex Geoponicis interpretor *ὁμαλιστέον*, ſolum eſt aequandum.

ea vligo] Haec lectio poſtulat, vt antea cum Creſcentio legamus *purum ab humiditate*, vel: *purum ab vrina*, monente Pontedera. Idem Creſc. *lanas* habet.

ac ſcabras] Creſc. *vngulas ſcabras*. ſed antiqua mea interſerit *aut*. Columella I. 6. humorem cauet, ne vngulae pecudum corrumpantur. Virgilius Georg. III. 298. de ouilibus: *et multa duram ſtipula filicumque maniplis ſternere ſubter humum, glacies ne frigida laedat molle pecus ſcabiemque ferat turpeſque podagras.*

ſ. 8. *ſteterunt*] Creſc. *ſteterint, ſubiicere oportet alia virgulta vel paleas, quo melius requieſcant* etc. vbi antiqua mea *requieſcunt*. Vnde apparet, quod monuit iam Pontedera, in antecedentibus quaedam excidiſſe; quam lacunam, vt aliquo modo explerent Edd. I. I. G. habent: *virgulta et alia*. Forte tamen traiectione verborum locus poteſt ſanari, ita, vt legatur: *fieri cogit. Itaque ſubſternere oportet virgulta vel paleas, quo mollius requieſcant, purioreſque ſint. Cum aliquot dies ſteterunt, ſubiicere oportet virgulta alia. Libentius enim* etc.

virgulta] Quod eſt in libro Polit. *virculta* probabat Pontedera, deriuans a *vi* cum r finali et *colo*, vel ab *hir*, vola manus, quippe virgulta putari atque, vt recta ſurgant, in diuerſa flecti; quare hominum manu culta dici *virculta*. Quid? ſi contra virgam ab *ἀρίχω*, vaſe vimineo, deriuavero?

faciendum] Creſcentius: *faciendum quoque infirmis et his, qui agnos paruos habent ſecreta ſepta ab aliis, quo eas recludere poſſis*. Vnde egregie comprobatur emendatio Victorii, qui vulgatum *enitentes* emendauit ex libri ſui *inicientes*. Feſtus in *grauida — inciens propinqua partui, quod incitatus ſit fetus eius*. Plinii et Arnobii locos, ab Vrſino memoratos, poſuit Geſneri Theſ. L. L. Rhemmius Palaemon editus in Obſerv. Miſcell. Nouis T. IX. p. 986. *iniciens in partu*. Arnobius VII. p. 225. *incientibus ſcrofis*. et p. 227. *Telluri matri ſcrofa inciens immolatur et foeta*. vbi Vrſinus priore in loco vulgatum *ingentibus* ſimiliter correxit.

haec magis] Creſc. *haec autem magis in villaticis* (antiqua mea *violaticis*) *gregibus ſunt ſeruanda. nam in his, quae paſcuntur in ſaltibus, cuſtodes ſecum portant* etc. Vnde Pontedera vulgatam huius loci ſcripturam: *illae — quae paſcuntur*, ita emendabat, vt legeret: *contra ad illas — quae — cuſtodes portant ſecum*. In Curis tamen ſecundis acceſſit Vrſini

fini fententiae, emendantis *illi — qui.* quam equidem rationem, vt facillimam, fecutus fum.

retia] Plinius 18. f. 53. *funt, qui optime ftercorari putent fub dio nunc retibus inclufa pecorum menfione.* Retia intelligit fpartea, quibus Columella XII. 44. 2. arbores aduerfus aues contegit. Hodieque in Hifpania greges ouium migratores in eiufmodi ftabulis retibus fparteis conclufi tenentur. In Plinio tamen Codices *cratibus* habent.

et late] Crefc. addit *et varie.* Contra Vrfinus verba *et late*, vt fuperuacua deleri volebat. Pontedera fupplementum Crefcentianum probabat.

Apulia hibernabant] Supra I. fect. 16. et libro III. 17. f. 9. Recte Heinfius Aduerf. III. p. 495. comparauit locum Lucani IX. 183. *Sic vbi depaftis fubmittere gramina campis et renouare parans hibernas Appulus herbas igne fouet terras, fimul et Garganas et arua Vulturis et calidi lucent buceta Matini.* Horatius Epod. I. *pecufue Calabris ante fidus feruidum Lucana mutet pafcua.*

f. 10. *firpiculos*] Scaliger interpretabatur carrorum, feu vehiculi generis, quod *firpeam* dixerit Varro L. L. IV. p. 34. Contra Gefner intelligit corbes duos, iugo feu ligno tranfuerfo incuruo iunctos, dum portantur. Scaligeri fententiam improbauit etiam Gronov. ad Plauti Pfeudol. I. 3. 98. et Scheffer de Re vehicul. p. 360. monente Gefnero.

calles publicae] Hanc fcripturam recte reuocauit Gefner ex primis Edd. reliquae *publice* dederunt. Sequentia ita legebat Vrfinus: *diftantes paftiones, atque vbi pafcantur.* Infra cap. 9. *quod accidit iis, qui per calles filueftres longinquos folent comitari.* Vrfinus calles interpretatur vias publicas, pecoribus deftinatas, ex hibernis in aeftiua redeuntibus. Laudat Ciceronis locum pro Sextio c. 5. *Italiae calles atque paftorum ftabula.* In eiufdem Orat. pro Cluentio c. 58. eft: *Cum quaedam in collibus, vt folet, controuerfia paftorum effet orta.* vbi Ernefti recte monet, *callibus* legi debere. Suetonius Caef. c. 19. *vt prouinciae futuris Confulibus minimi negotii, id eft, filuae callefque decernerentur.* vbi vide Interpretes. Equidem Calles effe et dici cenfeo loca filueftria, per quae tranfeuntia pecora pafcuntur, dum in longinqua pafcua hiberna abiguntur. Feminino fexu calles dixit etiam Liuius, aliique fcriptores apud Nonium.

eafque] Ita Gefner fcripfit pro *eaeque.* Praeterea ex Vetere Codice Vrfinus memorat lectionem: *quod aeftate cum prima luce — fole autem exorto.* Monet etiam, Varronem apud Nonium dixiffe *claro* et *primo luci.* Locum Nonius

nius laudat ex Ciceronis Offic. III. 31. vbi hodie *prima luce* legitur, ſed Anemoecius edidit *cum primo lucis*. vnde ſuſpicatur recte Heuſinger, in eius Codice fuiſſe *primo luci*. In Philippica XII. 10. editio etiam Erneſtiniana poſtrema habet *luci*, pro interdiu.

aeſtate] Geoponica 18. 2. *θέρους μὲν οὖν καὶ ὑπαίθρια τρέφονται καὶ ἔξω αὐλίζονται· ἀλλ᾽ ὅταν ὁ ἥλιος ὀξύτατος ᾖ, ὑπὸ σκιὰν ἀγέσθω· οὐ μὴν τὸ ἀνάπαλιν· σφόδρα γὰρ βλάπτει τὸ ψῦχος αὐτά — ἐπὶ δὲ τὴν νομὴν ἐξακτέον θέρους μὲν πρὶν ἥλιον ἀνασχεῖν, ἔτι τῆς δρόσου κειμένης, χειμῶνος δὲ καὶ τῆς πάχνης ἤδη καὶ πάσης τῆς δρόσου διαλελυμένης. ἑκάστοτε δὲ τὸν ἥλιον κατ᾽ οὐρὰν ἔχειν αὐτὰ προνοητέον.*

potum] Ita ſcripſi cum Pontedera. Vulgatum *puto* ſeu *puro* probabat Vrſinus et deinceps legebat: *propellunt rurſus ad paſtum, vt redintegrantes alacriores fiant.* Sed verbum *redintegrare* ſenſu actiuo vſurpat Varro ſtatim poſtea. Pontederae emendationem comprobat comparatio Virgilii Georg. III. 324. quem ſequitur Columella VII. 3. 23. Is *puto* ortum putabat ex antiquo *putum* pro potum, vt legimus *Cungrum*, *funtes*, *frundes*, *Acherunta*.

meridianos aeſtus] Infra cap. 4. *poſt meridiem rurſus lenito feruore paſcunt.* vnde h. l. Vrſinus malebat legi *meridiem, aeſtus dum deferueſcat.* Edd. B. R. habent ipſum *deferueſcat.*

refrigeratur aer et] Ita duce libro Polit. dedi pro *refrigerato aere veſpertino.* etſi malim legere: *dein refrigerato aere, veſpertino rurſus paſcunt. Paſcunt* dedit idem liber Polit. pro *poſcant.*

auerſo ſole] Vulgatum *aduerſo* vitioſum eſſe, monuit Vrſinus, qui mutari voluit in *auerſa ſoli*, vel *auerſa a ſole*, vel *auerſo ſole*. Poſtremam rationem, vt facillimam, probauit Geſner, ſed operae aberrarunt. De re ipſa vide Columell. VII. 3. et ibi notam.

redintegrabit] Ita ſcripſi ex Pol. pro *redintegrauit*. Paulo antea: *ſole exortu potum propellunt, vt redintegrantes rurſus ad paſtum alacriores faciant.* Monuit etiam Vrſinus. Noſter III. 7. 6. *vt redintegrentur columbae faſtidientes.*

meſſes ſunt factae] Creſc. *Cum meſſes ſunt factae, teneantur in ſtipulis, quod eſt vtile duabus ex cauſis, nam et caduca ſpica ſaturantur et obtritis ſtramentis et ſtercorationem faciunt in annum ſequentem et ſegetes meliores.* vbi antiqua mea recte omittit poſtremum *et.*

f. 12. *inigere*] Vrſini emendationem, a Popma et Pontedera probatam, recepit Geſner et confirmat Creſcentius. Vulgo erat *intereſt.*

hoc mutant] i. e. differunt. Alia Varronis exempla ex Libris de L. L. et Nonio, deinde Gellio XIII. 3. et XVIII. 12. poſuit Vrſinus. Vide ad cap. XI. 12. Ceterum obſeruare licet, Graecos gregum duces mares conſtituiſſe, a iuuentute vſque aſſuetos, quos diutius viuere affirmat Ariſtoteles H. A. VI. 19. hos, voce compellatos, antecedere gregem. Idem hodie Hiſpani in gregibus ouium ambulantibus faciunt. Ecce Seruius ad Georg. III. 446. vbi de ariete eſt: *Muſimonem dicit ducem gregis, quem ita et Varro commemorat.* Nonius locum Catonis habet, vbi poſt aſinum et ante arietem nominat muſimonem. De nominis notione diſputant grammatici; mihi non liquet. De muſimone ad Columellam iterum dicetur. Nunc ſuſpicor, veteres romanos ſcriptores equos non caſtratos, forte etiam pecudes quoſdam mares *muſimones* vocaſſe a muſone vel mutone, id eſt membro virile, quod *mutinum* etiam dixerunt. In loco Lucilii apud Nonium *muſconis* eſt, vbi Dacerius ad Feſtum *muſonis* reſtituit. In altero Lucilii loco muſmones, equos, mulos, aſinos breues interpretatur Dalecampius ad Plinii locum VIII. ſect. 75. vbi de muſmone Hiſpaniae et Corſicae tradit, addens: *Quorum e genere et ouibus natos priſci Vmbros vocarunt.* Scilicet vt Scaliger ad Varronem noſtrum I. 18. 6. *vmbrum, imbrum, ibrum* dici monet genus animalium ambigenarum et ſpuriorum. Laudat ex Gloſſario *Imbrum,* ἡμίονον, πρόβατον. Item: *Iber,* ἡμίονος. Hinc hybridas etiam homines dixerunt. Horatius Satyr. I. 7. 2. Suetonius Aug. c. 19. Martialis VIII. 22. Proprie tamen hybridas natos ex ſue cum apro vocabant, teſte Plinio 8. ſ. 79. et Martiali VIII. 22. Canes etiam, imparibus parentibus natos, hoc eſt ex venatico et gregario, hybridas vocari, et aquilam eam, quae ex aquila et vulture naſcatur, tradunt Porphyrion et Acron ad Horatii locum. Iſidorus Orig. XII. 1. *Hibride ex apris et porcis*, vt editio princeps habet; aliae *Hibridae.* Eugenius Toletanus Carmine XXII. de Ambigenis *Burdonem ſonipes generat commixtus aſellae, mulus ab Arcadicis et equina matre creatur, Titirus ex ouibus oritur hircoque parente, muſmonem capra veruено ſemine gignit, apris atque ſue ſetoſus naſcitur Ibris, at lupus et catula formant coeundo Lyciſcam.* De Lyciſca conſentiunt Iſidorus XII. 2. et Seruius ad Eclog. III. 18. De origine graeca quae commentus eſt Scaliger ex vocabulo ὀμβρίκαλοι, falſa ſunt. Ceterum

ex

ex his locis omnibus ſequitur, plures ouium, caprarum, ſuum canumque varietates, ex diuerſis generibus natas, fuiſſe notas, quas vtinam accuratius deſcripſiſſent!

aries] Ex graeca *ἄριχα ἄῤῥεν πρόβατον* recte deriuavit Varro de L. L. arietem. Scilicet alii *ἄρβυξ* dixere, vnde apud eundem *ἀρβίνη στέαρ, Σικελοί*; Latinis *aruina.*

bimeſtri tempore] Geoponica 18 3. *τὰς κριὰς πρὸ δύο μηνῶν τῆς ὀχείας χωριστέον καὶ δαψιλεστέρᾳ τροφῇ χρηστέον.* Palladius 8. 4. 5. *aliqui duobus ante menſibus arietes a coitu reuocant, vt facem libidinis augeat dilatio voluptatis.* Addunt Geoponica: *ὅταν δὲ εὐσαρκίαν καὶ δύναμιν ἀθροίσωσι, ταῖς θηλείαις ἐπαφετέων.*

ab arcturi] Plinius 8. ſ. 72. *Coitus omnibus ab Arcturi occaſu, id eſt ad tertium Idus Maias, ad aquilae occaſum in X Cal. Auguſtas. Gerunt partum diebus centum quinquaginta: poſtea concepti inualidi. Cordos vocabant antiqui poſt id tempus natos.* ita recte Pintianus ex Codice Toletano legendum eſſe docuit, cum Harduinus cum reliquis poſuerit: *ad Arcturi occaſum id eſt a tertio.* Nam in Cod. Tolet. et Salmantic. Pintianus reperit: *id eſt ad tertium Idus.* quod eſſe debebat *ante tertium I. M.* Praeterea ibi Petauius emendabat *in XIII Cal. Aug.* illi enim diei ipſe Plinius 18. ſ. 69. aquilae occaſum aſſignat. Arcturi vero occaſus incidit eodem auctore in ante V Idus Maias. Plinii locum ex Vetere Codice emendauit etiam Vrſinus ad h. l. et reſtituit *ab Arcturi occaſu.* Sed deinde etiam *omnibus* mutandum cenſeo in *optimus.*

concipiuntur] Ita recte emendari iuſſit ex Plinio Vrſinus, qui praeterea malebat: *qui — imbecilli.* Eam emendationem ſibi vindicauit Popma. Similiter infra de equis II. 7. 7. *quae poſt id tempus naſcuntur, fere vitioſa atque inutilia naſcuntur.*

ſ. 14. *praegnans*] Liber Pol. *praegnas;* idem infra cap. 4. ſ. 7. *praegnax* habet; cap. VI. ſ. 4. *praegnates;* cap. 7. ſ. 10. *praegnatibus;* ſect. 11. *praegnatis;* cap. 9. ſect. 11. *praegnates.* Atque ita in Terentii Hecyra Codex romanus vetuſtiſſimus *praegnas* habet, teſte Pierio ad Aeneid. VIII. 104.

fit partus] Creſc. *fieri debet admiſſura tali tempore, quod partus naſcatur circa finem autumni — prioribus euocata.*

quod commutatio] Creſc. *quia commutatio aquae et lanam variam et corr. vt.* vnde malim h. l. *variat.* Geoponica: *τοῖς αὐτοῖς δὲ καὶ μὴ ξενίζουσιν ὕδασι χρηστέον.* Plinius 8. 47.

mutatio

mutatio aquarum potusque variat lanicium. Primus ita Aristoteles docuit H. A. III. 12. praeter eum Aelianus VIII. 21. In equabus idem praeceptum habet Anatolius Hippiatric. p. 59.

omnes conceperunt] Cresc. *oues conciperint, arietes secernendi sunt, quia, cum sunt molesti, obsunt. nec oportet pati — saliri, neque natum — nec non ipsae fiunt deteriores. Ouis praegnans* et cet. Vnde Pontedera verba *ita factis praegnantibus* h. l. suspecta habebat glossematis. Contra Scaliger deleri volebat verbum *obsunt*, et putabat traiectionem h. l. esse similem locis II. 1. 4. et II. 9. 5. pro *quod ita factis* pr. sunt molesti. Scaligero obsecutus Gesner incluserat verbum obsunt. De suibus similiter Varro II. 4. *cum omnes conceperunt, rursus segregant verres.* vbi plenius Geoponica: ὁρμῶντες γὰρ ἐπ' αὐτὰς καὶ σπαράττοντες, ἐκτιτρώσκειν αὐτὰς ποιοῦσιν. Equidem interim inserui *si:* quo facto verbum *obsunt* et reliqua defendi possunt.

bimas saliri] Geoponica 18. 3. ἡλικία δὲ πρὸς ὀχείαν χρήσιμος τῶν κριῶν ἀπὸ δύο ἐτῶν ἕως ή. ὁ μόγος δὲ καὶ ἐπὶ τῶν θηλειῶν.

deteriores] Edd. duae deinceps habent: *minores quam trimae.* Columella VII. 3. 6. *femina post bimatum maritari debet, iuuenisque habetur quinquennis, fatiscit post annum septimum.*

fiscellis] Xenophon Cyneg. VI. 1. et inde Pollux V. 9. canes deterret, adhibens στελμονιὰν, clauis infixam. Virgilius III. 399. hoedos a matribus arcens: *primaque ferratis praefigunt ora capistris.* Cato 54. s. 5. *boues fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur, cum arabunt.* Plinius 18. s. 49. *Si inter arbores vitesque aretur, fiscellis capistrari, ne germinum tenera praecerpant.* Vides igitur, fiscellas easdem esse cum capistro, nisi quod capistrum potuit etiam coriaceum fieri, et infixos habere clauos vel aculeos. Vincentius Spec. Doctr. II. c. 46. *Capisterium quod agnis vel furonibus in caput ponitur.* furonibus videlicet, qui cuniculos latebris suis expellere docentur et capere. Aprum capistratum habet Petronius c. 47. et Martialis I. epigr. 105. In alio vsu fuit πύσσαχος, ξύλον καμπύλον τοῖς μόσχοις περὶ τὰς μυκτῆρας τιθέμενον ὃ κωλύει θηλάζειν apud Hesychium et Hephaestionem de Metris p. 13.

§. 15. *parere coeperunt*] Cresc. IX. 74. *cum parere incipiunt oues, pastores eos iniiciunt in ea stabula, quae ad eam rem habent seclusa, ibique agnos, recenter natos, ad ignem apponunt* (antiqua mea *proponunt*) *et per biduum — retinent*

cum

cum matribus (antiq. mea omittit duo haec verba) *dum cognoſcunt matrem, et pabulo ſe ſaturant.* In libro Pol. eſt *ad cognoſcant.* Voluit credo *quoad cognoſcant.* Ceterum vocem *agni* deleri volebat Vrſinus, in quo habet conſentientem Creſcentium. Antiquam lectionem *iniiciunt* neſcio an praeferam. Fuit enim *inicunt* ſcriptum antiquo more pro *inigunt;* etſi Ennii vſum antiquum literae c pro g poſitae mutaſſe tradunt Grammatici.

dum matres] Creſc. *cum matres ad paſtum e. g. prodeunt* (antiq. mea *prodcrent*) *retinent agnos, qui cum creati ad veſperum fuerint, aluntur lacte et rurſus ſecernuntur* (antiq. mea *decernuntur*) *noctu a matribus, ne* (omitt. antiq. *ne*) *conculcentur. Hoc idem — ad pabulum exeant* — Geoponica: τὰ δὲ τεχθέντα μετὰ τὸ πληρωθῆναι τοῦ γάλακτος, καταμόνας αὐλιστέον. συναυλιζόμενα γὰρ ταῖς τεκούσαις συμπατεῖται.

ſatulli] Creſc. *ſaturi.* ſed antiqua mea *ſatulli.* — *praeterierint — affigunt — libro et corice aut qua alia re leni — tota die — delibent aliquod m.* vbi antiqua mea *cortice — delibent id eſt deſtinant.* Ex editione Louan. Geſner laudauit *deſtruant.* In vetere Codice Varronis Vrſinus reperit ſcriptum: *debilitent.* vnde malebat *debilent,* quod verbum Nonius habet, ſed vitioſum, vt alii monuerunt. Vocem *ſatulli* primus h. l. reſtituit Victorius, qui Varronem apud Nonium *ſatullare* dixiſſe hinc monuit. Ex Creſcentio Louan. Geſner laudauit *ſaturi.* Verbi delibare, eadem notione poſiti, alia exempla dabit Index et Geſneri Theſ. L. L.

accedet] Creſ. *accedent.*

labra agni] Columella: *erigi debet atque vberibus admoueri, tum etiam diductum os preſſis humectare papillis, vt condiſcat maternum trahere alimentum.* Ceterum vnguinis huius vſus aeque ſuperuacuus eſſe videtur, atque coloſtrae antea emulgendae praeceptum apud Columellam.

ſuilla] Creſc. *ſuillo,* ſed antiqua mea *ſuilla.* Louan. *et ſquilla.* Deinceps Creſc. *mollitam — exeant — reuertuntur, et ſic nutriuntur.*

obiicere] Haec de agnis recte habent; ſed quae ſequuntur: *antequam exeunt — reuerterunt* vitioſa ſunt et pertinent ad matres. Compara Columellam: *ſatiſque eſt mane priuſquam grex procedat in paſcua, deinde etiam crepuſculo redeuntibus ſaturis ouibus admiſceri agnos. qui cum firmi eſſe coeperint, paſcendi ſunt intra ſtabulum cytiſo vel medica, tum etiam furfuribus, aut ſi permittat annona, farina ordei vel erui.* Vnde apparet, quam inepte vulgatum *mollitam* defenderit Geſner.

his

his temporibus] Crescentii antiqua mea Editio *his qui temporibus. — mulgant.* vbi Basil. *his temp. — mulgent. donec depulsi sunt — est adhibenda.* vbi antiqua mea: *cum depulsi.* Geoponica: μέχρι δὲ μηνῶν δύο ἐκ ἀμελητέον τῦ γάλακτος. κάλλιον δὲ εἰ μηδέποτε. εὐτραφέστατοι, γὰρ ἔσονται οἱ ἄρνες. vbi librarius ex numeri nota δ' pessime effecit δύο. Aristoteles H. A. III. 21. πολὺ δὲ γάλα ποιεῖ καὶ τῶν φυσωδῶν ἔνια προσφερόμενα, οἷον καὶ κυάμων πλῆθος ὀλίγον ὄϊ καὶ αἰγὶ καὶ βοῒ καὶ χιμαίρᾳ. ποιεῖ γὰρ καθίεναι τὸ ὖθαρ — τὰ πρόβατα ἀμέλγεται μῆνας ὀκτώ. Per mentes octo mulgebant oues Graeci.

melius qui] Ita legi voluit Vrsinus. Vulgo erat: *qui vt melius.* Sed *vt* ineptum infersit Victorius.

agnos plures] Vrsinus malebat *agni pinguiores*, ex Geoponicis, vbi est εὐτραφέστατοι γὰρ ἔσονται οἱ ἄρνες. Vulgata certe inepta est lectio. Oues enixae iam non sunt mulgendae, vt agni fiant alibiliores et quo plus nutrimenti ex lacte materno habeant, non quo plures agnos oues enitantur. Crescentius haec verba plane omisit. Potest tamen forte vulgata lectio explicari inde, quod in Italia oues geminos saepius pariunt, quam in nostris regionibus; itaque si nunquam mulgentur, virium plus habent ad geminos concipiendos atque intra alendos. Obiter moneo de loco Festi: *Auillas agnas recentis partus.* quod nisi est pro *ouilla*, ductum videtur ex graeco ἄρνες, quasi *anillas* pro *arnillas.*

deliniendum] Crescentii Editio mea antiqua et Louan. addit *id est blandiendum.*

s. 18. *tum denique*] Cresc. *tum denique compellendi.* sed antiqua mea: *tamen denique compellendum.*

Castrare] Plinius 8. s. 75. *Castrari agnos nisi quinquemestres praematurum existimatur.*

se fregerunt] Ita recte Victorius, comparato Ciceronis loco Orat. I. 62. *paulum requiescet, dum se calor frangat.*

geminos] Aristoteles H. A. VI. 19. διδυματοκῦσι δὲ καὶ πρόβατα καὶ αἶγες διά τε εὐβοσίαν καὶ ἐὰν ὁ κριὸς ἢ ὁ τράγος ᾖ διδυματόκος ἢ ἡ μήτηρ.

pellitas] Megarensium πρόβατα δέρμασιν ἐσκεπασμένα ex Diogenis Laertii Vita Diogenis memorat Victorius. *Dulce pellitis ouibus flumen Galesi* norunt omnes ex Horatio. Idem posuit ex Mimo Laberii: *Nihil refert mollem e lanitia Attica an pecore ex hirte vestitum geras.* Popma memorat ex Strabone IV. ὑποδιφθέρας ποίμνας, ex quarum lana Romanos ait conficere laenas; Plinius ex Apulis lanis, breuibus villo, paenulas celebratas fuisse ait. Apulae vero oues ad pellitas

pellitas pertinebant. Denique poſuit Popma locum Lucilii: *Paſcali pecore ac montano, hirto atque ſoloce.* Feſtus: *ſolox lana craſſa vel pecus, quod paſſim paſcitur non tectum.* Polybius IX. p. 127. ed. Schweigh. *μαλακὰ πρόβατα* dicit pellitas oues, eaſque ait circa vrbem paſci ſolitas. Romani raro foris paſcebant, teſte Columella.

Atticae] Ita ex libris ſuis ſcripſit Victorius comparato loco Plutarchi περὶ τῦ ἀκέειν: *μηδὲ ἱμάτιον περιβαλέσθαι εἰ μὴ προβάτων Ἀττικῶν εἴη τὸ ἔριον.* His opponuntur *paſcales.* Feſtus: *paſcales oues pro paſcuales incienter Cato dixit in ea oratione, quam ſcripſit. Paſcalis ouis — vetuit. item pellitam laxentinam (lege tarentinam) appellat in ea oratione quam ſcripſit. Pretio Tarenti plus C ſeſtercus (ſeſtertiis) pellitam ouem, quam ignaro (in agro) Tarentino quod paſceretur.* Idem deinde: *Paſſales et oues et gallinae appellantur, quod paſſim paſcuntur.*

putari] i. e. purgari. Hinc *imputatus nondum purgatus* apud Feſtum monente Victorio. Inficiuntur lanae a tinctoribus. Vulgatum *parari* iam antea in *putari* mutauerat Popma ad Catonem c. 39. et I. Fr. Gronouius, antequam Polit. auctoritas acceſſiſſet.

adhibent] Ita ſcripſi pro vulgato *adhibeant.* quod ſequens *faciunt* damnat.

His quaecunque] *His* ſcilicet praeſepibus, recte monente Vrſino.

ficulnea] Geoponica 18. 2. nominant cytiſum, medicam, foenum graecum, bromum (auenam) leguminum et hordei paleas, inprimis muria conſperſas, groſſos deciduos et folia ficulnea ſiccata. Inſulae Cei incolae oues paſcebant cytiſo, foliis ficulneis, et oleae caducis, leguminum paleis, et ſpina quadam, teſte Aeſchylide apud Aelianum 16. 32. Vinacea in ouium cibo neſcio an alius memorauerit. Bobus quidem dat Columella VI. 3. 4.

genit lac] Ariſtoteles H. A. III. 21. *ἡ μηδικὴ πόα σβέννυσι τὸ γάλα καὶ μάλιστα τοῖς μηρυκάζουσι.*

ſ. 20. *vt dixi*] Loquitur Atticus. De libro vero dixerat Scrofa II. 1. 21 et 23. *item ad alios morbos aliae cauſae, etiam alia ſigna in omni pecore, quae ſcripta habere oportet magiſtrum pecoris.* Itaque Morgagni Epiſt. I. §. 97. aut h. l. legendum eſſe *dixti*, aut verba illa Attico non Scrofae tribuenda eſſe monuit.

numero] Multa h. l. excidiſſe, recte monuit Pontedera: Supra enim cap. V. definit ipſe Varro, quas res numero comprehendere ſoleat, hoc eſt non ſolum numerum paſtorum,

ſed

ſed etiam quot in grege foeminas quot mares habere oporteat, quot vtriuſque generis ſoboles ſubmitti debeant, quot reiiculae ſint alienandae. Quorum maxima pars h. l. deſideratur. De paſtoribus vero infra c. 10. eſt: *de numero paſtorum alii anguſtius, alii laxius conſtituere ſolent; ego in octogenas hirtas oues ſingulos paſtores conſtitui, Atticus in centenas.* Arguit etiam ipſe Varro c. 3. de caprino genere loquens, deeſſe hic multa. Ibi enim eſt: *relinquitur de numero, qui in gregibus eſt minor caprino quam in ouillo, quod caprae laſciuae.* Denique Creſcentius IX. cap. 69. ſic habet: *Centum ouibus vnus aries ſufficere fertur, et quotque ſunt centenaria, tot arietes. ſufficere ait Varro,* vbi antiqua mea Editio habet: *tot anes.* Haec ita bene demonſtrauit Pontedera. Ineptias vulgatae demonſtrat etiam illud, quod *in pellitas* (centenas) *binos* homines poſtulat, cum teſte Columella VII. 4. graecum pecus ſeu pellitum raro foris et plerumque domi alatur. Lectio ipſa, quam ſequitur Creſcentius, ineptiſſima eſt. Quis enim arietem centum ouibus ſufficere credet, cum hirci ſinguli vix viginti capris admittantur, teſte Varrone cap. 3? Vltimum remedium nobis ſupereſt in lectione librorum Polit. et Edd. primarum, vbi exſtat *caprae binos,* quam ego mutatam in *capras binos* vnice veram puto; eamque adeo reſtitui Varroni pro vulgata *pellitas binos.* Noſter enim cap. ſeq. ſatis magnum gregem caprarum eſſe ait circiter quinquagenas; itaque centenis capris opus eſt binis paſtoribus. Miror, egregium Pontederam potuiſſe *captas* probare et interpretari de pellitis, quaſi impeditas.

Cap. III. *balaſti*] De ouibus docuiſti. Vox ouium exprimitur verbo *balare,* quod vitiatum eſt vſu loquendi ex antiquo *belare,* de quo ſupra Varro II. 1. 7. Graeci dicunt βληχᾶσθαι; capras vero μηκάζειν, ſimili vocis imitatione.

chordo] Melanthius apud Homerum eſt caprarum Vlyſſis paſtor. *Cordo,* quod eſt in libris Polit. Scaliger mutat in *Condo* i. e. ταμίας, aſſentiente Vrſino. Forte Varro Melanthio paſtori dignitatem voluit facete addere, cognomine familiarum romanarum familiari. Cordos enim in illis fuiſſe, monet etiam Quinctilianus I. 4. 25.

animaduertat] Creſcentius IX. 26. *animaduertere — primo — et de his eam.*

nouella enim] Creſc. omittit *enim. — vtilior eſt. In forma — ſint formae — leue, crebro pilo.* Vrſinus malebat legi *nouella enim melior.* reliquis omiſſis.

firmae magnae] Pontedera dubitabat an ſit ex Creſcentio legendum *forma magna* vel *magnae*. Sed repetitio eiuſdem vocabuli in hac vicinia diſplicet mihi. Geoponica 18. 9. δεῖ δὲ ἐκλέγειν ἀπὸ τῶν τοκάδων τὰς εὐπαγεῖς μεγάλας τε καὶ μεμυωμένας.

corpus lene] Vrſinus *leue* malebat ex Geoponicis, vbi eſt: τὸν μὲν χρῶτα λεῖον ἐχούσας, δασύτριχας, τὰ οὔθατα μεγάλα καὶ ὀγκώδη ἐχούσας. αἱ δὲ τοιαῦται καὶ πρὸς ἐπιμονὴν κρείττους εἰσί.

duo enim genera] De quibus vide ad Columellam VII. 6. ſect. 1. et infra ad cap. XI. ſ. 12.

ſub roſtra] Creſc. *ſub mento duas vt mammillas — quia hae — grandiore ſint, et lac multum — habeant. Hircus cum ſimilibus ſub mento mammillis, gurgulione longi, breui plenaque ceruice:* et cetera quae ex Palladio Nouembri 13. ducta ſunt.

mammulas] Feſtus: *Noneolae vocantur papillae, quae ex faucibus caprarum dependent.* Verruculas appellat cum Columella VII. 6. Palladius.

proportione] Omiſit Creſcentius et vt ſpuria damnauit Pontedera.

Hircus] Columella: *Caper cui ſub maxillis binae verruculae collo dependent, optimus habetur, ampliſſimi corporis, cruribus craſſis, plena et breui ceruice, flaccidis et praegrauantibus auribus, exiguo capite, nigro denſoque et nitido atque longiſſimo pilo. nam et ipſe tondetur.* vbi tamen recte Sangerm. liber omittit *nigro*. Creſcentius ex h. l. retulit: *hircus cum ſimilibus ſub mento mammillis, gurgulione longi.* Vulgata lectio: *hircus molliori et potiſſimum pilo albo* inepta eſt. hircus enim pilum molliorem non habet. Quare reſtitui lectionem Edd. primarum *melioris et.* ad quam ducit etiam libri Polit. *mulior*. Sanam tamen eam lectionem praeſtare nolim. Potius excidiſſe deinceps puto verba, a Creſcentio ſeruata, et praeterea alia, vt apparet ex Geoponicis vbi ſic eſt: τῶν δὲ τράγων ἐγκρίνουσι τοὺς μεγάλους καὶ ἐμπλεύρους, ἰσχία τε μείζονα ἔχοντας, δασύτριχας, μακρότριχας, λευκότριχας, αὐχένα καὶ τράχηλον βραχὺν καὶ παχὺν ἔχοντας, βρόγχον δὲ μακρότερον. Vnde apparet, poſt *breui* addendum eſſe *craſſis* vel *plenis*. Gurgulio eſt βρόγχος, ſed non trachea intelligitur, ſeu fiſtula, ſpiritum in pulmonem ducens. Ea enim in quadrupedibus non eſt longior ipſo collo; quanquam in multis auibus id vſu venire nouimus. Sed eſſe videtur laryngis protuberantia maior in quadrupedum genere maſculino, vt in humano.

breui

breui] Hanc lectionem recipi iuſſit etiam Cannegieter ad Auiani Fab. p. 93.

gurgulione] Alii arteriam aſperam ſeu fiſtulam pulmonalem dixerunt; ſed hoc loco larynx ſeu caput tracheae eſſe videtur, qui ſolet in maribus generis humani atque animantium eſſe exſtantior. Graece γαργαρεὼν eſt. Vnde verbum gargaridare duxit Varro apud Nonium: *Quinctiporis Clodiani forias ac poemata gargaridans dices, O Fortuna, o Fors Fortuna quantis comoditatibus hunc diem.* Ita enim locum eum correxit L. Carrio Antiq. Lect. III. 7. eiuſque correctionem poſuit altera Mercerii Editio. Intelligitur Cn. Lentulus Clodianus, cuius malas comoedias memorat Varro apud Nonium in *edolare*. Malus item orator fuit, iudice Cicerone in Bruto c. 66. Bene comparauit Demoſthenicum λαρυγγίζειν Geſneri Theſ. L. L.

collectis] Columella: *melius eſt vnum gregem totum quam ex pluribus particulatim mercari, vt nec in paſtione ſeparatim laciniae diducantur, et in caprili maiore concordia quietae conſiſtant.*

hoc aliter] i. e. hoc diuerſum, ſeu aliter ſentio et dico. Similiter dicitur *hoc amplius*, cum ſententiam quis fert, monente Vrſino.

ſemen tardius eſſe] Plinius VIII. ſect. 76. *nec vnquam febri carere Archelaus auctor eſt; ideo fortaſſis anima his quam ouibus ardentior calidioreſque concubitus.* Vterque ex Ariſtotele H. A. IX. 3. ἐγκαθεύδειν δὲ ψυχρότεραι αἱ ὄϊες αἰγῶν. αἱ γὰρ ὄϊες μᾶλλον ἡσυχάζουσι καὶ προσέρχονται πρὸς ἀνθρώπους. vbi ex Varrone et Plinio legendum eſt συγκαθεύδειν.

Cato] Creſcentius IX. 76. *Catho ſcribit in Fiſcello ſcrutati eſſe capras quae ex ſaxo ſaliunt plus ſexagenos pedes.* quae verba Baſileenſis editio plane omiſit. *Soracti* habent Edd. primae h. l. Phoebo ſacrum Soracte ex Silio VIII. 493. et VII. 662. annotauit Schoettgen. Seruius ad Aeneid. II. 785. montem Hirpinorum ait eſſe in Flaminia collocatum. Iuxta Tiberim non procul Faleriis et Veiis ſitum fuiſſe, monet Schoettg. qui miratur, Fiſcello iungi h. l. quippe ex quo Nar fluuius oriatur, teſte Plinio III. 12. Sed recte monet, ſimul nominari, quia in vtraque ferae caprae habitabant. Fiſcelli capras dixit noſter ſupra II. 1. 5. Ad Veſtinos refert Silius VIII. 519. *Quae, Fiſcelle, tuas arces Pinnamque virentem.*

ortae ſunt ab ouibus] Malim *vt ortae ſunt ab ouibus.* Sequitur enim *ſic caprae* et cet.

De capris] Crescent. *ex capris meliores sunt quae bis pariunt, ex his potissimum mares sunt eligendi ad admissuras.* vbi antiqua mea Editio omittit *ad.* Vnde h. l. malim: *Ex capris* meliores *seminio sunt, quae bis pariunt.* Vrsinus malebat *quae binos.* Supra cap. 2. 18. *quos arietes submittere volunt, potissimum eligunt ex matribus, quae geminos parere solent.* vbi vide notam. Vrsini emendationem probo.

ad admissuras] Haec verba Vrsinus spuria censebat esse.

Media] Insulam Melum interpretatur Scaliger. Contra gallinas *melicas* dictas fuisse, quae erant Medicae. Capras Scyrias ob lactis abundantiam laudat Pindarus apud Athenaeum II. p. 28. Scyrias et Naxias in Samum insulam traductas fuisse a Polycrate, ait Alexis apud Athenaeum XII. p. 540. Et videntur in pluribus maris Aegei insulis caprae ob solum montuosum et silueſtre bene prouenisse.

f. 5. *atque fit*] Ita emendauit Victorius librorum suorum lectionem *adque fiet.* quae est etiam in Edd. primis, In aliis est: *aliter atque de ouibus dico.* Quam equidem lectionem praefero. Quam enim vulgata veluti Varronis peculiarem de emtione caprarum sententiam exhibet, eandem Mamilius in formula posuit, vt statim dicetur. Ceterum Geoponica: *Φυσικῶς ἀεὶ πυρέττει καὶ εἴ ποτε ἐπιλείψῃ ὁ πυρετὸς, διαφθείρονται.* Archelao hanc sententiam adscribit Plinius in loco quem supra posui; iterumque 28. sect. 42.

senas] Cresc. *sanas enim capras nemo* et cet. Basil. editio omisit *enim.*

Mamilius] Hoc nomen in Varrone saepius restituit ex libris suis Victorius. Sed in locis Ciceronis, a Victorii laudatis, magna est etiam librorum varietas. Vide Indicem Ciceronianam in nomine Manii Mamilii.

illas capras] Ex simili formula de ouibus, subus, bubus et iuuencis Pontedera malebat etiam h. l. legi: *illasce capras.* Vocabulum *recte* Vrsinus interpretatur, arbitrio boni viri ex L. 73. D. de Verborum Significatione.

Archelaus] Et ante eum Alcmaeon apud Aristotelem H. A. I. 11. De aegagris idem tradit Oppianus Cyneget. II. 340. De rupicapra fabula translata fuit ad capras mansuetas. In rupicapra tamen originem fabulae dederunt sinus coeci cutanei vtrinque post cornua positi, vt docui ad Aelianum p. 32. libri I. cap. 53.

pastores] Vitium his verbis haesisse puto, quod tolles inserto *vt* ante *etiam Archelaus.* Ex pastorum narratione eadem refert Aelianus l. c.

stabula-

ſtabulatur] Creſc. *huic pecori ſtabula meliora* (Baſil. male *meliores*) *ſunt, quae ſpectant ad hibernos ſolis ortus, quae lapide aut teſta ſunt ſtrata, vt caprile minus ſit vliginoſum aut lutulentum.* vbi antiqua mea habet *caprioli.* Pergit Creſc. *Item ſubſternantur — obliniantur teneri, et paſci hoc pecus debet quaſi ouillum; ſed habet propria quaedam* et cet. Vrſinus h. l. emendabat legendo *ſtabulum melius ad — exortus ſpectat, pecus quod* et cet. Equidem duce Creſcentio malim: *Stabulum huic pecori melius ad — exortus ſpectat.* Columella: *ipſum vero caprile vel naturali ſaxo vel manu conſtratum eligi debet, quoniam huic pecori nihil ſubſternitur; diligenſque paſtor quotidie ſtabulum conuerrit, nec patitur ſtercus aut humorem conſiſtere, lutumue fieri, quae cuncta ſunt capris inimica.* Vocabulum *pleraque* reſpicit ad *ſtabulum.*

alſioſum] Geoponica: *Φύσει γὰρ δύσριγον τὸ ζῶόν ἐστι.* Ariſtoteles H. A. VIII. 10. *δυσχείμεροι δὲ καὶ αἱ αἶγες, ὑγιεινότεραι μὲν ὄϊες τῶν αἰγῶν. ἰσχύουσι δὲ μᾶλλον αἱ αἶγες τῶν οἴων.* Idem IX. 3. *εἰσὶ δὲ αἶγες δυσριγότεραι τῶν οἴων.* Remedium aduerſus ſternutationem hircorum ex perfrictione tradunt Scholia Ariſtophanis ad Plutum verſu 313. *μινθώσομεν ὥσπερ τράγου τὴν ῥῖνα.*

teſta] i. e. latere cocto, quem teſtam dici docet Vitruuius II. 8.

ſubſternitur] Miror igitur, Columellam ne in ſtabulo quidem hiberno aliquid virgultorum ſubſternere capris. Forte is genus, breui villo indutum, non alterum prolixiore et peregrinum reſpexit.

fruticibus] Creſc. *agreſtis ſaltibus — caprae dicuntur. ideoque in lege — capram in fundo paſcat.*

in locis cultis] Pontedera malebat *incultis.* Sed de incultis ſeu ſilueſtribus fruticibus antea dixit Varro; nec virgulta a fruticibus ſunt diuerſa, niſi quod virgulta ſunt etiam arborum ſatiuarum, oleae et cet.

capra natum] An licet capram matrem, non hoedum? Inepta eſt vulgata lectio; rectius Creſcentius *capram in fundo paſcat.*

limbum] Polit. liber *lembum.* quod ferri poteſt, ſi ex graeco *λέγνον* deſcendit, ſignificatione eadem. Varro apud Probum ad Eclog. 17. *per quam limbus pictus bis ſex ſignis ſtelli micantibus.*

Sunt duo — tauro] Haec verba ex libro I. 2. huc tranſlata cenſuit Vrſinus; igitur incluſit Geſner.

ſ. 8. *autumno*] Creſcentius: *poſt autumnum exigunt in gregem hircos, quia, quae concipit poſt quartum menſem, reddit*

dit tempore verno. Columella: *Tempus admiſſurae per autumnum fere ante menſem Decembrem praecipimus, vt propinquante vere gemmantibus frutetis partus edatur.* Geoponica: ἀρίστη δὲ ὥρη πρὸς τὴν τέτων ὀχείαν ἡ πρὸ τροπῶν τῶν χειμερινῶν. Palladius 12. 13. 7. *Concipiunt Nouembri menſe vt Martio pariant.* Vrſinus vulgatam huius loci lectionem: *exigunt a grege in campos, hircos in caprilia:* ita corrigebat: *exigunt hircos in caprilia,* reliquis omiſſis. Contra Pontedera: *exigunt gregem in campos:* i. e. reuocant ex ſaltibus et montibus in campos capras, et hircos, antea ſeorſim paſtos, in gregem ad admiſſuram reducunt. Sed omiſit vir egregius docere, quomodo hirci ita dici poſſint exigi in caprilia, dum caprae in campis paſcuntur. Septa enim, in quibus, foris pernoctant, ipſe Varro a caprili diſtinxit. Locus de arietibus, quem reſpicit Varro, hic eſt: *arietes, quibus ſis vſurus ad foeturam bimeſtri tempore, ante ſecernendum et largius pabulo explendum. Cum redierunt ad ſtabula e paſtu, ordeum ſi eſt datum, firmiores fiunt ad laborem ſuſtinendum, — cum omnes conceperunt, rurſus arietes ſecernendi, ita factis praegnantibus quod ſunt moleſti.* Ex quo loco conſtat; vulgatam nullo modo defendi poſſe, nec locum habere emendationem Pontederae. Neque enim in campis paſcuntur caprae; igitur de montibus in campos exigi vix dici poſſunt, vt hirci admittantur. Deinde exigi a grege, deſiſtente autumno, dici non magis poſſunt, quia tunc fit admiſſura. Reſtat igitur, vt cum Creſcentio et Vrſino legamus: *exigunt in gregem* (caprarum) *hircos.* (ante ſeparatos) reliquis omiſſis. Forte tamen exciderunt verba quaedam.

quartum menſem] Vrſinus *quintum* legi volebat ex Ariſtotelis H. A. VI. 19. Plinio VIII. 50. et Geoponicis 18. 9. Plinius 8. 50. Nouembri concipere, Martio parere ait; numero tamen menſium dierumque non definito. Vrſini emendationem repetiit Popma. Equidem verum Varronis diſſenſum non video. Ait enim quinto menſe parere; nec vllus ſcriptorum, ab Vrſino laudatorum, affirmauit, poſt quintum demum menſem parere capram, ſed quinque menſes vterum ferre vt ouem.

tum ſubmittuntur] Creſc. omiſit *tum.* Ceterum Edd. primae variant ſcripturam inter *hoedi* et *haedi.* Varronis L. L. IV. p. 25. *Hircus quod Sabini fircus, et quod illic fedus, in Latio rure hedus, quod in vrbe vt in multis A addito haedus.* vbi Editio Parmenſis anni 1480. *foedus — rure Edus — aedus.* Haedum lactentem lex Licinia ſumtuaria in coena vetuit apponi, vt ex verſibus Laeuii poetae apud Gellium II. 24.

24. monuit Conradi Parerg. p. 321. eoque refpicit Iuuenalis XI. 77. vbi, poftquam ad coenam amico promiferat *haedulum de Tiburtino agro pinguiffimum, herbae infcium, nec dum aufum virgas humilis mordere falicti, qui plus lactis haberet, quam fanguinis*, fubiicit: *haec olim noftri iam luxuriofa fenatus coena fuit.*

quaedam fcripta] Recte Edd. Ba- G. *quaedam remedia fcripta oportet habere — quibus vtantur:* quam lectionem recepiffem, fi quis liber fcriptus auctor et cognitor acceffiffet. Supra II. 2. 20. *de fanitate funt multa, fed ea, vt dixi in libro, fcripta magifter pecoris habet: et quae opus ad medendum, portat fecum.*

vfu venit] Crefcentius: *Accidit etiam faepe, vt in corporibus vulnerentur, quibus fubueniendum eft, eo quod inter fe cornibus pugnant, ac etiam fpiffis fpinofis locis pafcuntur.*

caprae lafciuae] Crefcentius: *fatis magnum gregem — quinquagenas, eo quod caprae lafciuae funt, et fe difpergunt. contra oues fe congregant ac condenfant in l. u.* vbi antiqua mea habet *condempfant.*

f. 10. *fefellit*] Quod in libris fuis omnibus effe affirmat Victorius, ex vetere Codice affert etiam et comprobat Vrfinus. Comparat etiam locum noftri I. 13. *ibi tantum circumfluxerit mox ceruorum.* Ita enim ibi ex eodem Codice legi volebat. Sed iftius loci alia eft ratio; igitur antiquam lectionem reftitui.

Cafinati] Vide infra ad III. 5—8.

denas capras] Crefcent. *fingulis decem capris finguli fufficiunt hirci. vltra octo annos feruandae non funt* et reliqua, quae ex Palladio ducta funt, vbi tamen verba priora hodie non exftant; nec hanc difputationis partem attigit Columella.

Cap. IV. *Sed quis*] Vulgatam *e portu poft Italiae* vitii fufpectam habuit iam olim Scaliger, emendans: *Sed quis Epirota poft ita ilico prodit.* Pecuarios athletas Epiroticos fupra nominat II. 1. 2. Et capite fequenti nominantur συνηπειρῶται eodem fenfu. Sed in emendatione Scaligeri pofterior pars difplicet. Saltim effet *epirota Italicus.* Pontedera cum Vrfino in vulgata tricatur, nihil tamen extricat. Gefneriana coniectura vix melius quid excogitari poterit. Triller Obferu. IV. 27. coniecit: *Sed quis expertos poft ifta, alia prodit?*

Licinio Neruae] Intelligi A. Licinium Neruam legatum ad exercitus in Macedonia vifendos miffum A. V. 585.

 et

et deinde praetorem A. V. 587. ex Liuio 44, 18. et 45, 44. monet Schoettgen.

vt ſcrofa] Plautus Trucul. II. 2. 13. *ego te hic mulier, quaſi ſus catulos pedibus proteram.* Sed Seruius ad Aeneid. II. 357. laudat ex Plauto: *et ego te conculcabo vt ſues catulos ſuos.* Ceterum ex graeco γρόμφος factum ſcropha, vt ex γρύτη, ſcruta, γράφω, ſcribo, γλάφω, γλύφω, ſcalpo, ſculpo.

vt diceretur Scrofa] Haec verba ſpuria viſa ſunt Vrſino. Aliam aeque lepidam ſed minus honeſtam cognominis rationem edidit Macrobius Saturn. I. 6.

mihi et vobis] Bene Iucundus in Aldina hunc locum correxiſſe videtur. Deinceps eadem Aldina *Quis enim noſtrum colit fundum.*

patres noſtros] Cato apud Ciceronem de Senect. c. 16. *Iam hortum ipſum agricolae ſuccidiam alteram appellant.* Plinius 19. ſ. 19. *Hinc primum aeſtimabantur agricolae priſci, et ſic ſtatim faciebant iudicium, nequam eſſe in domo matremfamilias (etenim haec cura feminae dicebatur) vbi indiligens eſſet hortus. Quippe e carnario aut macello viuendum eſſe.* quem locum vitioſum eſſe ſuſpicor; neque enim alibi legi traditum, curam hortorum vnquam pertinuiſſe ad foeminas romanas; quin ſuccidiarum cura ad eas ſemper pertinuit, eiuſque mentionem in loco Plinii fuiſſe factam puto. Ceterum ſuccidiam a ſuibus caedendis deriuauit Varro de L. L. IV. p. 28. igitur *ſucidiam* ſcribi voluit; eamque ſcripturam veram puto. Generale eſt vocabulum, quo caro ſuis conciſae omnis ſale et fumo durata ſignificatur. Hinc ſuccidias humanas facere dixit Cato apud Gellium XIII. 24. vnde coarguitur etymologia, a ſuccidendo ducta, quam ſequi tamen maluit Geſner.

vni coloris] Creſc. *vnius coloris potius quam varii.* Geoponica XIX. 6. τας μὲν θηλείας χοίρες δοκιμάζεσι τὰς παραμηκεστέρας καὶ περιοχὴν ἐχέσας καὶ μεγάλας τοῖς σώμασιν, ἐκτὸς τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ποδῶν. αἱ γὰρ μικροκέφαλοι καὶ βραχυσκελεῖς ἀμείνες εἰσὶ καὶ αἱ ὁμοχροῦσαι τῶν ποικίλων αἱρετώτεραι. τέτῳ τῷ τρόπῳ καὶ τὲς κάπρες ἐγκρίνεσι. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις ὅταν τὰ περὶ τὸν αὐχένα καὶ τὰς συνωμίας ἔχωσι μεγάλα, τήν τε λοφιὰν δασεῖαν, καὶ ὅταν ἔχωσι τὸν λεγόμενον κόλλοπα πολύν. κόλλοπα δὲ καλῦμεν τὸ ἐν τῇ χρήσει λεγόμενον κάλλωσον. Vides, κόλλοπα eſſe callum, calloſam ceruicis partem, glanduloſam, hinc glandia Latinis dictam. Τράγανον Hippiatrica in equo dixerunt p. 89. Vide Cangii Gloſſ. Graecum. Καπριδίε κόλλωπα inter menſae delicias refert poeta

poeta apud Athenaeum; callum aprugnum dixit Plautus in Perſa et Plinius.

tum vtique] Vrſinus malebat *tum vti*.

ſ. 4. *regione (coeli)*] Incluſum *coeli* alienum eſſe ab h. l. recte vidit Pontedera; nec deinceps coeli ſit mentio.

ſunt verris] Ita Polit. et Victorius *verris* in vetuſtiſſimo libro reperit. Vulgo *ſint verres*. Vrſinus malebat: *ſi formoſae ſunt ſcrofae*. quam lectionem et ipſe praefero; nam de ſolis ſcrophis ſermo in ſequentibus eſt.

progenie] Creſc. *item ex bona progenie vt porcos multos pariat*. Aldina cum Bruſch. habet *multos porcos*.

ampla quam exiles] Antiquam lectionem temere mutauit Victorius edendo: *amplas quam exilis*. Nam in bona progenie ex bona regione id quaeritur minime, vt ſues amplas emas, ſed vt ex ea regione emas, vbi naſcuntur tales. Vrſinus malebat: *amplae quam exiles, paratae*.

noxiſque praeſtari] Vrſinus memorat lectionem *noxiſque ſ. praeſtare*. quam interpretatur *noxiſque ſolutas praeſtare*. Sed monet ipſe cap. 5. ſect. 11. bis ſimiliter legi *noxiſque praeſtari*. Ceterum *praeſtari* etiam h. l. reſtitui ex antiquis Edd. quas deſeruit cum Victorio Geſner,

foria] Reineſius ad Inſcript. p. 932. *ſoria* id eſt ſuria legi volebat. Surire enim Latini dicunt, quod Graeci θυᾷν et καπρᾷν. Sed *foria* recte habet. Nonius II. 352. interpretatur ſtercora liquidiora. Hinc *forire* ventrem exonerare apud Scholiaſt. Iuuenalis III. 38. *Foriolus*, ſoluti ventris apud Nonium. *Foricae* latrinae publicae apud Iuuenalem. *Foricarii* in Pandectis, qui foricas conducunt; *conforire* Nonius ex Pomponio affert. De profluuio ventris igitur recte h. l. interpretatus eſt iam olim Con. Geſner in Hiſt. Quadrupedum. Malum hoc ſuibus irremediabile eſſe, affirmat Ariſtoteles.

ſaporem] Creſcent. IX. 77. *Sed deficientibus alimentis per hiemem praebenda ſunt pabula glandium, caſtanearum et ſimilium, vel faba, vel hordeum, vel frumentum. Haec enim non ſolummodo pinguedinem efficiunt, ſed etiam carni iucundum ſaporem addunt.* Geoponica 19. 6. αἱ δὲ κριθαὶ πρὸς τὸ πιαίνειν καὶ κατὰ τὴν γέννησιν εὐδιαφορεῖν ποιοῦσι τὸ ζῶον. vbi recte Con. Geſner H. Quadrup. p. 988. emendauit: πρὸς γεῦσιν, et εὐδιαφορεῖν interpretatur excellere, διαφέρειν. Recte! Editio antiqua Creſc. habet: *carnes iocundum ſaporem paſtum exigunt* et cet.

aeſtate] Creſc. *Aeſtate mane et antequam aeſtus incipiat, ſubigunt in locum vmbroſum, maxime vbi ſit aqua;*

post meridiem rursus lento feruore pascuntur — et liquefacta est glacies. Geoponica: *χειμῶνος ȣ πρότερον ἐξάγȣσιν πρὶν διαφορηθῆναι τὸν πάγον.*

subigunt] Vitium haesit. Lego *Meridie subigunt in vmbrosum locum maxime* et cet. Columella VII. 10. per ortum caniculae non solum bis ad aquam duci iubet; sed iuxta fluuium aut stagnum detineri, quia cum sit aestuosissimum pecus, non sit contentum potione aquae nisi obesam illuuiem demerserit et refrigerauerit, nec vlla re magis gaudeat, quam riuis et lacu coenoso volutari. Interim insertum *meridie* inclusi. Cresc. editio antiqua habet: *subigunt i. vadunt in locum vmbrosum.*

secernendi] et saginandi, vt robustiores ad venerem fiant; etsi hoc omisit Columella. Aristoteles H. A. V. 14. *ὀχεύειν δὲ εἴωθε χορτασθείς.*

f. 7. *optimum*] Cresc. *secernendi sunt. optimum admissurae tempus — vernum, id est Kal. Februariis ad diem 12. Martii; ita enim — pariant; mensibus est pregnans, et tunc pariat.* Geoponica: *ἀρίστη δὲ ὥρα εἰς τὴν τȣ́των ὀχείαν ἀπὸ ζεφύρȣ πνοῆς ἕως ἐαρινῆς ἰσημερίας, ὥστε γίνεσθαι κατὰ τὸ θέρος τὸν τοκετόν.* Locum Aristotelis ex H. A. qui hiemales foetus probat, dedi ad Columellam VII. 9. Crescentii Editio antiqua rectius habet: *optimam admissuram — vernum i. a. Kal.* id est *in ante* Kalendas.

Cum coeperunt] Ante Victorium erat *coeperint*, atque ita Crescent. qui *id* sic habet: *coeperint, dicuntur hoc facere. — recte. In luto volutantur libenter, quae illorum requies est, vt lauatio hominis.* sed Editio antiqua: *coeperunt — recte. admissuras cum faciunt, in luto.*

lutosos] Edd. primae dant *lutuosos.* quae forma forte antiquior fuit. Similes dabo infra ad cap. 6. sect. 4.

limites] Limites videtur appellare a *limo*, si locus est sanus. Male vias interpretatur Gesner. Ecce Festus: *Lustra significant lacunas lutosas, quae sunt in siluis, aprorum cubilia.* vbi Scaliger veterum Editionum *lamas* praeferebat. In antiqua Pomponii editione reperio *lucanas* scriptum. Idem Festus: *lacuna aquae collectio, quam alii lamam, alii lustrum dicunt.* Scholia ad Horatii Epist. I. 10. versu 10. *lama est vorago. λάμος enim est ingluuies. Lamiae quoque dicuntur deuoratrices puerorum.* Alter Scholiastes addit locum Ennii: *siluarum saltus latebras lamasque lutosas.* Videtur auctor prior scholio in animo habuisse vocem *λαιμός*, quae fortasse recte deriuatur a *λάμα*, *λάμια*. Nam *λάμια*, *τὰ χάσματα* interpretatur Etymolog. M. in voce *Λάμια* et Hesychius in

in Λάμβαι. Lamiam ipſam Nicander apud Antoninum c. 8. interpretatur feram immanem, in ſpelunca montis Parnaſſi habitantem et armenta cum hominibus depraedantem. Inde poſtea feminarum forma Lamiae fuerunt effictae. Quid ſi Lamia illa, quam alii Σύβαριν appellabant, teſte Nicandro, aper fuit, a lama Λάμια dictus? Deinde piſcem cetaceum et rapacem ex cetaceorum genere Lamiam, Oppianus contracte Λάμναν dixerunt. Hinc deriuatum λαμυρὸς ſignificat, voraginoſum, capacem, magnum, horrendum, immane. Vide ad Nicandri Theriac. verſ. 293.

conceperunt] Creſc. *conceperint, rurſus ſegregant — ſalire, idque vſque ad quadriennium recte facere poteſt; deinde ſaginatus peruenit ad lanium.* Geoponica: ἡνίκα δὲ συλλάβωσιν, χωρίζουσιν ἐξ αὐτῶν τοὺς κάπρους. ὁρμῶντες γὰρ ἐπ᾽ αὐτὰς καὶ σπαράττοντες ἐκτιτρώσκειν αὐτὰς ποιοῦσιν.

trimum] Ariſtoteles: κάπρος ἀγαθὸς ὀχεύειν μέχρι ἐπιτριετοῦς. quod Plinius VIII. cap. 51. vertit: *mares vltra trimatum non generant.* Columella vſque ad quadrimatum durare ait VII. 9. Itaque recte vulgatum *primum* corrigi iuſſerunt Scaliger, Vrſinus et Morgagni. *Trimum* recte ſolus Popma expreſſit.

it retro] Ariſtoteles: τῶν δὲ πρεσβυτέρων χείρω γίνεται τὰ ἔκγονα. οὐ γὰρ ἔτι γίνεται αὐτοῦ ἐπίδοσις οὐδὲ ῥώμη. Sed Aldina dedit: *deinde caſtratur ſaginaturque quoad.* Creſcentius etiam Baſileenſis: *deinde ſaginatus peruenit ad lanium* ſed antiqua mea: *deinde id retro quoad peruenit ad lanium i. impoſſibilitatem coeundi.* Vnde apparet, Baſileenſem Creſcentium ex Aldino exemplo interpolatum eſſe; Aldina vero correctionem duxit ex Columella VII. 9. 4.

ſ. 9. *θῦς dictus*] Ita legendum eſſe pro vulgato antea θύτης, et quod Victorius poſuit, *thyſus,* ex loco Clementis Stromatum II. λέγεται γοῦν τινα τῶν φιλοσοφούντων ἐτυμολογῆσαι τὴν ὗν θῦν εἶναι φάναι, ὡς εἰς θύσιν καὶ σφαγὴν μόνον ἐπιτήδειον. monuerunt Scaliger, Caſaubonus et Pontedera. Eundem Clementis locum, qui legitur p. 405. D. poſuit Rhoer ad Porphyrium de Abſtinentia p. 259. et lectionem θῦς pariter probauit. Porphyrius ipſe: ἡ δὲ ὗς οὐ δι᾽ ἄλλο τι πλὴν θύεσθαι ἐγεγόνει καὶ τῇ σαρκὶ τὴν ψυχὴν ὁ θεὸς οἷον ἅλας ἐνέμιξεν. Ab eodem vocabulo verbum θυᾶν, ſubare, ſcropharum libidinoſarum eſſe, monuit Scaliger, vt de verre dicitur καπρᾶν. A verbo θύειν Varro deriuat θῦν; quam bene, nunc non diſputo. Athenaeus IX. p. 401. οἱ δὲ σῦν εἰρῆσθαι οἱονεὶ θῦν τὸν εἰς θυσίαν εὐθετοῦντα. Verbum *ſubare* et *ſurire* de libidine ſuum habet Feſtus in *Suillum.* Arnobius

bius I. p. 3. *animalia terris ſucta atque in aquis degentia non ſuriunt nec concipiunt?* Idem de Baccho V. p. 177. laſciuiam *ſurientis* habet. Feminae ſui ſubare tribuit Plinius; atque ita Apuleius Apolog. p. 438. *feminae ſubent, mares ſuriant.* Nonius *catulire, ſurire vel libidinari.* De femina *ſubare* dixit etiam Horatius Epodon XII. 11.

genere pecoris] Vocabulum *pecoris* vt gloſſema deleri voluit Vrſinus. Ceterum Varro L. L. IV. p. 28. initium ab hoc pecore factum etiam carnis edendae arguere videtur. En tibi verba: *Hinc* (ab oleribus) *ad pecudis carnem peruentum eſt. Suilla ſic ab illis generibus cognominata. Hanc primo aſſam, ſecundo elixam, tertio e iure vti coepiſſe natura docet.* Scilicet ſacrificium, ſue factum, occaſionem praebuit ſuillae primum aſſae comedendae. Aſſam primum homines in ſacrificio deguſtaſſe homines, tradit etiam Athenio comicus apud Athenaeum XIV. p. 660.

foedus cum feritur] Laudauit Vrſinus Virgilianum: *caeſa iungebant foedera porca.*

in coniunctione nuptiali] Haec verba vt ſpuria deleri maluit Vrſinus.

nuptiarum] Veneri ſacrificatam fuiſſe etiam in Graecia ſuem, refert Athenaeus III. p. 96. vbi vide notas Caſauboni. Matri deae incientem ſcrofam immolari ſolitam fuiſſe, refert Arnobius; et Feſtus *confoetam ſuem* dici tradit, quae cum omni fetu adhibetur ad ſacrificium. Talis fuit illa, quam Aeneas cum triginta porcis mactauit. Eodem ſenſu immolari dicuntur ambegni boues et verueces.

Graecae χοῖρον] Plurimis in locis Ariſtophanes ita dixit χοῖρον, vt docent Indices eius poetae. *Porcam* Catonis cap. 157. 16. huc trahit Scaliger.

dignum inſigni] Vrſinus malebat: *eſſe id inſigne nuptiarum.*

proinde ac ſalem] Clemens Stromat. II. δεδόσθαι γὰρ τῷ ζώῳ τῷδε ψυχὴν πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἢ ἕνεκα τοῦ τὰς σάρκας σφιγγᾶν. Ad Chryſippum auctorem dictum refert Cicero de Finibus V. 13. Nat. Deor. II. 64. Ad Cleanthem Clemens Stromat. VII. p. 718. B. ἀνθ᾽ ἁλῶν αὐτοὺς ἔχειν τὴν ψυχὴν ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα. Vide etiam Plinium 8. ſ. 77. et Plutarchum Symp. Quaeſt. V. 10. quos laudauit Victorius et Geſner. Hunc Dio Orat. 8. p. 280. de pinguibus et ventricoſis viris: οἶμαι γὰρ αὐτοὺς τῶν ὑῶν ἡττῶνα ψυχὴν ἔχειν. quae verba temere tentauit Reiſke.

tomacinae] Vulgarem lectionem *tomacinae* et *taniacae* ita emendabat G. Peliſſerius apud Turnebum IV. 6. vt legeret

ret *comacinae*, a parte Galliae Narbonenſis Comacina Plinio III. 4. dicta; Turnebus tentabat: *et canatae*, mox tamen praeferebat *ſequanicae*, quia de Sequanis Strabo: ὅθεν αἱ κάλλισται ταριχεῖαι τῶν ὑείων κρεῶν εἰς τὴν Ῥώμην κατακομίζονται. Idem in loco Plauti apud Feſtum in voce *Narcia* ſic legi volebat: *Naricam bonam et ſequanicam et Comacinas*, vbi vulgo eſt: *naricam bonam et canutam et taguma quinas fartas conchas piſcinarias.* Contra Scaliger vulgatam ita diſtinguit et emendat: *pernae, tomacinae et taeniacae.* Tomacinas interpretatur recte *tomacula;* vnde Iuuenalis: *candiduli diuina tomacula porci.* Graeci vocant τόμους, τεμάχη. Taeniacas interpretatur offas oblongas, graece σχελίδας καὶ πλευρίδας, Gallis hodie *Longes.* Popma in tomacinis aſſentitur Scaligero, deinde *tanaecae* legit, et ex graeco ταναὸς longas offas interpretatur. Ita cum ſapere plus videri vellet quam Scaliger, riſum dedit. De tomacinis ſeu tomaculis nulla eſt dubitatio. Praeter locum Iuuenalis X. 355. alia vide in Geſneri Theſauro, et in Cangii Gloſſario ſub voce *Toma.* De taniacis quid ſuſpicer, lector ſtatim videbit ex loco Iſidori XX. 1. vbi eſt: *Taxea lardum eſt Gallice dictum. Vnde dicit Afranius: In proſa. Gallum ſaginatum pingui partum taxea.* vbi Interpres monet hinc fortaſſe Hiſpanicum *tocino*, carnem ſuillam ſalſam, et *taſſaio* carnem ſalſam, ortum eſſe. Iſidorus vnde ſua duxerit, nondum inueſtigaui; ſed in voce *taxea* veram huius loci ſcripturam latere ſuſpicor. Video nunc Scaligerum ad Feſtum in voce *Penem*, vbi *offam penitam* interpretatur *offam porcinam cum cauda*, afferre locum Arnobii VII. p. 229. *naenias offaſque penitas.* altero in loco eſt: *quid tuceta? quid naeniae? quid offae?* Ibi igitur Scaliger emendat: *taeniae* et comparat Varronis *teniacas.* Alii, quos ſequitur Geſner in Theſ. L. L. inepte naenias interpretantur inteſtinum ieiunum. Poſſis etiam *lucanicae* legere; quas a patria dixerunt, vt Faliſcos, ſeu ventres Faliſcos porcinos. Nunc denique video, in loco Arnobii nihil eſſe praeſidii, nam vulgares libri ex Scaligeri editione *taeniae*, princeps romana editio *naeniae* bis exhibet; et recte quidem quod addita interpretatio docet: *inteſtini eſt porrectio* (vel *profectio*) *per quam proluuies editur, ſuccis perexſiccata vitalibus.* Ita enim Feſtus: *Naeniae — quidam aiunt naeniae ductum nomen ab extremi inteſtini vocabulo.* Eſt igitur naenia inteſtini ieiuni profectio, in farcimen compoſita.

petaſiones] Potius *petaſones* eſſe debere cum diuerſitate pernae et petaſonis, docui ad Catonis cap. 162.

ſ. 11. *Italia*] Vulgatum *Italia in ſcrobes* Turnebus Adverſ. IV. 6. emendabat legendo: *Italia Inſubres — millia ſuccidias habere.* Scaliger malebat: *Inſobreis — millia a vila Succi Duuuirei ſus vſque.* et *Italia Inſubris* interpretatur. In Italiae agro Inſubrenſi. Dixiſſe enim veteres *Inſubros* et *Inſubres.* Deinde verba *terna atque quaterna millia a vila* (i. e. villa) *Succi Duuuiri* (i. e. Duumuiri Mediolanenſis) interpretatur gallice: *de trois à quatre miles à l'entour.* In Turnebi emendatione Scaliger reprehendit primum illud, quod in ea magnitudo ſuccidiarum non appareat; deinde latine dici negat *millia ſuccidias.* Scaligero ſucceſſit Vrſinus emendans: *In Gallia verres terna — millia habent ſuccidia. Sus vero vſque adeo.* Memorat deinde emendationem alienam: *In Italia in Scrofae pernas quaternas milliaria ſuccidia;* et ipſe monet, niti eam falſa lectione libri III. cap. 1. vbi *apri milliarii* ſunt. Popma cum Vrſino cenſet, Catonem haec de Gallia tranſalpina, in qua Sequani ſint, non Ciſalpina, vbi ſint Inſubres, referre; itaque legit: *Inſalita in ſcrobes, terna atque quaterna millia, Gallia ſuccidia habere. Sus. millia* interpretatur pondo, et *Gallia* pro Gallica. Pontedera vidit etiam, Catonem de Gallicis ſuccidiis tradere voluiſſe, ſed de emendatione huius loci deſperat. Coniicit tamen, legendum eſſe: *In Gallia Inſubres terna aut quaterna millia lautia ſuccidia habere. Sus vſque* etc. Mihi vero *lautia* haec aeque diſplicent, quam Scaligeri *villa Succi Duumuiri.* et Turnebum ſequi malim. Cato *ſuccidias humanas facere* dixit in oratione apud Gellium XIII. 24. Locus hic ſumtus eſſe videtur ex Originibus. Ceterum magnitudinem numero declarari et pro copia poni, monet Pontedera. Pertinet huc locus Polybii II. c. 15. de Galliae Ciſalpinae vbertate et quercetorum magnitudine: *πλείστων γὰρ υἱκῶν ἱερείων κοπτομένων ἐν Ἰταλίᾳ διάτε τὰς εἰς τὰς ἰδίας βίας καὶ τὰς εἰς τὰ στρατόπεδα παραθέσεις, τὴν ὅλος χερεστάτην χορηγίαν ἐκ τούτων συμβαίνει τῶν πεδίων αὐτοῖς ὑπάρχειν.* Haec ille prodidit anno V. C. 609.

ſus] Creſc. ita: *Sus vſque adeo pinguedine creſcere ſolet, vt ſe ipſa ſtans ſuſtinere non poſſit neque progredi vſquam. Nam in Hiſpania* etc. Plerique viri docti conſentiunt, *vere* ex antecedentibus adhaeſiſſe alieno loco; quod arguit etiam locus Creſcentii, quam appoſui; is enim media cum voce *vere* omiſit. Editio antiqua mea Creſc. habet *ſeipſe — nam in luxitania fertur.*

Hiſpania] Creſc. *nam in Luſitania fertur ſus eſſe occiſus, qui fuit inuentus viginti tribus pondo, id eſt quingentis*

gentis ſeptuaginta quinque libris, eiuſque ſuis a cute ad os pedem et tres digitos fuiſſe, lardum cum carne vno pede et tribus digitis groſſum, vt ait Varro. Credit igitur Creſcentius pondo continere libras 25. ſed rectius antiqua mea Editio habet: *fuiſſe, id eſt, habuiſſe lardum* etc.

L. Volumnio] Quocum magnus fuit vſus Ciceroni, quem vide ad Diuerſ. VII. 32.

offulam] De qua vide ad Catonis cap. 162.

pedem et tres] Edd. primae omittunt *digitos*, et Vetus Codex Vrſini, qui ſuſpicatur, olim fuiſſe ſimpliciter poſitum ſignum quadrantis Ξ.

ſ. 12. *eſſe ſpectatum*] Creſcent. *Addit Varro, etiam ſe in Arcadia vidiſſe ſuem, qui prae pinguedine non modo ſurgere non poſſet, ſed etiam in eam murem nidum feciſſe et peperiſſe mures.* Vrſinus in Codice reperit ſcriptum *ſcio iſſe ſpectatum.* vulgatam tamen excuſat exemplo Plauti in Milite Glorioſo. Scilicet Vrſinus ſequitur lectionem *ſcio eſſe ſpectatum* omiſſo inepto *me.* Ceterum ex Creſcentio malit quis legere: *ſed etiam in eius corpore ſoricem — feciſſe — peperiſſe mures.* Antiqua mea editio Creſc. habet: *Archadia ſpectatum ſuem, qui in pinguedine* etc. Plinius 11. ſ. 85. *ſues ſpirantes a muribus tradunt arroſas.*

exeſa carne] Iucundus primus *carne* addidit, ineptum vocabulum. *Adipe* debebat; et niſi fallor ex h. l. habet Priſcianus p. 657. ed. Putſch. *Varro in II. rerum ruſticarum adipes illa pro adeps.* quem locum nondum ſe reperiſſe fatetur Geſner in Theſ. L. L. ſub voce *adeps.* Igitur olim fuiſſe videtur h. l. *exeſa adipe illa* ſcilicet ſorex. Verum nunc ſuſpicari incipio, Priſcianum reſpexiſſe locum infra cap. XI. 7. *adipe ſuilla.*

Vineta] Hoc vulgato *iuuenca* ex libris ſuis ſubſtituit Victorius, ipſum tamen etiam vitioſum cenſens. Suſpicatur igitur, latere in eo *Venetiam;* in quo aſſentientem habuit Scaligerum. De iuuenca enim nimis eſt ineptum commentum. Popma verba haec ex margine et annotatione lectoris irrepſiſſe, nec de loco Vineta porro quaerendum eſſe cenſet. Venetiam Liuius et alii ſcriptores regionem eam vocant, quam Veneti incolebant. Seruius ad Georg. I. 262. *Pleraque pars Venetiarum fluminibus abundans lintribus exercet omne commercium, vt Rauenna Altinum, vbi et venatio et aucupia et agrorum cultura lintribus exercetur.* Vide etiam Melam II. 4.

Sus ad foeturam] Creſc. *foecunditas ſcrophae perpenditur, quia in primo partu agit, non multum in reliquis mutat.*

tat. Sues ad apros ſaepe admittebant veteres ruſtici et hinc natos porcos hybridas vocabant, vt docui ſupra ad cap. 2. ſect. 12. Addo nunc Vgutioni *cicurrin* dici *porcum natum ab apro ſylueſtri et domeſtica porca*, teſte Cangio in Gloſſario Lat. Locum Eugenii Toloſani ita expreſſit Iſidorus XII. 2. *in animalibus bigenera dicuntur, quae ex diuerſis naſcuntur, vt mulus ex equa et aſino, burdo ex equo et aſina; hibridae ex apris et porcis, titirus ex oue et hirco, muſino ex capra et ariete. Eſt autem dux gregis.* Seruius ad Eclog. I. *Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire conſueuit.* In loco Vgutionis infra ad ſect. 21. ponendo Cangius edidit altero in loco *cincurris.* Sed ecce Feſtus: *Bigenera dicuntur animalia, ex diuerſo genere nata, at leopardus ex leone et panthera; cicur ſus ex apro et ſcropha domeſtica, mulus ex equa et aſino.* vbi corrige *cicurris* ex Vgutione vel *cicurinus*, vt ſunt Veturii Cicurini apud Varronem.

in nutricatu] Creſc. *ſubulci binis menſibus porcos ſinunt cum matribus, deinde cum iam paſci poſſunt, ſecernunt.*

appellabant] Recte Vrſinus emendat: *appellant.*

ſecundum ea] Hoc voluerunt ſubſtitui vulgato *ſed eos* Scaliger et Vrſinus, ex libro Polit. vbi *ſecundo ea* eſt ſcriptum. Confirmauit vterque emendationem verbis Florentini: ἐάσαντες ταῦτα μετὰ τῶν μητέρων δίμηνον, μετὰ ταῦτα χωρίζουσι. Addo nunc Creſcentii auctoritatem, ſupra poſitam, qui *deinde* interpretatus eſt *ſecundum ea.*

nati hieme] Creſc. *porci nati hieme fiunt exiles propter frigora, et quia matres aſpernantur eos, propter exiguitatem lactis, quia ex hoc dentibus ſauciantur ab eis earum mammae.* Geoponica: τὰ δὲ τικτόμενα διὰ χειμῶνος λειπόθηλα γίνεται, διὰ τὴν δυσκρασίαν τοῦ ἀέρος καὶ τὸ μὴ μεταλαμβάνειν γάλακτος ἱκανῶς, τῶν μητέρων αὐτὰ διωθουμένων, διὰ τὸ τὰς θηλὰς σπανιζούσας γάλακτος βίᾳ θλιβομένας ὑπὸ τῶν ὀδόντων ἑλκοῦσθαι. Pontedera ex Creſcentio malebat addi *eos* poſt aſpernantur, ne ſententia dubia eſſet. Vno verbo graece dicuntur hieme nati porci μετάχοιρα, et propter incommodum alimenti λειπογάλακτα apud Euſtath. ad Odyſſ. p. 532. ed. Baſil. λειπόθηλα a Florentino. Alio ſenſu μετάχοιρα dixit Ariſtoteles H. A. VI. 18. de Gener. II. 8. III. 4. Ceterum ad h. l. pertinere arbitror locum Plinii VIII. ſ. 77. *diebus decem circa brumam ſtatim dentatos naſci Nigidius tradit.* (porcos.)

(non) aſpernatur] Vulgatam olim *quae alienos aſpernatur* corrupit Victorius reponendo *quo al. aſpernantur.* Vitium

tium vidit et corrigere conatus eſt Scaliger, legens: *quo alienos ſpernant*, i. e. ſeparent. Ita enim Ennius in Hectoris lytris apud Nonium: *Melius eſt virtute ius. nam ſaepe virtutem mali nanciſcuntur; ius atque aequum* (Codex Guelferb. *ecum* antique) *ſe a malis ſpernit procul.* Ipſum verbum *ſpernere* a Graeco σπείρω, σπέρνω, vt a πείρω πέρνω deriuat Scaliger. Senſum loci aperit Columella VII. 9. *curet maxime, ne quis ſub nutrice aliena educetur, nam facillime porci, ſi euaſerint haram, miſcent ſe, et ſcrofa cum decubuit, aeque alieno ac ſuo praebet. Itaque porculatoris maximum officium eſt, vt vnamquamque cum ſua prole claudat.* Geoponica: καὶ ἑκάστην δὲ χοῖραν τίκτουσαν ἐν ἰδιάζοντι συφεῷ ἐμβλητέον, ὥστε μὴ μίγνυσθαι ἀλλήλοις τὰ παρὰ διαφόρων τικτόμενα — ἐὰν γὰρ ἀλλήλοις συναναμιγῇ, ἀδύνατον διαγνῶναι αὐτὰ τὰς τεκούσας. βέλτιον δὲ, εἰ ἑκάστη τρέφοι τοὺς ἰδίους. In correctione Scaligeri perſona tertia ab hoc loco aliena eſt, et aliae ſunt rationes, quae eam aſpernantur. Rectius Vrſinus *quod matres non aſpernantur.* Contra Pontedera, Scaligerianae correctionis veſtigiis inſiſtens: *quo alieni ſpernantur.* quae quidem emendatio cum reliquis verbis aptius coit, vera tamen non eſt. Ita enim ratio non apparet eius ſententiae, quae ſequitur: *et ideo ſi conturbati ſunt*, i. e. *ſi permixti ſibi inuicem porci ſunt.* Itaque debet antecedere mentio facilitatis, qua ſcrofa alienos etiam foetus ad vbera admittit. Excidit negatio propter ſimilitudinem extremi antecedentis *alienos.* Propterea Vrſini rationem ceteris praetuli.

in foetura] Foeturam Varro ſupra cap. I. ſ. 18. a conceptu ad partum vocari ait; praeterea foetura dicitur nouus prouentus, foetus ipſe in lucem editus. Nutricatio foetus porcini dicitur porculatio. Igitur *in foetura* vitioſe nunc legitur. Deinde vitium arguit ſequens *ſit deterius*, quod quo referatur, non apparet. Geſner interpretatur damnoſum eſt. Verum ita non apparet, matri ne an porcis ſeu foeturae damnoſum ſit, ſi permiſceantur porci. Primum mihi Gloſſa Feſti *deteriae porcae, id eſt, macilentae* mihi huc pertinere viſa eſt; ſed ſententiam mutaui, poſtquam vidi detrimentum omne, quod inde eſt, capere foeturam. Itaque nunc malim *conturbati ſunt, foetura it in deterius.* Ita ſupra ſect. 8. *verris — permanet, vt id recte facere poſſit, ad trimum, deinde it retro*, vbi Edd. primae *id retro.* Foetura autem in deterius it, quoniam lac matris foetui ſaturando et ſuo et alieno non ſufficit.

ſ. 14. *Natura diuiſus*] Creſcent. *earum mammae. Diviſus eſt earum annus bifariam, quia bis pariunt in anno,*

quaternis menſibus fert ventrem, binis nutrit. Geoponica: *τὴν δὲ μητέρα βιβάζȣσιν, ὥστε τȣ̃ παντὸς ἔτȣς τὴν μὲν ὀκτάμηνον εἰς κύησιν αὐτῆς μερίζεσθαι, τὴν δὲ τετράμηνον εἰς ἐκτροφὴν γεννηθέντων.* Creſc. editio antiqua recte *nutricat. nam facere* habet.

Haram] Creſc. *Aram facere — dum velit exire — ne quis porcellus — facile pregnare poſſit cubile.* Geſner ex editione Louanienſi laudauit *abbortiat.* Antiqua mea habet *abhortet.* Nonius poſuit hunc Varronis locum: *Vinum, quod ibi natum ſit in quodam loco, ſi praegnans biberit, fieri vt aboriatur.* vbi Nonius interpretatur *abortiat.* Arnobius III. p. 105. *habere conceptus aboriri, perferre.* In Plinio VIII. ſect. 77. *facilitatem aboriendi.* ex Codd. vulgatae *abortiendi* recte ſubſtituit Harduinus. Gellii locus XII. 1. de foetibus ipſis habet *aboriri.* Atque ita Papias: *aboriri, male naſci* interpretatur. Eandem igitur h. l. lectionem reſtituendam cenſeo; nam verbi *abortire* vel *abortari* auctoritatem nullam probatam equidem reperio.

circumſpicere] Rectius Edd. I. I-G. *deſpicere.* Nam Columella iubet cuſtodem a ſuperiore parte numerum recenſere, et conſiderare, ſi quem mater porcum decumbens oppreſſerit. Is altitudinem quatuor pedum harae definit.

in haris oſtium] Creſc. *in aris hoſtium — palmipedale, id eſt, vna pede et palmo, ne porcelli,* (Ed. antiq. *porcellum,*) *ex ara — tranſire poſſint.* Ceterum locum interpunxi, vt ſententia poſtulabat. Vulgo peſſime legitur: *opprimatur, et vt facile purgare poſſit cubile. In haris oſtium eſſe oportet, et limen* etc. Ita vero non apparet, cui vſui oſtium apponatur. Nam altitudo harae nihil facit ad commoditatem purgandae, ſed oſtium.

inferius altum] Vocem *altum* incluſerat Geſner, quoniam vt ſuperfluam damnauerat Vrſinus. Sed altitudo liminis neceſſario addi debebat; nam menſura edita latitudini etiam conuenit, quae tamen hic non debet intelligi.

Quotieſcunque] Creſc. *quotienſcunque — totiens arenam mittere — humorem et cum peperit.* Vulgo in Varrone legebatur: *toties arenam iniicere.* Verba *in ſingulas* inſerui ex Edd. antiquis, et deinceps verba poſt humorem addita: *in ſingulas iniicere debet* omiſi, quod fecit etiam Creſcentius, etſi is etiam priori loco verba *in ſingulas* non habet.

ſuſtentare] Creſc. *ſuſtentet.*

ſolent] Creſc. omiſſis quibuſdam: *ſolent mane et veſpere. Scrofae bis in die lactis cauſa bibant.* Ceterum *madefactus aqua* ex Columella debemus interpretari coctum hordeum.

deum. Ita madere pro coqui Virgilius aliique. Antiqua Cresc. editio *si alia — habuerint* rectius interponit.

cum porci] Cresc. *cum porci a mamma depulsi sunt, si fundus* etc. *Delici* videntur Conr. Gesnero H. Quadrup. p. 1020. dici ex graeco δελιχρὰ, τὰ ἡμίχοιρα. De vocabulo *delici* vide ad Caton. c. 2. ſ. 7.

decimo die] Plinius VIII. c. 51. *suis foetum quinto die purum esse, pecoris octauo, bouis tricesimo.* ex quo loco Varronem corrigebat Harduinus. Plauti locum pleniorem, sed minus integrum habet Festus in vocabulo *Sacrem*, vbi vide Interpretes. Vrsinus ad h. l. malebat legi: *cum parasitum, insanum.*

ſ. 17. *Vinacea*] Cresc. *dare solent vinaceae ac scropei ex vuis. A partu decem diebus etc. Scopi* sunt, quos Columella *scopiones* appellat; quibus dependent acina. Sed praetuli lectionem *scopei*, Polit. cui similis Crescentii *scropei.* vnde fiunt scopiones. In Catone c. 112. ſ. 3. *scopius* in margine Polit. libri mutatur in *scopionem;* alii libri habent ibidem *scapi.* Supra tamen II. 54. 2. *scopi* sine varietate leguntur.

nefrendes] Recte interpretatur Varro. Martialis III. 47. *nondumqne victa lacteum faba porcum.* vbi Heinsius Aduers. III. p. 524. malebat *fresa.* qui recte comparat Varronis fragmentum: *Grunit tepido lacte satur mola mactatus porcus.* vbi Codex Palat. rectius *obgrunit* scilicet mactandus porcus, habet, teste Gebhardo Antiq. Lect. II. c. 8. De faba fresa vide Indicem et Scaligerum ad Festi *fabam retriuam.* Serenus Samonicus: *copia farris vti frendentibus edita saxis.* Arietes etiam nefrendes dici, quod dentibus frendere nondum possint, adeoque ipsos infantes, annotat Festus in hac voce. Apud Fulgentium de prisco sermone est porcum castratum dici nefrendem, quasi sine renibus seu νεφροῖς. Inepte! Alia ratione porca biseta dicebatur olim autore Festo cuius a ceruice setae bifariam diuiduntur, cum iam esse incipit maior sex mensium. Idem Festus *dissulcus*, inquit, *porcus dicitur, cum iam in ceruice setas diuidit.* vbi Scaliger ex Glossario annotauit: *Bisaenus*, χοῖρος, ἑξαμηνιαῖος. vbi legd. *bisetus.* In eodem Glossario est: *disulcis* χοῖρος διχαίτης. Vides igitur, quam diligenter animalium domesticorum aetatem veteres nominibus aptis distinxerint. Iubatas dorsi setas, post sextum aetatis mensem enatas, diuidi, obseruauerant accurate! Hinc Claudianus de apro Erymanthio verſ. 109. *horrebant trifidis nigrantia corpora setis.*

id eſt frangere] haec ſpuria videntur Heinſio Aduerſ. III. p. 524.

Graecum] Varro de L. L. IV. p. 25. 36. ed. Dordr. Quod Athenis in libris ſacrorum ſcriptum eſt κάπρῳ καὶ πόρκῳ.

foetu] Debetur Victorii emendationi. Ex lectione Codd. *petu* et *pecu* efficit Pontedera *fotu* vel *foetu*. Creſcentius deinceps habet *in die* recte!

parere tot] Creſc. *Varro ait, quod tot porcos parere poteſt, quot mammas habet; ſi minus pariat, eſſe portentum.* Liber Polit. habet *oportere*, quod non ſpreuerim; ita enim ſtatim ſequitur bis *eſſe*. Huc pertinet annotatio Plinii XI. ſ. 95. *ſues generoſae duodenas mammas, vulgares binis minus.* Mammarum numerus etiam in canibus variatur, aliiſque animalibus domeſticis; ſed ex natura ferarum non ſequitur, vt numerum mammarum foetu expleant; plerumque enim pauciores pariunt, ſcilicet eae, quae in vniuerſum paucos pariunt. Colorem etiam album videntur Romani in foetura probaſſe; vnde Iuuenalis VI. 176. *ſcrofa foecundior alba.* niſi is ad fabuloſam illam ſcrofam reſpexit, de qua noſter mox refert, quamque albam fuiſſe tradunt ceteri ſcriptores.

ſ. 18. *pepererit*] Creſc. *peperit.* Vrſinus ad h. l. poſuit locum Nonii: *Grunduleis Lares dicuntur Romae conſtituti ad honorem porcae, quae triginta pepererat.* Quod deinceps eſt in Edd. quibuſdam *conderent*, poſtulat quidem vulgaris ſcribendi regula, ſed eam num Varro vbique ſecutus fuerit, dubitari poteſt. De ſcrofa locus eſt Varronis L. L. IV. p. 35. Alium eius locum poſuit Seruius ad Aeneid. III. 392. Grundules lares nominat etiam Arnobius I. p. 15. Locum Caſſii Heminae de iis poſuit Diomedes I. de dubia Verborum poſitione p. 379.

Lauinii] Hoc nomen effecit Victorius ex lectione: *iamne quod et ſim.* In altero libro erat: *iamne ſim.* Pontedera malebat *Interamnae* hinc efficere; idem etiam videbatur Morgagnio, qui quidem in lectione Codicum non magis Lauinii quam Romae veſtigia apparere ait. Quod equidem non cenſeo. Monet etiam Victorius, in *Iamne* facile potuiſſe L deprauari in I. Hiſtoria vetus de ipſa re fabuloſa tacet; igitur lectio dubia manet.

nutricare] Creſc. *nutricari octo porci paruuli poſſunt primo, incremento facto a porcis dimidia pars remoueri, quia neque mater ſufficienter poteſt lac praebere, neque generati roborari.* Vulgatam olim: *neque mater ſola* emendauit Victorius, et vocem *ſola* in libris ſcriptis deeſſe teſtatur Vrſinus.

Nec

Nec habuit Cresc. a quo admonitus ordinem vulgatum: *quod mater neque* mutaui.

sufferre lac] Gesner malebat *sufficere;* atque hoc ipsum expressit Cresc. habet enim: *sufficienter praebere.* Ita sufficere dixit Virgilius Georg. II. 423. 435. Iustinus 44. 1. 4. Gratius Cyneg. 145. *si quis vitium nociturus sufficit humor, vlceribus fluet, et venas durabit inertes.* vbi virgulta humore noxio turgentia scarificari iubet. Inepte nuperus Interpres interpretatur locum Helmstadiensis.

praeterquam potum] Cresc. *nisi propter potum. elapsis decem — proximum locum villae, crebro reditu lacte alere possint porcos.* Scaliger et Vrsinus vocem *lacte* voluerunt deleri; igitur incluserat Gesner. Editio antiqua Cresc. *aut crebro.* Crebro reditu refertur ad propinquitatem pastionis; crebro enim redire ad porcos eosque alere potest lacte ex loco vicino.

s. 20. *creuerunt*] Cresc. *creuerint secuntur matrem ad pastum, denique secernunt — seorsum pascunt. Nutrices subulcus assuescere debet, vt omnia faciant ad buccinam.* Pro *capiunt* laudat Victorius ex libris scriptis *capiuntur.* Gesner ait in Polit. libris esse *cupiuntur*, nisi librarius aberrauit. Turnebus Aduers. VIII. 8. *capiuntur* praesert, interpretatus *expetunt;* Turnebum sequitur Fruterius T. V. Lamp. Critic. Grut. p. 35. Scaliger: naturali motu impelluntur. Neuter exemplum probum eius notionis attulit. Contra Pontedera *capiuntur* interpretatur *impediuntur*, eiusque significationis exempla quaedam posuit, vbi tamen infinitum tempus non sequitur. Miror Pontederam non admonuisse de varietate apud Crescentium. Supra fuit sect. 13. *binis mensibus porcos sinunt cum matribus; secundum ea, cum iam pasci possunt, secernunt.*

seorsum pascunt] Vrsinus coniiciebat: *sero pascunt*, atque hinc dictos putat serarios porcos Catonis cap. 150. Ita etiam ratio apparet, quomodo desiderium matris porcis tollatur, sero scilicet pastis, vt paulatim lactis obliuiscantur. Sed omnia, quae sequuntur vsque ad subulcus, omisit Crescentius.

parentis] Hanc vocem, vt glossam, additam desiderio, deleri voluit Vrsinus. In libris scriptis Victorius additum reperit *nutrices*, vt habent etiam Edd. antiquae. Itaque suspicabatur, *nutricis* legendum esse, in quo assentientem sibi habuit Scaligerum. Pontedera ex lectione Crescentii supra posita suspicatur, verba *vt desiderium — assequuntur* in libris scriptis quibusdam non fuisse, sed postea ex alio addita.

Recte etiam monet, *nutrices* esse ponendum ante *Subulcus;* quod feci. Nam prius matres assuefaciendae sunt buccinae, a quibus discent porci. I. Fr. Gronov. corrigebat: *possint parentis nutricum.* interpretatus *nutrices* vbera.

fusum] Cresc. *effusum sit in longitudine — quam in aceruos positum — faciliter accedunt ideoque ad buccinam conuenire dicuntur, ne syluestri loco dispersi pereant.*

ideo ad buccinam] Vulgatam *ad XII* ipse adeo Gesner cum Vrsino et Pontedera damnauit, corrigere tamen non ausus. Idem malebat *docentur.* Sed vulgatam interpretari ita licet: ideo dixi, debere conuocari buccina. Contra Pontedera *dicuntur* interpretatur: iubentur. Distinctionem post *dispersi* sustuli. De vsu buccinae infra ad III. c. 13. s. 1. vide notam.

commodissime] Cresc. *commode anniculi, nec minores — mutant et pro verribus.* Sed antiqua mea editio habet *et verribus.* Castrandi rationem geminam tradidit Columella VI. 26. et VII. 11. Verrium iuuenculorum castratorum testiculos, in cibo adhibitos, memorat Galenus III. de Aliment. Facult.

maiales] Isidori glossae *Maialis porcus pinguis, quod Deae Maiae sacrificabatur, quasi Matri Mercurii.* Glossae: δέλφαξ, *porcellus maialis.* Aliae: *maialis*, τομίας, χοῖρος. Vgutio apud Cangium: *nefrendis dicitur porcus domesticus, carens testiculis: sic dictus, quia non frendet dentibus. Hic alio nomine dicitur maialis; quomodo cincurris dicitur natus ex apro syluestri et domestica porca.* Vtitur vocabulo Cicero in Pison. c. 9.

vnum modo] Cresc. *vnum solum — lactantibus — suppeditare non potest, — dare oportet.*

s. 22. *centum sues*] Cresc. *trimestres: in centum scrophis — putantur.*

Greges maiorum] Ita dedi ex Polit. libro. Vulgo *maiores.* Pontedera malebat *maialium inaequales*, quasi seorsum voluerit pasci Varro scrophas cum verribus, deinde maiales, postea porcos. Sed ita numerus gregis scrophis non fuerit definitus. Varro enim id solum monet, quot verres in centum sues, si tot scrophis grex compositus sit, putentur; ipse quem numerum probet, nondum edidit. Sed statim deinde distinguit de numero gregis maiorum, quo nomine scrophae, verres et maiales comprehenduntur, et porcorum, quos iam antea dixerat seorsum pascendos. Iam olim Aristoteles monuit sues gregatim pro aetate pasci solere suapte natura.

ab

ab ſua vtilitate] Praefero lectionem Edd. principum; *ad ſuam vtilitatem*. Etiam in Polit. libro eſt *ab ſuam*.

non vt quot] Geſner malebat: *non ita vel non item*. Recte, puto.

Cap. V. *Lucienus*] Graece nomen hoc efferri Λευκιανὸν, monuit Varro L. L. V. p. 44. vbi male legitur editum vulgo *Lucianus*, monente Scaligero.

συνηπειρῶται] Victorius h. l. emendauit, reperta in vetere Codice lectione: *ſin epirotae*.

et Varronem] Structuram verborum inſolitam apoſiopeſi ſalutatoria defendebat Geſnerus, qui figurae eius exemplum aliud vtinam commemoraſſet. Debebat etiam docere, cur Varro ſolus excipiatur et priuatim ſalutetur. Contra ad dialogi et dramatis formam appoſite Brenckmann in Epiſtola ad Schoettgen edita in Obſerv. Miſcell. Belgicis VI. p. 579. emendabat *en Varronem noſtrum, inquit*. Scilicet ingrediens Lucienus primum omnes vna allocutus ſalutat. Interim dum illi reſalutant, ſe collegiſſe videtur, et omnes aut pleroſque agnouiſſe; cumque inter ipſos Varronem quoque videret, hunc, vt primarium et praecipuum, ante omnes alios alloqui voluit. Itaque ad eum accedens, cum propius adſtaret Scrofa, quem praeterire debebat forte, ne praetereundo tacitus offenderet, familiariter eum reſpexiſſe videtur, et velut pro excuſatione in tranſitu allegare, ſe illum iam mane vidiſſe et ſalutaſſe.

Videbo iam vos] Statim adero et ſatiſfaciam vobis. Sed dubitatur de ſignificatione vocabuli *balatrones*. Profeſſionis fuiſſe alicuius vocabulum, apparet ex Horatio I. Serm. 2. 2. *Mendici, mimae, balatrones, hoc genus omne*. Vopiſcus in Carino: *mimis et balatronibus deputarent*. Nec eſſe convicium aut probroſum vocabulum natura ſua, colligo ex Horatii loco Serm. II. 8. 21. vbi Maecenas ſecum ad coenam adducit Seruilium Balatronem. Qui Seruilius ſiue id familiare id nomen habuit, ſeu a profeſſione, vt videtur ſcenica et theatrica aliqua habuit, vt videtur, ſatis demonſtrat vocabulum ipſum natura ſua non fuiſſe inhoneſtum. Verum deinceps cum genus hominum theatro et ſcenae familiare omne in deſpectum publicum veniſſet, vniuerſe homines nugatorii dicti fuerunt balatrones; quocum Scaliger et Turnebus Gallicum *belitre* comparant, neſcio quam recte. Quaeritur iam, quo reſpiciens Lucienus amicos ſuos balatrones appellauerit? Brenckmann l. c. probat etymologiam eam, quam vetus Horatii interpres affert, ſed ipſe damnat, vbi a

 balatu

balatu deducitur balatro. Brenckmann contra ex balatu et latratu ſimul compoſitum vocabulum ſuſpicatur, et Lucienum conuiciantes ſibi amicos hinc balatrones appellaſſe iocoſe, vocabulo ſcilicet quaſi ruſtico, et rei, de qua ſermo inter eos erat, apto. Scio equidem, Varronem etymologias, etiam ineptiſſimas, amare et frequentare; ſed hoc in loco nimis ruſticum mihi videbatur conuicium balatro, ſi vocabulum deriuetur a balatu et latratu. Praeterea loca Horatii demonſtrant, fuiſſe id vocabulum olim profeſſionis alicuius ſcenicae; quam ſi accuratius definire liceret, cauſa liquidius poſſet explicari, cur conuiciantes ſibi amicos Lucienus appellet balatrones.

ſoluo Palilibus] Palilibus, quae ſunt paſtorum feriae, hos de pecuaria re ſermones habitos fuiſſe, vt ſementiuis feriis reliquos de agricultura, ſuſpicatur Vrſinus, vocem tamen *Palilibus* additam putat ab eo, qui voluerit indicare, qui dies is eſſet, quo aſſes ſoluerentur. Equidem iocoſe haec omnia dici et agi puto. Lucienus, qui ſero aduenit, conuicia amicorum ita excipit, vt paratum ſe eſſe dicat ſoluere multam et deinde ſingulis adeo de corio ſuo ſatiſfacere. Sed cui multa deponitur? Pali, paſtorum deae, puto, et ex Pali puto factum ineptum Palilibus, quibus ſcilicet diebus feſtis hi ſermones habiti videntur. *Palem* genere maſculino dixiſſe Varronem, monet Seruius ad Georg. III. 1.

ſ. 3. *vitulorum*] Scilicet a vitulis, graece ἰταλοὶ, Italiam dictam fuiſſe, volebat Piſo ſupra c. I. 9.

Hercules] Veſtigium fabulae reperio in Fragmento Catonis Originum: *Et ſi Graeci de more quidam a bobus Herculis, vel quod optimos gignat Italia, vt ait Hellanicus, aut a vitulo egreſſo, vt Herodotus, vel quidam Graeci boues vocant Ἰταλὲς, vt fabulatur Timaeus.*

et Cereris miniſter] Haec eſſe lacunoſa, mox ex Columella docebo.

capite] En tibi exemplum romanae ſeueritatis! Plinius 8. ſ. 45. *Damnatus a populo romano die dicta, qui concubino procaci rure omaſum ediſſe, ſe negante, occiderat bouem, actuſque in exſilium tanquam colono ſuo interemto!* Idem narrat Valerius Maximus VIII. ſect. 8.

Attice] De condemnata ſecuri feſto Buphoniorum die publice, qua olim bos fuerat occiſus contra legem, laudant Interpretes Pauſaniam Attic. c. 24. et Interpretes ad Plinii 8. ſ. 45.

Buzyges] Boues aratro primus iunxiſſe dicebatur. Vide Plinium VII. 56. Suidam et Heſychium in hoc nomine. Ipſum

Ipſum Triptolemum Buzygem dictum fuiſſe, tradit Seruius ad Georgica I. 19. Suidas Buzygi heroi nomen ait fuiſſe Epimenidis. Scholia Ariſtidis T. II. p. 130. Βȣζύγαι καλȣ̃νται οἱ τὰς ἱερὰς βȣ̃ς ἐν Ἐλευσῖνι ἀροτριȣ́σας τρέφοντες. ἐκ τȣ́των δὲ Περικλῆς κατήγετο. τὸ δὲ γένος τȣ́των ἦν ἱερόν. Hinc Eupolis de Pericle: ὁ Βȣζύγης ἄριστος ἀλιτήριος.

Ὀνόγυρος] Interpretes tacent. In Attica Ἀνάγυρον heroem, a quo demus aliquis nomen habuit, memorant Scholia Ariſtoph. ad Lyſiſtr. verſ. 67. Sed cum conſidero locum Columellae Praef. libri VI. ſect. 7. ex hoc noſtro ductum, vitium et lacunam deprehendo. Ita vero ille: *mas et femina boues aratro terminum ſignauerunt, velut pecus: quod item Atticis Athenis Cereris et Triptolemi fertur miniſter: quod inter ſidera particeps coeli, quod deinde laborioſiſſimus adhuc hominis ſocius in agricultura, cuius tanta fuit apud antiquos veneratio, vt tam capital eſſet bouem necuiſſe quam ciuem.* Qui quidem locus et ipſe in verbis *velut pecus* mire vitioſus et lacunoſus eſt. Sed vel ſic apparet inde, hunc Varronis locum olim diuerſo ordine et integriorem lectum fuiſſe a Columella, ita fere: *qui diceretur Italus. Qua in re teſtis Attice, teſtis Peloponneſus. Nam ab hoc pecore Atticis Athenis Buzyges, Cereris et Triptolemi miniſter nobilitatus, Argis Onogyrus. Hic ſocius hominum in ruſtico opere; ab hoc antiqui — occidiſſet. Noui, inquit ille.* De Argiuo Onogyro nihil mihi aliunde conſtat; ſuſpicor tamen, huc pertinere, quod Argiuae Iunonis ſacerdos ad aedem Iunonis iunctis bobus ire ſolebat, teſte Seruio ad Georgica III. 532.

βȣ́συκον] Feſtus in *Bulimam. Hinc eſt quod grandes pueros bupaedas appellant et mariſcam ficum buſycon.*

bumammam] Columella III. 2. 1. maluit graece bumaſton dicere.

ſ. 5. *Menalippa*] Vide argumentum tragoediae Euripideae inter fragmenta et Interpretes ad Hygini Fab. 186.

dulciſſimas] Recte Vrſinus aut *apes* deleri aut *dulciſſimi* legi voluit.

βȣγόνας] Scaliger negat graece βȣγόνας dictas fuiſſe apes, ſed βȣγενεῖς plures dixere poetae. In Geoponicis libri XV. capitis ſecundi titulus habet: περὶ μελισσῶν καὶ πῶς ἂν ἐκ βοὸς γένοιτο ὃ καλεῖται βȣγόνη. vbi interpres legit γένοιντο. Habes igitur exemplum vocabuli, ea notione dicti, quam h. l. poſtulat, niſi forte de auctoritate tituli iſtius dubitare liceat; nam ſect. 14. ibidem legitur αἱ βȣγονεῖς. vbi vide Niclas diſputantem etiam de hoc Varronis loco.

ſcriptum habere] Hiſtoriam ignoramus; igitur de lectione huius loci reſtituenda vera deſperauit Scaliger, irridens Turnebum VIII. 8. qui corrigebat: *in Senatu ſcriptum aueres.* Popma vocabulum *Romam* delebat, M. Plautium Siluanum interpretatus, cuius legi de iudiciis, cum ſenatoribus communicandis, obſtrigilaſſe putabat Hirrium Praetorem. Huic Plautium minanti reſpondentem facit Popma verbis his: *Sed bono animo es* etc.

Bugoniam] Salmaſius ad Solinum p. 603. Eumelo tribuebat *βȣγονίαν*, eamque cum Scaligero ad Euſebium interpretabatur opus de opibus. Sed deinde in notis ad Chronicon Hieronymi, editis ab H. L. Schurtzfleiſch cum Notitia Biblioth. Vinarienſ. n. 1250. recte negauit, Bugoniam ſignificatione ea potuiſſe dici; itaque in Euſebio Eumeli Bugoniam mutabat in Theogoniam, quam Eumelum cenſet ex Heſiodo vertiſſe. Igitur Varronis loco nullum porro auxilium inde erit.

ſ. 6. *vetulorum*] Creſcentius IX. 60. *aetatum gradus — vitularum — iumentorum, tertia boum, quarta.* Ex Louan. Edit. Geſner laudauit: *primi vitulorum, ſecundi iumentorum.*

taura] Feſtus: *tauras vaccas ſteriles appellabant, ait Verrius, quae non magis pariant, quam tauri, ſed veroſimilius fit ex graeco dictas, quia Graeci vaccas ταύρας appellant.* Copioſe dicetur de taura ad Columellam VI. 22. 1. Seruius ad Aeneid. II. *Quae ſterilis autem eſt taurea appellatur, vnde ludi Taurei dicti.* Inepta etymologia peperit vocabulum *taurea* pro *taura.*

Hordicalia] In Libro de L. L. quinto noſter: *Fordicidia*, inquit, *a fordis bubus. Bos forda quae fert in ventre.* Vnde ſua deriuauit Ouidius Faſtor. IV. 631. et Feſtus in *Fordicidiis* et *Hordae.* Faſti diem feriis aſſignant XVII. Kalendas Maias. De permutatione litterarum f et h antiqua laudauit Vrſinus locum Velii Longi de Orthographia, Geſner Quinctilianum I. 4. 14. et Scaurum de Orthogr. p. 2283. Sabinorum ſermoni permutatam literam h cum f adſcripſerunt veteres grammatici; ſed ipſis Latinis antiquis tribuere mauult Foggini ad Faſtos Verrii Flacci p. 72. In Curiis fuiſſe immolatas pragnantes boues, ait Varro l. c. Matri Deum ſues praegnantes (incientes) immolabantur. Fordicidia diei 19 Aprilis aſſignant Faſti Verrii p. 55. Suffimine confecto ex cineribus vituli vtero ſordae bouis exſecti luſtrabatur populus cum vrbe Palilibus, quae diei 21 Aprilis aſſignant Faſti Verriani p. 56. Vitulum iſtum fordicidiorum die cremabat Veſtalium maxima; nec licebat die Paliliorum anima-

animatum quicquam immolare. Vide Foggini notam ad Faſtos Verrii p. 56.

nominantur] Vrſinus repertum in Codice vetere *nominatur* probat; vnum enim fuiſſe diem feſtum hordicidiis aſſignatum.

compoſitae] Vrſinus corrigebat: *compoſitis et integris membris.* propter locum Geopon. XVII. 2. vbi eſt εὐπαγεῖς σώμασι, περιμήκεις, εὐμεγέθεις.

nigrantibus cornibus] De forma miror nihil addi, vt ſupra cap. 2. 4. in capris torta et prona ad roſtrum probat. Columella in bobus probat: cornua procera nigrantia ac robuſta. Palladius robuſta ac ſine curuaturae prauitate lunata. In tauris cornua breuiora, in vaccis cornua venuſta laeuia et nigrantia annotauit Columella. Virgilius Georg. III. 50. *camuris hirtae ſub cornibus aures.* vbi Seruius: *curuis vnde et camerae appellantur. — Camuri enim boum ſunt, qui conuerſa introrſum cornua habent, quibus contrarii patuli, qui cornua diuerſa habent, laeui, quorum cornua terram ſpectant; his contrarii licini, qui cornua ſurſum reflexa habent.* Vocabulum Licinus hodie non reperitur in libris veterum, ſed *relicinam comam et frontem* dixit Apuleius in Floridis, et Gloſſa vetus Licinus ἀνάθριξ habet. Pro patulo ex Plauti Truculento *patalem bouem* interpretatur Feſtus, ſed in *Propatulum* vocat *patulum.* Graeci πετάλους dixere. Vide Scaligerum ad Varronem L. L. p. 43. et ad Columellam VII. 3. f. 3. notam.

oculis magnis] Geoponica μελανοφθάλμους καὶ μεγαλοφθάλμους.

ſubſimiſue] Geopon. γνάθους συνεσταλμένας ἐχούσας, ἐνσίμους, μὴ κυρτὰς, ἀνεπτυγμένας τὰς ῥῖνας ἐχούσας. vnde Vrſinus corrigebat h. l. *ſubſimae, ne gibberae, ſed ſpina.* Columella quidem habet *naribus reſimis patuliſque, dorſo recto planoque, et ſubſidente*, et ſic etiam Palladius. Quam Vrſini coniecturam plane firmant libri ſcripti et Edd. primae, vbi eſt ea lectio quam reſtitui. Genus enim maſculinum neminem morari debet; de vitulis enim nunc Varro loquitur feminis et caſtratis; de maribus poſtea. Sexus maſculinus etiam in ſequentibus redit. Subſimas malas nemo interpretabitur, ſed vbique de facie adhibetur in animalibus vocabulum *ſimus*, hoc eſt de ea linea, quae a fronte per narem ad os ducitur. Igitur etiam Columella ex h. l. vti videtur ducta iunxit verba *naribus reſimis patuliſque.* Geſneri igitur emendatio plane eſt abſurda, qui cum in Geoponicis verba μὴ κυρτὰς ad nares traxiſſet, h. l. inde corrigere auſus eſt ita:

ſub-

ſubſimis, ne gibberis, pinna leuiter remiſſa apertis naribus. pinnam narium ſeptum interpretatus. Verum quis in naribus boum ſeptum leuiter remiſſum ſpectabit? Quis vnquam boum nares gibberas aut vidit aut dixit? Aeque inepta eſt emendatio nuperi Geoponicorum interpretis p. 1140. qui corrigebat: *ſubſimiſue, gibberis ſpina leuiter remiſſa.* Nam gibber vbi adeſt, ſupra ſpinam exſtat, nec poteſt *ſpina gibberis* dici, ſed recte *ſpinae gibber.* Graece gibber κύρτος vocatur, et gibberus κυρτός. Nec Pontederae rationem probare poſſum, qui corrigebat: *compreſſis malis, ſubſimis, apertis naribus, labris ſubnigris, gibberi ſpina leniter remiſſa ceruicibus craſſis.* Nam Varro, vt Columella, Palladius et Geoponica, dorſum omnino planum aut ſubſidens potius, (quod Varro leniter remiſſam ſpinam dixit,) quam gibberum eſſe voluit. Melius procedit ratio viri docti *Dickſon*, qui corrigebat: *ſubſimis apertis naribus, ne gibberi ſpina, ſed* etc. Addo nunc locum noſtri I. 20. 1. *amplis cornibus ac nigris potius quam aliter, vt ſint lata fronte, naribus ſimis, lato pectore, craſſis coxendicibus.*

ſ. 8. *a collo palearibus*] Polit. habet: *a collo corpore dimiſſo bene coſtatos.* Ita etiam Edd. primae Pol. 2. habet *ceruicibus craſſis ac palea a collo corpore demiſſa, bene coſtatos.* In Curis ſec. Ponted. lectionem libri Pol. hanc poſuit: *a collo corpore apoleo demiſſo.* Cod. S. Reparatae *collo corpore demiſſa.* vnde Pont. corrigebat *corpore apalo demiſſo palear* interpretatus, quoniam ſit corpus molle, quod ſola cute conſtet. Crederem, olim *palea demiſſa* ſcriptum fuiſſe, ſi conſtaret in boue, vt in gallo paleam dictam fuiſſe, quae maluerunt deinceps palearia dicere. Ceruicem longam et *toroſam* probat cum Magone Columella.

corpore amplo] *Pectore amplo*, εὐστέρνους Geopon. recte corrigit Pontedera, probante etiam Dickſon II. p. 478. In Curis Sec. Pontedera in diuerſa diſceſſit, vt antea monui.

coſtator] Geſner aut cum Edd. primis *coſtato* aut *coſtatae* ſcribi malebat. Graece eſt βαθυπλεύρους. *lateribus porrectis* dixit Columella.

latis humeris] Columella *armis vaſtis.*

bonis clunibus] Columellae *clunibus rotundis.*

codam] Hanc librorum antiquorum ſcripturam ex Nonio etiam confirmat Pontedera; et miror, eum neglexiſſe, qui infra cap. VII. 5. *codam* dederunt. Praeterea Vrſinus ex Codice praeferebat lectionem: *inferiore parte fr. pilis ſubcriſpiſue.* eoque ducit etiam lectio Edd. primarum. Colum.

caudis

crudis longissimis et setosis. Geoponica: *ȣρὰν προμήκη ψαύȣσαν τῶν πτερνῶν πολύτριχα.*

cruribus] Vrsinus ex loco Columellae: *cruribus compactis et rectis, sed breuioribus potius quam longis.* malebat h. l. legere: *cruribus potius breuioribus quam longis rectis; genibus eminulis, dist.* etc. Confirmat emendationem loco Geopon. *βραχίονας βραχεῖς, σκέλη ὀρθὰ στερεὰ, παχύτερα μᾶλλον ἢ μακρότερα, μὴ παρατριβόμενα πρὸς ἄλληλα. πόδας ἐν τῷ βαδίζειν μὴ πλατυνομένȣς. ἄγαν μηδὲ χηλὰς διεσταλμένας.* Genua Columella negat esse debere *improba;* et recte Vrsinus distinctionem huius loci vulgatam corrigi iussit, quod feci approbante etiam Pontedera. *Rectis* enim pertinet ad *cruribus,* non ad *genibus.*

displodantur] Disploduntur, qui ad exteriora flectuntur. In canibus igitur laudat Varro *potius varis quam vatiis, pedibus magnis et altis, qui ingredienti ei displodantur.* Hinc plotus homo, qualis Plautus appellatus est, cuius pedes naturae vitio extrorsum vergunt. Quod in iis arte fit, qui chorum ducunt. Hinc Virgilius VI. *Pars pedibus plaudunt choreas.* Plauti similiter vocantur canes, non propter aures, vti censebat Festus, flaccidas, sed ex pedibus displosis. Hinc etiam Statius: *vitreasque natatu plaudit aquas.* Nam qui natat, brachia displodit. Haec Pontedera in Curis sec.

diuaricent] Mediceum *diuarent* probabat Pontedera. *Varare* et *varationem* habent Scriptores agrimensores. Consiliis obuarare dixit Ennius apud Nonium.

leues] Graece est *τȣς ὄνυχάς τε λείȣς καὶ ἴσȣς.*

attactu] Veterum librorum *attractu* praefert, et in Columella etiam *tractu corporis mollissimo* corrigit Pontedera, nimis argutus in hoc vocabulo. Graecum etiam Geoponicorum *βύρσαν εὐαφῆ καὶ μὴ ἀπεξυλωμένην* interpretatur corium, quod facile contrectatur.

robeo] Ita Pol. pro *rubeo.* Similiter in Columella VI. 1. Codices habent *robios* pro *rubros.* Scaliger ex antiqua inscriptione attulit *vitulo robio* et ex Seruio *nitela mus agrestis robeus.* Festus: *Robum rubro colore, et quae ruto significari, vt bouem quoque rustici appellant.* Hinc in frumentis *robus* et *robigo* vocantur. Centum bobus fuluis P. Decium Murem donatum refert Plinius 22. s. 5. qui alibi ouem fulvam nominat.

s. 9. *prior quam*] Scilicet robeus. Ita Columella VI. 1. ex Magone probat boues colore robio vel fusco. Ita etiam Palladius Martio XI. 2. Sunt igitur fusci, qui Varroni *helui.*

helui. Feſtus: *heluacea genus ornamenti Lydii dictum a colore boum, qui eſt inter rufum et album appellaturque heluus.* Male igitur Iſidorus Orig. XIX. 28. *elbidum ab elbo colore — Elbum enim eſt medius color inter album et nigrum.* Florentinus Geopon. 18. 2. δοκιμάζουσι δὲ ἀρίστας τὰς τοῖς χρώμασι ξανθιζούσας καὶ τὰ σκέλη μέλανα ἐχούσας. Eſt ergo *robeus* ξανθίζων. De origine vocis ita ſentio. Feſtus: *Heluela holera minuta.* et poſtea: *Helus et Heluſa antiqui dicebant, quod nunc holus et holera.* vbi Scaliger ab Aeolico πέλΦος niger fuſcus pallidus deriuat. Gloſſae veteres *heluola* λαχανάρια. Sed fallitur Feſtus, in cuius priore loco malim *genus condimenti Lydii.* Eſt ſpecies certa herbarum *helua*, *heluela et heluella* dicta. Docet locus Ciceronis ad Diuerſ. VII. 26. *fungos heluellas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius.* Idem docet locus Titinnii apud Nonium p. 210. ed. Merc. *lenti calido, eluella, rapula rumice.* vt recte, iam olim correxit Scaliger ad Feſtum pro *eluellae trapula romicae.* Hinc vites heluolae Columellae III. 2. quas alii varias dixerunt, nec purpureas nec nigras.

melior] Codices addunt *in eo prior*, quam ſcripturam defendere et explicare auſus eſt Scaliger.

vtrique] Pontedera legi plenius malebat *vtrique ad laborem pluris;* annotato loco Plinii: *nigri coloris candidiue ad laborem damnantur.* Ceterum verba *nigri et albi* varios ſeu maculoſos ſignificare, monet Geſner. Verum etiam Columella et reliqui ſcriptores geoponici robeos et heluos reliquis praeferunt; Geoponica graeca robeum omnibus reliquis praeferunt, auctore ſcilicet Varrone, cuius ſententia fiet manifeſtior, ſi mecum legas *vtique pluris* etc. i. e. certe nigris et albis praeſtat. Itaque Geſneri interpretatio vana eſſet. Verum ita alia exſiſtit difficultas, cur demum Varro colore potiſſimum nigro legere iuſſerit? Cui occurrebat Vrſinus legendo: *colore potiſ. robeo dein nigro, tertio heluo.* Quae tamen correctio plane eſt contraria Varronis ſententiae. Itaque ſtatuere oportet, Varronem primum generatim colores ponere, quibus emendi boues ſpectari ſoleant, eo quidem ordine, vt ex nigro ad lucidiores deſcendat; deinde coloris notas ſingulas ad commoda agricolarum relatas iudicare. Vocabulum igitur *potiſſimum* non ſignificat Varronis, approbantis hunc colorem nigrum, mentem, ſed notat, ſumma eſſe genera quatuor colorum in bobus ſpectanda. Ceterum ordo et verborum et ſententiarum rectius mihi videtur proceſſurus eſſe, ſi legas mecum: *quarto albo. De mediis — melior; vtique pluris — et albi. molliſſimus enim hic vt duriſ-*

duriſſimus primus. Aliam viam ingreſſus eſt Dickſon II. p. 479. qui verba prima *colore potiſſ. nigro* etc. ad iudicium de firmitate et mollitie corii, ex colore pendente, refert, reliqua vero ad iudicium vulgare, vbi nulla firmitatis corii vel mollitiae ratio habebatur.

et qui ex his] Creſcentius poſt verba *duriſſimus primus* pergit: *Caeterum* (antiqua mea *ceteri*) *medii aetatis maximae triniae* (antiqua *terniae*) *quia vſque ad decennium foetus procedit, ex his vtilior Tauri cognoſcuntur his ſignis, vt ſint alti atque vigentibus membris, aetatis mediae, et magis qui in iuuentute minor eſt, quam qui declinant ad ſenium, parua facie, paruis cornibus, tortoſa vaſtaque ceruice, ventre ſubſtricto, et qui ex his orti ſunt, reſpondent ad parentum ſpeciem; ex quibus regionibus nati ſunt refert.*

neque non] Vrſinus corrigit: *neque non vt mares boni ſeminis ſint, filiorum eſt forma ſpectanda, quod qui ex his orti ſunt reſpondent* et cet. Comparat ſimilem locum c. 4. *boni ſeminis ſues animaduertuntur a facie et progenie et regione coeli.* Mihi quidem Vrſinus veram viam inſtitiſſe videtur; malim tamen molliori oratione legi: *neque non vt mares b. ſ. ſint, et qui ex his orti ſunt, eorum forma eſt ſpectanda, ſi reſpondent ad parentum ſpeciem.*

refert] Damnat Vrſinus; equidem ad ſententiam neceſſarium puto.

nugatorii] Hanc lectionem alteri *iugatorii* recte iam praetulit Scaliger, Gallicos in Italia boues interpretatus Picenos et Circumpadanos. Liguriam paruis iumentis inſignem noſter ait III. 8. 3. et Columella III. 8. 3.

Epirotici] De quibus vide Plinium VIII. 45. Laus eorum antiqua, vt ad Ariſtotelem docebitur.

victimas faciunt] Neſcio quomodo tot viri docti victimas fartas tolerare in h. l. potuerint. Equidem antiquam lectionem reſtitui. Geſnero haec non contemnenda videbatur, ideo quia facere verbum ſolenne ſit pro ſacrificare. Quae tamen notio ab hoc loco plane eſt aliena. Recte tamen idem memorat boues, a Clitumno amne colorem album trahentes et in ſacrificiis praelatos, de quibus Cerda ad Georgica II. 146. Forte aliquis *ad* deletum malit. Supra c. 1. 20. *boues altiles ad ſacrificia publica ſaginati, dicuntur opimi.* Intelligit eoſdem Meuanicos boues Columella III. 8. ſ. 3. Claudianus Epigr. L. IV. *non tales Clitumne lauas in gurgite tauros, Turpeio referunt quos pia vota Ioui.* Idem XXVIII. verſu 506. *quin et Clitumni ſacras victoribus vndas, condida quae Latiis praebent armenta triumphis.*

μέλανα

μέλανα κόλπον] Vbi se fluuius Melas in mare Aegaeum exonerat. Mela II. 2. 93. Plinius 4. 11. In Euboea similiter boues plerique omnes albi nascebantur, teste Aeliano H. A. XII. 36.

§. 11. *Mamilii*] Vide ad cap. 3. sect. 5.

hostiae sanitatem] Atqui hostias integerrimas et sine vitio legisse constat; et multis docet Magius Miscell. IV. 4. cuius dubitationi ita occurrit Gesner, vt sanam hostiam ab integra distinguat; sanam enim oculis non agnosci, vt integram. At nec hoc remedio vti licebit propter locum Plutarchi Orac. Defect. p. 720. ed. Reiske, vbi de victimis, a sacerdotibus probatis. *δοκιμάζουσι, τοῖς μὲν ταύροις ἄλφιτα, τοῖς δὲ κάπροις ἐρεβίνθους παρατιθέντες. τὸ γὰρ μὴ γευσάμενον ὑγιαίνειν οὐκ οἴονται, τὴν δὲ αἶγα διελέγχει τὸ ψυχρὸν ὕδωρ.* Igitur credere Varroni quidem oportet, hostiae sanitatem a venditore non praestari solitam fuisse; sed sacerdotes argumentis quibusdam atque experimentis sanitatem hostiae ipsi explorabant.

cum hibernant] Cum Scaligero et Vrsino damnata inclusit haec verba Gesner.

et potione] Haec verba abundare censet Vrsinus. In Geop. enim est XVII. 1. *τὰς βοῦς πρὸ ἡμερῶν τριάκοντα τῆς ὀχείας οὐκ ἐατέον πληροῦσθαι. ὅσῳ γὰρ ἂν ἰσχνανθῶσι* etc Colum. VI. 24. 3. pabulum subtrahit vaccis.

astri exortum] Is est III. Id. Maias Caesari et Columellae, aqua ad delphini vespertinum exortum dies 28. pertinent, monente Pontedera.

mas an foemina] Ineptum commentum habent etiam Geoponica XVII. 6. et Columella VI. 24. simile in equarum mammis Hippiatrica p. 58.

delphini] Plinius VIII. f. 70. *Coitus a delphini exortu a. d. pridie Nonas Ianuarias diebus triginta aliquibus et autumno.* vbi Vrsinus malebat *Iunias* legi; contra Plinium errantem coarguere maluit Niclas ad Geoponica XVII. 5. Mense Iunio et Iulio admissuram fieri voluit etiam Columella VI. 24. Aristoteles H. A. VI. 21. mense Thargelione et Scirrophorione. Delphini exortus matutinus est pridie nonas Ianuarii, vespertinus IV Idus Iunii. Vtrumque permutasse atque inde erroris occasionem habuisse putabat Niclas. Contra Pontedera Antiqq. p. 430. Caesari et Columellae delphinum emergere vesperi IV Id. Iunias, dierumque XL. intervallum finiri XIV Cal. Sextiles postridie mane Canicula exoriente, monet, in Plinio, qui Augusteum annum sequitur, legendum esse: *a. d. III Id. Iunias diebus XL.* videlicet vsque

que in matutinum Fidiculae occaſum ex a. d. prid. Id. Sextiles.

taurum] Ex Codice Vrſini addidi vocem, quam ſententia poſtulabat, monente etiam Scaligero. Locum Ariſtotelis H. A. IX. 50. et de Generat. I. 4. vnde Varro haec tranſtulit, annotauit etiam Victorius. De Ariſtotelici loci prioris lectione dubia alibi dicam. Ceterum nil miri eſſe annotauit Pontedera; genituram enim iam paratam ſeminalibus veſiculis fuiſſe contentam.

minutae] Creſc. IX. 65. zentalos muſcas et tabanos nominat; zentali ſunt Italorum *zenzare* vel *zanzare*, Latinorum culices. Varro intelligit oeſtrum bouillum et haemorrhoidalem Linnaei, oua in naribus et ano boum deponentibus. Tabanos antiquo nomine vocauit etiam Linnaeus peſtem armentorum.

in cubilia] Omitti malebat Vrſinus. Bruſch. cum Aldina *His ſubſtern.* Deinceps Bruſch. *aeſtate appell. ad aquam bis.*

ſ. 15. *appellendum*] Pontedera etiam lectionem *appellandum* probabat, quia bubulci boues vbique voce moderantur.

egredientes] Lectionem P. et Creſc. *regredientes* probat Pontedera; primum enim egreſſas ait ad aquas vocari, deinde paſci circa ſtabulum, vt redintegrentur.

ne frigidus] Bruſch. *frigidus locus ne ſit.* Sic etiam Aldin.

lactentes] Ante hanc vocem ex Creſc. addi malim *nocte.*

aliter feceris] Ex Creſc. *ante feceris* malebat Pontedera; ſed vulgatum eadem ratione interpretari oportet. De re ipſa ita Ariſtoteles H. A. IX. 50, οἱ μὲν ȣ̃ν μόσχοι ἐκτέμνονται ἐνιαύσιοι. εἰ δὲ μὴ αἴσχίȣς καὶ ἐλάττȣς γίνονται αἱ δαμάλεις. ἐκτέμνονται τὸν τρόπον τȣ̃τον· ita enim recte illum locum correxit Con. Geſner in Vitulo p. 126. μόσχος enim graece anniculus vitulus, bimus δάμαλις dicitur. Vide ad Colum. VI. 26. vbi Mago ſimiliter teneros vitulos caſtrare iubet, ſed non ferro, ſed θλίψει, bimos ferro. Geoponica XVII. 8. bimos caſtrare iubent. Varro igitur a Ariſtotele et Magone neſcio quibus rationibus inductus diffidet.

ſ. 17. *reiiculae*] Ex lectione Pol. *reicolae* et Florent. vtriuſque *reiculae* efficiebat *tauricolae* i. e. taurae. Sed reiiculae plures ſunt quam taurae. Et Columella VI. 22. remouet praeter tauras enixas etiam quae vetuſtate parere deſierunt. Geoponica 17. 10. reiiculos ita deſcribunt: τὰς στείρας, καὶ τὰς ἀσθενεῖς, καὶ τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκυίας.

aliquid legat] Recte Gesner damnauit *aliquid*. Ceterum Attica est structura *armentarium vt legat curo*.

de tauris et vaccis] Haec Vrsino abundare videntur.

gregum] Recte de sententia Popmae inclusit Gesner; de numero enim gregis postea dicet.

apud eum] Popma *apud Seium*, Vrsinus *apud Atticum*. Nam supra est: *habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices septuaginta duo*. Gesner putat, *cum* vel *hunc* cum demonstratione seu δεικτικῶς dici potuisse. Sed cur deinde Atticus nominatur? Ceterum Pontedera verba *quidam habent aut minorem — matribus sunt* ex glossa orta esse iudicabat, non satis idonea ex causa. Brusch. *habent aut maiorem aut minorem — alius alium facit;* sic etiam Aldina.

centum viginti] Ex lectione P. memorata etiam a Victorio *centaurum viginti* Gesner efficit *centenum viginti*. Vrsinus ex Codice vetere malebat *centum vicenum;* Pontedera *centenarium viginti;* contra quem monet Gesner, aptius ex *centaurum* effici *centuriam viginti*.

Cap. VI. *procreaui*] Non inepte Iucundus in Aldina correxit *procuraui*. Nam Romae non procreauerat, sed in villa Reatina procreatos Romae vendiderat Arcadibus. Varro apud Nonium p. 69. ed. Mercerii: *An si equam emisses quadripedem, vt meo asino Reatino admitteres, quantum poposcissem, dedisses equimenti?*

gregem qui] Crescentius IX. 59. *genus qui* legit; deinde *primo — sumat, firmas omnibus partibus corporis, amplo femineo bono*.

vtique vt] Vrsinus malebat: *vti quam*.

vnde optimi exeunt] Crescent. *in quibus optimi existunt*. sed antiqua mea Editio habet *inde optimi existunt*.

emant] Ita ex Basil. dedit Gesner. Vulgatum antea *emebant* ita Vrsinus corrigebat, vt legeret: *vt potissimum — emant*.

flutae] Graece sunt πλῶται, Cassiodoro *Exormisti*. Vide Macrobium Saturn. II. 11. Plinium IX. 54. Martialem XIII. 80. Est Muraena Helena Linnaei. Loca scriptorum veterum examinaui in Histor. Piscium litterar. p. 43.

ellops] Columella VIII. 16. Pamphylio mari tribuit. Vide Macrobium III. 15. et Histor. litter. Pisc. p. 125 et 329. Piscis hodie ignotus nobis, nomine tenus saltem.

s. 3. *greges multi*] Cresc. *horum genera sunt duo, vnum ferum quod — Lycaonia, vbi sunt greges multi feri*.

onagrus

onagrus idoneus] Crefcentius: *onagri idonei eligendi funt, mafculus et femina. E fero fit manfuetus facile, e manfueto ferus nunquam. femper enim fimiles parentibus nafcuntur. Commode pafcuntur* et cet. fed antiqua mea Editio habet: *onagros idoneos qui e fero fit manfuetus facile, e manfueto ferus nunquam, qui fimiles parentum nafcuntur. Eligendi funt mafculus et femina. Commode* et cet. Vides quantum fibi permiferint in Crefcentio Editores!

et mas et femina] Haec verba fpuria cenfebat Vrfinus. Idem recte comparauit locum Geoponic. 16. 21. *ἔνιοι δὲ καλῶς ποιῦντες καὶ τὺς ἀγρίυς ἡμερῦσι καὶ ἐστὶν αὐτῶν ἡ παιδοποιΐα καλλίστη, ἅτε μὴ κατακεκλεισμένων ἀλλ᾽ ἀφέτων. ἐξημερῦται δὲ σφόδρα τὸ ζῶον καὶ ὐδέποτε, καθάπερ τὰ ἄλλα ζῶα ἅπαξ ἡμερωθὲν ἀγριῦται. τὰ δὲ τικτόμενα ἐξ αὐτῦ γίνεται ἐκείνῳ ἐοικότα.*

f. 4. *ante folftitium*] Crefc. *aeftiuum* addit, et deinde habet: *vt in eodem tempore alternis annis pariant.* vbi antiqua mea Editio habet *admittuntur autem folftitium aeftiuum, in eodem* et cet. Qui lectionem antiquam *alternis annis* correxit Iucundus in Aldina, nefcio an libros fecutus fecerit. Nam ea fatis bona eft. Alternis enim annis equas generofas ad equos, et ad afinos admitti teftatur Columella.

leuant. venter] Crefcentius: *alleuiandae funt praegnantes ex labore, eo quod rationem deteriorem reddit.* fed antiqua mea habet: *alleuiandae funt. venter enim ex labore eo* et cet. Pro *nationem* Polit. liber recentior male *actionem* habet. Egregie Feftus: *Nationem item apud antiquos natum — in pecoribus quoque bonus prouentus faeturae bona natio dicitur.* quem locum cum Scaligero male Dacerius explicauit: plane omifit hanc notionem Gefneri Th. L. L. Huc pertinet natio apud Ardeates, quae quia partus matronarum tuetur, a nafcentibus natio nominata eft, tefte Cicerone N. D. III. 18.

remiffione laboris] Plinius 8. c. 44. *mares in remiffione operis deteriores.* Vocabulum *laboris* in vetere Codice deeffe monet Vrfinus. Poftea libri Victorii et Polit. habent *fic deterior* quam lectionem probabat Scaliger. Contra Victorius malebat: *hic deterior.* Crefcentius ita h. l. excerpfit: *mares vero labore alleuiandi non funt, ea quod remiffione laborum deteriores fiunt.*

obferuant] Crefc. *feruanda funt. quae in equis. Remouendi a matre proximo anno, noctibus patiantur effe cum eis et leuiter capiftris laqueati habeantur iuncti.* vbi antiqua mea *capiftris ablaqueati* habet. Cepiftrum eft *φορβειὰ ἐπιφατνιδία*

 Xeno-

Xenophontis De re equeſtri cap. 5. In Creſcentio vix puto ex *aliqua re* vitiatum exſtitiſſe *ablaqueati;* potius *capiſtris oblaqueatos* Varronis olim in libris ſcriptum fuiſſe ſuſpicor et deinceps: *aliaue qua re habent vinctos.*

domare] Creſcentius *domari incipiunt et inſtrui ad eas res quas quiſque.* Ex Louanienſi Editione laudat Geſner: *domare incipiunt et ſtrui.* In Bruſch. eſt: *ad quas eos quiſque.*

ſ. 5. *niſi ii*] Crenſcentius: *in vſu. nam aliqui eos non eligunt niſi ad hoc vt onera portent, alii vt molas ducant, nonnulli eos ad vehendum diſponunt, et plerique ad arandum, vbi leuis eſt terra.* Vnde etiam fit manifeſtius vitium huius loci, quod nemo Interpretum vidit. Greges fiunt mercatorum, qui aſellis doſſuariis merces comportant ad mare; in reliquo vſu ſinguli aut paria ſingula adhibentur. Igitur verba ita ſunt concinnanda: *non ſane fiunt, ideo quod plerique — Campania. Aliqui eos non eligunt niſi ad hoc, vt onera portent. Greges itaque fiunt fere mercatorum* et cet. Libri Polit. pro *niſi ii* habent: *ni eſt ei* vel *ni eſto ei.*

leuis eſt] De ea Plinius 18. ſ. 29. *terra eius puluerea ſumma, inferior bibula, et pumicis vice fiſtuloſa — crebros imbres percolat atque tranſmittit; nec dilui aut madere voluit propter facilitatem culturae.* vbi Chifflet. liber *felicitatem* habet.

aſellis doſſuariis] Haec verba auctore Codice vetuſto omitti voluit Vrſinus et deinceps legi *onera portant.* Scilicet is putauit aſinos ipſos h. l. dici mercatores; ridicule! Ceterum doſſuaria et dorſuaria a dorſo dicuntur, vt Fabius Dorſuo apud Valerium Max. I. 1. 11. Ita *oſſua, oſſuaria, tignuarii* et ſimilia dicuntur. Oſſuoſa loca dixit Vegetius; ita *monſtruoſus, faſtuoſus, montuoſus, ſaxuoſus* frequentarunt ſcriptores laudati ab Interpp. ad Petronii cap. 69. Supra c. 4. ſect. 8. *lutuoſos* dant Edd. primae.

Cap. VII. *Q. Modius*] Vrſinus ex vetere Codice legi volebat: *Q. Modius Aequicolus — etiam in re militari.* Comparabat locum Plinii VIII. 42. *Scythas per bella feminis vti malle, quod vrinam curſu non impedito reddant:* In vulgata certe non video, quo pertineat mentio patris militaris.

quam praecipiunt videndum] Vulgo editur: *praecipiunt. Videndum.* Vrſinus malebat legi: *ſpectare aetatem, ne ſint minores trium, maiores decem annorum.* Geoponica: τῷ δὲ χρόνῳ μήτε νεωτέρας ἐτῶν γ′ μήτε πρεσβυτέρας ἐτῶν ι′. Creſcent. IX. 1. *habere voluerit — aetatem, videat — trium annorum, maiores decem annorum.* Is itaque emendationem

Vrſini

Vrſini confirmat. Ceterum coniunxi verba *praecipiunt videndum,* etſi Vrſino aſſentior, haec potius eſſe delenda. Nunc demum reperio in Bruſch. *praecipiunt: Videamus.*

quae — cornutorum] Vulgo *qui — cornutarum.* Verum in Geoponicis XVI. 1. vbi haec graece verſa exſtant, eſt: *ἵππων καὶ πάντων τῶν μώνυχας — σχεδὸν δὲ καὶ τῶν κερασφόρων.* Praeterea Creſcentius IX. 10. et XI. 45. bis veram lectionem habet. vnde reſtitui iuſſit h. l. Pontedera. Ceterum peſſime Pontedera cornuta intelligi volebat animalia diuiſis vngulis, quaſi quae vngulas in bina veluti cornua diſtinguant. Nemo enim latinorum ſcriptorum ita locutus eſt. Quod ait, inepte a Varrone omitti oues, canes, ſues et alia animalia, quorum aetas ex dentibus aeque cognoſcitur, ſi cornuta ſolummodo cornifera dicantur, minime me mouet. Varro enim domeſtica animalia intelligi voluit; et cornutorum nomine oues etiam comprehendi, Pontedera vix poterat ignorare, vt capras bouesque. De ſuibus conſtat veteres crediſſe, eas dentem nullum mutare.

triginta menſium] Priuſquam de lectione videamus, auctoritatem conſtituemus. Locus antiquiſſimus eſt Ariſtotelis H. A. VI. 22. *ἔχει μὲν ὀδόντας τεσσαράκοντα. βάλλει δὲ τοὺς μὲν πρώτους τέσσαρας τριακοντόμηνος, τοὺς μὲν δύο ἄνωθεν, τοὺς δὲ δύο κάτωθεν· ἐπειδὰν δὲ γένηται ἐνιαυτὸς, βάλλει τὸν αὐτὸν τρόπον, τέσσαρας, δυὸ μὲν ἄνωθεν, δυὸ δὲ κάτωθεν. καὶ πάλιν ὅταν ἄλλος ἐνιαυτὸς γένηται, ἑτέρους τέτταρας τὸν αὐτὸν τρόπον. τεττάρων δὲ ἐτῶν παρελθόντων καὶ ἓξ μηνῶν οὐκέτι βάλλει οὐδένα — ὅταν δὲ πάντας ὦσι βεβληκότες οὐ ῥάδιον γνῶναι τὴν ἡλικίαν. διὸ καὶ λέγουσι γνώμην ἔχειν, ὅταν ἄβολος ᾖ ὅταν δὲ βεβληκὼς, οὐκ ἔχειν. ὅμως δὲ μάλιστα γνωρίζεται ἡ ἡλικία μετὰ τοὺς βόλους τῷ κυνόδοντι. τῶν μὲν γὰρ ἑπταετῶν γίνεται μικρὸς, διὰ τὴν τρίψιν. κατὰ τοῦτον γὰρ ἐμβάλλεται ὁ χαλινός· τῶν δὲ μὴ ἑπταετῶν μέγας μὲν, ἀλλὰ ἀπηρτημένος. τῶν δὲ νέων ὀξὺς καὶ μικρὸς,* vbi recte Codex Mediceus pro *ἑπταετῶν* bis habet *ἱππαστῶν*, aſſentiente verſione Thomae, vbi eſt equitatorum. Vocem *ἀπηρτημένος* Thomas interpretatur *productus.* Putabam, rectius memorari dentem caninum longum, non ſolum detritum a freno et longum, ſed productum etiam carne gingiuarum recedente. Varronis locum graece vertit neſcio quis in Geoponicis XVI. 1. vbi eſt *τριακοντα-μηνῶν γενόμενος ὁ πῶλος πρωτοβολεῖ τῶν ἐμπροσθίων ὀδόντων, οὓς καλοῦμεν τομεῖς, τοὺς μέσους δύο κάτωθεν καὶ ἄνωθεν ὁμοίως δύο ἀποβάλλων. ἀρχόμενος δὲ τοῦ τετάρτου ἔτους ἐκβάλλει πάλιν ἄλλους δύο κάτωθεν ἐξ ἑκατέρου μέρους καὶ ἄνωθεν ὡσαύτως. φέρειν δὲ δοκεῖ τότε καὶ τοὺς κυνόδοντας. τελειώσας δὲ τὰ δ′ ἔτη καὶ τοῦ ε′ ἐπι-*

ἐ ἐπιλαβόμενος, τὰς λοιπὰς ἐκβάλλει κάτωθεν καὶ ἄνωθεν ἐξ ἑκατέρου ἕνα. τὰς δὲ φυομένους κοίλους ἔχει. ἐμβάντος δὲ εἰς τὸ ἕκτον ἔτος ἀναπληροῦνται τῶν πρώτων τὰ κοιλώματα. ἐπιλαβόμενος δὲ τοῦ ζ' πάντας ἔχει συμπεπληρωμένους καὶ οὐδὲν ὅλως ἔχοντας κοίλωμα. τούτου δὲ συμβάντος οὐκέτι ῥᾴδιον ἐπιγινώσκειν τὰ ἔτη. vnde patet, eum in Varrone legiſſe: *quinto anno incipiente item eodem modo amittere binos,* (Scilicet vtrinque) *tum quos caros habent renaſcentes*, eis ſexto *anno impleri* (incipiunt). Creſcentius etiam h. l. ita laudauit: *Quinto anno incipiente amittunt ſimiliter alios quatuor, ſcilicet duos ſuperiores et duos inferiores, praedictis proximos, qui renaſcentes ſexto anno implere incipiunt — ſolent relatos.* Vides etiam de caninis eiectis facere. Ad veram lectionem ducit etiam Cod. Polit. *cum canos habeat.* Denique etiam Plinius nobiſcum facit, qui ita h. l. excerpſit XI. ſect. 64. *Amittit triceſimo menſe primores vtrinque binos. ſequenti anno totidem proximos, cum ſubeunt dicti columellares. Quinto anno incipiente*, binos *amittit*, *qui ſexto anno renaſcuntur. Septimo anno omnes habet et renatos et immutabiles.* Omiſit Plinius mentionem caninorum eiectorum; verum ſimul caritatem eiuſque repletionem ſuccedentem male omiſit. Poſt ſecundum dentium iactum columellares ſeu caninos enaſci, patet etiam ex loco Apſyrti Hippiatric. p. 239. vbi equos mares δευτεροβόλους caſtratos ait dentes minores caninos enatos habere. Vgutio apud Cangium h. v. docet, caninos dentes propter longitudinem rotundam vulgo *columellos* dici; et vetus verſio Ariſtotelis apud Vincentium Spec. natur. XVIII. cap. 78. *culmos* dixit, dente apri exſertos, graece χαυλιόδοντας. Itaque cum ex teſtimoniis tot conſtet, et natura rerum comprobet, dentes caninos non magis quam molares eiici vnquam, ſed quaternos poſtremo renatos loco dentes primores cauitate ſua aetatem equi vſque ad initium octaui anni ſignificare, ſeptimo demum plane explendos (reliqui enim longe citius explentur) emendaui lectionem vulgatam: *quos caninos habent: tum renaſcentes eis ſexto anno impleri.* In Hippiatricis p. 227. ſub nomine Apſyrti eadem leguntur, quae in Geoponicis, ſed paulo corruptiora. Ita enim ibi eſt: τοὺς δὲ δευτέρους ἀποβάλλει ἀρχομένου τοῦ τετάρτου ἔτους ἐν ἑξαμήνῳ. ὕστερον δὲ ἄνωθεν ἕνα καὶ κάτωθεν ἕνα ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, φύειν δὲ δοκεῖ καὶ τοὺς κυνοδόντας τότε, ἑτέροις δὲ μησὶ δυοκαίδεκα τὸν καταρτισμὸν φύει. τελειώσας δὲ τὰ πέντε καὶ ἓξ ἔτη καὶ τοῦ ἑβδόμου ἐπιλαβόμενος καὶ πληρώσας τὸν ὄγδοον ἐνιαυτὸν ἕξει ἴσα τὰ ἀνισώματα καὶ οὐκ ἔστι ῥᾴδιον ἐπιγινώσκεσθαι τῶν ἐτῶν τὸν λοιπὸν χρόνον. quae Ruellius ita vertit: *vbi quartum*

tum agere annum coeperit semestri spatio proximos abiicit; nec multo post in eodem quadrimatu superiorem vnum et inferiorem alterum vtrinque proiicit: quo tempore caninos edit: eosque secutis duodecim mensibus complet. Intra sextum deinde annum molares superiores cadunt. Sexto anno quos primum mutauit, exaequat, a septimo ad octauum omnes explet aequaliter. Quae vides esse ineptissime non ex fide graeci Codicis, sed auctoritate Columellae et Varronis consarcinata. Graeca ita sunt constituenda, vt Apsyrtus cum reliquis scriptoribus et ipsa rerum natura in gratiam redeat: *ἀρχομένȣ τȣ̃ τετάρτȣ ἔτȣς ἐν ἑξαμήνῳ ὡσαύτως ἄνωθεν.* Post secundum igitur iactum recte sic dicuntur nasci canini; postea reliqui, quos *καταρτισμὸν* appellat Apsyrtus, qui complent numerum dentium omnium, a natura equo tributorum. Deinceps legendum est: *τȣ̃ ἑβδόμȣ ἐπιλαβόμενος πληρώσας ἕξει ἴσα τὰ ἀνισώματα* recisis verbis *τὸν ὄγδοον ἐνιαυτὸν.* quae toti sententiae et naturae repugnant. Ceterum vt Aristoteles de equo *ἀκμάζει μετὰ τȣ̀ς βόλȣς,* ita etiam Apsyrtus paulo post: *ἀκμάζει ἀπὸ τȣ̃ καταρτισμȣ̃.* De numero, forma et mutatione dentium accuratius disputaui ad Columellam. Superest locus Apsyrti in Hippiatricis hic p. 227. *ὅταν δὲ γένωνται ἀπὸ τȣ̃ καταρτισμȣ̃ ἐν ἄλλοις ἔτεσι τρισὶ ῥήγνυται ὁ ὀδȣ̀ς καὶ περιφερὴς γίνεται καὶ τρυγωνίζεται καὶ τότε μάλιστα ῥεῦμα ἐμπίπτει εἰς τὸ στόμα τῶν ἵππων.* quae Ruellius ineptissime vertit. *dens dissilit raptusque rotatur et in triangularem figuram exit.* Vides enim, dentem rotundum simul trigonum esse non posse. Nec de vllo alio dente equino, nisi de canino, affirmare potuit Apsyrtus, diligens scriptor, aetate eum rotundum fieri et obtusum. Ita enim interpretor verbum *ῥήγνυται.* Alterum *τρυγωνίζεται* corruptum censeo; equidem certe non intelligo. Dentes autem canini primam acuti atque vtroque latere in aciem exeuntes sensim aetate detriti obtunduntur, rotundiores fiunt et simul gingiuarum carne recedentes magis prominent; quod magis etiam accidit equis, frena passis, vt recte animaduertit Aristoteles in loco, supra laudato, vbi recte Codex Mediceus habet: *τῶν μὲν γὰρ ἱππαστῶν γίνεται μακρὸς διὰ τὴν τρίψιν — τῶν δὲ μὴ ἱππαστῶν μέγας μὲν ἀλλ' ἀπηρτησμένος.* vbi ex opposito apparet, in priore verbo deesse quaedam; non solum enim a freno detritus dens caninus fit longior (gingiuis repulsis) sed etiam obtusior et rotundior. Ita oportet interpretari vocem *ἀπηρτημένος*, nisi, vt suspicor, est corrupta. Quare malim legere: *γίνεται μακρὸς καὶ ἀπηρτημένος διὰ τὴν τρίψιν — τῶν δὲ μὴ ἱππαστῶν μέγας μὲν ἀλλ' ȣ̓κ ἀπηρτημένος.* Et recte in posteriore membro

Codex Regius et Ambrof. inferunt negationem. Videtur potius a verbo ἀπαρτίζω ductum ἀπηρτισμένος verum efle. Liquidius iudicare liceret de lectione, fi Apfyrti locus effet manifeftior; vbi certiffime ὁ κυνόδους legendum effe affirmo. Reliqui enim dentes equi formam non mutant. Cauitas enim, fenfim replenda, ad formam non pertinet externam.

brocchi] Crefcentius male h. l. interpretatur *plicati;* alibi II. 9. 3. *torti.* Pro *lacunae* idem habet: *lacus id eft concauitas.* Brocchi funt prominentes, vt interpretatur Columella, cum gingiuis aetate retractis dentes magis prominent. Hoc eodem figno hodieque vtuntur aetatis. Rem ipfam ita tradunt Hippiatrica auctore Apfyrto p. 227. λέγεται δὲ ὅταν τοὺς ὀδόντας ἔχων φανῇ προπεπτωκότας, ἔχῃ δὲ καὶ τὰς ὀφρῦς πολιὰς καὶ τὰ ὑποκάτω τῶν ὀφθαλμῶν κοιλότερα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, παρατετηρῆσθαι πᾶσιν ὅτι ἐστιν ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ ἔτει ὁ ἵππος. Vides igitur, Apfyrtum h. l. ita interpretari, vt non folum lacunae fub fuperciliis adfint, fed et ipfi oculi magis caui appareant. Antiqua mea Crefcentii editio habet: *in triginta menfibus primum dentes medios dicit amittere, duos fuperiores et totidem proximos: et primi eiecti et totidem — facti funt brochi, id eft plicati.* vbi Bafil. habet: *et primis eiectis totidem* et cet. Ceterum Crefcentius caninos appellat fcalones, et πρωτοβόλον pullum dicit primi morfus, δευτεροβόλον, fecundi morfus; tertii iactus dentes quadratos ait vocari, et nafci pullum cum *rauchis*, vbi Editio Baf. habet *dentibus anterioribus.*

fedecim] Columella VI. 29. 5. decem ponit; fed cum Varrone facit Plinius et Apfyrtus, vt ad Columellam doceo. Itaque Columellam ex Varrone potius quam hunc ex Columella corrigendum effe, recte cenfuit Pontedera. Vrfinus contra fentiebat; qui ex Nonio pofuit locum: *bronci funt producto ore et dentibus prominentibus*, alium deinde Lucilii: *brochus bouillanus dente aduerfo eminulo: hic eft rhinoceros.* Denique ex argenteis denariis memorat aliquem *L. Furium Brocchum.* Titum Brocchum nominat Cicero pro Ligario.

Forma] Crefcentius IX. 2. *formam effe oportet, vt ait Varro, magnitudine media, quia nec vaftas nec exiles decet effe equas, clunibus — latis.* vbi antiqua mea editio habet: *vallas nec munitas.* Vnde vulgatam huius loci diftinctionem correxi, monente etiam Pontedera, qui recte comparauit locum Geoponicorum 16. 1. vbi de equabus eft: τὰς θηλείας ἵππους εἶναι χρὴ εὐπαγεῖς καὶ μέγεθος ἐχούσας ἱκανὸν καὶ ὡραίας ἰδεῖν, πλάτος τε ἔχειν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κοιλίας καὶ

καὶ κατὰ τὰς λαγόνας. Gesner vulgatam ineptissime defendebat.

Ad admissuram] Cresc. *equos quos propter admissuram velis — corporis incongruos.*

§. 5. *Qualis futurus*] Geoponica 16. 1. *τὸν δὲ πῶλον τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν διαγνωσόμεθα οὕτως ἀπὸ τῶν ψυχικῶν καὶ σωματικῶν ἀρετῶν. οἷον ἀπὸ τοῦ σώματος. τὴν κεφαλὴν ἔχει μικρὰν, ὄμμα μέλαν. ῥῖνας μὴ συμπεπτωκυίας, ὦτα προσεσταλμένα, τράχηλον ἁπαλὸν, χαίτην βαθεῖαν, οὐλοτέραν, βραχὺ κεκλιμένην ἐπὶ τὰ δεξιὰ τοῦ αὐχένος.* vnde apparet, quae quoque ordine verba Varronis olim legerit scriptor graecus.

nec membris confusis] Vrsinus malebat: *nec membra confusa.* Vulgatum defendebat Gesner inepte; capitis enim non sunt membra, sed partes. Quid si verba haec reponas statim post illa *non congruenti* de admissario? Ita Apsyrtus de admissario Geoponic. 16. 1. *τῇ περιοχῇ τοῦ σώματος μέγαν, εὐπαγῆ πᾶσι τοῖς μέρεσι.*

ceruice molli] Haec verba excidisse vidit Vrsinus ex loco Geoponicorum. Ita Columella VI. 29. *ceruice molli lataque non longa.* Idem aures applicatas dixit breues et adrectas, Palladius breues et argutas.

fusca] Vrsinus verba *fusca, subtenuibus setis* omitti vult, et deinde legi *inclinata*, secutus auctoritatem Geoponicorum. Nec haec in pullo equino signa habet Columella.

implicata] Ita et Virgilius Georg. III. 86. et Propertius IV. 4. ille equus — cui Tatius dextras collocat ipse iubas. Nodos iubarum significat Statius Theb. IX. 687. colla sedent nodis et castigata iubarum libertas. Mannos detonsos amicae suae laudat Propertius 4. 8. 15. Originem moris inde deducit Berenger, quod olim a dextra parte equum adscendebant et iubam manu apprehendebant simul.

pectus] Geoponica: *στῆθος εὐρὺ, μεμυωμένον, ὠμοπλάτας μεγάλας, βραχίονας ὀρθοὺς, κοιλίαν εὔογκον, διδύμους μικροὺς, ῥάχιν μάλιστα μὲν διπλῆν, εἰ δὲ μή γε, μὴ κυρτὴν, οὐρὰν μεγάλην, οὐλότριχον, σκέλη ὀρθὰ, μηροὺς μεμυωμένους.* Plenum igitur h. l. est, quod Columella dixit, musculorum toris numerosum.

humeris latis] Huc reuocanda sunt verba, alieno loco posita: *scapulis latis* et deinceps legendum ex Geoponicis: *humeris rectis.* Columella vtrumque membrum complexus est verbis: *grandibus armis et rectis.* Scapulis scilicet inferius iunguntur humeri, qui recti esse debent; scapulae contra alti, eorumque interuallum latum, non angustum.

lumbis] Hos omittunt Geoponica; contra Columella: *latis lumbis et ſubſidentibus* vnde Vrſinus h. l. legi volebat: *preſſis ac latis*, recte; etſi verba *ſcapulis latis* ante humeros excidiſſe monui antea.

extanti] Ita ex libris ſuis poſuit Victorius pro *extenta*. Geoponica μὴ κυρτὴν i. e. non gibberam.

cruribus] Columella: *aequalibus atque altis rectiſque cruribus, tereti genu paruoque neque introrſus ſpectanti*. vbi tamen libri meliores habent *mollibus* pro *aequalibus*, quod praeferebat Pontedera, et comparabat mollia crura apud Virgilium III. 76. Equidem vulgatam teneo cum Columella. Hoc loco Edd. primae ita habent: *aequalibus, introuerſis: potius figurata, genibus rotundis nec magnis. vngulis duris*. Etiam libri Polit. habent eodem ordine et loco *introuerſus* ſcriptum. quam lectionem ita probabat Pontedera, vt legeret: *aequalibus non introuerſis, potius figura alta, genibus rotundis*. et cet. Ex qua viri egregii annotatione probo et amplector verba *potius figura alta* aut potius *figura altis* ſtatim collocanda poſt *aequalibus*. Alta enim, recta et aequalia ex h. l. tranſtulit Columella; et Varro in bubus ſimiliter II. 5. 8. *cruribus potius minoribus, rectis, genibus eminulis, diſtantibus inter ſe*, quae repetiit Columella. Vnde ſimul apparet, quam falſa ſit ratio Pontederae de genibus. Ita enim ille ad h. l. dum vult *non introuerſis cruribus* legi: *Etenim cum genu*, inquit, *ad crus pertineat, ſi crus non introrſum vergit, neque illud*. Scilicet h. l. non de vero genu, patella munito, agitur, quod in quadrupedibus non adeo conſpicuum eſt, vt in homine; ſed genu nunc intelligitur iunctura oſſium cruris cum oſſe metatarſi, quod Galli *os de canon* appellant. In neutro tamen, genu ad vnum pertinet os, ſed duorum iunctione efficitur. Atque vt in boue genua poſtulat diſtantia inter ſe, ita in equo *non introuerſus ſpectantia*, id eſt diſtantia inter ſe, ne inuicem atterantur incedendo. Equidem ex Polit. librorum lectione *introuerſus* vitiatum cenſeo reliquorum librorum *introuerſis* et vulgatum *introrſus*. Itaque locum conſtitui, vt plane cum Columella congrueret, et Varroni reſtitueretur ſuus ſermo. Formae *introuerſus* exempla dabit Geſneri Theſ. L. L. In Curis ſecundis Pontedera annotauit, cum Edd. primis Codicem Caeſenatem legere: *introuerſis, potius figurata*.

appoſitus] Cum venam ferire oportet.

magni intereſt] Antiquum *magis* qui correxit Iucundus in Aldina, neſcio an libros ſcriptos auctores fuerit ſecutus. Vtrumque enim latine dicitur.

corpore

corpore multo] Haec aut ſpuria aut alieno loco collocata eſſe, recte monuit Pontedera.

ſ. 6. *a terra Appuli*] Vrſinus corrigebat: *in Italia Appuli ac Roſcani* vt infra de canibus: *Itaque a regionibus appellantur Lacones, Epirotici, Sallentini.* Pontedera malebat: *a terra Appulia Appuli.* De equis Roſeanis et mulis vide infra ad cap. 8. ſect. 5.

Equi boni] Haec iterum alieno loco poſita pertinent ad diſputationem, vbi ſigna indolis bonae ex corpore colligebat; nunc enim ſubdit ſigna ex animo. Nec tamen integra haec eſſe, patet ex Columella VI. 29. 1. et Geoponicis, vbi haec ita traduntur: *ἀπὸ δὲ τῶν ψυχικῶν ὅτω δοκιμάζεται. ἐὰν μὴ ἐπτοημένος ᾖ, μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰφνιδίως φαινομένων ἐκταραττόμενος, ἔν τε τῷ συνχγελασμῷ τῶν πώλων φιλόπρωτος, ἐκ εἴκων, ἀλλ' ἐξωθῶν τὸν πλησίον. ἐν δὲ τοῖς ποταμοῖς καὶ λίμναις ἐκ ἀναμένων ἕτερον προεμβαίνειν, αὐτὸς δὲ ἀκαταπλήκτως πρῶτος τῦτο ποιῶν.*

traiiciendum] Pontedera coniiciebat: *trauiundum*, ab antiquo *trauio*, quo vſus eſt Lucretius. Equidem antiquam lectionem ſententiae aptiorem reſtitui. Ceterum *trauerſus, tralucidus* in libris Plinii reperit I. Fr. Gronou. p. 797.

ſimilis fere] Libri Polit. *ſimulis*, vnde Plautinum *ſimulter* et verbum *ſimulo* deriuat Pontedera.

perſcripta] Mutatione generis refertur ad *iis rebus*.

equinum] Creſcentius: *Equorum pecus — cum pepererint — data aqua.* vbi antiqua mea habet: *equum pecus — peperint.*

Horum foetura] Bene vidit Pontedera, legendum eſſe: *de horum foetura: initium admiſſionis.* Ita infra II. 9. 11. *De foetura: principium admittendi* et cet. vbi Edd. primae ſimiliter habent: *Foeturae principium admitt.*

tempore fiat] Addit Creſcentius: *ſcilicet multarum herbarum, vt mater habeat abundantiam lactis. Ex hoc enim corpus et membra pulli grandiora fient. Duodecimo* etc. In quibus ſunt verba quaedam Varroniana. Ita etiam Geoponica ex h. l. *ἵνα ὁ τοκετὸς γένηται περὶ τὴν εὐκρατώτατον ὥραν τῦ ἔτυς καὶ χλόην ἔχυσαν.* Ita etiam Columella VI. 27. 3.

aiunt naſci] Creſc. *naſci dicuntur, qui ante ipſum tempus naſcuntur, inutiles exiſtunt.* Sed antiqua mea Editio habet: *qui poſt ipſum — inutilia exiſtunt.* Vnde comprobatur emendatio Vrſini, legentis: *poſt id tempus.* Geoponica de tempore partus conſentiunt, et de ſero ita tradunt: *τὰ δὲ μετὰ τροπὰς τὰς χειμερινὰς κυισκόμενα δυσγενῆ καὶ ἄχρεια γίνεται.* Vnde patet, loqui Varronem de iis, qui concipiuntur

tur

tur poſt ſolſtitium. Sic II. 2. 13. *quae poſtea concipiuntur fiunt vegrandes atque imbecillae.*

ſ. 8. *admittere*] Creſc. *admitti — die, ſcilicet mane et veſpere ſed alternis diebus equa alligata celerius admittuntur, neque equi* etc. vbi Editio antiqua habet *alterius.*

bis in die] Geoponica: *βιβάζειν δὲ χρὴ μὴ πολλάκις τῆς ἡμέρας ἀλλὰ δὶς μόνον, πρωΐ καὶ δείλης. ἐὰν δὲ ἅπαξ βιβασθεῖσα μὴ προσίηται τὸν ἄῤῥενα μετὰ ί ἡμέρας πάλιν προσακτέον αὐτῇ. ἐὰν δὲ μηδὲ ὕτω προσδέξηται, ἀποχωριστέον αὐτὴν ὡς ἤδη συνειληΦυῖαν.* vbi Hippiatrica p. 56. poſt dies 20. iterum admiſſario ſubmittendam eſſe ponunt. Neſcio, vnde Creſcentius habuerit, alternis diebus equum admittendum eſſe equabus; quae cautela neſcio an olim fuerit in Varrone. Plinius 8. ſ. 66. *per interualla admiſſurae dantur, nec tamen quindecim initus eiuſdem anni valet.*

perorigam] Ita legendum eſſe, monuit iam olim Victorius, cum vulgo ederetur: *Peroriga enim appellatur.* Appoſuit etiam locum Plinii 8. c. 42. ſ. 64. *Equae eadem ex cauſa Reatino in agro laceratum prorigam inuenimus.* vbi veteres libri habent *pariter aurigam.* Sed Victorius ad h. l. ex librorum ſcriptorum lectione *prorigam* emendabat *per origam.* et totum Plinii locum ex iiſdem Codicibus ita corrigebat: *Aequa ex cauſa in R. agro laceratum perorigam invenimus.* Voluit igitur Victorius vno vocabulo dici *perorigam;* et h. l. legi: *perorigam: ſic appellatur.* Cum Victorio facit Scaliger, cui debetur lectio, a Geſnero recepta: *perorigam. is ita appellatur.* Is in Plinio probatum *pruriga* deriuabat a pruritu admiſſurae. Popma vbique in Varrone ſcribi volebat *proriga* et h. l. *per prorigam*, ſimiliter a prurigine deriuans. Salmaſius praeferebat *praeoriga*, ab *vro, vredo, vrigo, vrica*, quod *ὀχείαν* interpretabatur, deducens, et per *ὁ τῆς ὀχείας ἐπιμελητὴς* explicans, ad Solinum p. 627. ſeqq. Primus Pontedera vidit, ſcribendum eſſe ſeparatis litteris h. l. *per origam* atque ita reliquis in locis. *Origam* dictum docet eſſe ab *oreis*, freni genere, quo equorum ora coercebantur, teſte Feſto; contra *aurigam* ob aureis frenis, quibus equorum aures religabantur, eodem Feſto teſte. Cum Pontedera facit etiam Geſner, vulgatam tamen corrigere non auſus. Is deinde in Theſ. L. L. aurigam ab origa ſola pronuntiatione differre recte ſtatuit, et locum Tertulliani appoſuit de Monagamia: *Inter alienos ſpadones et aurigas tuos tantundem quereris de domeſtico obſequio.* vbi aurigas interpretatur conciliatores. Alii tamen malebant

bant etiam ibi *prorigas* vel *vrigas* reponere. Harduinus *prorigam* a prorigendo deducebat inepte!

tolerare] De numero poſtremo conſentit Columella VI. 27.

equae alligatae] Quod eſt in libris quibuſdam *equa alligata* habet etiam Creſcentius. Sed datiuus eſt *equae*, cui admittuntur equi. Nec opus cum Geſnero legere: *admittuntur equi, neque fruſtra.* Male enim is putabat, equas admitti; comparabat etiam locum II. 4. 7. vbi *ſues admittendae neque minores quam anniculae.* Sed ſuem non alligatam facile patiar dici admitti, non equam alligatam, cui admiſſarius adducitur equus.

quoad ſatis] Creſcentius Baſil. ita: *Satis autem concepiſſe ſignificatum cum ſe defendunt.* ſed antiqua mea Editio habet: *quoad ſatis ſic admitti ipſae ſignificant, cum ſe defendunt.* Plinius X. 63. *equas domitas ſexaginta diebus equire.* Vnde *hinnitum atque equitatum* de voce equorum ex Lucilio retulit Varro L. L. VI. p. 81. omiſit *equitatum* hunc Geſneri Theſ. L. L.

ſcillae] Creſc. *ſcyllae*, (antiqua mea *ſquillae*) — *mellis ſpiſſitudinem, tum natura equae cum ea tangunt.* vbi antiqua mea habet: *cum ea re tangunt.* Pergit Creſc. *et poſtea cum eadem nares equi.* Geoponica VI. 5. εἰ δὲ μὴ προσδέχονται τὰς ταύρους αἱ βόες, σκίλλης τὸ περικάρδιον μετὰ ὕδατος τριπτέον καὶ περιχριστέον, τουτέστι τὰ ἁπαλώτατα τῆς σκίλλης, καὶ ὡς ἂν εἴπῃ τις τὸ στέαρ, διδόναι μετὰ τὴν κάθαρσιν τοῖς μορίοις τῶν βοῶν. qui locus ita debebat concinnari: σκίλλης τὸ περικάρδιον, τουτέστι τὰ ἁπαλώτατα τῆς σκίλλης, καὶ ὡς ἂν εἴπῃ τις τὸ στέαρ, μετὰ ὕδατος τριπτέον, καὶ περιχριστέον τούτῳ μετὰ τὴν κάθαρσιν τὰ μόρια τῶν βοῶν. Hippocrati dicitur eadem ſcillae pars τῆς σκίλλης τὸ μυξῶδες. Columella VI. 27. 10. *quod ſi admiſſarius iners in Venerem eſt, odore proritatur, deterſis ſpongia foeminae locis, et admota naribus. Equa rurſus ſi qua marem non patitur, detrita ſcilla naturalia eius linuntur, quae res accendit libidinem.* Geoponica 16. 1. τοὺς δὲ ἄῤῥενας προθύμους περὶ τὴν ὀχείαν ποιήσομεν τοῖς ἀπομάγμασιν τοῖς τῆς φύσεως τῆς θηλείας περιχρίοντες αὐτῶν τὰς ῥῖνας. Alia libidinis accendendae remedia habet Aelianus IX. 48. quae irritatione genitalium et ignea vi medicaminum agunt. Praeſtat interiores ſtimulos ciborum addere.

cum menſes ferunt] Geoponica poſt purgationem non menſtruam ſed annuam adhibere iubent medicamentum. Ariſtoles H. A. VI. 21. αἱ συνήθειαι γίνονται μὲν ταῖς βουσὶν ὥσπερ ταῖς ἵπποις, ἧττον δέ. Hippiatrica p. 57. recte in equo κάθαρ-

κάθαρσιν ἐνιαυσίαν vocant. Arrianus de Venatione cap. 27. in cane tempus obſeruari iubet illud ad admiſſuram, *ἐπειδὰν ἀποκαθαρῇ ἀπὸ τȣ͂ αἵματος. πρόσθεν δὲ εἰ παραλάβοιεν τὴν γονὴν, τὸ πολὺ ȣ̓ κρατȣ͂σιν, ἀλλ᾽ ἐκκλύζεται ὑπὸ τȣ͂ αἵματος, καθάπερ ταῖς γυναιξὶ, προσέχειν δὲ τὸν νȣ͂ν ἐνταῦθα. βραχὺς γὰρ χρόνος διαγίγνεται, ἐν ᾧ ȣ̓κ ἔτι μὲν φέρεται αὐτῇ τὸ αἷμα.* Locus claſſicus eſt Ariſtotelis H. A. VI. 18. *ἔπαρσις μὲν ȣ͂ν τοῖς θήλεσιν ἐγγίνεται τῶν αἰδοίων, ὅταν πρὸς τὴν ὀχείαν ὁρμῶσι καὶ ὑγρασία περὶ τὸν τόπον. αἱ δὲ ἵπποι καὶ ἀποῤῥαίνȣσι λευκὴν ὑγρότητα περὶ τὸν καιρὸν τȣ͂τον. καθάρσεις δὲ γίνονται μὲν καταμηνίων, ȣ̓ μὴν ὅσαι γε ταῖς γυναιξὶν, ȣ̓δενὶ τῶν ἄλλων ζώων· τοῖς μὲν ȣ͂ν προβάτοις καὶ αἰξὶν, ἐπειδὰν ᾖ ὥρα ὀχεύεσθαι, ἐπισημαίνει πρὸ τȣ͂ ὀχεύεσθαι καὶ ἐπειδὰν ὀχευθῶσι, γίνεται, σημεῖα, εἶτα διαλείπει, μέχρις ȣ̓ ἂν μέλλωσι τίκτειν. τότε δὲ ἐπισημαίνει, καὶ ȣ̔́τω γινώσκȣσιν ὅτι ἐπίτοκά εἰσιν οἱ ποιμένες. ἐπειδὰν δὲ τέκῃ, κάθαρσις γίνεται πολλὴ τὸ μὲν πρῶτον ȣ̓ σφόδρα αἱματώδης, ὕστερον μέντοι σφόδρα. — καιρὸς δὲ γίνεται τῆς ὀχείας μάλιστα περὶ τὴν κάθαρσιν. ἵππος δὲ τῶν τετραπόδων ἁπάντων εὐτοκώτατον καὶ λοχίων καθαρώτατον, ἐλαχίστην προΐεται αἵματος ῥύσιν ὡς κατὰ τὸ τȣ͂ σώματος μέγεθος. μάλιστα δὲ καὶ ταῖς βȣσὶν καὶ ταῖς ἵπποις τὰ καταμήνια ἐπισημαίνει, διαλιπόντα δὲ δίμηνον, καὶ τετράμηνον καὶ ἑξάμηνον, ἀλλ᾽ ȣ̓ δυνατὸν* (*ῥᾴδιον* recte Codices) *γνῶναι μὴ παρεπομένῳ μηδὲ συνήθει σφόδρα.* Scilicet proluuie illa ſanguinis vterus ad concipiendum fit idoneus. Homini nullum coitus tempus certum definitum eſt a natura, vt quadrupedibus. Hinc menſtruum mulierum profluuium, annuum et plerumque vagum feminarum quadrupedum. In ſimiis male periodicam proluuiem ſtatuentem Buffonum redarguit Blumenbach Phyſiolog. p. 421. Menſes Varro inepte vocat, cum profluuium ſit annuum, non menſtruum. Senſus igitur h. l. hic eſt, vt equae genitalia tangenda ſint, cum ſtatim poſteaquam menſtrua purgatio fuerit peracta.

ſ. 10. *videndum ne*] Creſcentius: *Item ſcribit Varro, quod equas praegnantes cauere oportet, ne laborent pluſculum, neque frigidis ſint, eo quod algor — Ideo in ſtabulis humum aut ab humore prohiberi oportet, clauſaque habeat, — et in praeſepibus inter ſingulas ponantur longarii, id eſt, longa ligna, quae eas diſcernant. — Item dicit praegnantem neque impleri cibo, neque eſurire oportet.* Vnde confirmatur emendatio Vrſini, h. l. legi volentis *impleri* pro vulgato *implere.* Itaque recepi eandem. Geoponica: *ὅταν δὲ συλλάβωσι, προνοητέον, ὅπως μὴ μοχθῶσι πλέον τȣ͂ δέοντος μηδὲ ψυχροῖς διαναπαύωνται τόποις. ἐναντιȣ͂ται γὰρ ταῖς κυȣ́σαις τὸ ψύχος.*

longu-

longurios] Nominauit etiam ſupra I. 14. 2. ſaepius Caeſar. Longurionem hominem longum vocat Varro apud Nonium II. 484.

equas] Ita monente Pontedera et probante Geſnero ſcripſi pro *equos*. Ariſtotelis locum H. A. VI. 22. comparavit iam olim Victorius, vbi eſt: *ἕνα δ᾽ ἐνιαυτὸν καὶ πάμπαν ἀνάγκη διαλείπειν καὶ ποιεῖν ὥσπερ νεόν.* De ipſa ſententia vide ad Columellam.

eſſent] Geſner malebat *ſint*. Deinceps *exſucciores* malebat I. Fr. Gronov.

comburat] Columella: *prouidendumque, ne ſtercore vngulas adurat.* In lectione librorum: *ne vngulas commurat ſtercus tenebat*, aliam lectionem latere cenſebat Scaliger, quam tamen ipſe indagare non potuit. Vrſinus inde exſculpſit: *ſtercus tenellas.* Atque eo ducit libri Polit. lectio, a Geſnero annotata: *tenellas verebat.* vbi gemina varietas a librario coniuncta fuiſſe videtur. Alibi enim *tenellas*, alibi *tenebat* ſcriptum reperiſſe videtur. Pontedera *tenebat* mutatum in *tenebit* interpretatur defendet, prohibebit. Cum antiquo *commurat* Pontedera comparat ex antiquis monumentis neſcio quibus *pectus. malum. commurat. ſuum.* Sed veram lectionem indagauit Iucundus in Aldina.

Quinquemeſtribus] Creſcentius: *Quinque menſium pullis factis cum reuertuntur ad ſtabulum, dandam farinam hordaceam mollitam et furfures* (antiqua mea *furfuribus*) *et ſi quid aliud terra — donec erunt lactantes, nec prius biennio ſunt remouendi a lacte, donecque ſtant — tangendi ſunt manibus, ne cum ſeiuncti erunt — ſuſpendentes, vt ſimul* (antiqua mea *equali*) *conſueſcant hominum videre facies et frenorum audire ſtrepitus.*

edent] Heinſius ad Virgilium IV. p. 91. malebat *edint* legi.

ſ. 12. *eoſque cum ſtent*] Vrſinus malebat *cum ſtabulantur.* Geſner: *cum ſtant.* Equidem ex Creſcentio lego: *donicum ſtant.* Xenophon de Re equeſtri cap. 2. *καὶ ἅπτεσθαι δὲ χρὴ, ὧν ψηλαφωμένων ὁ ἵππος μάλιστα ἥδεται. ταῦτα δ᾽ ἐστι τά τε λασιώτατα, καὶ οἷς αὐτὸς ἥκιστα δύναται ὁ ἵππος ἐπικουρεῖν.*

et e motu] Verba *e motu* damnabat Vrſinus. Geoponica XVI. 1. 12. *εἰς δὲ χειροηθείαν ἀκτέον τοὺς πώλους πληρώσαντας τοὺς δέκα, καὶ ὀκτὼ μῆνας, τότε φορβιὰν αὐτοῖς περιτιθέντας. τὸν δὲ χαλινὸν πρὸς τῇ φάτνῃ κρεμαστέον, ἵνα ψαύων συνεθίζηται καὶ μὴ εὐλαβῆται τὸν ἀπὸ τῶν σιελιστηρίων ψόφον.* Creſcentius IX. 4. cum pullus eſt duorum annorum, laqueari debet

debet molliter laqueo groſſo et forti, de lana compoſito, eo quod lana propter ſuam molliciem ad hoc habilior eſt lino vel cannabi. Virgilius III. 184. *primas equi labor eſt — ſtabulo fraenos audire ſonantes. Fraena ſonantia* dixit etiam Ouidius Metam. 2. 121. Scilicet freni genus, κημὸν fiſtulatum appenſis tintinnabulis ex Heſychio et Euſtathio habet Berenger T. I. p. 189. *The hiſtory of Horſemanſhip*, et ex Apuleio equum, tintinnabulis perargutis exornatum. Sed locus eſt in Metamorph. X. p. 247. de aſino. Ariſtophanes in Ranis verſu 963. habet Memnonas κωδωνοφαλαροπώλȣς. De vſu tintinnabulorum in domandis equis bene monuit Berenger l. c.

ſ. 13. *puerum*] Creſcentius IX. 4. *Imponendus eſt etiam ſuper eum bis in die puer aut ter vel pluries.* quibus antiqua mea Editio addit haec: *interdum paruus cum ventre poſtea ſedens.* Vides, Creſcentium cum Polit. libris legiſſe *interdum pronum in ventrem, poſtea ſedentem.* aut potius legendum *bis aut ter interdiu, pronum in ventrem, poſtea ſedentem.*

ſed melius] Creſcentius: *Varro autem dicit meliorem fieri equum, qui triennio completo domatur, a quo tempore dari farrago, id eſt farina, ſolet, quae propter purgationem equino pecori maxime neceſſaria eſt.*

farrago] Geoponica: γενόμενον δὲ τριετῆ δαμαστέον πρὸ τȣ̃ γραστισθῆναι. Pubentes ſecare herbas pro γραστίζειν dixit Virgilius Georg. III. 126.

facere] Creſc. *fieri debet — vllum alium — vndecimo vero die — quartum decimum diem et decem diebus vltra — adiicientem minutatim; deinde mediocriter extergendum et extrahendum et cum.* — Bruſch. *vllum cibum alium* habet, et deinceps *decimum quartum.*

quod quarto die] Vrſinus malebat: *quarto decimo.* quam emendationem egregie firmat locus Creſcentii; vt recte monuit Pontedera, qui in eandem cum Vrſino coniecturam incidit, ſed in eo mutat, vt velit legi: *quarto decimo feceris*, quaſi *die* ortum ſit ex *decimo.*

exercendum] In libris ſuis Victorius reperit *extriendum*, in vno ſemiuetere *eximendum.* Hinc Salmaſius ad Solinum p. 40. corrigebat *ſtrigandum:* ineptiſſima diuinatione. In libris Vaticanis etiam *extriendum* reperit Pontedera, qui ex Creſcentio annotauit lectionem: *extergendum et extrahendum;* vnde probabat *extergendum atque exercendum*, i. e. defricandum atque exercendum. Deinde mutata ſententia malebat: *mediocriter* (hordeum) *eximendum.* Denique in Cur. ſec. *exercendum* probat; eſſe enim domandi et ad res eas,

eas, ad quas quis aptum vult eſſe, inſtruendi initium, mediocriter exercere. Mihi quid videatur, dicam, poſteaquam poſuero locum Hippiatricorum p. 254. vbi Apſyrtus ita de γραστισμῷ praecipit: ἔστι γὰρ ἀναγκαιοτάτη καὶ πρώτη θεραπεία. τὸν ἵππον ἰδίᾳ στήσαντες παραβαλοῦμεν τὴν γράστιν, μηδὲν ἕτερον τῶν τρεφόντων παραβάλλοντες. ἄριστον μὲν εἶναι ταύτην πυρίνην, εἰ δὲ μὴ κριθίνην, ἣν δώσομεν μέχρις ἡμερῶν πέντε, ἀπὸ δὲ τούτων διπλασίονας ἄλλας. ὑπάρχει δὲ βέλτιον ἐὰν ᾖ παρὰ θαλάσσῃ ἐσπαρμένη (Cf. Vegetius I. 22. 8.) εἰ δὲ οὐκ ἔστι, τῇ παρούσῃ χρησόμεθα καὶ κριθῶν καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν προστιθέντες ἡμιχοίνικον. (Geſner in Equo p. 476. emendabat χρησόμεθα μετὰ κριθῶν) ὅταν δὲ ἔλθωμεν εἰς τὸ τεταγμένον, μενοῦμεν, διδόντες τὴν εἰθισμένην ταγὴν καὶ χλωρὸν χόρτον μὴ ἐλλείποντες ἐφ᾽ ὅσον ἂν ᾖ χρόνον. ἀπὸ δὲ τῶν πρώτων πέντε προάξομεν αὐτὸν καὶ λούσομεν ὥστε καὶ νήχεσθαι, εἶτα ἀποξύσαντες τὴν ὑγρασίαν πᾶσαν, δεῖ ἀναφυσᾷν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ τρίβειν ταῖς χερσὶ κατὰ τρίχα μέχρις ἂν μηδεμίαν ἰκμάδα ἡ χρὼς ἔχῃ, καὶ τὰς λοιπὰς παραβαλοῦμεν καθὼς προγέγραπται μετὰ τῶν κριθῶν. Hierocles ibidem p. 236. per dies quatuordecim farragine paſcere iubet, nec minus quam ſeptem aut nouem dies. Ita etiam Theomneſtus p. 237. χλοάζειν iidem dicunt, quod alibi γραστίζειν. Nemeſianus verſu 283. *paſce igitur ſub vere nouo farragine molli cornipedes, venamque feri.* Qua ratione paſtos equos Hippiatrica ſpondent poſt vernam purgationem cito fore pingues et robuſtos. Pura et ſola farragine per decem dies paſci equos iubet Apſyrtus, deinde ſingulis diebus dimidium choenicem hordei adiiciendum eſſe monet, donec ad ſolitam menſuram perueniatur; tum enim manere iubet in ea; poſt primos quinque dies equum exigendum in flumen, vt lauetur et natet, deinde extergendum, oleo et vino perfricandum et ſubigendum ſecundum pilum. Itaque verba Varronis *ab eo tempore* et reliqua alieno loco poſita eſſe puto, et ſtatim poſt *guſtare* collocanda. Deinde ea ſic fere lego: *Ac eo tempore exigendum, mediocriter exercendum, et cum ſudarit, extergendum et perungendum oleo.*

ſ. 15. *in equili*] Creſc. *faciundus in ſtabulo ignis erit.*

Equi quod] In libris Victorii et Edd. primis eſt *Equis;* vnde Victorius efficiebat *equeis.* Creſcentius ex h. l. IX. 7. *nam alii deputantur ad vecturam, alii ad admiſſuram* (ſed antiqua mea *ad* omittit) *alii ad curſuram, vt qui ad praedicta parantur, alii ad quadrigam, qui diuerſimode ſunt ad ſua officia inſtruendi.*

cun-

curſuram] Edd. primae addunt deinceps: *alii ad praedam.* quae ſuis in libris non reperta omiſit Victorius, etſi paulo poſt, vbi eadem recurrunt, reliquit. Vtrobique legendum eſſe *rhedam,* monuit Vrſinus. Originem verbi reperiſſe mihi videor in ſcriptura Varroniana *hreda.* Ita enim ipſe talia vocabula ſcribi voluerat. Vide notam ſupra poſitam ad I. 7. 8. Vectura eſt grauiorum onerum, rheda itineri hominum ſeruit. Creſcentius legiſſe videtur *ad quadrigam.* Vrſinum ſequitur Vlitius ad Nemeſ. p. 349. ed. Burm.

atque alit ac docet] Geſner malebat *atque aliter docet.* recte, puto!

Item] Ita voluit edere Geſner, ſed operae aberrarunt.

vectarios] Haec lectio vitioſa eſt. Si enim is dicitur vectarius, quo quis vehitur, comprehenduntur vectarii numero eorum, qui ad ephippium parantur. Sed dicitur *vectorius* rectius, quod eſt etiam in Edd. primis. Ita nauigia *vectoria* dicuntur apud Caeſarem et Suetonium. Hoc vero in loco alius equi vſus requiritur ad vecturam. Igitur lego *vecturarios.* Boues vecturarios ex Codice Theodoſiano poſuit Geſner in Theſ. L. L. Idem aſinum vectarium annotavit ex Plauti Bacchid. Prologo verſu 32. ſed ibi eſt: *vecturio vehar aſinario.*

neque eodem modo parantur] Haec verba ex Edd. I. I-G. reuocaui ad ſenſum neceſſaria abſoluendum.

aut ad rhedam] Ita ſcribi voluit Vrſinus pro *praedam,* probante Vlitio ad Nemeſian. v. 50. et Geſnero.

quod ut ad rem] Vrſinus verba: *quod ibi ad caſtra* ſpuria cenſebat. Contra Geſner verba: *ad rem militarem quod:* velut aliena incluſit.

caſtrentur] Vrſinus malebat *caſtrarentur.* Creſcentius IX. 7. ex h. l. habet: *quidam equos habere volunt placidos et quietos et tales caſtrandi ſunt, quia demptis teſticulis quietiores fiunt.*

et ideo] Duce Pontedera vulgatam huius loci lectionem et diſtinctionem mutaui, vbi erat: *et ideo, quod ſemine carent, ii canterii appellati.* Vulgata enim ſpeciem etymologiae praefert, quae h. l. nulla eſt. Incluſi *et,* delere non auſus ſum.

appellati] Nonam diſputationis partem de numero equarum, admiſſario ſubiiciendarum, de numero paſtorum et ſimilia, quae in reliquis generibus diligenter tractare ſolet, deeſſe, monuit Pontedera. De numero tamen paſtorum, equabus addendorum tradit infra cap. 10. ſect. 11. Et recte monuit ipſe Pontedera in Curis ſec. nonam partem ineſſe prin-

principio, vbi ad ſingulos admiſſarios deſinit feminas, et narrationi de paſtoribus.

Cap. VIII. *a Menate*] Redi ad II. 1. 1. vbi et de tertio actu eſt ſect. 12.

inſiticii] Edd. primae *inſitii*. Supra I. cap. 2. ſect. 5. *inſititio ſomno* dedit Victorius; ſed locus ille in libris omnibus miſere luxatus eſt. Addit Geſneri Theſ. L. L. exemplum Plinii IV. Epiſt. III. ſect. 5. *cum hoc inſititio et inducto* (ſermone) *tam praeclara opera perfeceris.* vbi Mediceus *inſtituto* habet. Catanaeus vero Apuleii auctoritatem ibi laudat.

hinnus] Plinius VIII. 44. *Equo et aſina genitos mares hinnos antiqui vocabant, contraque mulos, quos aſini et equae generarent.* Colum. VI. 37. *qui ex equo et aſina concepti generantur, quamuis a patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia magis ſimiles ſunt.* Male ab hinnitu equi nomen is deriuat. Plinius VIII. ſ. 69. *gignitur etiam mula ex equo et aſina, ſed effrenis et tarditatis indomitae. Lenta omnia eis, vt vetulis; equo et aſina genitos mares hinnos antiqui vocabant, contraque mulos, quos aſini et equae generarent.* vbi Codd. omnes: *lenta omnia vetalis.* Ineptam lectionem *hinnulos* reſtituit Brotier. Pergit idem Plinius: *In plurium Graecorum monumentis eſt cum equa muli coitu natum, quem vocauerint ginnum, id eſt, paruum mulum.* Ita ſcilicet Ariſtoteles H. A. VI. 24. ginnum vocari ait natum interdum ex coitu muli cum equa; ſed proprie ait vocari *ἴννον* pullum aſinae, ex equo conceptum: *γίνονται δὲ οἱ καλέμενοι ἴννοι ἐξ ἵππε, ὅταν νοσήσῃ ἐν τῇ κυήσει.* et cum nanis comparat. Idem de Generat. II. 8. vtrique generi nomen *γίννος* commune facit, pullo aſinae ex equo concepto et ex mulo. Veram ſcripturam vocabuli *ἴννος* non *γίννος* eſſe, docent praeter libros ſcriptos Heſychius in voce *ἴννος*, Euſtathius ad Iliad. p. 827. ed. Baſ. et p. 768. ad Odyſſ. p. 350. denique Latinorum *hinnus.* Vetus Ariſtotelis interpres *Ippam* et *Rippam* vertit. Nonius: *Hinnos vel hinnas ſub quo ſenſu accipere debeamus, Varro deſignat: ait enim, ex equis et hinnulis, qui naſcantur, hinnos vocari.* Romani *mannos* vocabant. Scholia Horatii III. 27. verſ. 7. equos puſillos vulgo *burdos* vocatos interpretantur. ſed eadem ad Epod. IV. 13. *burrichos* vocant. Iſidorus Orig. XII. 1. Burdo ex equo et aſina. Buricos nominat Vegetius Mulomed. IV. 2. 2. Buricos feruentes nominat Hieronymus Epiſt. ad Pammach. 26. A colore burro ſeu rufo dictos *burrichos*, quaſi *πυῤῥίχες* cenſet Salmaſius ad Vopiſci Carin. contranitente Reineſio

 ad

ad Petronii c. 45. Salmasii opinionem firmat, quod Varro infra sect. 6. hinnos ait esse corpore rubicundiore quam mulum. Ibi pro *hinnus* Edd. primae similiter habent *hinulus.* Mannum esse Gallicum vocabulum, Reinesio eo lubentius credo, quod Plinius cum Varrone et Columella eo abstinuit.

partus fructu] Ita ex Edd. primis suadente Gesnero correxi vulgatum *partu fructus.* Pontedera malebat legi *partu, fructu neuter.* Vrsinus *ad fructum neuter.*

ac alia omnia] Spuria haec visa sunt Vrsino; et abesse commode possunt.

inseruiunt] i. e. maiorem cibi copiam praebent. Alio sensu Colum. IX. 14. 2. examina fortius operibus inseruient.

quo equa] Vulgatam *quo equa ad ministerium lactis cibum p. p. possit* vitiosum esse sensit etiam Gesner, cui *ad* et *cibum* redundare videbantur. Pontedera corrigebat *aequa* pro *equa,* interpretatus parem ad lactis ministerium. Lactis ministerium dici videtur, vt III. 16. 24. ministerium apibus praebetur ex diuersis herbis. Noster II. 4. 19. *quod mater neque potest sufficere lac,* quod Crescent. reddit: sufficienter praebere lac. Pontederae rationem adiuuat locus Palladii Febr. 25. 16. vt alimentum pomis succus aequiparet. Sed aliud latere vitium suspicor.

a trimo] Recte ita lectionem antiquam *bimo* et *primo* correxit Gesner, ab Vrsino et Pontedera monitus. Vrsinus praeterea malebat legi *Nam ita eductus.* Ceterum de annis consentit Colum. VI. 37. Palladius IV. 14. Geopon. XVI. 21.

aspernatur] Ita cum Edd. primis legendum esse viderant Vrsinus et Pontedera, quibus paruit Gesner. Sed praeterea recte Vrsinus vidit, vitiosum esse *equinam.* Itaque legebat: *equas. Nam minorem.* Geoponica XVI. 21. *Φιλοκαλότεροι δέ τινες ταῖς θηλείαις ἵπποις ὑποβάλλουσι τοὺς τῶν ὄνων πώλους καὶ γὰρ κρείττονι τραφήσονται γάλακτι καὶ συντραφέντες. Φιλοστοργότερον ἔχουσι περὶ τὰς ἵππους ἐκ τῆς ἀνατροφῆς, ὥστε καὶ ἐφορμᾷν προθύμως.* Aristoteles H. A. VI. 23. eadem tradidit et eiusmodi admissarios *ἱπποθήλας ὄνους* vocari ait.

s. 3. *quam amplissimum*] Ex Edd. primis *quemque ampl. et formosissimum quam possunt* legi malebat Pontedera; equidem leuiore mutatione vulgatum *quem* correxi. Mecum facit Vrsinus, nisi quod malebat *et formosissimum eligant* omisso *possunt.*

natus] Abundare hoc vocabulum censet Vrsinus; et alibi omisit Varro.

trece-

trecenis] Numeros ex Vrſini admonitione ad cap. 1. 14. correxit Geſner. De mulorum pretio iam olim Plautus Aulul. III. 5. 21. *ego faxim muli, pretio qui ſuperant equos, vt ſient viliores Gallicis cantheriis.* Vnde patet, ad muliebres vecturas conquiſitos fuiſſe iam olim mulos. Martialis de ſuo tempore III. 62. *quod pluris mula eſt, quam domus emta mihi.*

ſtipulamurque] Ex margine irrepſiſſe cenſet Pontedera *que in emendo*, ibique fuiſſe annotatum. *quae in emendo eſſent attendenda.*

ſ. 4. *eodem tempore*] Ariſtoteles Gener. Animal. II. 8. propter frigidam aſini naturam ait: τὰ ὀχεῖα ἐπιβάλλουσι τοῖς ὄνοις οὐχ ὥσπερ τοῖς ἵπποις κατ' ἰσημερίαν, ἀλλὰ περὶ τροπὰς θερινὰς, ὅπως ἐν ἀλεεινῇ γένηται ὥρᾳ τὰ πώλια. ἐν τῇ αὐτῇ γὰρ γίνεται ἐν ᾗ ἂν ὀχευθῇ. ἐνιαυτὸν γὰρ κύει καὶ ἵππος καὶ ὄνος. Magonem igitur ſequi Varro videtur.

iidemque] Equidem lego: *quo equos, adducentes, iidem vt ineant equas, per origas curamus.* Iungenda ſcilicet puto verba: adducentes per origam curamus etc. De origa ſatis dictum ſupra ad II. 7. 8.

in montes] Eodem abigebant equos Roſeanos, de quibus ſupra cap. 7. ſect. 6. et cap. 1. 16. *Muli e Roſea campeſtri aeſtate exiguntur in Gurgures altos montes.* Claudianus XXVIII. 515. *celſa dehinc patulum proſpectans Narnia campum regali calcatur equo, rarique coloris non procul amnis abeſt, verbi qui nominis auctor. Ilice ſub denſa ſiluis arctatus opacis inter vtrumque iugum tortis anfractibus albet.* Vide de campo Roſeae ſupra ad I. 7. 10. Plinius 31. ſ. 28. *Quaedam terrae imbribus ſicciores fiunt velut in Narnunſi agro: quod Admirandis ſuis inſeruit M. Cicero, ſiccitate lutum fieri prodens, imbre puluerem.* quem locum peſſime interpretatur Harduinus. Interamnates Nartes habet Plinius III. 12. accolas Naris. Vide Oberlin ad Vibium p. 149. Narniae locum hodie *Narni*, Interamnae *Terni* occupat. Ceterum ex hoc Varronis loco apparet, quam inepte Plinius excerpſerit locum Ciceronis in Admirandis *Reatinis tantum paludibus vngulas iumentorum indurari* 31. ſect. 8. quam narrationem Dalecampius explicabat ex alio eiuſdem loco II. ſ. 96. vbi *in exitu paludis Reatinae ſaxum creſcere* refert.

mihi inquit] Ita cum Pontedera haec interpunxit Geſner, cum antea eſſet *probares mihi? inquit.* Loquitur Murrius Reatinus (vide ſupra cap. 6.) eumque ſubito ſermonem conuertere putant ad Varronem; ad eum igitur pertinere

 mihi

mihi inquit. Quae ratio mihi ſatis dura videtur. Aliter qui Edd. I. I- G. curauit; is dedit *mi Attice, niſi.*

ex equo et aſino] Haec verba ſpuria videntur Pontederae, quia iam ſupra fuit explicatum, quis ſit et dicatur hinnus.

equinis] Vitium huius loci ſenſit Geſner, qui *ſimilis* in ſequentibus legi volebat. Sed ita locus nondum perſanatus eſt. Equidem legam *auribus vt equi, ita iuba et cauda ſimilis vel ſimilior aſini.*

Cap. IX. *quod ad canes*] Vrſinus corrigebat: *quod ad omnes,* aut: *Relinquitur, inquit Atticus, de canibus quod attinet maxime ad nos.*

vt eius quod] Scaliger legi volebat: *vt enim quod* interpretatus *ſiquidem,* ἅτε δή. Sed exemplum eius vſus nullum appoſuit. Creſcentius IX. 78. ita h. l. excerpſit: *canis eſt cuſtos eius pecoris, qui eo comite indigent ad ſ. d. — oues et caprae, eas enim — cui canes apponimus* etc.

ſe vindicent] Creſc. *in ſuillo pecore ſunt, qui ſe defendunt, vt ſues — et ſcrophae.* Pontedera h. l. ſues abundare cenſet; nec enim omnes ſues, nempe qui minores natu ſint, ſe defendere, ſed maiores, vt ſcrophas, verres, maiales. Alias exceptionem nullam fieri. Recte! niſi Varro ſues, non foetas, a ſcrophis matribus diſtingui voluit. Relinquuntur ita atque excipiuntur porci, ſeu minores natu ſues.

quoniam genera] Egregiam Marklandi in Epiſt. Crit. p. 13. emendationem *quorum genera duo* indicauit Abr. Gronov.

venaticum et] Creſc. *Canum genera ſunt duo, vnum venaticum, pertinens ad feras, alterum — pertinens ad paſtores, de quo dicere intendo. ad formam huius artis primum aetate* etc. Ex lectione librorum Polit. Pontedera effingebat hanc lectionem: *et pertinet ad feras veſtibulas ſilueis tericula et luſtreis.* Poſtrema tamen verba legenda eſſe cenſet ita; *ſilueis tributas et luſtreis.* Scilicet vt canis domeſticus ad veſtibulum pertinet, ita ad fera veſtibula ſiluis et luſtris tributa pertinere alterum genus. Sed ipſe vir egregius non multum tribuit hinc coniecturae. Equidem varietatem Pol. librorum ex gloſſa ortam puto fuiſſe. In Curis ſec. Pontedera coniecturam hanc propoſuit: *pertinent ad feras* (i. e. ferai, ferae) *veſtibulas ſilueſtribus aſſi luſtreis.* Vt enim domeſticus pertinet ad domus veſtibulum, ita venaticum pertinere ad ferarum veſtibula. Deinde vt aſſas nutrices Nonius ait vocatas, quod pueris nutriendis adſint, et ab illis nunc-

nunquam diuellantur, ita canes *aſſos* dici, qui aſſidui luſtra ferarum ac veſtibula inueſtigent!

ſ. 3. *artis diſpoſitam*] Vrſinus malebat *a te diſpoſitam.* Equidem cum Edd. primis praefero *diſpoſitam.* Vocabulum *artis* defendit Creſcentius. Vulgo erat *expoſitam.*

parandi, quod] Creſc. *parandi ſunt, nam catuli et ſenes, nec ſibi nec ouibus — et lupis nonnunquam praedae fiunt. Debent eſſe* etc. Sed rectius antiqua mea Editio: *praedae, facie debent eſſe;* eadem paulo antea habet *catulae.*

ampla] Malim *ampli*, vt Graeci dicunt μεγέθει μεγάλοι.

aut rauis] Haec omiſit Creſcentius. Fronto Geoponic. 19. 2. μελανοφθάλμους μυκτῆρα ὁμόχρουν ἔχοντας, χείλη μελανοῦντα ἢ ὑπέρυθρα. ſed poſt aliquot cola ſubiicit χειροποὺς τοῖς ὄμμασι καὶ λεοντοειδεῖς. Sunt igitur nares congruentes ſcilicet colore. Polit. liber *rabis* habet; et ſic in Columella VIII. 2. 9. optimi libri *rabidi* pro *rauidi* habent ſcriptum. Rauum colorem Feſtus interpretatur eſſe inter flauum et caelium, idemque in ſpicis flaua frumenta raua appellari monet. In Ciceronis Acad. IV. 33. *rauum* cum Nonio Codd. habent, vbi editur *flauum.*

reſimis] Labra reſima non intelligo. Ariſtoteles in Phyſiogn. magnos et robuſtos canes ait labra tenuia habere et in angulis vtrinque laxa, ita, vt pars ſuperioris labri iuxta angulum inferiori labro ſuperimplicetur; ex quo Adamantius ſimiliter labra tenuia eſſe ait cum ore magno. Angulos vterque συγχειλίας vocat; et deinde labrum ſuperius et gingiuas prominentes, velut in cane, refert ad homines conuitioſos et maledicos; poſtea labia circa dentes caninos prominentia (κορυφοῦται) velut in canibus ſignare ait vociferatores et malignos. In canibus quoſdam ait τῆς ῥινὸς τὸ ἄκρον λεπτὸν habere, eoſque eſſe iracundos; generoſos vero, vt leones eandem partem habere craſſam obtuſam rotundam et ſolidam.

mento ſuppreſſo] Puto eſſe μακρογενείους, quales ex canum ſimilitudine in hominum genere animoſos interpretatur Ariſtoteles in Phyſiogn. vbi vulgo ἀκρογένειοι legitur, monente Conr. Geſnero in Cane p. 225.

brocchis] Creſcentius in antiqua mea editione habet: *brachis id eſt tortis.* Sed Baſileenſis gloſſam modo habet; ex Louanienſi Geſner *brocchis* cum gloſſa laudauit.

acutos] Creſc. *habentes acutos dentes labro tectos.* Geoponica: καὶ ὀδόντας ὀξεῖς. et paulo antea: μεγαλοκεφάλους πλατυστέρνους.

f. 4. *flaccis*] Crefcentii editio Louan. *flaccis id eſt plicatis.* antiqua mea *flatis id eſt plicatis.* Bafileenfis peffime: *latis id eſt plicatis* habet. Nemefianus Cyneg. verfu 113. *cuique nimis molles* (i. e. valde) *fluitent in curſibus aures.* Feftus: *Plauti appellantur canes, quorum aures languidae ſunt ac flaccidae et latius videntur patere.* Sed vide fupra ad cap. 5. fect. 8. notam.

craſſis] Crefc. *groſſis.* Geoponica: τὰς πολυαύχενας καὶ παχυτραχήλους. Addunt, differentiam colli et ceruicis eam effe, vt τράχηλος totum colli ambitum, αὐχὴν contra fuperiorem colli partem in quadrupedibus pronis, pofteriorem in homine recto fignificet. Ita Varro II. 5. ceruices a collo diftinxit, vt ceruix feu ceruices fignificent αὐχένα, collum τράχηλον. Scilicet ceruices veteres Latini, non ceruicem dixerunt, ante Hortenfium, monente Varrone L. L. VII. 5. IX. 4. Quinctilianus VIII. 3. 35. et Ifidorus Orig. XI. 1.

varis quam vatiis] Geoponica: σκέλη ὀρθὰ, εἰ δὲ μὴ, σκαμβότερα μᾶλλον ἢ βλαισὰ, πόδας μεγάλους, ἐν δὲ τῷ ἐπιβαίνειν πλατυνομένους, δακτύλους διηρθρημένους, ὄνυχας κεκυρτωμένους, ῥάχιν εὐθεῖαν ἕως τῆς οὐρᾶς. τὴν δὲ οὐρὰν παχεῖαν, ἀπὸ τῆς ἐκ φύσεως μειουρίζουσαν ὅλην, ὕλαγμα ἔχοντας βαρύτατον. Vatius et valgus Latinis eft, qui Graecis βλαισὸς, qui diuerfas furas habet; qui incurua crura habet, varus dicitur. Valgis pedibus, feu extrorfum curuatis eft is, quem Galli *Baſſet*, nos *Dachshund* dicimus.

pedibus magnis et altis] Verba *et altis* ad pedes non pertinent, fed ad crura: igitur fupra legendum: *cruribus rectis et altis et potius varis* etc. Pedes enim in terra ponuntur, et folum feu planta terrae obuertitur; in quibus nulla altitudinis ratio effe poteft. Itaque eft in Geoponicis, vbi praeterea βραχίονες στερεοὶ καὶ παχεῖς requiruntur.

diſplodantur] Geoponica πλατυνομένους. Supra II. 5. 8. de boue: *pedibus non latis, neque ingredientibus, qui diſplodantur.* vbi fimiliter Geoponica: ἐν τῷ βαδίζειν μὴ πλατυνομένους ἄγαν. Contra Gratius Cyneg. 276. *effuge, qui lata pandit veſtigia planta, mollis in officio.* Sed Varro de paftoritio cane loquitur. Sed paulo aliter difplodi interpretatur Pontedera fupra ad cap. 5. f. 8.

vnguibus] Crefc. *et vngulis duris neque curuis, corpore ſuppreſſo, ſpina* etc. fed antiqua mea habet: *duris neque curua cauda groſſa ac coruis corpore ſuppreſſo ſpina* etc. Vides, Crefcentium haefiffe in vnguibus curuis, quos Geoponica κεκυρτωμένους reddunt. Ecce enim Plinius XI. f. 101. *vngues recti canibus praeter eum, qui a crure pleriſque dependet.*

det. Idem sect. 99. *leones, lupi, canes et pauca in posteriori-bus quoque quinos vngues habent, vno iuxta cruris articulum dependente.* Aristoteles de Part. Anim. IV. 10. τὰς δὲ ὀπισθεν πόδας τετραδάκτυλας λέοντες καὶ λύκοι. ἔτι δὲ κύνες καὶ παρδάλεις. ὁ γὰρ πέμπτος ὥσπερ ὁ τῆς χειρὸς γίνεται πέμπτος μέγας. De quo loco alibi dicam accuratius.

solo nec vt corneo] Ex lectione *selone vt* effecit hoc Victorius. Vulgo *talo nec vt.* quam lectionem defendere conatus est Gesner, qui, quis talus dicatur in homine et quadrupedibus, ignorabat. Ceterum haec verba omisit Crescentius et Geoponicorum scriptor, qui haec graece conuertit. De solo pedum canis dixi copiose ad Columellam VII. 12. 4. Talum si quis defendere mauult, possit forte adhibere locum Gratii Cyneg. 278. vbi in cane venatico requirit *solidos haec in certamina calces.* Vulgo potuerunt calces et talos nominare callum soli, cui insistit canis.

a feminibus] Antiquam lectionem restitui, temere a Victorio mutatam. Neutram tamen intelligo. Femina proprie dicitur facies interior femorum, seu pars mollior summi femoris: a quibus corpus quomodo suppressum procedere dici possit, non intelligo. Omisit haec verba Crescentius et Geoponica. Gratius versu 271. in venatico cane vult *adstricti succingant ilia ventres.* Nemesianus versu 109. *sit cruribus altis, sit rigidis, multamque gerat sub pectore lato costarum sub fine decenter prona carinam, quae sensim rursus sicca se colligat aluo.* Et Columella in pastorali cani probat hanc formam: *status eius longior productiorque ad hos casus magis habilis est, quam breuis aut etiam quadratus, quoniam nonnunquam necessitas exigit celeritate bestiam consectandam.* Hoc idem Varro dicere voluit, aut verba haec pertinent ad caudam: *a feminibus summis suppressa*, quae Geoponica vertunt: ἀπὸ τῆς ἐκφύσεως μειουρίζουσαν ὅλην. Ceterum Aristoteles in Physiogn. canes venaticos esse ait supra ilia in cinctu graciles, εὐζώνους.

eminula] Cresc. interpretationem addit: *id est sima.*

hiatu] Geoponica: τὰς μέγα τὸ χάσμα ἔχοντας. Os magnum et patulos morsus postulat Gratius versu 270. Ceterum Aristoteles in Physiogn. et ex eo Adamantius τὰς εὐρώστους κύνας, βαρὺ καὶ κοῖλον φωνεῖν.

colore] Cresc. *colore potissimum leonino: foeminae vero debent esse mammosae papillis aequalibus.* Geoponica: χρώμασι λευκὰς, καὶ μάλιστα τὰς ἀκολουθοῦντας τοῖς ποιμνίοις χαροπὰς τοῖς ὄμμασι καὶ λεοντοειδεῖς, ἄν τε δασεῖς τυγχάνωσιν ὄντες ἄν τε ψιλοί. Columella VII. 12. *pastor album probat* —

ne, ſi non ſit albo colore conſpicuus, pro lupo canem feriat. Vnde Vrſinus h. l. ita corrigebat: *quo in tenebris eos a lupis paſtor diſcernat, radiantibus oculis etiam in tenebris ſpecie leonina.* Vitium vidit etiam, ſed non correxit Morgagni Epiſt. I. §. 100. Iam olim Conr. Geſner Quadrup. Hiſt. p. 266. tale quid addendum eſſe vidit: *a lupo et aliis feris facilius dignoſcantur.* Idem ſpeciem leoninam ad oculorum colorem χαροπὸν referebat. Equidem ſpeciem leoninam pertinere puto ad amplum villoſumque pectus, quod in villatico cane probat Columella.

ſ. 5. *mammoſas*] Geoponica: *μεγαλομάσθους τάς τε ἐπ' αὐτῶν θηλὰς ἰσομεγέθεις ἐχούσας. εἰσὶ γάρ τινες κύνες ἀτρόφους αὐτὰς καὶ ἀπεξυλωμένας ἔχουσαι, ἐάν τε δασὺ ἐάν τε ψιλὸν ᾖ τὸ σῶμα. δοκεῖ δὲ ἡ δασύτης ἱκανὴν κατάπληξιν ἐμποιεῖν.* Vides, de magnitudine Frontonem interpretari, quae equidem de numero papillarum. Is enim in canibus, vt in ſuibus variat, ita, vt in altero latere ſaepe deſit vna.

Lacones] Virgilius III. 405. paſtoricios canes canens: *veloces Spartae catulos, acremque Moloſſum paſce ſero pingui.* Horatius Epod. VI. 5. *Moloſſum* et *fuluum Laconem* paſtoribus amicam vim dixit.

Epirotici] Sunt *Moloſſi*, *Athamanes*, quos iuxta nominat Gratius verſu 181 ſeqq.

Salentini] Ex Vmbria, apud Plinium IV. 14. Hinc apud Silium III. 294. *Vmber nare ſagax.* Gratius verſu 171. *At fugit aduerſos idem quos reperit hoſtes Vmber. quanta fides, vtinam, et ſolertia naris, tanta foret virtus et tantum vellet in armis.*

Videndem ne] Creſc. *Cauendum eſt ne a laneis neue a venatoribus canes emas. nam alii ad — inertes, ſicut alteri — ceruum, eum potius — ſequuntur.* vbi antiqua mea habet: *ne a laneis, id eſt lanificiis — inertes ſunt, alteri* etc.

aut a paſtoribus] Creſc. *quare a paſtoribus emtus melior eſt, qui — aut qui ſine conſuetudine.*

facilius quid] Creſc. *facile aliquid.* ſed antiqua mea *facile quid.* Inepte Vrſinus malebat legi: *Cani enim facilius quid aſſueſcit?*

Pontianus] Cicero ad Attic. XII. 44. Pontianum aliquem Attici amicum nominat.

deducerent] Ex lectione librorum ſcriptorum Scaliger efficiebat: *Paſtores vt deduxent in metampinos ſaltus ſe traclepere*, i. e. poſtquam deduxiſſent, ſe clam ſubducerent. Metampinos ſaltus putabat fruſtra quaeri hodie. Victorius tamen de Metapinis ſaltibus ſuſpicabatur, dictis a Metapino

Rhoda-

Rhodani oſtio. Vulgatum *deduxerunt* Vrſinus mutari iuſſit in *deducerent.* Popma aſſentitur Scaligero. Pontedera ita corrigebat: *vt dedurent* (i. e. eſſe perſeuerent cum grege) *in metapontinos ſaltus et tracleperent:* Heracleae emporium alieno loco commemorari cenſens, vbi de grege non vendendo, ſed vendito agatur. Sed variae praeter eam rationes potuerunt gregem eo deducere. Equidem nihil muto in vulgata. I. Fr. Gronov. coniiciebat ad *Heracleae forum.*

qui ad locum deduxerant] Haec verba ſpuria cenſebat Scaliger et gloſſema. Rationem equidem nullam video criſeos tam ſeuerae adhibendae.

quod cognati] Geoponica: *θρεπτέον δὲ τὰς κύνας κατὰ συγγένειαν. ἀμύνουσι γὰρ ἀλλήλοις φυσικῶς.*

ſ. 7. *Sequitur quartum*] Ex lectione librorum: *ſed quod quorum* Scaliger efficiebat: *praeſidio: ſed quod, quarum,* i. e. ſed intereſt, quod ſemen ſit, et quarum canum Popma: *et id quod canum.* ſententia eadem. Pontedera: *Sed, quod quartum de emtione, ſit alterius.* Quae poſtrema ratio mihi quidem omnium facillima videtur.

vtiliter] Vtilitatis cauſa, deficiente formula ſtipulationis, interpretatur Popma. *Aliter* vel *vti* corrigebat Vrſinus.

ſ. 8. *e culina*] Liber Polit. *curia.* alter *carne.* Vulgatam probabat Scaliger: *paſcitur enim iure* malebat Vrſinus; deinceps *herba et frondibus.* In vetere Codice ait eſſe *iure,* et comparat ex cap. V. verba: *dant etiam ius ex oſſibus et ea ipſa oſſa contuſa.* Inepta Popmae eſt diuinatio *ligurria.* Lectionem *e curia* probabat Pontedera, quod teſte Dionyſio Antiquitatum ſecundo Romanis dictae fuerint curiae coenacula, vbi curiae ſacra faciebant atque epulabantur. Sed quid curiae illae ad ruſticos et agros? Equidem Vrſinum ſequor.

cibaria] Creſc. *pane bene paſcendi cum grege ſunt, ne propter famem volens quaerere cibum a grege recedat.*

ſ. 9. *niſi ſi*] In Edd. primis eſt: *Si non praebebitur, niſi vt attollunt.* In aliis poſtrema huius loci verba ita leguntur: *antiquum βουλιμιᾶ κύων aperiant.* Vocem *μῦθον* omittunt Edd. primae et Polit. libri. Victorianam lectionem amplectitur Scaliger. Popma reſpici putabat vetus proverbium *Quot ſerui tot hoſtes.* Tolli id prouerbium ſeu mutari, vt dicatur: *quot canes tot hoſtes.* Vrſinus excogitauit hanc emendationem: *niſi etiam illuc peruenerint, μῦθον vt tollant antiquum, vel etiam vt aperiant et in dominum.* Sed is non explicauit, quo ſenſu tollere prouerbium voluerit intelligi. Scaliger comparabat locutiones *tollere riſum, gaudia*

dia alicui. Sed hae plane diuerſae ſunt. In vulgari lectione antiquum prouerbium intelligitur; id, quale ſit, dubitatur. Editiones quaedam ponunt *βȣλιμιᾷ κύων.* Scaliger diuerſum intelligit, quo ſcilicet reſpexit Theocritus, vbi ait: *θρέψαι κύνας ὥς τυ φάγωσι.* Hoc prouerbium tolli dici non poteſt alia ratione, niſi vt ſententia eius mutetur aut plane nulla fiat. Mihi nondum liquet. Varro apud Nonium in *occupare.* Crede mihi, plures dominos ſerui comedere quam canes; *quod ſi Actaeon occupaſſet, et ipſe prius ſuos canes comediſſet, et non negaſſet, ſaltatoribus in theatro fieret.* vbi ex ſcriptura Codicis *non nugax* Faber correxit: *non nugas eſſet ſaltatoribus in th. fabula.* Contra altera Mercerii Editio poſuit: *non nugas ſalt. in theatro fieret.* ex correctione ſcilicet L. Carrionis Antiqq. Lect. III. 10. qui praeclare de nomine indeclinabili *nugas* diſputauit, cuius locum et Varronis auctoritatem omiſit Geſneri Theſ. L. L. Editio Nonii Parmenſis *negauiſſet* habet.

nec non ita] Alteram negationem abundare monuit Geſner. Geoponica XIX. 1. tanquam e Varrone haec referunt: *θρέψομεν δὲ τὰς κυνὰσας ȣ̓ σιτίνοις ἀλλὰ κριθίνοις ἄρτοις. θρεπτικώτατοι γάρ εἰσιν ȣ̓͂τοι· καὶ ὀστᾶ προβάτων ἄνευ τῆς σαρκὸς ἑψήσαντες παραθήσομεν, ἵνα ὁ ἐκ τῶν ὀστέων μυελὸς κεράσῃ καὶ λιπαρὸν τὸν ζωμὸν ἀπεργάσηται, ὃν κατὰ τῶν ἄρτων θρυφθέντων ἐπιχέαντες καὶ πάλιν ἐνθρύψαντες παραθήσομεν. τεκȣ́σαις δὲ ταύταις ἄλευρα κρίθινα γάλακτι βοὸς ἢ αἰγὸς μίξαντες παραθήσομεν, καὶ τῶν ὀστῶν, ὡς προείρηται, ἑψηθέντων.* Catulis etiam panem, lacte bubulo aut iure oſſium intinctum, praebent. Sed de victu parturientium et lactantium deinde refert Varro. Hoc vero praeceptum omiſerunt reliqui ſcriptores. Canes paſtoricios ſero pingui alit Virgilius Georg. III. 406. Gratius 307. *lacte nouam pubem facilique tuebere maza.* Nemeſianus 158. *hos igitur genetrice ſimul iam vere ſereno molli paſce ſero — interdumque cibo cererem cum lacte miniſtra.* deinde quatuor menſes natis catulis verſu 182. *rurſus miſcere ſero cerealia dona conueniet, fortemque dari de frugibus eſcam.*

morticinae] Creſcentius: *m. ouis carnes non patiantur paſci, ne ductu ſapore minus ſe abſtineant, ſed dentur eis oſſa bene concuſſa. nam ex his dentes fiunt firmiores.* Geoponica XIX. 1. de catulis: *παραθετέον δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ ὀστᾶ, ἵνα στεροποιῶσιν ἅμα καὶ ὀξύνωσιν τȣ̀ς ὀδόντας.* Et cap. 2. *τῶν δὲ ἀποθνησκόντων θρεμμάτων ȣ̓κ ἐῶσι ἅπτεσθαι ἵνα μὴ συνεθισθῶσι καὶ τοῖς ζῶσιν ἐπιτίθεσθαι. δυσμετάκλητοι γὰρ ἐκβαίνȣσιν, ὅταν ἅπαξ ὠμοφαγήσωσιν.*

inter-

interdiu] Cresc. *In die cibum capiant — vespere vbi stabulantur. Catulae tribus mensibus solent esse praegnantes. in partu, si plures sunt, eligere* etc.

ſ. 11. *De foetura*] Ita supra cap. 7. 7. *Horum foeturae initium admissionis facere oportet.* vbi Pontedera monuit olim fuisse: *De horum foetura; initium* etc.

veris principio] Malebat Vrsinus *initio*, ne idem vocabulum repeteretur.

catulire] Expressit graecum σκυζᾶν. Plinius 16. c. 25. *Catulitionem rustici vocant, gestiente natura semina accipere.* Verba *id est ostendere — maritari* glossema ineptum esse censebat Vrsinus.

quae cum] Vrsinus corrigebat: *quae tunc:* id est, veris initio. Geoponica 19. 2. βιβάζειν δὲ χρὴ ἔαρος ἀρχομένȣ ὅπως ὁ τοκετὸς περὶ τροπὰς γένηται θερινάς. Φέρει γὰρ ἡ κύων τὸ κυȣμενον μῆνας τρεῖς. Tempora grauiditatis variare in canibus, monuit Aristoteles H. A. V. 14. VI. 20. et Pollux V. 7. Post Aristotelem solum canem mutare ea tempora, annotauit Theophrastus etiam in H. Plantarum.

ordeaceos] Vide supra ad sect. 10.

secundum partum] i. e. post partum. Nec opus legere *ad partum* cum Vlitio ad Nemes. versu 134.

statim eligere] Cresc. *in partu si plures sunt, eligere oportet.* Geoponica: ἅμα δὲ τῷ τεκεῖν χρὴ ἀποῤῥίπτειν τῶν σκυλακῶν τȣς ἀγενεῖς ἤ τι σῖνος ἔχοντας.

ſ. 12. *quam paucissimos*] Cresc. *quanto pauciores relinquuntur, tanto in alendo meliores fiunt. Item substernatur eis aliquid quo molliori cubili — educentur.* Loquendi genus, Varroni et Catoni v. 9. cap. 64. vsitatum, corrupit Crescentius.

substernitur] Geoponica: στρωννύȣσι δὲ αὐτοῖς ἄχυρα, ὥστε κοίτην μαλακὴν ἔχειν καὶ συνθάλπεσθαι. δυσχείμερον γάρ ἐστι καὶ τȣτο τὸ ζῶον. In voce *pabulo* iam olim adhaesit Conr. Gesner in Historia Canis p. 267. Videtur *acubus* legendum, aut vocabulum a *faba* deriuatum. Iam alibi *pabulo* cum *fabuli* segete permutatum vidimus.

diebus XX] Geoponica: ἀναβλέπειν δὲ δοκȣσιν οἱ σκύλακες ἐν ἡμέραις κ'. δεῖ δὲ αὐτȣς ἐᾶν μετὰ τῶν μητέρων δίμηνον, εἶτα ἀπεθίζειν ἐκ προσαγωγῆς. A grauiditatis tempore pendere numerum hunc dierum, recte monuit Aristoteles H. A. VI. 20. Plinius VIII. ſ. 62. *quo largiore aluntur lacte, eo tardiorem visum accipiunt, non tamen vnquam vltra vicesimum primum diem, nec ante septimum.*

diiunguntur] Cresc. *disiunguntur, a matribus educunt eos in vnum locum. Item consuefaciant vt alligari possint.* Geopo-

Geoponica: *καὶ συγκροτοῦσιν εἰς μάχην πρὸς ἀλλήλους, καταβαρεῖσθαι δὲ οὐκ ἐῶσι, χάριν τοῦ μὴ δειλιᾶν, μηδὲ καταπτώσσειν, ἀλλὰ κατατολμᾶν ἐν τοῖς πόνοις, μηδὲ ὑπείκειν κατὰ μηδέν.* vnde Vrſinus h. l. malebat legi *quo fiunt* vel *ne fiant ſegniores.*

ſ. 13. *leuibus vinclis*] Ita ex libris ſuis edidit Victorius aſſentiente Creſcentio. et Caeſen. Codice. Equidem praefero antiquam lectionem *numellis quas.* Geoponica 19. 2. *δεσμοῖς δὲ συνεθίζουσι τὸ μὲν πρῶτον ἱμάντι, εἶτα κατὰ μέρος σιδήρῳ.*

ne id] Creſc. *ne illud.*

ſ. 14. *quod muſcae*] Creſc. *eo quod muſcae* et ricini pulices ibi ſtare ſolent, quod ſi non fiat, *ea exulcerentur. ne vulneretur et a beſtiis, imponuntur eiś collaria ferri, habentia ſub ſe leue corium, clauulis infixum, ne collo noceat d. ſ.* Geoponica 19. 2. *περιχρίουσι τοὺς σκύλακας ἀμυγδαλῆς πικρᾶς μετὰ ὕδατος τετριμμένης περὶ τὰ ὦτα καὶ τὰ μεταξὺ τῶν δακτύλων, ἵνα μήτε μυῖαι προσκαθίζωσιν ἑλκοποιοῦσαι μήτε κρότωνες ἢ φθεῖρες θλίβωσι.* Vertunt igitur pulices *φθεῖρας.* Pontedera malebat h. l. legi *amaris* pro *graecis.* Sed nuces non aliter dicuntur amygdalae, niſi iungatur vocabulum graecae. Potuerunt primum amarae amygdalae in notitiam Romanorum venire, atque inde forte nuces graecae dictae fuerunt. Nemeſianus Cyneg. 209. poſtam remedia contra ſcabiem canum tradiderat: *auribus et tineas candenti pellere cultro.*

ſ. 15. *ne vulnerentur*] Geoponica 19. 1. *φυλακτέον δὲ τοὺς τῶν ποιμνίων φύλακας κύνας ὠμὴν βύρσαν τοῖς τραχήλοις αὐτῶν περιθέντας καὶ τὸν λαιμὸν καὶ πᾶσαν τὴν φάρυγγα ἀσφαλιζομένους κέντρα τε σιδηρᾶ ἀπ' αὐτῆς ἀναστήσαντας. τούτων γάρ τι μερῶν εἰ θηρίον ἅψαιτο, ἀναιρήσει τὸν κύνα, ἐὰν δέ τι ἕτερον μέρος δάκῃ, τραῦμα ποιήσει μόνον.* et cap. 2. *δεῖ δὲ διὰ τὸ μὴ ἐπιτίθεσθαι αὐτοῖς θηρία περισκέπειν αὐτῶν τοὺς λαιμοὺς καὶ τοὺς τραχήλους ὥσπερ θώραξι σεσιδηρωμένοις καθηλωμένοις κέντροις δύο δακτύλοις, ἀπ' ἀλλήλων διεστῶσιν.*

mellum] Scaliger praeferebat *melinum*, ex graeco *μηλωτή*, pellis ouilla, quo vocabulo deinde omne ſcorteum fuerit vocatum; hinc eſſe apud Plautum *melinam* pro ſcortea mantica. Idem tamen eſſe cenſet collare, alias millum vocatum, de quo Feſtus: *Millus collare canum venaticorum, factum ex corio, confixumque clauis ferreis eminentibus aduerſus impetum luporum. Scipio Aemilianus ad populum: Vobis, inquit, reique publicae praeſidio erit is quaſi millus cani.* Gratius verſu 402. melis criſtas, id eſt ſetas, inducit collaribus canum in magno remedio. Sed pellis melium in hoc

Varro-

Varronis loco ad collaria canum vſum vix vllum habet; corium enim durum, ſirmum et crudum intelligitur, quale ex meli parari non poteſt. Deinde apertum eſt, millum intelligi; eoque ducit lectio *melium, mellum.* Quare *millum* probo. niſi forte Varro, etymologicarum nugarum amans, *mellum* maluit ſcribi. Ceterum *melem* animal peſſime recentiores ſcriptores a medio inde aeuo cum trocho Ariſtotelis, taxo nobis dicto, permutarunt, *melonem* praeterea et *Melotam* vocantes. Pertinet *meles* ad genus viuerrarum, vt comparatis locis Plinii 8. ſ. 55. et 58. Gratii verſu 340. Martialis X. 37. Varroniſque docui poſt Salmaſium in Promtuario Lipſienſi Hiſtor. naturalis anni 1787. p. 198. — In ſequentibus verbis Vrſinus corrigebat: *quibus intra inſuitur.* omiſſo *capita.* quod Geſner defendit, interpretatus *intra capita clauulorum* propius collum canis. Equidem vulgatum *quae intra capita* nullo modo defendi poſſe puto, et cum Vrſino legendum eſſe vel *quibus intra inſuitur* vel *cui infra capita.* Interior collarii facies capita clauorum ferreorum exſtantia molli corio tecta gerit, ne collo ferrum noceat.

ſ. 16. *pro pecoris*] Creſc. *pro pecore.*

beſtiae ſint] Creſcent. *parari ſed in regionibus ſylueſtribus, remotis a villis, vbi beſtiae malae ſunt, multo requiruntur plures.*

calles] Eſſe viam, pecudum callo tritam, ex Turnebo III. 22. admonet Geſner. Ita ſcilicet Seruius ad Virgilii IV. 405. et clariſſime docet locus Iuſtini XLIV. 4. *Poſtmodum hunc domum relatum in callem anguſtum, per quem armenta commeare conſueuerant, proiici iuſſit.* Ita enim recte ibi ſcriptum habuit Vincent. Spec. hiſtor. III. c. 53. vbi vulgo eſt: *deinde relatum domum tramite anguſto — proiici iubet.*

villatico] Creſc. *nam in villatico grege ſufficiunt vnus, ſcilicet maſculus, alter foemina, eo quod ſimul ſunt aſſiduiores et idem cum altero fit acrior, etſi alter aeger eſt, ne ſine cane grex ſit, quos conſuefaciant nocte vigilare et in die clauſos dormire.* Quae poſtrema verba an olim hoc in loco legerit Creſcentius, an ex libro I. 21. traduxerit, dubitari poteſt. Ibi enim eſt: *Canes potius cum dignitate et acres paucos habendum quam multos, quos conſuefacias potius noctu vigilare et interdiu clauſos dormire.* Eadem etiam praecepit Cato cap. 124. Ceterum lacunae notam, a Commel. et Steph. appoſitam poſt *grex ſit*, repetitam a Geſnero, omiſi. Rectius quidem ex Creſcentio huc referes verba libri I. cap. 21. ſi quid aliud deeſſe ſuſpicati ſint, ignoro.

inde-

indefinenter] Ex lectione libri sui veteris: *etsi alter videm fiter aeger est* Victorius coniiciendo efficiebat *identidem*; aut vocabulum hoc, et quae illius locum tenent in Codice, plane abundare censet, tanquam orta ex repetitione et varietate verborum, antea positorum: *altero idem fit acrior.* Scaliger emendabat: *et si alter itidem vter.* i. e. *itidem si alteruter*, tmesi, simili illi, qua dixit *excande me fecerunt*, alibi *are hos facies.* Popma: *alter quidem foetura aeger est* ineptissima coniectura legi malebat. Equidem, Scaligeri rationem paulo duriorem esse putans, Victorii potius opinionem amplector, et vocabulum, a Crescentio etiam omissum, abundare existimo, veluti varietatem, ex anterioribus ortam. Similis varietas adfuit supra sect. 2. *feras bestias ac siluestres.* Ponted. in Cur. sec. coniiciebat: *etsi alter videlicet aeger est.* vel *etsi alter quidem fieret aeger, ne.*

et id marem] Vrsinus legi malebat *id est marem.* quam emendationem confirmat Crescentii *scilicet.* Gesner vulgatum interpretatur quasi pro *eosque* positum.

circumspiceret Atticus] Nomen *Atticus*, quod in Edd. primis deest, voluit omitti Vrsinus, probante Popma.

Cap. X. *aetate superiores*] Crescentius IX. 79. *ad maiores pecudes necessarii sunt aetate perfecta (perfectae* Editio antiqua mea) *ad minores parui quandoque sufficiunt. Et qui in collibus versantur, firmiores requiruntur, quam qui in fundo quotidie ad villam redeunt.* vbi antiqua mea habet: *sufficiunt. Iterum qui in collibus.*

et vtroque] Gesner putabat, respici ita ad verba illa *ad maiores ad minores*, ne quis suspicetur, legendum esse: *vtrosque.* Sed ita vitium vulgatae lectionis non explanatur, vbi accusatiui nemo dixerit, vnde pendeant. Mihi in Crescentianis verbis verior lectio latere videtur: *ad minores etiam pueri sufficiunt. Vtique horum firmiores esse debent, qui in callibus versantur, quam qui in fundo — redeunt.* Similiter supra II. 6. 2. *videndum vt* mares *foeminasque bona aetate sumat, vtique vt quam diutissime fructum ferre possint.* Liber Polit. habet *vtrique* scriptum.

in fundo] Haec verba deleri volebat Vrsinus, et deinceps legi *redeunt*, quod est in Cresc. et Edd. quibusdam. Sed verba *in fundo* opponi *callibus*, recte monuit Gesner. Calles cum collibus permutantur etiam h. l. in libris et alibi. Vide ad II. cap. 2. sect. 10.

Qui pascunt] Haec ita Crescentius: *puellae pascant in die, pascere greges simul communiter omnes oportet. Pernoctare*

noctare ad ſuum gregem quemque oportet. vbi Editio mea antiqua habet *omnes. contra pernoctare ad ſuum quemque.* omiſſo *gregem* et altero *oportet.* In hac lectione latet vera, ad quam ducunt etiam Editiones quaedam. Itaque lego: *Qui paſcunt in ſaltibus, greges cogere, atque interdiu ſimul comuniter omnes paſcere oportet.* Pontedera malebat: *qui paſcunt, eo cogere* i. e. eo loco in ſaltibus, vbi totum diem paſcunt.

potius quam alios] Haec verba vt ſuperuacua deleri voluit Vrſinus. Creſcentius: *Maior natu et ceteris peritior eſſe debet magiſter pecoris. eique omnes alii parere debent.* vbi antiqua mea omittit verba: *magiſter pecoris.* Vrſinus etiam h. l. vocabulum *pecoris* omitti volebat.

ſ. 3. *Ita tamen*] Creſc. *itaque tamen oportet eum alios aetate praecellere, ne propter — poſſet labores, praeſertim dum conueniunt formae hominum, difficultatem ac montium — facile ferant, quod pati neceſſitate habent, qui greges ſeq. praeſertim cum conueniunt formae hominum armentitios atque caprinos — pabulandum conueniunt.* Vnde malim h. l. *praecellere* reſtituere.

quod patiendum] Geſner malebat *quae.*

legendae] Creſc. *legendae ſunt, vt ſint firmi et ſequi poſſint et veloces, mobiles.*

in iumenta] Creſc. *in iuncta.*

ſ. 4. *appoſitiſſimi*] Ita vulgatam *appoſiti ſed* emendauit Victorius. Sed deeſſe in vetere Codice monuit etiam Vrſinus.

iaculari] Creſc. addit *valeant.* quod antiqua mea Editio omittit.

cui potuit] Ex lectione *cui potius* Pontedera efficiebat *cui pote vel potis ius cedere* vel *ſi in iure cui ceſſit, pote ius cedere.* Scaliger malebat *qui potis cedere* i. e. quomodo poſſit cedere; Geſner *qui potuit cedere.*

bonis ſectioneue] Cum iam publicae venditionis ſpecies videtur eſſe pro bonorum ſectione, i. e. venditione publica bonorum proſcripti damnatiue.

ſ. 5. *aut excipi*] Vulgatum *aut ſi excipiet, ſtip.* recte ſic corrigi voluit etiam D'Arnaud Variar. Coniectur. p. 320. et ſic fere liber Pol. cum Aldina, quam ſequitur Iunt. Schultingii, corrigentis ad Pauli Sentent. p. 292. *aut ſi excipietur, ſtipulatio intercedere,* conatum cum Geſneri interpretatione recte improbauit idem Arnaldus.

noxiſque] Vlpianus in L. Aliud Digeſt. de V. Sign. *qui furtis noxaque ſolutum promittit, nemini furti obligatum promittit.* Monuit Vrſinus.

interdiu] Vrſinus malebat *interdius* vt ſupra I. 9. et apud Caton. 83.

vniuſcuiuſque gregis] Vltimum vocabulum in libris ſcriptis ita eſt: *giſues gregis.* Vnde Popma efficiebat *ciſue gregis* i. e. iuxta greges. Pontedera: *cis viſque gregis* vel *cis viſue gregis.* Mihi vulgata non tentanda eſſe videtur. Male etiam Vrſinus *gregis* omitti volebat.

opus ſunt] Creſc. *opus ſint — baſſuaria — equas, alii mulos vel aſinos, aut alia quae onus dorſo ferre poſſunt.*

ſ. 6. *facile eſt quod*] Creſc. *facile habent conſeruari in villa, quae paſtoribus neceſſaria faciant, his autem qui in ſaltibus — paſcant, mulieres adiungere oportet.* Mihi legendum videtur: *faciundum vt habeant.*

vt in — cedant] Editiones primae omittunt *vt in*, vt et Codex Vrſini, qui deleri etiam voluit, et deinceps legi *cedunt.* Recte!

ſ. 8. *Tremellius, ſimul*] In libris eſt: *ſemel ſimul.* vnde Scaliger efficiebat: *et matres eſſe melius. Simul adſpicit ad me.* quam equidem coniecturam vnice amplector. Pontedera malebat: *et matres ſimul. Tremellius adſpicit ad me.* Vrſinus ex Codice legi vult *matres eſſe ſimul.* Ex ſimili vitio infra ſect. 11. nomen Tremellii natum fuit in Edd. antiquis.

eiuncidas] Ita h. l. corrigendum eſſe, monuit iam olim Victorius ad. I. 31. 3. Ex nota literae L, praepoſita lectioni *eiuncidas*, orta fuit vulgata *leuuncidas.*

conopeis] Lectis, velis ſeu retibus lineis vel aliis circumdatis contra culicum incurſum, atque omnino delicatioribus. Alexandria Romanis hoc genus lecti commendauit.

ſ. 9. *Illyrico*] Vrſinus malebat *in Liguſtico;* praeceſſiſſe enim de Liburnia. Sed ea eſt pars Illyriae. Igitur bene nunc Illyricum nominatur. Ceterum de Liguſticis feminis eadem tradit Auctor Mirabil. Auſcult. c. 93. et ex Poſidonio Strabo III. p. 149.

Annorum XX] Vrſinus aptius legi putabat *quadraginta*, quia additur *nonnunquam;* nam iſtam aetatem non eſſe tam grandem, vt opus fuerit addere hoc vocabulum.

mos eorum] Exempla huius moris apud gentes et nationes, paſtoriciam fere vitam agentes et rudes olim hodieque, non rari, collegit auctor libri *Von den Probenächten der alten Deutſchen.*

10.

10. *Quae ad valet.*] Ante haec verba Caſſinii perſona excidiſſe videtur Geſnero, quia hunc de ſeruis actum is ſuſceperit ſect. 1.

ad pecoris] Lectionem *ac pecoris* probabat Pontedera, contra *ea pecoris* ad magiſtrum referens malebat Schoettgen; quae ratio ſane dura eſt; etſi fateor, de pecoris cura monitum iam praeceſſiſſe ſupra.

vt ſine medico] Edd. primae *et ſine;* ita etiam Codex Vrſini, qui ex eodem deinceps malebat *nequaquam.*

quod rationes] Creſcentius *eo quod rationes dominicas conficere, nec aliud quicquam ratione facere poteſt.* quae lectio mihi contemnenda non videtur.

De numero] Creſc. *Paſtorum numerus eſſe debet ſecundum multitudinem pecudum, genus earum, et diuerſitatem locorum paſtionis et vendentium agnos et facientium caſeos vel non, maior vel minor, talis et tantus, qui omnia oportuna huic operi poſſit commode explicare.*

ſ. 11. *In gregibus*] Ex lectione antiqua Scaliger corrigebat: *greges ouium, ſed in agnum.* i. e. in greges non ſolum ouium ſed et agnorum. Pontedera in *magnum* latere putabat *magnorum.* Sed ea forma h. l. non conuenit. Vrſinus ex Codice ſuo corrigebat: *Greges ouium ſed magni — quam minores.*

nec tamen] Vrſinus malebat: *nec tamen vt non.* Forte dare voluit *nec tamen vt nos,* quia laudat locum Geoponic. 18. 1. vbi vnus aries quinquaginta ouibus, et opilio vnus cum puero viginti (ſed legendum centum et viginti) paſcendis ſufficere dicitur.

domitas] Quibus inequitans paſtor reliquas in ordinem cogat.

in quibus ſtabulari] Vrſinus h. l. ita redintegrabat: *ſingulas, et in iis — ſtabulari ſolent, et in iis, quo aeſtiuatum aut hibernatum ſolent abigere.* Contra Geſner vulgatam defendebat *in quibus,* interpretatus *in quas ſtabulatum.* Mihi magis placet Vrſini ratio. Varro obiter ſignificat, equas ſeorſim paſcendas eſſe ab equis; quod praecipit etiam Columella.

Cap. XI. *inquit, edmus*] Coſſinius, intelligit Geſner.

Si quidem] Vrſinus malebat: *ſi quidem adieceris, inquam, d. ex. p. fr. — lacte, inquam, et tonſura lanae. Lacte eſt* et cet.

vt praedictum eſt] Haec omittunt Edd. I. I- G. Reſpicit locum ſupra II. 1. 28.

lacte caseo et tonsura] Ita legendum esse, recte monuit Pontedera. Vulgo est *de lacte in eo et tonsura lanae.* vbi praeterea vocem *lanae* omitti malebat Pontedera, quoniam reliquis in locis omittatur, vt cap. I et II.

Est enim lac] Ita recte Edd. primae. Pessime Victorius et reliquae: *Est omnium.* monente etiam Pontedera.

cibi causa] Repertum etiam a Victorio in libris *cibili* seu *cibali*, vt habent Edd. primae, defendit Vrsinus exemplo Terentii in Adelphis: *ego illam liberali assero causa manu.*

et id ouillum] Malim abesse verba *et id.* Plinius 28. f. 33. *Bubulum medicatius. ouillum dulcius et magis alit, stomacho minus vtile, quoniam est pinguius — stomacho accommodatissimum caprinum, quoniam fronde magis quam herba vescuntur — magnorum animalium et corporum facilius redditur.* Eadem fere Dioscorides II. 75. Idem Plinius 11. f. 96. *tenuissimum camelis mox equis.* Sarmatas lacte equino victitasse, idem alibi memorauit.

f. 2. *id alibile*] Haec verba omittunt Edd. primae et libri scripti Victorii omnes. Pontedera desiderari censebat vocabulum *illud* vel *primum*, post *A pastionibus* forte inserendum.

ad perpurgandum] Primae Editiones habent: *pecude pasta ad perpurgandum ea quae vir id pascua magis fuisse ex herba.* Similem fere lectionem in libris suis reperit Victorius: *ad perp. ea, quae auuridipas eo magis si vssae ex herba quae ipso sumptae perpurgare solent corpora nostra.* Vnde Scaliger efficiebat: *ad perpurgandum ea quae ab viridi pascuo. eo magis, si ex herba, quae ipsa sumta* et cet. Atque intelligi putabat herbam hibiscum. In Vaticanis libris Pontedera reperit: *ad perp. ea quae auridipas eo magis fugisse et herba quae ipso sumte perp. corp. n. solent.* Vrsinus ex vetere Codice affert: *pastu.* deinde legit: *et eo magis, si vsae eis herbis quae eaedem ipsae sumtae — solent.* Popma, veluti simia Scaligeri, ex verbis *si vssae ex herba* exsculpebat: *hibisci ex herba.* Vrsino fere accedit Pontedera, qui corrigebat: *si vsā est herba.* — eamque emendationem recipere non dubitaui. Plinius 28. f. 33. *Omne vernum lac aquatius aestiuo, et de nouellis.* ex Dioscoride II. 75. vbi est: *ὑδαρέστερον μέντοι, τὸ ἐαρινὸν τȣ̃ θερινȣ̃ καὶ τὸ ἀπὸ χλωρᾶς νομῆς μᾶλλόν ἐστι μαλακτικὸν κοιλίας. — πᾶν δὲ γάλα κοιλίας καὶ στομάχȣ ἀνατρεπτικὸν ὅπȣ ἐστὶ νομὴ σκαμμωνία ἢ ἐλλέβορος ἢ λινόζωστις ἢ κλήματις.* In Curis Sec. Pontedera malebat: *si vsae ex herba* sc. pascuo. Attulit ibidem locum Varronis apud Sosipatrum: *Varro in Asia fulaxe ex spinu alba praefertur, quod purgatio-*

purgationis causa adhibetur. quem de lacte docere suspicatur.

veteres sunt] Heinsius Aduers. III. p. 460. corrigebat *viescunt* vel *vietae sunt.*

neque emunctum] Egregie emendat Vrsinus: *A mulgendo, quod optimum est id quod neque longe abest, neque a partu continuo est mulctum.* comparato loco Aristotelis H. A. III. 22. vbi est: ἄχρηστον δὲ τὸ πρῶτον καὶ ὕστερον. Primum lac dicitur colostra; vltimum nimis densum est. Ineptissime vulgatam defendit Gesner. Verbum *emunctum* non est in libris scriptis et Edd. primis, sed eius loco in his est *enim* in illis *enim cum.* Neutra lectio sententiae apta est, monente etiam Pontedera.

f. 4. *exortis*] Pontedera corrigit: *ad exortas vergilias aestiuas.* Verno enim tempore occidere nonis Aprilibus, autore Caesare, quem sequi soleat Varro, latereque per dies 34. Columella XII. 13. mense Iulio videtur velle caseum domesticis vsibus premi. Palladius mense Maio caseos fieri vult cap. 9.

mane] Virgilius Georg. III. 400. *quod surgente die mulsere horisque diurnis, nocte premunt: quod iam tenebris et sole cadente, sub lucem exportans calathis adit oppida pastor; aut parco sale contingunt, hiemique reponunt.* Ille vero de lacte caprino haec canit. Ceterum calathi non sunt ibi lignei intelligendi, quod putat nuperus Interpres, sed vitiles, quales hodieque Africani pastores lacti deferendo et seruando suunt. teste Itinerarii Galli *Vaillant.*

aliis temporibus] Comma post *temporibus* sustuli. Intelliguntur anni tempora diuersa. Inepte Burmann ad Virgilium I. p. 425. corrigi volebat: *mulgent vero — mane, alii aliis temporibus, meridianis horis* et cet.

idem fit] Vrsino videbatur *fit* delendum esse. In Caesen. Cod. est *fit lactis duos.*

lac] Deinceps posui verba, vulgo alieno loco posita, post *aliquot rebus.*

acetum] Vrsinus suspicabatur legendum *cnecum*, sed deinde ipse monuit, Dioscoridem II. 22. aceti mulsi singulis cyathis coagulare lactis cotylas singulas.

f. 5. *Rumiae sacellum*] Eandem et Ruminam dictam fuisse, vnam ex Semnonibus, monet Schoettgen, laudato Lipsio Antiq. Lect. II. 18. De sacello negat, aliunde sibi constare; suspicatur tamen, fuisse in octaua regione, vbi teste Victore ficus ruminalis fuerit. De fico ruminali laudat Salmasium ad Solinum p. 800. Florum I. 1. 3. Plinium XV. 18.

Locus classicus de fico ruminali, in Comitio posita, eademque Nauia dicta ab augure Nauio, est apud Festum in voce *Nauia*, vbi vide notas Scaligeri. Plinius 20. s. 20. *Colitur ficus arbor in foro ipso ac Comitio Romae nata, sacro fulguribus ibi conditis, magisque ob memoriam eius, quae nutrix fuit Romuli et Remi conditoris appellata. quoniam sub ea inventa est lupa, infantibus praebens rumen; ita vocabant mammam; miraculo ex aere iuxta dicato, tanquam in Comitium sponte transisset Alto Nauio augure. Illic arescit; rursusque cura sacerdotum seritur.* Ad quem locum vide Harduini notas. In eodem loco fuit Lupercal et puteal vbi fulgura fuerunt condita. Sed his fabulis nunc diutius immorari non licet. Ceterum recte monet Pontedera, a rumen esse *Rumina*, non *Rumia*, itaque probat Polit. lectionem *Rumnia*, quod ex *Rumnae* esse ait deprauatum. Laudat locum Varronis ex Nonio: *Cuninae propter cunas, Ruminae propter rumam; id est prisco vocabulo mammam, a quo etiamnum subrumi dicuntur agni.*

pro lactentibus] Vrsinus deesse putabat *bidentibus*, vt sit *et pro bidentibus, lactentibus.* Scilicet putabat Ruminae lacte et lactentibus, aliis vero Diis vino et bidentibus fuisse sacra facta. Contra Gesner malebat *lacte pro vino pro lactentibus*. hac sententia: *pro lactentibus pueris diuae Ruminae sacrificant lacte, quod pro vino adhibent.* Mihi ista variatio significationis τῆς *pro* valde displicet, contra placet ratio Vrsini. Ceterum Nonius verbum *sacrificari* ex h. l. retulit cum tribus sequentibus.

rumis] Locum vitiosum ita corrigebat Scaliger: *mamma enim rumis siue rumin. ea re, vt ante, dicebant, a rumi.* Vrsinus: *mamma enim rumis siue rumina. vt ante dicebant: a rumi inde dicuntur subrumi agni lactentes.* Pontedera: *mammae enim rumeis siue rumina, et vt ante dicebant, a rumi etiam dicuntur subrumi agni lactentes.* In eo quidem consentiunt omnes hi tres viri docti, vt verba *a lacte* veluti glossam ineptam delenda esse censeant. Sylburgius etiam verba *a rumi* veluti glossam damnauit inter corrigenda Commelianae. Equidem cum Pontedera sentio, ex *rumina* ortum esse *ruminare*. Itaque lego *mammas enim rumis siue rumina ante dicebant; et inde dicuntur subrumi* et cet. Plinius 15. c. 18. *lupa infantibus praebens rumen; ita vocabant mammam.*

s. 6. *Quin aspergi*] Vrsinus malebat: *qui inspergi.* Codex Polit. *qua spargi — meliorem.* vnde Pontedera efficiebat *qua* (terrarum parte) *spargi solent sales, melior erit fossilis.*

tonsurae

tonſurae tempus] Creſcentius IX. 70. *menſe Maio celebranda eſt tonſura, et praecipue cum ſudare incipiunt, quandocunque id fiat* (antiqua mea omittit poſtrema duo verba) *ab aequinoctio verno ad ſolſtitium, vt ait Varro.* Prima verba ſunt Palladii.

ſucida] Graecis *οἰσυπηρὰ ἔρια* dicuntur lanae ſuccidae, earumque ſordes pingues *οἰσυπὸς* quaſi *ὄϊς ῥύπος* ſordes ouium.

recentes] Sic *recentem natum* Plautus, recentem diuitem Ouidius aliique dixerunt, non recenter.

eodem die] Creſc. l. c. poſt verba Palladii ſubdit: *ſed tribus diebus per annum lotas oues oleo et vino vngere oportebit:* deinceps iterum Palladii verba interſerit: poſtea: *ſed quae in tonſura plagam accipit,* his locis *pice liquida liniatur. Quidam in anno bis tondent* et cet. omiſſo *citeriore.* Geoponica 18. 15. *ψώρα ἐδὲ τὴν ἀρχὴν προσπελάσειεν, εἰ οἷς προείπομεν,* (cap. 8.) *μετὰ τὸ κεῖραι τὰ πρόβατά τις χρίσειεν. εἰ δὲ ἀμελήσαντός σε συμβῇ, θεραπεύσεις αὐτὴν ἔτως. ἀμόργη ἄναλος διηθεῖται, καὶ ὕδωρ* etc. quae poſui ad Caton. c. 96. Compara etiam Colum. VII. 4. 7.

ſuilla] Ita correxi vulgatum *ſuillo* ex more Varronis; et ſic videtur laudaſſe ex h. l. Priſcianus, cuius locum poſui ad cap. IV. ſ. 12.

pellem iniectam] Vocem *iniectam* abundare putabat Vrſinus. Tonſuram egregie cecinit Calpurnius Ecloga V. 66. *Quum iam tempus erit maternas demere lanas, hircorumque iubas et olentes caedere barbas, ſuccida iam tereti conſtringere vellera iunco. Ante tamen ſecerne pecus, gregibuſque notatis conſimiles include comas; ne longa minutis, mollia ne duris coeant, ne candida fuſcis. Sed tibi quum vacuas poſito velamine coſtas denudauit ouis, circumſpice, ne ſit acuta forfice laeſa cutis, tacitumne puſtula virus texerit occulto ſub vulnere: quae niſi ferro rumpitur.* Idem verſu 82. et ſeqq. tonſas oues ſignare (quod fuit proprium verbum teſte Feſto,) docet his verbis: *viui quoque pondera melle argenti coquito lentumque bitumen aheno, impreſſurus oui tua nomina. nam tibi lites auferet ingentes lectus poſſeſſor in armo.* Pigmentum mirum alibi traditum nondum legi. Loturam ouium veteres ruſtici ignorabant, quam nos peſſimo gregum neſcio vnde inuectam accepimus. Recte hodieque Hiſpani illotas oues more veterum tondent et curant. Vide narrationem inſertam Promtuario Lipſienſi ad hiſtor. natur. Anni 1783. p. 319 et ſeqq. et notam ad Columellam VII. c. 3. ſ. 2. et cap. 4. ſ. 8. Solae oues Tarentinae ſeu pellitae radice lanaria

 ſeu

feu ſtruthio lauabantur menſe Aprili, vt tonſurae praeparentur, teſte Columella XI. 2. 35. vbi vide notam. Lanae ſuccidae in vſum medicum ſeruabantur; reliquae poſtea lavabantur. Feſtus: *aequilauium ſignificat ex toto dimidium. dictum a lauatione lanae, quae dicitur aequilauio redire, cum dimidium decedit ſordibus.*

ſ. 8. *ſemeſtres*] Annuam igitur tonſuram faciebant Itali, quod teſtatur etiam Columella libro VIII. vbi de anſerum fructu loquitur.

ſ. 9. *ſumuntur ſereni*] Geoponica 18. 8. μήτε κρύȣς ἔτι ὄντος μήτε θέρȣς ὥρα ἀλλὰ μεσȣ̃ντος ἔαρος κείρειν χρὴ τὰ πρόβατα. τὰ δὲ ἐν τῷ κείρεσθαι συμβάντα τραύματα χριστέον ὑγροπίσσῃ, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα ἐλαίῳ μετὰ οἴνȣ ἢ χυλῷ πικρῶν θέρμων ἀφεψημένων. κάλλιον δὲ οἴνȣ καὶ ἀμόργης τὸ ἴσον, ἢ ἐλαίȣ καὶ οἴνȣ λευκȣ̃, κηρȣ̃ καὶ στηρὸς μιχθέντων συγχρίεσθαι. τȣ̃το γὰρ καὶ τὸ ἔριον βλαβερὸν ȣ̓ ποιεῖ καὶ ψώραν ȣ̓κ ἐᾷ, καὶ ἕλκωσιν γενέσθαι διακωλύει. τηρεῖν δὲ χρὴ ὅπως εὖ μεμαγμένα μετὰ πρώτην ὥραν ἀνεξηραμμένης τῆς ἐν τοῖς ἐρίοις διὰ νυκτὸς ἐπιπεσȣ́σης δρόσȣ κείρηται, μᾶλλον ἐν ἡλίῳ. συνιδρȣ̃ντος γὰρ τȣ̃ κειρομένȣ ἀναλαμβάνεται ὁ ἱδρὼς ἐκ τῶν ἐρίων καὶ εὐχρȣ́στερα καὶ μαλακώτερα γίνεται. vbi ex Varrone reſtituenda eſt antiqua lectio ἐλαίȣ καὶ οἴνȣ λευκῷ, κηρῷ καὶ στηρὶ συμμιχθέντων. quod miror latuiſſe nuperum Interpretem. Deinde ibidem reſtituenda vetus lectio: ὅπως ἐκμεμαγμένα, i. e. deterſae. Vulgatum nunc μεμαγμένα non ſignificat detergere.

ex ſudore eius] Recte Geſner monet, legendum eſſe *ſudore ouis.* Iam ſupra monuit, oues tondendas eſſe, cum ſudare inceperunt. Oues lotas ſtatim tonderi vetat et exſpectare iubet, dum lana ex ſudore pinguedinem aliquam contraxerit, qua puriorem candorem accipiant, Home, The Gentleman Farmer, Edinb. 1776. p. 197. Plinius 31. ſ. 33. *piſcinae marinae pecorum quoque ſcabiem ſanant et lanas emolliunt.*

velumina] Libri Pol. *vellimna* vel *vellimina*, vnde *vellimina* legi debere monuit Scaliger, probante Facciolato. Sed idem Scaliger ad Varronem Coniect. p. 37. *velamina* legi h. l. malebat.

etiam nunc vellunt] Plinius 8. ſ. 73. *durat quibuſdam in locis vellendi mos.*

radices lanae] Vrſinus abundare putabat vocem *lanae.*

ſ. 10. *primum*] Hinc *auos intonſos* Tibullus II. 1. 34. vbi vide Interpp. et Plinium VII. 59. *In Italiam ex Sicilia venere*

venere post Romam conditam anno CCCCLIIII. adducente P. Ticinio Mena, vt auctor est Varro: antea intonsi fuere. vbi Cod. Chiffl. *Thinnio.* Harduinus malebat *Titinio.* Sylburgius in Indice Varroniano malebat *Licinio.* Praestat cum Harduino legere *Titinium.*

dicunt] Obsequens *eosque adduxisse* lectionem vulgarem *dicuntur* cum Pontedera reieci.

Ardeae] Picturas in templo antiquo Ardeae exstantes et vrbe Roma antiquiores cum epigrammatibus laudat Plinius 35. s. 6. et s. 37.

Gaetulia] Heroinas seu Deas Libycas Apollonius Rhodius Argon. IV. 1348. pingit pellibus caprinis indutas: *στέρφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι ἐξ ὑπάτοιο αὐχένος ἀμφί τε νῶτα καὶ ἰξύας.* Mulieres Libycas vestibus superindutas pelles caprinas fimbriatas, (*αἰγέας θυσανωτὰς*) rubia tinctas, gessisse, testatur Herodotus IV. p. 364. Nicaenetus in Analectis Brunckii T. I. p. 416. seu in Antholog. Reiskiana p. 31. *Ἡρῶσσαι Λιβύων ὄρος ἄκτιον αἵ τε νέμεσθε, αἰγίδι καὶ στρεπτοῖς ζωσάμεναι θυσάνοις.* Vide etiam Aelianum XIV. 16.

Sardinia] Pellibus musmonum ex caprino genere Sardos vestiri, refert Nymphodorus apud Aelianum XVI. 34. vbi vide notas.

διφθερίαι] Caprarii pastoris vestem *διφθέραν*, alias *ἐξάλην* dictam, facit Aristoph. Nubium versu 73. et alibi.

Hypobolimaeo] Hypobolimaeum Chaerestratum Caecilii, alium Hyp. Aeschinem Gellius XV. 4. laudat, a quibus Hypobolimaeam Rastrariam, Nonio laudatam, in vocabulis *lactare, obsordere, singulatim, mantare, coepiam,* distinguit Scaliger ad Festum in *Noxa.*

s. 12. *nomen id Cilicas*] Vrsinus malebat *ciliciis.* damnato sequenti *dicunt.* Sisenna apud Nonium: *Puppes aceto madefactis centonibus teguntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur.* Philargyrius ad Georgica III. 313. *cilicia, quae Celsus ait retulisse Varronem ideo sic appellari, quod vsus eorum in Cilicia ortus sit.* vnde coniecturae Vrsini accedit auctoritas. Celsi locus ductus esse videtur ex opere rustico, cuius auctoritate veteres grammatici raro vsi sunt. Reliqua de ciliciis et capris setosis dabo ad Columellam VII. 6. sect. 1. In monte sacro Lusitaniae easdem memorat Auienus in Ora maritima, ex vetustissimis scriptoribus compilata versu 218 seqq. *Hirtae hic capellae et multus incolis caper dumosa, semper interrerrant cespitum:*

 castro-

castrorum in vsum et nauticis velamina productiores et graves setas alunt. Probabilis mihi videtur suspicio, illuc ex Africa traductas fuisse capras hircosque Cinyphios fuisse. Ceterum Auienus respexit locum Virgilii Georg. III. 313. *setasque comantes vsum in castrorum et miseris velamina nautis.* vnde etiam Asconius in Verrinam III. *Cilicia texta de pilis in vsum castrorum atque nautarum.* De vsu videbimus ad locum Columellae. Silius III. 275. *Cinyphii venere Macae; squalentia barba ora viris, humerosque tegunt velamina capri setigeri.*

illi hoc] Vrsinus corrigebat: *Cum ille hoc, neque quisquam abnutaret, simul Vituli* etc. *Cossinii* enim nomen esse spurium h. l. ipsum enim adhuc loqui. Hoc ipsum confessus Gesner malebat: *Ille hoc, neque ab hoc qui mutaret, et simul.* Recte, puto! Locutionem *mutauit ab hoc* illustrauit Victorius exemplo Ciceronis Epist. ad Attic. XIII. 52. *de Mamurra non mutauit.* sed hodie ibi editur: *vultum non mutauit.* Alter locus Philipp. III. 10. *o felicem vtrumque nihil enim mutauerunt* hodie scriptus est aliter: *maluerunt.* Aptius exemplum dabit Thesaurus Gesneri ex Liuio V. 13. *annona ex anteuecta copia nihil mutauit.* In Curis Secundis Pontedera, vulgatam defendens, interpretatur: *illi hoc* satis; ideo conticuit Cossinius. Catullus Carm. XXII. 11. *tantum abhorret ac mutat.* Gellius II. 23. *quantumque mutare a Menandro Caecilius visus est!* Idem similiter XVIII. 12. annotante Heinsio Aduers. p. 639.

Niger] Vrsinus corrigebat: *Vitulum, Niger Turrani noster. alii partim — ad Macnatem.* Librum enim hunc secundum scriptum esse ad *Turranium.* Menatem intelligi eum, de quo cap. 1 et 8. Vulgatam: *Vitulum. Niger in Turranii nostri. illi,* Victorius effecit ex lectione librorum suorum *Niger in Turrani in oste illi.* Editiones primae habent: *Vitulum Nigrum Turannium. Mox illi.* Scaliger coniiciebat: *Niger in Turranianos.* (scilicet hortos) *Et illi.* Vrsini scrinia compilauit, vti solet, Popma. Cum Vrsino faciunt Pontedera et Gesner; et quia similiter in Praef. sect. 6. est: *tibi Niger Turrani noster,* recepi veram Vrsini emendationem.

Menatem] Hanc Vrsini emendationem pro *Lenatem* probauit etiam Gesner.

AD LIBRVM TERTIVM M. T. VARRONIS.

Cap. I. *Q. Pinni*] Cicero Epiſt. ad Div. XIII. 61. T. Pinnium aliquem nominat, eiuſque filium valde ſtudioſum et eruditum.

Graecum] Vrſinus malebat *in Graecia*, cui paulo poſt opponitur *in agro Romano*. De Ogyge et Thebis Ogygiis hic locus non eſt copioſius dicendi; et peruulgata eſt hiſtoria.

in hoc nunc] Vrſinus malebat abeſſe *nunc*; Popma corrigebat *iam in hoc*. Vrſinus *in hoc* interpretabatur ἐν τȣ́τῳ hic et ſect. 9.

ſeptingenti] Ennii mortem ponunt A. V. C. 585. Q. Marcio Philippo, Q. Seruilio Caepione CSS. contra Varronem ſcribit Euſebius mortuum eſſe A. V. C. 726. natum annos fere nonaginta; cui numero ſi demas decem, (ſcripſit enim hos libros Varro natus annos 80.) relinquuntur anni vrbis paulo minus 717. Haec Vrſinus, cuius notam repetiit Popma, Conſules ponens L. Gellium Poplicolam et M. Cocceium Neruam, quo anno Varro ſcripſerit hos libros.

auguſto] Laudat verſum eundem Suetonius Aug. c. 7. quem tamen locum ſuſpectum habent viri docti.

Ogygi] Forma antiqua pro *Ogygis*, cuius varia exempla poſuit Popma.

eae tamen] Vrſinus malebat *ea tamen*, ad millia referens. Idem locum Arnobii V. annotauit hunc: *Varro ille Romanus docet, a diluuii tempore vſque ad Hirtii conſulatum annorum eſſe nondum duo.* Fuerunt autem Hirtius et Panſa Conſules A. V. C. 710. Euſebius et Oroſius I. 7. cataclyſmum hunc ponunt anno ante V. C. 1040. Si ponamus, Varronem haec ſcripſiſſe A. V. C. 710. fiunt anni 1750. qui numerus paulo minor eſt Arnobiano et Varroniano. Sed in tanta rerum antiquarum et fabuloſarum obſcuritate atque opinionum diuerſitate quis certi aliquid pronunciare audebit? Deinde Arnobius de diluuio Deucalionis et Pyrrhae loquitur, adeoque eius ratio ad hunc locum non pertinet. Ogyge rege in ſtella Veneris portentum factum annotauit ex Adraſto Cyziceno et Dione Neapolitano, mathematicis, Varro apud Auguſtinum de Civ. D. XXI. 8. Ab his igitur videtur Varro annum cataclyſmi Ogygii accepiſſe.

agri coli] Pontedera librorum lectionem probatam ita refingit: *agricolae ſunt coepti, qui in caſis* etc.

diuina — humana] Vtramque vocem abesse malebat Vrsinus.

possint] Pro *possent* esse monet Vrsinus.

in agris] In Edd. primis et Codice Vrsini est *in agros.* Schoettgen malebat: *in vrbem ex agris*, hac sententia: Romanos, quotiescunque ciues vel senatores suos collectos vellent, eos ex agris et villis conuocare necesse habuisse. Sed hanc sententiam ab hoc loco esse alienam recte monuit Gesner. Malim tamen legere *in agros.*

tuebantur] Quod Edd. primae addunt *et alebantur*, necessarium etiam putabat ad sententiam absoluendam Pontedera. Ceterum formam passiuam verbi *tueri* exemplo Inscriptionis, in Hispania repertae, Victorius, Vitruuii ex Praefat. libri 8. adstruere Vrsinus conatus est.

s. 6. *oppidi*] Verba *oppidi quoque* spuria censebat Vrsinus.

collis Tebas] Vulgatum *Aeolis* in semiuetere Codice repertum ex melioribus correxit Victor. De Syriaca *Thebae* nominis origine multa ad h. l. Scaliger, quam *nauiculam* significare ait; eius vero notionis, quam Varro affert, nullum in graecis scriptoribus exstare vestigium. Eandem cantilenam Schoettgen et Gesner cum Bocharto repetierunt, nisi quod Schoettgen ex Hesychio annotauit: Θήβα· πόλις Βοιωτίας καὶ κιβώτιον. Ceterum ipsam Varronis rationem recte improbat Scaliger hactenus, vt ex nomine collis Sabino de origine nominis et notione graeca constare neget. Illud tamen vix potest dubitari, in Sabinorum, quemadmodum in Etruscorum et reliquorum antiquae Italiae populorum lingua multa Graecorum seu Pelasgicorum colonorum vocabula fuisse admista. Quam rem egregie nuper demonstrauit, hoc ipso etiam Varronis loco laudato, *Liugi Lanzi* in opere eximio, Romae 1789. edito: *Saggio di Lingua Etrusca e di altre antiche d'Italia.* Boeotorum Θηβαῖα habet Plutarchus de Iside p. 359. ed. Francof. p. 161. ed. Squire, vbi vide Interpretes, et Bouhier ad Ciceronis Tuscul. p. 356. qui male in Plutarcho et in Hesychio corrigit θήκαια ἐντάφια. Ceterum Vrsinus malebat h. l. *qui e Graecia.* De Pelasgorum in Italiam aduentu egregie disputauit Heyne in Excursibus ad Aeneidem et in Comment. Societ. Goetting.

Salaria] De qua vide ad Varron. I. 14. 3. Confer infra c. 2. 14. Palatium agrum Reatinum nominat Varro L. L. IV. p. 26. Oliuum milliarium esse puto, in quo milliarium erectum stabat in via Salaria. Lapidem ibi stetisse vicesimum quintum vel sextum, coniicio ex cap. 2. sect. 14.

qui

qui poſtea] Malim cum Pontedera ex Edd. primis *quae poſtea — peculia.*

ſ. 8. *nobilis, quod*] Non ideo nobilis, quod pecuaria appellatur etiam; quare malim cum Edd. primis *nobilis, quae et pecuaria* legere.

villatica, quod humilis] Vrſinus h. l. ita corrigebat; *Altera, quod huc videretur — agriculturam, neque explicata ſep.* etc. vbi *videretur* probabat etiam Geſner. Sane ſibi non reſpondent verba *videtur* et *cum eſſet.* Equidem malim *altera villatica paſtio, quod humilis videretur, a quibuſdam adiecta ad agriculturam eſt, neque explicata* etc.

ſ. 10. *parum*] Vrſinus malebat *parumque.* Recte! puto; atque ita deinceps verba *Ego quoque* cum antecedentibus ſunt copulanda.

ni tuis] Elegans et niſi fallor vera eſt coniectura Geſneri, *tui* legentis et bibliothecam interpretantis. Pinnii litteras ignoramus.

quam factu] Vrſinus malebat *quam ſumtu.* Equidem Varronis ingenio dignam putarem lectionem *fructu quam ſtructu.* Geſner malebat: *tam fructu quam factu.*

de ea re] Haec verba Vrſino non immerito ſuſpecta fuerunt.

Cap. II. *dirimentur*] diſcernuntur et dinumerantur. Hanc lectionem recte cum Manutio, Sigonio et Vrſino probauit Geſner. Vide etiam infra ad c. V. ſ. 18.

tabella] Tabernaculum anguſtum interpretatur Turnebus IV. 6. et VIII. 7. quem ſequitur H. Valeſius ad Ammian. XVIII. p. 155. Vrſinus corrigebat *priuata candidati tabella* vel *vmbella vmbrificemus nobis?* laudato Feſti loco hoc: *Vmbrae vocantur Neptunalibus caſae frondeae pro tabernaculis.* Geſner malebat, ex praecedentibus repeti, aut adeo addi in locum vocabuli *dimidiata* vocem *vmbram.* Mihi Vrſini ratio maxime placet; nimis enim inepte *vmbram aedificare ſibi tabella priuati candidati* dixerit Varro, ſi vulgatam cum Geſnero tuearis. Vulgatam tamen Pontedera tuetur in Cur. ſec. interpretatus de tabula, ad ſuffragia ferenda data, quam attollentes contra ſolem exigua vmbra oculos a ſole defenderent, vt nos extenſis pileis ſolemus. Ideo aedificare ſibi, quoniam vmbram ſibi procurabant, non parata vti. Ceterum Geſner operoſe docere conatur, tabellam eſſe e taberna factam deminutione. Certe manifeſtum eſt, tabernam vel tabernaculum intelligi. In ambitus crimine Muraenae obiiciebantur ſpectacula, tributim data, hoc eſt locus, ad ſpe-

ſpectandum datus amicis et tribulibus in foro et circo, ludi dum populo exhibentur; cui Cicero cap. 35. reſpondet: *quid ſtatuetur in viros primarios, qui in circo totas tabernas tribulium cauſa compararunt?* Idem igitur a candidatis factum comitiis in campo, quid meremur. Tabernam igitur talem, tribulibus et amicis candidati refertam, intelligi h. l. puto et dimidiatam vel dimidiam dici. Quodſi *aedificemus* corrigi debet, equidem repetita ex *dimidiata* ſyllaba extrema malim *tectificemus*, quam *domificemus* vel *vmbrificemus*, quae vtraque emendatio a vulgatae ſimilitudine nimis longe abit. Tabernam publicam dixit Varro villam publicam in fragmento, poſito ſupra ad I. 29. 3.

eſt peſſimum] Ex Edd. primis *eſſe* praeferebat Pontedera. Recte, puto.

et qui conſulitur] Recte Vrſinus *cui* emendabat; vulgatum ortum eſſe cenſens ex *quoi.*

vt conſuli] Noſter de L. L. V. p. 63. *augur Conſuli adeſt tum cum exercitus imperatur, ac praeit, quid eum oporteat dicere.*

Pauo] Antiquis *Pauus.* Hinc Lucilius Satyra XIV. apud Nonium in *Nebulones: Publius Pauus mihi Tuditanus quaeſtor Hibera in terra fuit, lucifugus, nebulo, id genus ſane.*

Petronius] Quia Petroniae gentis plebeiae vnum tantum Sabini cognomen reperitur hodie in libris, Vrſinus *Caetronius* h. l. corrigebat, cuius familiae cognomen hoc libri et lapides veteres annotarunt.

vbi ſedes inter aues] Haec verba ſpuria eſſe cenſebat Pontedera. Vbi enim ſit ornithon, ibi eſſe aues. Ceterum Appii ornithon dicitur villa publica, vbi ad auguria ſedebat.

ſect. 3. *ructor*] Alias crudi ructant, hic vero delicatis ructus vicem ruminationis videtur.

Velini] praeſtare. Male igitur locum Martialis: *Ructat adhuc aprum pallida coma meum* comparauit Heinſius Aduerſ. III. p. 479.

in villa Reatina] Q. Axii ſenatoris villam in Roſea, campo Reatino, memorat in hac ipſa controuerſia Cicero ad Attic. V. 15. Communis Ciceronis et Attici amicus fuit. De eo vide ad Attic. I. 12. III. 15. V. 21. X. 11. Suetonius Caeſ. c. 9.

Velini] Vrſinus verba haec ſpuria eſſe cenſebat et efficta ex verbis ſect. 9. *ad angulum Velini.* Varro apud Seruium ad I. Georg. dicit lacum Velinum a Curtio CS. in Nartem vel Narem fluuium deriuatum: nam vtrimque dicitur eſſe diuiſus: poſt quod tanta ſecuta eſt eo loco fertilitas, vt etiam

etiam perticae longitudinem altitudo ſuperaret herbarum; quin etiam quantum per diem demtum eſſet, tantum per noctem creſcebat. Vide ſupra ad I. 7. 10.

controuerſiis] De quibus vide ſupra ad I. 7. 10.

ſ. 4. *citrum*] Menſam citream habet Martialis XIV. 89. aliam ſupellectilem Plinius aliique.

armenium] Cum minio inter colores pretioſos memorat Plinius 35. ſ. 12 et 28. et Vitruuius VII. 5.

delectum] Apuleius Apolog. 1. *M. Cato ipſe in oratione ſcriptum reliquit cum in Hiſpaniam conſul proficiſceretur, tres ſeruos ſolos ex vrbe duxiſſe. Quum iam ad villam publicam venerat, parum viſum queis vteretur; iuſſiſſe duos pueros in foro de menſa emi; eos quinque in Hiſpaniam duxiſſe.* Ita locum correxit Schottus Obſerv. V. 2. qui monet, Victorem villam publicam in regione vrbis IX. collocare. Valerius Maximus IX. 2. 1. *quatuor legiones contrariae partis — in villa publica, quae in campo Martio erat — obtruncari iuſſit.* Huius villae ectypum repraeſentari in mumo gentis Fonteiae, ex Vignolio de Columna Anton. Pii p. 19. 20. admonuit Abr. Gronov.

cenſu] Vrſinus malebat *cenſum* ex Liuio IV. 22. *villam publicam in campo Martio aedificauerunt, vbi primum cenſus populi eſt actus.* Vulgatam defendebat Gronov. de P. V. p. 264. interpretatus *cenſu*, vt dicitur *comitiis*, *ludis*, *gladiatoribus*, *Circenſibus.* Geſner putabat, poſſe etiam eſſe pro *ad cenſum.*

ſ. 5. *tua inquit*] Etiam in Codice vetuſtiſſimo Victorii erat additum *ſcilicet Auxius*, quae verba a gloſſatore acceſſiſſe putabat ille.

tam et oblita] Ita cum Pontedera ſcripſi. Ante Geſnerum erat *tum et oblita.* ipſe edidit *cum et oblita.* At ita non conuenit ſequens *eſt.* Debebat eſſe *ſit.* Itaque cum Edd. primis omiſi poſt *tabulis* inſertum *eſt.* Oblitam dixit villam, quia parietes et oblinuntur tectorio et tabulis pictis ornantur.

ornata; an mea] Ita cum eodem Pontedera ſcripſi. Vulgo eſt: *ornata. At mea.* Sententia in vulgata claudicat. *At mea* nihil habent additum; contra *an mea* refertur ad illa *tua ne haec vtilis.*

ſatoris] Pontedera malebat *Lyſippu aut Antiphilu — ſartoris.* Vnum enim vel alterum ſatorem ſufficere fundo Axii, non ſatis magno, plures et ſartores et paſtores requiri. Sed ſatorem puto intelligi eum, qui colit agrum, paſtorique opponi. Sartor minimam operis ruſtici partem exſequitur.

et

et cum villa] Vrſinus malebat *et cum illa;* quo ducunt etiam libri ſcripti.

polito cultura] Vrſinus *cultura* abiiciebat, Geſner defendebat, nec tamen dixit, quomodo ſit interpretandum vocabulum.

ſ. 6. *habet ſimile*] Cum libris primis *habet* omittit Vrſinus. Deinceps *ideo* vt ſpurium incluſi.

Flumentanam] Nominat Feſtus, Liuius VI. 20. XXXV. 9. Hortenſii villam ad portam eam nominat Cicero ad Atticum VII. 3.

Aemilianis] Vrſinus ex inſcriptione memorat *nauem arenariam, quae ſeruit in Aemilianis,* et laudat Suetonium in Claudio c. 18. vnde patet, in vicinia diribitorii prope ſepta in campo Martio fuiſſe.

quadraginta] Supra ad II. 8. 3. monuit Vrſinus, ſcribendum eſſe h. l. *quadringentis.*

Oſtiae in litore] Haec verba Vrſino ſpuria viſa ſunt.

accepiſſe] Ex lectione Codicis ſui Vrſinus corrigit *acceſſiſſe;* recte! Sic etiam Scaliger, qui *accediſſe* defendebat ſcriptum, vt ſupra *diſcedimus* pro *diſceſſimus.* Vulgatam tamen lectionem ex h. l. retulit Nonius II. 15. et poteſt ita defendi, vt dictum cenſeamus, quaſi eſſet *a nulla ſe villa acceptum ſeu exceptum fuiſſe.*

vindemiatoria] Hoc vocabulum Vrſino ſpurium videtur.

ſ. 9. *et quid igitur*] Ex lectione Codd. *et quid gus.* Popma efficiebat *et quid genus.* non inepta coniectura.

ſ. 10. *ſimplex ruſtica*] Vrſinus verba *ruſtica, in qua eſſet vtrumque et ea et vrbana* deleri iiſque ſubſtitui voluit haec: *ſimplex quam eam, quae eſſet polita et rogaſſet.* Geſner verba *et ea et vrbana* damnauit et incluſit.

Quid, inquit] Merulam intelligi, apparet e ſ. 12. extr. monente Geſnero.

probandus ſit] Recte Vrſinus *ſit* delendum eſſe cenſet.

ſ. 11. *lanio*] Suillae carnis conciliatorem lanium vocat Varro II. 4. 8. macellum eſt cupidiarum; igitur Varro *cetariorum* macellum et ornithones memorat alibi; lanius plebeias carnes vendebat.

ſ. 12. *Corſicum*] Ex abſinthio collectum et amarum praedicat Dioſcorides II. 102. Siculum ex Hybla ſatis notum eſt.

ad te fieri] Hanc lectionem ex ſuo Codice firmat Vrſinus, qui deinceps *Seianas paſtiones* deleri volebat.

ſ. 13.

ſ. 13. *Duo enim genera*] Cum Edd. primis *enim* omitti et deinceps *hos Seius* ſcribi voluit. Omnino ſcribere Varro *duo genera ſunt paſtionum* debebat, aut Vrſini emendatio ſequenda eſt. Vulgatam defendebat Geſner comparatione loci c. XVI. 2. vbi tamen ipſe pronomen *quarum* incluſerat.

ſ. 14. *gruum*] Plinius 10. ſ. 30. *Cornelius Nepos, qui Diui Auguſti principatu obiit, cum ſcriberet turdos paulo antea coeptos ſaginari, addidit, ciconias magis placere quam grues, cum haec nunc ales inter primas expetatur, illam nemo velit attigiſſe.* Grues Melicas inter delicias menſarum habet Gellius VII. 16. Horatius Serm. II. 8. 86. *Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentis membra gruis ſparſi ſale multo non ſine farre.* Theſſalicas *χηνοβοσίας* et *γερανοβοσίας* memorat Platonis Politicus p. 114. ed. Fiſcheri. Tandem gula romana rediit ad vſum gruum et cycnorum. Ita enim Plutarchus de Eſu carnium Diſp. II. ab initio: *οἷα νῦν πολλὰ δρῶσιν οἱ μὲν εἰς σφαγὴν, ὑῶν ὠθοῦντες ὀβελοὺς διαπύρους ἵνα τῇ βαφῇ τοῦ σιδήρου περισβεννύμενον τὸ αἷμα καὶ διαχεόμενον τὴν σάρκα θρύψῃ καὶ μαλάξῃ. οἱ δὲ οὔθασι συῶν ἐπιτόκων ἐναλλόμενοι καὶ λακτίζοντες ἵνα αἷμα καὶ γάλα καὶ λύθρον ἐμβρύων ὁμοῦ συμφθαρέντων ἐν ὠδῖσιν ἀναδεύσαντες φάγωσι τοῦ ζώου τὸ μάλιστα φλεγμαῖνον. ἄλλοι γεράνων ὄμματα καὶ κύκνων ἀποῤῥάψαντες καὶ ἀποκλείσαντες ἐν σκότει πιαίνουσιν, ἀλλοκότοις μίγμασι καὶ καρυκείαις τισὶν αὐτῶν τὴν σάρκα ὀψοποιοῦντες.* Gruem apparare docet Apicius VI. 2. Grues ex Melo inſula Romam perlatas ibique locis in tenebricoſis pingues factas fuiſſe, ex Varrone apud Gellium et Plutarchi Erotico et Libro II. de Carnium eſu admonuit Mercurialis Var. Lect. II. p. 32.

caetera] Malim *caeterae venationis* cum margine Durdr.

librarius] Cicero Agr. II. 5. qui legem publice propoſitam deſcribit, librarium dixit. Varro eum, qui librum rationum ruſticarum curat.

e villa] Haec verba cum Vrſino damnauit Geſner et incluſit.

materterae] Fircelliam intelligi putat Geſner. Vide III. 4. 2.

qui eſt] i. e. abeſt. Vrſinus locum Caeſaris B. Civ. I. confert.

ſ. 15. *Atque in hac*] *Atqui* corrigit Vrſinus probante Geſnero, qui perſonam Varronis hic interponendam eſſe monuit. Ceterum h. l. reſpexit Columella VIII. 10. 6.

ſexaginta millia] Numum ſeſtertiorum; quatuor enim ſeſtertii efficiunt denarium vnum numum. Cf. Gronouii P. V. IV. 2. p. 266.

f. 16. *Scipionis*] Q. Caecilii Metelli Pii Scipionis feu P. Scipionis Nafícae, qui a Metello Pio fuit adoptatus.

Annonam macelli] Vrfinus malebat effe *macelli*, ego vero retineo; non enim omnem annonam, fed capediariorum excandefaciebant iftae coenae. *Annonae incendia* dixit Manilius IV. 168.

et hanc] Vrfinus corrigit: *fi hanc fpectabis fumam, fpero tibi non dec. orn. neque hoc accidat.* Gefner ante *reliquis* intelligendum effe *quin* vel fimilem particulam ἐπανορθωτικήν. Alteram tamen negationem inclufit. Apud Plinium XXI. f. 17. *crocum ad fcripula vfque fingula areae decoquunt* fimiliter interpretatus eft I. Fr. Gronov. vt h. l. dicitur.

quae nunc — annonam] Vrfinus malebat *innumerabilia*, Gefner ex *epulari* repetit nomen *epulae*. Mihi haec pars orationis inepte ex fuperiori loco repetita, aut hinc illuc tranflata effe videtur.

Sed propter] Vrfinus addi copulam *et* voluit, *Sed et propter.*

f. 17. *Albutius*] Polit. libri *Abuccius*. teftante etiam Victorio, infra etiam cap. 6. fect. 6. Titum Albutium philofophantem Athenis multis in locis celebrauit Cicero, quae dabit Index Erneftianus. Hunc Titum carmine aliquo etiam Lucilius infignem fecerat, cuius fragmentum habet Cicero de Finibus Bonor. I. 3. Sed hunc Varronis Albutium diverfum et recentiorem effe, recte monuit Victorius. Hic videtur Satyras fcripfiffe Luciliano charactere.

paftionibus] Vrfino fpurium videbatur hoc vocabulum.

e villa] De fententia Vrfini inclufit Gefner, ipfe tamen *ex illa* legi malebat.

quadraginta] Vrfinus corrigebat *quadragies feftertiûm* e Plinio IX. 54. vbi de Lucullo: *XXX HS. e pifcina defuncto illo veniere pifces.* Eodem modo corrigebat Columellam VIII. 16. 5. et Macrobium III. 15. cuius haec funt verba: *M. Varro in libris de agricultura refert M. Catonem, qui poftea Vticae periit, cum haeres teftamento Luculli effet relictus, pifces de pifcina eius XXXX HS. vendidiffe.* Vrfino affentitur Popma; de forma *feftertium* etiam Gronov. P. V. p. 22. Ita fane fumma grandis aeris efficitur, quam Columella dixit. De haereditate, Catoni relicta, fallitur Macrobius, recte monente Popma; ei enim vt auunculo tutela obuenerat. Vide Ciceron. de Finib. III. 2. ad Attic. XIII. 6.

f. 18. *mineruał, id eft coenam*] Audacter verba *id eft coenam* vulgo fic pofita *incipiam, inquit, id eft coenam. Ego vero* etc. huc retraxi, quanquam omnino fpuria effe vel hoc

in

in loco puto. Igitur malim ea ita collocare, vt legam: *Ego vero coenam non recuſo vel hodie.* De *mineruali* vide loca ſcriptorum poſita in Geſneri Theſ. L. L.

Axius, ego vero] Ita recte Edd. I. I- G. quod miror Geſnerum nec Pontederam monuiſſe, qui tamen in emendatione ſequentium verborum conſentiunt.

vel hodie] Vulgo erat *recuſo, vel hodie ex* etc. Conſentiunt Pontedera et Geſner, ita haec eſſe emendanda vti feci, niſi quod ille mauult *atque ex iſta paſtione crebro*, quae lectio et mihi magis placet.

Merula non grauate] Antiquam lectionem ſuadente etiam Pontedera reſtitui et poſt *grauate* poſui comma, non punctum; haec enim verba cum ſequentis capitis initio continuantur ſermone. Sic alibi Varro: *ille non grauatus primum inquit.*

Cap. III. *eius diſciplinae*] Gellius II. 20. *villaticae paſtionis genera ſunt tria* ex h. l. laudat.

vbi ſoliti lepores] Gellius II. 20. *ſoli* habet ex h. l. monente Vrſino, quam lectionem praeferebat ipſe Victorius Var. Lect. 32. c. 11. et Pontedera, niſi forte malis *paſci* intelligere ad verbum *ſoliti*, monente Pontedera. Sed mihi Gellianum *ſoli* etiam magis placet.

affictа] Pro *adfixa* dictum firmat Victorius locis Varronis, vbi *tabulae fictae, virgis viſcatis defictis* et cubilia gallinarum *afficta firmiter* ſunt; alia exempla addidit Gronouius ad Auſonii Moſellam verſu 317. monente Schoettgen. Gellius ex h. l. laudat: *ſed omnia ſepta aedificia villae quae ſunt — paſcuntur.*

Harum] Recte Vrſinus corrigit *Horum.*

altera ſpecies] Vrſinus *ſpeciei* malebat.

ſ. 4. *altera item*] Vrſinus malebat: *alteram extra.*

aquatilis] Spurium Vrſino viſum vocabulum.

De his ſex] Vrſinus malebat: *Ad has ſex partes iſta tria — aut ab his ſumenda.*

ad partus] Vrſinus malebat: *ac partu et nutricatu, ſagineſque in — perueniat.*

aſſumenda] Varronem ſuo more ſcripſiſſe *aſſumendum*, recte monuit Vrſinus; cui reſpondet lectio librorum *cocleas et gallinas.*

5. *prima ea*] Aut cum libro Polit. ſcribendum deinceps *habetur,* aut cum Vrſino *primo quae.*

primum pararunt] Mihi hoc *primum* cum *ſolum* comparatum et cum priore ſententia ineptum videtur.

Secunda] Vrſinus *Secundo* corrigebat, et *macerie* delebat.

et propter] Malim *praeter aluearia.* Supra enim ſ. 4. extra villam poni ait apes, cocleas, glires, quae antea intra villae parietes erant. Columellae IX. Praef. 2. *Apibus quoque dabatur ſedes adhuc noſtra memoria, vel in ipſis villae parietibus exciſis, vel in protectis porticibus ac pomariis.*

ſubgrundas] In Vitruuio II. 9. *ſubgrundia* interpretatur Palladius XII. 15. 1. frontem et extremitatem tectorum. Vitruuii epitome c. 12. *ſuggrundam* nominat. Plinius 25. ſ. 102. hypogeſon in ſuggrundiis naſci ait. Scilicet γεῖσον dicitur latine grunda, et ὑπόγεισον ſuggrunda, vel ſuggrundium. Itali hodieque vſurpant vocabulum *Gronda.* Locum accurate deſignat ipſe Varro infra cap. XVI. ſect. 15. *non quod non in villae porticu quoque quidam, quo tutius eſſent, aluearia collocarint.* Itaque ſubgrundae ſunt villae porticus.

Tertiae] Ita malui ex Pol. libro quam ex Vrſini coniectura *Tertio* ſcribere, annuente Geſnero. Poſt *antiqua* Vrſinus malebat addi conſtruxit, aut ſimile aliquod verbum.

ſ. 6. *alter ſublimis*] Geſnero, *alterum ſublime* legenti et ad auiarium referenti, non poſſum aſſentiri.

ſ. 7. *ſuaue domini*] In lectione librorum Polit. *donum latere domnum*, i. e. dominorum, eumque numerum ſequentia poſtulare verba, monet Pontedera.

ſ. 8. *M. Piſone*] Credo eſſe M. Pupium Piſonem Calpurnianum, de quo vide Clauem Ciceron. Infra III. 13. 1. additur *Pupii* nomen. ſed cap. 6. ſect. 2. ſimpliciter eſt M. Piſo. Ceterum Gellius II. 20. ex h. l. laudat *fuere multi.*

ſ. 9. *ſqualos*] Edd. primae *ſcaros* ſolenni varietate. Apud Feſtum in *pollucere* ex piſcibus ſquammatis excipitur *ſquarus* vel potius *ſqualus*, quem pollucere non licebat.

Rhinton] Sub nomine Rhintonis, latini hiſtrionis, de quo Donatus de tragoedia et comoedia tradidit, Aeſopum, hiſtrionem, patrem vel filium, guloſitate infamem vtrumque, intelligi, cenſet Geſner. Excerpſit hunc locum Columella VIII. 16. 4.

Vmmidium] Ita in Codice vetere eſſe, ait Vrſinus, et apud Colum. l. c. igitur vulgatum *Immidium* correxi. Apud Horatium I. Serm. I. 95. eundem intelligi Vmmidium, et Philippum I. Epiſt. 7. 46. cenſebat Bentleius. Vmmidium Horatius diuitem et auarum facit. De gente Vmmidia vide Spanheim de Vſu N. T. II. p. 7. Philippum, Horatii cauſis agendis clarum, Lucium Marcium Philippum Conſularem et cenſorium fuiſſe, putabat Torrentius. Eiudem deinceps piſcinas

fcinas memorat Varro. In Vitruuio Praef. Libri I. pro *Pub. Minidio* varia lectio apud Fabricium B. Lat. T. I. p. 486. ed. Ernefti habet *Numidio*. In Ciceronis Epift. ad Div. XVI. 14. *Vmmium* ex Codd. pofuit pro *Mummium*, fed Ernefti malebat *Vmmidium*.

e tuo] Ita ex libris fuis Victorius; malim cum Edd. primis *fuo;* etfi Varronis etiam villam fub oppido Cafino ad flumen iftud fuiffe conftat.

f. 10. *Sic noftra*] Vrfinus malebat: *Noftra, inquam luxuria propagauit.* De Sergio Orata vide etiam ad Palladii I. 40. notam.

Quare] Ante hoc vocabulum Merulae perfonam effe interponendam, monuit Gefner.

Cap. IV. *poft principia*] Scaliger corrigebat: *a poftprincipiis, et in caftris.* Ita etiam Vrfinus cenfebat, qui praeterea verba *in caftris* omiffa malebat. Vulgatam inepte defendit Popma, quafi effet fcriptum: *Ego te volo effe poft principia in caftris, id eft, ab his potius temporibus quam prioribus incipere.* Scilicet ille cum Edd. I. I- G. fupplebat *incipiendum.* Equidem Vrfini fententiam amplector. De principiis caftrorum, et loco eo, qui poftprincipia dicebatur, multa Grammatici; fed dicuntur etiam fimpliciter poftprincipia, vt e Varronis duobus fragmentis docuit Scaliger et Popma. Lector verba pofita reperiet in Gefneri Thef. L. L.

Fircellina] Supra cap. 2. f. 15.

f. 2. *Cafino*] De quo cap. 5. f. 9.

agri naturam] Propter oliueta frequentia, quorum fructum amant.

f. 3. *Tufculano*] De Luculli Tufculana villa magnifica alibi dixi; turdum ex auiario Luculli noluit fumere Pompeius aegrotans, vt ex Plutarchi Lucullo refert Gefner.

coniunctum] Verbum hoc Vrfino delendum effe videtur.

volitantes] Ex Codice vetere malebat Vrfinus *videre volitantes*, quod habent Edd. principes. Verum ita fcribere oportet etiam *delectat.*

quod alienus] Vrfinus corrigit: *offendit alienus odor, qui opplet nares.*

Cap. V. *De hoc ornithone*] Edd. primae *primo de ornithone.* Polit. libri *primo de hoc ornithone.* Vrfinus monet

 etiam,

etiam, in Vetere Codice deesse *hoc.* Deinceps *quod* est pro *quem*, quasi auiarium antea nominasset.

non vbi] Quam quasi nouam ex libris suis lectionem posuit Victorius, habebant ante eum Edd. I. B. R. Varro describit talem ornithonem, vnde aues pingues promantur, non vbi in coena sumantur, quod quidam in ornithone, eleganter constructo, faciebant.

aut peristylum] Ita ex Pol. 2. dedi pro vulgato *vt*, etsi nemo vitium animaduertit. Auiarium aut testudine construitur, vbi rete non est opus, nec, puto, tegulis. Ita sect. 8. peristylum laudat Strabonis, qui obiecto rete pascebat aues. Testudine etiam pauones includit infra cap. VI. 4.

peristylum] Libri aliqui *peristylium.* Atque ita variatur in Ciceronis Or. pro Domo c. 44. Suetonii August. 82. atque alibi. Tetrastulum est apud Vitruuium III. 2. VI, 3. et in Inscript. Arualium Fratrum apud Philipp. a Turre Monum. Vet. Antii p. 290. *Sacerdotes in tetrastulo consederunt et ex sacrificio epulati sunt, sumptisque praetextis et coronis spiceis vittatis lucum deae diae summoto adscenderunt*, et reliqua, quae posui ad Catonis cap. 41. s. 2.

s. 2. *Quidam*] In Edd. primis est *adiiciant.* Vrsinus ex Vetere Codice laudat: *Quidam cum eo coniiciunt alias quoque.* Crescentius 9. c. 93. *Qui vult praedictas aues vel alias, quae pingues care veniunt habere, locum faciat clausum et tegulis vel rete magno coopertum, magnum secundum quantitatem auium quas includere volet.* Inscriptio autem capitis nominat turdos, merulas, perdices et conturnites (sic). Forte ex Crescentio legendum est: *Qui volunt eo adiiciunt.* In Edit. Cresc. antiqua mea est *faciunt.* Formulam *cum eo* pro praeterea ex Scribonii Compos. 61 et 135. attulit Gesneri Thes. L. L. forte h. l. *praeterea* est ex glossa.

miliariae] Varro L. L. IV. p. 21. *Ficedulae et miliariae dictae a cibo, quod alterae fico, alterae milio fiant pingues.* Similiter Graeci κεγχρίδας appellant paruam auem, quam cum hortulanis emberizis nostris comparare licet. Vide Comment. ad Friderici II. Reliqua p. 167.

eam potius] Crescentius recte omisit *potius*, et deinde *angustos* habet. Sed genere foemineo dixit noster canalem III. 7. 8. et III. 11. 2. Etiam Cato c. 18. 6. Et Philargyrius ad Georg. IV. 265. ex Varronis Diuinarum libro VI. locum posuit hunc: *Canales eas despicit;* monuitque simul de sexu vocabuli foemineo.

si enim

ſi enim late] Creſc. *nam ſi lata diffuſa eſſet aqua, inquinaretur facilius et biberetur inutilius, et quae ſuperat ad potum auium per fiſtulam exeat* etc.

quae abundat] Verba haec ſpuria eſſe cenſebat Vrſinus, motus loco Frontini II. Artic. 94. ed. Poleni: *Aquam quae ex lacu abundat, nos caducam vocamus.* Praeterea etiam verba *per fiſtulam* abundare putabat. De prioribus verbis idem monuit Andr. Schottus Obſerv. III. 8. Creſcentius legiſſe videtur: *et ex potu quae abundat.* quam lectionem minime equidem ſpreuerim. Certe *caduca* cum Geſnero mutanda in *caducam* eſt.

ſ. 3. *habere humile*] Creſc. *habere debet humile et anguſtum, quo cuſtos vix intrare queat, feneſtras* etc.

in qua] Lipſius de Amphitheatro cap. 9. malebat *equa*, contranitente Geſnero, qui caueam interpretatur ipſum amphitheatrum. Cochleam interpretatur Geſner genus forium verſatilium rotundarum vel dimidio orbe factarum, aut quod cochleae ope tolli ac demitti poſſit. Equidem puto intelligi genus illud, quod catarractam dixere Latini, quod funibus vel catenis tolli ſubito ac demitti poterat.

extrinſecus] Creſc. *extrinſecae — eo quod earum.* Editio antiqua *extrinſece arbores vt aues.*

locum luminis] Ita Polit. libri habent, et Creſcentius. Vulgo omittunt *locum.* Verbum *oportet* ſpurium videbatur Vrſino.

ſ. 4. *tectorio tacta*] Creſcent. *circa oſtia ac feneſtras talis ſit munitio, ne mus vel muſtela vel alia beſtia intrare poſſit.* Quae multo ſunt ſaniora vulgatis *ne aqua intrare.* Interim ſuadente etiam Geſnero reſtitui antiquam lectionem *ne qua intrare.* Ceterum *tectorio tacta* iterum ex libris ſuis dedit Victorius infra III. 12. 3.

palos] Infra in ornithone ſect. 13. *mutuli crebri omnibus columnis impoſiti, ſedilia auium.*

perticas] Creſc. *Circa huius aedificii — multi ſint pali, et etiam perticae inclinatae — parietes, quibus multae perticae adnectantur ex tranſuerſo modicis interuallis ad ſpeciem cancellorum. Cibatui turdorum ponantur offae* etc. Vnde comprobatur lectio, quam ex Edd. reſtitui. Vulgo erat: *e perticis inclinatis — tranſuerſis gradatim — perticis annexis ad ſpeciem.* Mecum facit Vrſinus, qui tamen *et* poſt *praeterea* abeſſe malebat, et deinceps voces *ac theatri.* Recte puto hoc poſterius; nam interpretantur vocabulum ſcenicorum. Igitur incluſi. Contra Geſner in vulgata incluſerat *ad* ante ſpeciem, quo facilius reliqua interpretaretur. Cancelli

celli ſunt ſedilia theatri, cancellis munita, de quibus Burmann ad Ouidii Amor. III. 2. 64. cancellos fori habet Cicero pro Sextio c. 58. In ornithone ſua Varro infra ſect. 13. *inter columnas exteriores et interiores gradatim ſubſtructum, vt theatridion auium.*

deorſum — bibere poſſint] Haec omiſit Creſcentius, et ſunt inepte ex ſuperioribus repetita. Quare incluſi.

cibatui offas poſitas] eſſe oportet, intellige. Sed rectius Creſc. *cibatui tardorum ponantur offae.*

farre mixto] Pergit Creſc. *caeteris tribuantur grana quibus vti conſueuerunt et ea praecipue auide ſumunt. Diebus viginti* etc. Quod egregium auctarium indagauit iam ante me Pontedera nec indignum Varrone cenſuit. Praeter offas enim ex farre et ficis Columella etiam VIII. 10. 3. et Palladius I. 26. turdis ad faſtidium ſubleuandum dari iubet myrti, lentiſci, oleaſtri, ederae atque arbuti, quibus delectentur, ſemina. Atque ita etiam Geoponica XIV. 24. Quare h. l. ex Creſc. ita lego: *Cibatui turdorum offae ponantur. eae maxime — mixto. Caeteris tribuantur grana, quibus vti conſueuerunt, et ea quae praecipue auide ſumunt. Diebus* et reliqua. Editio antiqua Creſc. *eam — auidis* habet.

quis tollere] Creſc. omittit etiam *quis*, vt Edd. multae. Idem Creſc. *det cibum et farre ſubtiliore incipiat alere. Cum opus eſt* etc. Reſtituit *quis* Geſner.

dat, cibumque plus] Interim reſtitui antiquam lectionem, certe aptiorem vulgata: *dat cibum, quod plus ponit.* Multo autem rectius Creſc. *det cibum et farre* etc. omiſſis mediis verbis, vt monuit etiam Pontedera.

in hoc tecto] Ex lectione librorum Victorii *cauiis quae cauiis — habeant aliquod adportat ſubplementum.* Turnebus Aduerſ. XIX. 28. effingebat: *caulis, quae caulis habeat tabulata, aliquod adportat ſupplementum.* Caulem interpretatur caulam ſeu aulam. Scaliger contra: *in hoc tecto cauiiſque auis tabulata habeant aliquot. Cauiis* interpretatur caueis, *auis* autem aues. Tabulum explicat per πέτευρον ſeu veſtibulum, cui inſiſtunt vel exeuntes vel intrantes aues. Deinde emendat: *ad portae ſublimentum;* i. e. ſublimen, ſeu limen ſuperius: aut *ad portam ſub limentum.* Deinde Turnebum taxat, ſuam tamen emendationem reliquae Varronis orationi accommodare atque interpretari omiſit. Popma maluit: *ad portae ſupplementum.* Quia ſcilicet porta non euolare ſinuuntur turdi, vt columbae et reliquae aues, ideo tabulata adeſſe debere, quo ſubuolent turdi. Pontedera ſenſum hunc putabat eſſe Varronis: *In cauea ad portam*

portam fieri debere cellam, in qua auiarius mortuas aues ſeruet. Itaque emendabat: *In hoc tecto caueiſque caueae tabulata habeant aliquot. ad portae ſublementum contra hoc: auiarius quae mortuae ibi ſunt aues, vt — ſolet ibidem ſeruare.* Fatetur tamen, vocem *portae* ſibi h. l. importunam videri, quare malebat eam delere, et *ſublimentum* locum altiorem interpretari, aut legere *perticae ſupplementum.* Equidem in periſtylo rete tecto quomodo tabulata poſſint exſtrui, non ſatis intelligo; nec video, cur ad perticarum ſupplementum ſint adiungenda tabulata, cum in perticis aues recte conſiſtant et conquieſcant. Lacunam vix aliquis ſine meliorum Codicum ope explebit. — Nunc demum video, ex gallinario haec eſſe in alienum locum tranſlata verba. In altero enim ornithone, infra a Varrone deſcripto, palorum et cancellorum ſcenicorum fit mentio, nulla vero tabulatorum, nec ea auiario turdorum ſuo Columella adſtruxit. Contra in gallinario, quod Varroniano ſimillimum exſtruit Columella VIII. 3. ſect. 3. *ſublimitas diuidatur tabulatis, quae ſupra ſe quaternos et infra ſeptenos liberos pedes habeant, quoniam ipſa ſingulos occupant. Vtraque tabulata gallinis ſeruire debent. — tabulatis inſiſtere dormientem auem non expedit, ne ſuo laedatur ſtercore; quod cum pedibus vncis adhaeſit, podagram creat; ea pernicies vt euitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres leuitas earum ſuperſilientem volucrem non recipiat* etc. In Varronis autem loco cap. 9. ſect. 7. tabulatorum mentio fit nulla; itaque ibi poſt verba: *ſint cubilia earum:* excidiſſe puto haec: *In hoc tecto caueiſque tabulata habeant aliquot ad perticae* (vel *perticarum*) *ſupplementum.* Caueas ſcilicet in gallinario duas cum Varrone facit Columella, et tabulata duo adiungit, vbi interdiu verſari gallinae poſſint; noctu vero in perticis aſſidere debent. Germanicus interpres, Mayer, Scaligerianam correctionem ſecutus, interpretatur tabulata appoſita ad aperiendae portae viſum atque effugium auibus ſubtrahendum atque tollendum.

ſ. 5. *auiarium*] In Edd. I. B. R. eſt: *auiarium quae mortuae ibi ſint aues.* Atque ita ſcriptum habere etiam Codicem Caeſenatem, Venetum et Florentinos, teſtatur Pontedera in Curis ſecundis, qui egregie, omiſſo vocabulo *curator,* inde effecit: *auiarius quae mortuae ibi ſunt aues — ſolet ibidem ſeruare.*

reddat] Edd. I. B. R. pergunt: *ſolet ibidem ſeruari cum.* Vrſinus ex Codice vetere laudat *ſolet ibidem ſeruare.*

opus ſunt] Creſc. *opus eſt, vt ex hoc ſumantur auiario, excludantur idoneae.* quam lectionem vnice probo. Interim

 vulga-

vulgatae distinctionem correxi. Editio antiqua Cresc. *munusculis auiarium.*

ostio et] Crescentius: *ostium lumine illustriore ibi sit, cum numerum habet exclusum — secluso clam debet facere, ne reliqui si videant, terreantur et ante tempus venditionis moriantur.* Vrsinus malebat legi *maiore, maiore ostio.* Interim ex Edd. I. I- G. dedi lectionem, quam propius a vera abesse puto. Inserui enim *et.* Editio Cresc. antiqua habet *illustriore ibi cum enim numerum.* et omittit verba *debet fieri;* deinde: *et alio tempore venditionis.*

f. 6. *Non vt aduenae*] Ante haec verba Gesnerus collocanda esse censebat totam sectionem septimam a verbis inde: *Praeterea volucres.* Recte! Sed magna horum ipsorum pars inepta est; quanquam scio, Varronem eiusmodi nugis delectari solitum fuisse.

nomine mares] Nonius p. 229. *Turdi masculini sunt generis, vt plerumque lectum est: feminini Varro Quinquatribus: Tu Fledi contra quid audes dicere, cum in eborato lecto ac purpura operto toro cubare videas aegrotum, et eius prius aluum, quam typum subducere malis.* Sic corrigo locum, misere luxatum. Exemplum Varronis alienum est ab obseruatione Nonii; sed excidisse videtur hic noster locus.

f. 7. *turdi aduenticio*] Posteriorem vocem deleri malebat Vrsinus.

autumnale] Charisium ex Varrone laudare *autumnal,* annotauit h. l. Popma. Plinius 10. sect. 35. *abeunt et merulae turdique et sturni simili modo in vicina.* Quae ille ex Aristotele H. A. VIII. 16. vbi latere ait sturnos, merulam, turturem, alaudam et turdum, maxime tamen turturem; nunquam enim hieme turturem fuisse visam. Deinceps Plinius sect. 36. trimestres esse ait turdos turturesque. Turturem in Graecia per aestatem solum apparere tradit Aristoteles H. A. VIII. 3. et pinguem admodum abire cap. 16. Turtures et coturnices aliquas in locis apricis hieme subsistere, ait c. 12. Cum Plinius in Italia turdos trimestres esse dicat, alium intelligi voluit, quam Varro, aut a veritate aberrauit. Columella enim VIII. 9. *per hiemem maior turdi copia.* Pilarem et Iliacum turdum in Italia rarum esse, affirmat Aldrouandus XVI. 1. Musicum solum in Italia copiosum reperiri, asserit Cetti ornith. Sardic. p. 154. Pilarem (il tordo mezzano Olina fol. 25. 2.) circa aequinoctium autumnale Italia abire et a latere septentrionale versus meridiem in Sardiniam abire ait, vbi commoratur per totam hiemem, lentisci, oleae, oleastri et arbuti fructibus vescens. Praeterea monuit Cetti,

mare

mare h. l. intelligi Adriaticum, verſus ſeptentrionem Italiae appoſitum; et inſularum deinceps nominatarum mentionem non pertinere ad turdorum migrationem, ſed ad turtures et coturnices. Turtures in Sardiniam adueniunt menſe Martio, abeunt in Africam menſe Septembri, eodem teſte. Verum interpretatio Cettiana locum vix habere poteſt. Varro enim etiam poſt turdos nominatos iterum de coturnicum migratione et turturum mare nominat; atque in iisdem inſulis in reditu morari paulum ait, quibus in aduentu. Igitur mare Adriaticum intelligi non poteſt, ſed Siculum. Niſi dicas, in reditu per mare Adriaticum in aliis inſulis conſidere pauliſper.

Pontiis] Plinius 3. ſ. 12. Pandatariam inſulam in Puteolano ſinu collocat; nunc inſula Mariae audit. In Antiano vltra Tiberina oſtia Palmariam, hodie Palmaruola; aduerſus Formias Pontias. Deinde ſect. 13. contra Veliam poſitam aliam Pontiam nominat. Idem 32. ſ. 54. circa Pontias inſulas pernam concharum generis naſci ait. Ita etiam h. l. in libris variari vides in nomine *Pontiae* et *Pontiis*. Omnes hae inſulae Italiae litori meridionali adiacent.

ſexaginta millia] Reſpicit locum III. 2. 15. quinque millia turdorum veniſſe denariis ternis, vt *ſexaginta millia ea pars redderet villae. — Sed — opus erit tibi aut epulum aut triumphus alicuius.* Vnde Vrſinus malebat: *ſexaginta illa.* Equidem malim *aut triumphus.* Nam erant etiam epula ſine triumpho.

licebit] Ex lectione librorum Scaliger emendabat: *ſexaginta quaevis millia — licebit multum. Dic illud.* Vrſinus malebat ex vetere Codice: *Mihi tunc dic illud.* Pontedera *mihi tum dice illud alterum.*

ſ. 8. *Caſino*] Edd. aliae *Caſſino.* Supra II. 3. 11. *in Caſinati* eſt ſine varietate. Caſſinatem fundum M. Varronis nominat Cicero Philipp. II. 40.

inuentoris noſtri] Haec verba ſpuria videntur Vrſino.

Strabonis] Plinius 10. cap. 50. *Auiaria primus inſtituit incluſis omnium generum auibus M. Laelius Strabo, equeſtris ordinis, Brunduſii.* In Plinio *Lenius* ex h. l. ſcribi voluit etiam Pintianus. Recte! Male Vrſinus e Plinio emendabat Varronem. M. Laenium Flaccum, Brunduſii habitantem, laudat Cicero ad Diuerſ. XIII. 63. et XIV. 4. Patris et duorum filiorum hortos Brunduſii memorat Orat. pro Plancio 41. et pro Sextio 63.

exe-

exedra] Cicero ad Diuerſ. VII. 23. *Exhedria quaedam mihi noua ſunt inſtituta in porticula Tuſculani, ea volebam tabellis ornare.*

marginibus lapideis] Plinius II. ſ. 96. *In Caſinate fluuius appellatur Scatebra, frigidus, abundantior aeſtate. In eo vt in Arcadiae Stymphali enaſcuntur aquatiles muſculi.* Quem Varro quo vocabulo voluerit intelligi, incertum eſt. Vicinum Caſino fluuium memorat etiam Columella VIII. 16. Vinii nomen, quod h. l. deinceps legebatur vulgo, cum Scaligero abolevit Geſner.

et e villa in villam] Vrſinus malebat *in inſulam.* Popma villam ait ſitam fuiſſe in ſumma parte fluminis, vbi illud influebat; inſulam in ima, qua exibat. Itaque e villa in inſulam pontibus flumen tranſibatur directum ab inſula, quae erat ab imo fluuio, vbi confluebat altera amnis. Ita ad h. l. Poſtma, qui Vrſini correctionem probauit; quod equidem facere non poſſum. Varro, de latitudine fluuii loquens, tantam eam ait eſſe, vt pontibus e villa Varronis in vicini villam tranſeatur; deinde longitudinem eiuſque terminum vtrumque, qua fundum Varronis attingebat, edit. Quod vero Varro ait flumen per villam fluere, poſſis forte etiam *e villa in villam* de partibus ipſius Varronianae villae, medio flumine diuiſis, interpretari. His demum ſcriptis incidi in locum Ciceronis Legg. II. 1. vbi villam ſuam Arpinatem deſcribit his verbis c. 1. *visne in inſula, quae eſt in Fibreno ſermoni reliquo demus operam ſedentes?* Ita quidem Atticus, cui Cicero reſpondet: *ſane quidem; nam illo loco libentiſſime ſoleo uti, ſiue quid mecum ipſe cogito, ſiue quid aut ſcribo aut lego.* Hoc eſt ipſum Muſeum Ciceronis in inſula! Pergit cap. 3. *Ventum in inſulam eſt. Hac vero nihil eſt amoenius; etenim hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus et diviſus aequaliter in duas partes latera haec alluit, rapideque dilapſus cito in vnum confluit, et tantum complectitur, quod ſatis ſit medicae palaeſtrae loci. quo effecto, tanqnam id habuerit operis ac muneris, vt hanc nobis efficeret ſedem ad diſputandum, ſtatim praecipitat in Lirem.* Vides, in inſula iſta, ſita ad imum fluuium, vbi alter ſtatim illi immiſcebatur, fuiſſe Muſeum Ciceronis, totamque fere villam plane ſimilem fuiſſe Varronianae. Quid ſi igitur Muſeum Varronis pariter in inſula fuit? Tum vero verba *ab inſula ad Muſeum* ſana fuerint; quae velut alieno loco intruſa cum Vrſino damnauit et incluſit Gesner, Deinceps vero fuerit ſcribendum: *ſummum flumen, vbi eſt circum huius ripas* et cetera.

BCCCC] Primarum Edd. lectionem probabat Gesner, qui supra ad I. 10. 3. monuit, literam D virgula transuersa diuisam, notam esse numeri quadringenarii. Hanc voluisse aliquem explicare, atque ita factum, vt et ipsa nota et interpretatio maneret. Gallicus anterpres longitudinem flumini assignat 850 pedum.

ab imo] Ex lectione Codd. *animo* vel *auimo* effecit Turnebus et Scaliger eam lectionem, quam reposuit in veteris *a Vinio* locum Gesner. Imo fluvio cum insula opponit summum cum Museo.

altera amnis] Ita in libris suis scriptum reperit Victorius, qui altero Varronis exemplo apud Nonium genus hoc confirmat. Sed locus alter Varronis: *Propter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam.* aliter licet interpretari, monente etiam Morgagni; et reliqua exempla, a Nonio posita, sunt e poetis.

ambulatio sub dio] Etiam Columella I. 6. 3. ambulationes dixit, et meridiano aequinoctiali, subiici iubet, vt hieme plurimum solis et aestate minimum recipiant. Ambulatiunculam tectam villae addi suae vult Cicero ad Attic. XIII. 29. vnde cognoscimus, geminum fuisse genus. Xystum interpretatur ambulationem sub dio Ernesti in Clave Ciceron. addens, esse ante porticum, ibique simul esse sedilia, signa et flores. Signa gymnasii xystique Cicero memorat ad Attic. I. 8. sedilia Academ. IV. 3. Plinius II. 17. Ante cryptoporticum Xystus violis odoratus teporem solis infusi repercussu cryptoporticus auget. Idem V. 6. Ante porticum xystus concisus in plurimas species distinctusque buxo; demissus inde pronusque puluinus (*terrasse*) cui bestiarum effigies, inuicem aduersas, buxus inscripsit. Acanthus in plano mollis et pene dixerim liquidus. Ambit hunc ambulatio pressis varieque tonsis viridibus inclusa: ab his gestatio in modum circi, quae buxum multiformem humilesque et retentas manu arbusculas circumit. Omnia maceria muniuntur; hanc gradata buxus operit et subtrahit. — A capite porticus triclinium excurrit, valvis xystum desinentem et protinus pratum multumque ruris videt fenestris. Scilicet aliter Graeci, qui Vitruuio auctore V. 11. Porticum Xystum dicunt, quod athletae per hiberna tempora in tectis stadiis exercentur. Latini contra eodem teste IV. 5. hypaethras ambulationes Xystos appellant, quas Graeci περιδρόμυς. Idem V. 9. *media vero spatia, quae erunt sub diuo inter porticus, adornanda viridibus videntur.* Seneca de Ira III. 18. *in Xysto maternorum hortorum, qui porticum a ripa separat,* *inam-*

inambulans. Viridia, geſtationes et deambulationes arboribus infructuoſis opacari, teſtatur Iulianus iuris conſultus ff. VII. Xyſtum tamen graecum deambulando inſeruiiſſe, teſtatur locus Xenophontis Oecon. XI. 15. Plerique *δρόμον ξυστὸν* dixerunt, iunctum vt plurimum palaeſtrae et gymnaſio. Hinc ab ambulatione diuerſus etiam latinis ſcriptoribus videtur eſſe; quanquam ſub diuo fuiſſe conſtat, viridibus ornatum. Contra ambulationes ſubdiales et tectae fuerunt. Cf. Pollux IX. 46. Latini lautiores puluerem in xyſta aqua aſperſa ſedabant, teſte Phaedro II. 5. qui ſimul viridia xyſti nominat. Xyſtis et nemoribus praedia ſua praecipue excoluiſſe Auguſtum, teſtatur Suetonius c. 72. Viridia praecipue violariis, buxo, myrto, lauro et platano conſtabant, quae fortuito ceſpiti opponit Horatius Odar. II. 15. verſu 17. Inter arborum ordines umbrasque ambulabant et conſidentes colloquebantur. Igitur xyſtus et graecus, et latinus ambulationem complectitur, ſed latinus viridibus exornatior fuit. Male de xyſto et viridibus tradidit Chriſtius Villatici p. 96. Silvam *viridicatam* in villa Quinti fratris, nominat Cicero ad Fratrem III. 1. Iabolenus in Leg. Dolia Dig. de Fundo inſtructo: *Dolia fictilia item plumbea, quibus terra aggeſta eſt, et in his viridaria poſita, aedium eſſe, Labeo et Trebatius putant.* Viridaria hic ſunt arbores ipſae viridarii. Surreptum e viridario pauonem habet Suetonius in Tiberio c. 60. Viridariorum *διαφάσεις* latis luminibus non tam eſſe ſuaues ait Cicero ad Attic. II. 3. i. e. proſpectum, latis triclinii feneſtris patentem. Sed ibi Edd. primae *viridiorum* rectius habent.

ſ. 10. *deformatus*] Vulgarem lectionem, a Victorio inductam et a Geſnero ſeruatam, vitioſam eſſe propter verborum tranſpoſitionem, vidit ſolus Vrſinus, qui eandem lectionem coniectando aſſecutus eſt, quam ex Editionibus primis reſtitui, niſi quod ille verba *forma*, deinde *ad capitulum* omitti voluit, et *quadrata* mutari in *quadratus.* Quod ad poſtremum attinet, ipſe etiam *quadratus* probauerim. Ceterum diſtinctionem vulgarem omnium Editionum, quae poſt *ſpeciem* punctum omittunt, recte mutauerat Geſner, monente P. Pithoeo Subſiciv. I. 12. qui h. l. ſic legi voluit: *ad capitulum P. XXVII. ad haec, ita vt* etc.

in agrum] Comparat Turnebus locum Horatii I. Serm. VIII. *mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum hic dabat.*

capitulo] Tabulae literariae quadratae marginem ſuperiorem rotundatum et perforatum, quo ſuſpendi et geſtari poſſit,

poſſit, vocat capitulum, recte monente Scaligero. Tabulam dicit, in qua pueri ſcribere diſcunt. Laudat Geſner Interpretes Petronii cap. 46. Addo Horatii Serm. I. 6. 74. *laeuo ſuſpenſi loculos tabulamque lacerto;* vbi Scholiaſtes: *tabulam, buxum, in quo meditantur ſcribere.* Turnebus Plauti locum addit, qui exſtat in Bacchid. III. 3. verſ. 37. *extemplo puer paedogogo tabula dirumpit caput.*

rotundus eſt P. XXVII.] De diametro circuli, in cuius peripheria ſtarent axes columnarum lapidearum et rete e neruis textum, interpretatur I. A. de Segner.

ſ. 11. *plumula*] Scaliger corrigebat: *Ab ornithone, p. l. v. III. via, in qua media,* quas quidem notas ita interpretatur et in ordinem ſuam collocat: *Ab ornithone ped. LVIII. via, qua iter in aream eſt, in qua media ſunt caueae.* Pithoeus ambulationem ab ornithone, id eſt poſt ornithonem, credebat hic intelligi longum pedes XLVIII. latitudine pedum V. Turnebus XXI. 23. monet, plumulam aliquos interpretari pterygium, ipſe cum Aemaro Ranconeto pedum numerum latere in vocabulo vitioſo cenſebat, itaque corrigebat: *P. VIII. lat.* Longitudinem non addi, quoniam ex latitudine intelligeretur ſatis. Geſner longitudinem ipſi flumini datam a Varrone putat hic et ambulatione aſſignari. Latere igitur cenſet in plumula *P. IↃCCCC via,* i. e. viam pedum nongentorum, quae in ſcriptura Longobardica facile potuerit tranſire in plumulam, male tamen ſeruatam atque inepte explicatam a Caſtelli in Villis Antiquorum illuſtratis Londini 1728. britannico ſermone proditis, cuius rationes Geſner refutauit ad h. l. expoſuit idem in Actis Eruditorum Lipſienſibus 1731. p. 111. ſqq. quo lectorem curioſum libri cognoſcendi ablegatum volo. Gallicus interpres ita haec vertit: *de ſorte cependant qu'il y a entre cette promenade et ma voliere une eſplanade de cinquante huit pieds de long, au milieu de la quelle repond la principale porte par la quelle on y entre.* Voluiſſe igitur h. l. ita corrigi: *ab hac inter ornithonem area eſt P. LVIII. longa, in qua media ſunt caueae* (vel *cauea*), *qua introitur.* Sed caueas de porta dici, non memini. Igitur facilem viri docti correctionem totam probare non poſſum. Pithoeus ſuſpenſas caueas fuiſſe putabat, aut longitudinis ipſius menſura comprehendi, ſi quidem, vt ſuperioris loci latitudini, ita quoque huius ambulationis (ita enim vulgatam interpretatur) longitudini pedes 48 tribuamus. Geſner caueas pergulatas plures ſimiles caueis theatrorum interpretatur, vt totus margo infimus huius tabulae caueis eiusmodi oppletus eſſet. Turnebus

nebus aream ornithonis interpretatur; I. A. de Segner caueas plane omisit. Ego vero ambulationis latitudinem supra definitam satis esse puto; longitudo vero ornithonis ipsius, in cuius infimo margine descripta erat, longitudinem sequi debebat. Igitur in *plumula* latere pedum numerum, equidem vix credo; contra sic totum locum legi debere suspicor: *ambulatio ab ornithone disiuncta, in qua media introitus in aream est;* scilicet quadratam, de qua deinceps Varro. Verba *sunt caueae* suo loco mota transferam post verba ad *stylobaten.* vbi vide notam.

introrsus] Antiquam lectionem *introitus itur in aream* ita probabat Scaliger, vt *itur* tolleret; contra Pithoeus malebat: *qua introitus, iter in aream est.* Ryckiani libri lectionem dedit Gesner. Turnebus ait, in bonis libris esse *quia introitus in aream est.* Aream interpretatur ornithonis.

primoribus] Has basi, alteras interiores stylobatae seu basi perpetuae impositas fuisse, censet Gallicus interpres, quia arbusculae intermediae impediebant, quominus primores et exteriores columnae stylobatae insisterent. Aliter si fuisset, exteriores minus altas fuisse, quam interiores, contra regulas architectonicae artis. Cum Gallo facit Gesner in interpretatione retis a summa maceria pedes vtrinque 72 longa ad epistylium situ plano, et deinde ab epistylio ad stylobaten, ad perpendiculum extenso. Sed e maceria summa extensum rete aliter deduxit Gallus quam Gesner; de quo postea admonebo. Multo aliter haec ordinauit Castellus, non intellecto Varronis sermone, vt bene admonuit Gesner. I. A. de Segner maiorem ornithonem non attigit, minorem vero in parte rotunda inclusam accurate et descripsit et pinxit.

Hae sunt] Nemo admonuit, ad porticus proxime antecedentes, an ad caueas, satis longe hinc remotas, pronomen hoc referatur, etsi in hac distinctione magnum sit momentum, ad situm totius aedificii bene definiendum. Nunc tamen video, Turnebum ad porticus retulisse. Iam antea dixi, verba *sunt caueae,* ante verba: *qua introrsus* posita, suo loco, vtpote alieno, mota, huc transferenda mihi videri: *Hae sunt caueae auibus omne genus* etc. Nimis vaga est Galli interpretatio: *Tout ce vaste vaisseau est rempli d'oisseaux.*

retem] Ex libris suis dedit Victorius; reliquae Editiones *rete,* quae tamen superius in *rete cannabina* consentiunt. Plauti locus in Rudente IV. 3. 45. a Victorio laudatus, in magna dubitatione interpretum versatur. Infra

sect.

ſect. 14. ex libris ſuis Victorius iterum bis poſuit *retem*, cum reliqui libri *retc* habeant ſcriptum. At ſect. 9. *rete obiecto* habent libri omnes, et *retia* libro II. 2. 9.

ſ. 12. *interiorem partem*] quae aream interiorem, non maceriam exteriorem, reſpicit, monente Geſnero. Longe aliter Gallus: *A quique diſtance de la face interieure du ſtylobate, tant de celle qui regne depuis l'entrée principale juſqu' au mur a droite, que de celle qui regne depuis cette même entrée juſqu'au mur à gauche, commencent deux viviers peu larges.* Scilicet, quod monere jam antea debebam, Gallus imaginem cauearum, ornithonis, areae et porticuum ſitus longe diuerſam animo ſuo informauerat, quam ex formula ab eo deſcripta lector poterit facile cognoſcere. Loco enim eo, vbi Varro ambulationem, ſub diu ornithoni in infimo margine tabulae quadratae antepoſuit, Gallus porticus duas, vel vnam potius porta diuiſam collocat; cuius columnis anterioribus (in ipſa verſione exteriores dixit) intermiſcet arbores humiles; interioribus ſeu poſterioribus, ſtylobatae inſiſtentibus, praetendit rete aviarium. Deinde a maceria ſumma vtrinque rete cannabinum planum tendit ad epiſtylium columnarum interiorum ſeu poſteriorum, atque ita omnem aream quadratam, retibus concluſam, auibus deſtinat. Hanc eius opinionem demonſtrant verba in nota poſita, p. 399. *l'un comme l'autre filet etoient le terme interieur de la partie quadrangulaire de la Voliere, où les oiſeaux étoint renfermées.* Sed Gallum a ſitu porticuum et loci, auibus definiti, aberraſſe, docet vel riuulus aquae tenuis, quem non opus erat affluere loco, auibus attributo, ſi ipſa area quadrata concluſae erant, vbi piſcinae duae aderant, quae potum et lauacrum auibus ſubminiſtrare poterant in margine aſſidentibus. Gallo praeiuerat Turnebus, qui ſtylobatis interiorem partem ad aream, exteriorem ad ambulationem ſpectaſſe ait.

diuerſae] ſemita diuiſae, vt poſtea monebit. Sed mihi verba *e medio* difficultatis aliquid habere videntur, quae plane omiſit Gallus. Hic vero aliter etiam errauit in verſione. Sic enim facit Varronem loquentem: *mais oblongs, en ſens oppoſé à celui du portique: ils s'étendent juſqu' au près de l'extrémité de la partie quadrangulaire du plan.* Scilicet vt errori ſuo de poſitione porticuum opitularetur, verba, *vt porticus verſus*, plane aliena ſententia interpretatus eſt. Editio Bruſchiana, quacum I. B. R. conſentire ſuſpicor, habet *quadrato iam e medio* in qua lectione forte melior latet, a viris doctioribus exſculpenda.

aede Catuli] Fuiſſe in Palatio, Regione X. et contiguam Ciceroni, quacum etiam iungi a Victore, monet Geſner. Locus Ciceronis pro Domo c. 38. loquitur Catuli porticum de manubiis Cimbricis factam in area domus M. Flacci publicatae. Sed aedes Catuli diuerſa eſſe videtur a porticu. Servius ad Aeneid. IX. 408. *Alii tholum aedium ſacrarum dicunt genus fabricae* (*quale eſt aedes* ſupplet Geſneri Theſ. L. L.) *Veſtae et Pantheon. Alii tectum ſine parietibus, columnis ſubnixum. Aedes autem rotundas faciunt tribus Diis* dicunt *fieri debere, Veſtae, Dianae, vel Herculi, vel Mercurio.* Vitruuius IV. 7. *Tholum Galli laternam appellant, Itali tribunam.* Idem I. 7. 5. *Tholos intelligimus erectiores teſtudines, templis addi ſolitas,* quas *Itali tribunas vocant:* Addo Geſneri his annotatis locum Vgationis apud Cangium. *Abſida eſt graecum, et interpretatur lucida, i. laetus aedificii vel trebuna.*

vltra] aream quadratam, et extra eam, tanquam appendicula, monente Popma et Geſnero. Ceterum formam *rutundus* ex libris ſcriptis poſuit etiam Mercerius p. 40. apud Nonium in fragmento Varronis.

perluceat tota,] Antea interpungebatur *perluceat tota ſepta.* Inepte! Quomodo enim ita poterat e ſylua proſpici in auiarium rete incluſum inter tholi columnas exteriores et interiores?

ſ. 13. *proſpici*] Ita recte Edd. primae cum Wratisl. Aues concluſae proſpiciunt in ſylua libere vagantes aues, nec tamen eo tranſire poſſunt, ſed conſolantur eo adſpectu ſeruitutem. Deinceps malim legi: *poſſint et quae ibi ſunt, neque auis ea tranſire.* Turnebus malebat: *vt perſpici in ſiluam poſſit.*

rete auiarium] diuerſum a neruco, nec adeo firmum, quia intra tholum coeli intemperiei non erat obnoxium, vt in caueis maioribus, quae deſuper et a latere porticus exteriore concludebant eas retia cannabina; vt recte monuit Gallicus interpres.

ſubſtructum] Vrſinus deinceps malebat *vti θεατρίδιον.* Praeterea cum Edd. I. I. G. corrigo: *ſunt ſtructa, vt θεατρίδιον, mutulis crebris — impoſitis ſedilia auium.* In vulgari hac diſtinctione *vt* plane abundat. Nunc demum comparato auiario turdorum, ſupra deſcripto ſect. 4. nihil mutandum eſſe cenſeo. Ita enim ibi Varro: *Circum huius aedificii parietes intrinſecus multos eſſe palos, vbi aues aſſidere poſſint: praeterea et perticas inclinatas ex humo ad parietem, et in eis tranſuerſas gradatim modicis interuallis perticas anne-*

annexas ad ſpeciem cancellorum ſcenicorum ac theatri. Io. A. de Segner columnis vtrinque infra fornicem mutulos imponit, iisque virgas imponit, auibus ſedilia, quia in mutulis latis commode aſſidere non potuiſſe credebat. Sed mutulos eſſe h. l. ſimpliciter palos, alter Varronis locus, a me comparatus, docet. Theatrum idem vir doctus interpretatur cuneos ligneis mobiles plures, quorum quiſque in ſuo intercolumnio collocari poſſet et remoueri, ſi opus eſſet, ita, vt vniuerſi in ordinem poſiti theatri ſpeciem exhiberent. Quam interpretationem plane confirmat alter Varronis locus, vbi tamen perticae ipſis parietibus applicari poterant, hoc vero in ornithone compingi et coniungi inter ſe cum porticis tranſuerſis debebant, vt rectae ipſae ſtare poſſent. Male contra Gallicus interpres in nota: *Il faut ſuppoſer que le gradin ſuperieur eſt le ſommet du ſtylobate, et que ce ſtylobate n'a de largeur en cet endroit que ce qu'en exigent les baſes de la colonne de pierre, et qu'il reprend ſucceſſivement de ſa largeur pour former chaque gradin: qu'enfin leur hauteur eſt meſurée de maniere, qu'ils partagent également entre eux la difference, qui ſe trouve entre le ſommet du ſtylobate ſur les colonnes exterieures et le plein pied dont il va être queſtion, le quel eſt au bas du gradin. On conçoit que cette difference eſt rachetée pour les colonnes interieures par un ſocle ſous la baſe de chacune.* Turnebus ipſos mutulos foros theatri retuliſſe cenſebat.

ſ. 14. *ſtylobatem*] Gallus annotat haec: *Ce ſtylobate eſt unique pour les deux rangs de colonne, et mutilé en faveur des gradins.*

lapis] *une aſſiſe de pierres. Cette aſſiſe eſt reglée ſupérieurement en parquet, pour étendre en tirant au centre le plein-pied.* Haec eſt Gallici interpretis annotàtio. Lapidem eſſe pro ſtereobatae ſtylobatae, monet Scaliger, et de genere foeminino lapidis.

ſalere] Gallico interpreti *le ſocle.* Turnebus interpretatur crepidinem lapideam ſtagnum ambientem, nomine a candore lapidis impoſito; graece enim φάληρον eſſe candidum. Malebat tamen *Phalerum* ſcribi, quia naualium mentio portus aliquam imitationem arguat. Scaliger, Turnebo aſſentiens et graecum χηλὴν Virgiliique *ſaxeam pilam* comparans, a graeco παρὰ τὴν ἅλα *Haleria* et *Faleria* deriuat. Popma, ineptam etymologiam a φάλα caput commentus, comparat locum Columellae VIII. 17. ſect. 10. et Belgarum *Hoeffden.* Ligneum pegma aſſeribus conſtructum fuiſſe cenſet I. A. de Segner.

latum] Gallus ita monet: *large en ſaillie horiſontale ſur le vif du ſtylobate.*

in culcitas] I. A. de Segner malebat: *inter culcitas et columellas*, cuius rationes vide in libello adiecto de Ornithone Varronis. Sic etiam Gallus: *afin que les convives puiſſent marcher à l'aiſe entre les colonnes et les lits. Car cet emplacement ſert de ſalle à manger.* Ceterum Scaliger *calcitas* interpretatur *toroſas ſtylobatae proiecturas extra ſolidum procidentes, vt in periſtiliis monachorum videre liceat; in quibus puluinatae coronae ſtylobatarum extra perpendiculum praeberent ſedes opportunas feſſis deambulando.* Sed neminem opinionem ſuam ſequentem habuit praeter Popmam et Geſnerum. Ipſe tamen Turnebus Scaligero praeiſſe videtur; calcitas enim dictas eſſe ait propter latorum diſcubitoriorum ſimilitudinem.

columellas] Turnebus malebat *columellam*, quia in inſula ipſa conuiuium fieri cenſebat. Sed columellas dicit Varro columnas tenues ex abiete interiores tholi.

conuiuae] Hoc verbum, et mentio peripetaſmatum, quae ſectio ſequens ait in ſuggeſtu phaleris eſſe ſolere, mouiſſe videntur Geſnerum, vt in hoc phalere lectos conuiuis ſtratos et conuiuium ipſum actum fuiſſe putaret; quam quidem opinionem ante eum iam olim prodidit Turnebus, eamque recte ſecuti ſunt recentiores Interpretes. Neſcio igitur, quid Geſnerum mouerit, vt calcitas cum Scaligero interpretari quam ad conuiuiorum et lectorum conuiualium vſum referre mallet.

intra falere] Geſner malebat. *In infimo*, ſed praeſtat Codicis Vrſini *Infimo in falere.*

margine] Gallicus interpres *ſentier* vertit. Inſulam vix pedalem fuiſſe, ex reliquis menſuris arguit Geſner, qui ſtagnum ipſum a tabula, rotae impoſita, tectum fuiſſe cenſet. Huic vero tabulae latitudinem duorum et ſemis pedum aſſignat Varro.

circum falere] i. e. in circuitu. Noſter deinceps ſ. 16. *Ex ſuggeſto faleris, vbi ſolent eſſe peripetaſmata, prodeunt anates in ſtagnum*, vbi vide notam.

ſtagnum] Geſner interpretatur fontem reſtagnantem, quem tam paruum fuiſſe putat, vt menſa illum columellae impoſita tegeret. Ad hoc genus ſtagni reſpexiſſe ait Senecam N. Q. III. 17. *in cubili natant piſces et ſub ipſa menſa capitur, qui ſtatim tranſferatur in menſam.*

et

et naualia] Hanc lectionem in libris suis omnibus reperit Victorius; Vrsini Codex *vti naualia* habet, quam lectionem probat Gesner.

ſ. 15. *Orbile*] Turnebus interpretatur rotunditatem ipsius orbis, accutiorem in fine. Rectius Scaliger eumque secutus Popma axis capitulum seu cardinem, qui in modioli foramen conueniebat; Graecis σύριγγα. Praeterea Scaliger corrigebat: *orbile solet esse, acetabula cauata sit.* interpretatus acetebulam pro acetabulo. Contra Scheffer orbile vult esse rotae peripheriam et corrigit h. l. *orbile solet esse, arcus cum tabula.* Vnde Gesner duxit suam coniecturam, *arcuatum* legens, et pluribus arcubus compositum interpretatus. Schefferi rationem iuuare videtur, quod Varro paulo post tabulam, quam hic tympanum vocat, *in primis radiis esse* ait, quos Scheffer extremos interpretatur; quem sequitur gallicus Interpres; Popma Scaligerum. Schefferum sequi ipse non dubito, quoniam ipse Varro deinceps *orbem ligneum mensamque* vocat, quam h. l. *orbile et tabulam.* Sed orbis is non solet esse acutus; igitur aut Schefferi emendatio est probanda, aut legendum *orbis solet esse ligneus.* Rotarum orbes circumactos habet Plinius VIII. 16.

tympanum] Rota non radiata, sed solida velut orbis, in plaustro rustico dicitur Virgilio Georg. II. 444. *hinc radios triuere rotis hinc tympana plaustris.* Talium plaustrorum cum rotis sine radiis et axe mobili vsum Hispaniae regionibus quibusdam adhuc durare, narrat Townsend Travel T. I. p. 26 et 67.

ſ. 16. *Ex suggesto*] Haec vsque ad verba *cum et aqua calida* male huc transposita pertinent ad verba sectionis 15. *Circum falere vti naualia sunt excauata anatium stabula.* Deinceps sequi debent haec: *Tum et aqua calida* etc.

περιπετάσματα] Gesner putat, ipsum phaleris suggestum vicem lectorum accubitoriorum praebuisse, vnde peripetasmata dependere soleant. Eadem peripetasmata in apparatu lecti conuiualis poni monet apud Varronem L. L. IV. p. 40. lin. 15. Breuiter, in hoc suggestu phaleris conuiuas collocat Gesner.

commeant] Libri Polit. *commetant* probat Pontedera, laudato Nonio, qui in verbo hoc ex Naevii Bubulco ponit locum: *Cum ad lupam nostram tam multi crebro commetant lupi;* et ex Afranio: *Quo tu commetas?* Plauto Captiu. I. 2. 82. idem verbum restituit Bentleius. Est e commeare factum frequentatiua forma verbum.

primis] summis, extremis interpretatur Scheffer. Contra Scaliger *priuis*, i. e. singulis, malebat.

epistomiis] Veterem lectionem ex Codd. suis mutauit Victorius, qui in libris suis omnibus reperit scriptum *epitoniis*. Laudat locum Vlpiani de Actionibus Venditi: *Castella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia, fistula applumbata, aut quae terra continentur, quamuis non sint affixa, aedium esse constat.* Sed is locus non cogit nos in Varrone probare eandem scripturam. Deinde Victorius monet, Codicem Vitruuii in loco X. c. 13. *motione vero vectium vehementiore spiritus frequens compressus epistomiorum aperturis influit.* habere scriptum: *epitoniorum.* Sed vitiosam esse ibi scripturam Codicis, patet. In loco Vlpiani similis est varietas; alii enim libri habent: *epitonia fistulis applumbata.* Gesner tamen etiam ibi cum Bynkershoek Obseru. V. 9. probabat *epitonia*, quod fecit etiam Vrsinus. Scaliger h. l. corrigebat: *in priuis radiis, epitoniis versis, ad unumquemque actum*, verbo *esse* omisso. Epitonia Victorius et Scaliger interpretantur instrumentum, funibus intensum, cuius vi aqua exprimatur; Gesner ipsa epistomiorum vertibula seu verticula. Mihi vnice vera videtur pristina lectio. Praeter loca Vitruuii, posita in Thesauro L. L. vide Senecam Epist. 86. *nisi aquam argentea epistomia fuderunt; et adhuc plebeias fistulas* (balneorum) *loquor*. Gallos nobiscum vocant Galli, Itali et Britanni.

factum sit] Turnebus corrigebat: *radiis esse; epitoniis versis ad vnumquemque factum sit vt fluat in conuiuam.* Contra Scaliger: *ad vnumquemque actum, sic adfluat in conuiuam.* interpretatus actum τὴν περιαγωγήν, cum vertitur, agitur a puero. Ex Bruschiana locum restitui.

f. 17. *lucifer interdiu*] Victorius errorem Varronis arguit, quasi diuersas stellas Luciferum et Hesperum facientem, in quo sequitur eum Gallus. Contra Vrsinus ex loco Plinii II. 8. Luciferum solem, Hesperum lunam interpretabatur. Tam ignarus rerum naturae atque astronomiae vix fuisse videtur Varro, vt tam immanis error in eum cadere possit. Sed artifex in tholo imagines Luciferi et Hesperi adhibuisse videtur ad distinguendas horas diurnas et nocturnas.

ad infimum] In summa haemisphaerii parte horologium collocat Turnebus; Gesner interpretatur in margine concaua tecti haemisphaerii et in parte, conuiuis obuersa; et negat, horologium hoc ex automatorum genere fuisse, contra Castellum, affirmantem, quem sequitur etiam Io. A. de

de Segner. Gesner nititur loco Plinii VII. sect. 60. qui clepsydram publicam celebrat. *Qui*, inquit, *potuit praetermittere Plinius, qui clepsydram publicam celebrat?* At, bone, a quo positam? A Scipione Nasica, collega Laenatis, primo horas aequaenoctium *ac dierum aqua diuisas fuisse* refert anno V. C. 595. Quid igitur opus Plinio erat seorsum commemorare Varronis horologium priuatum, iam diu vsu eius publicato?

cardinem] Centrum semiglobi et orbem circulum interpretatur Turnebus.

octo] Etiam post inuenta duodecim ventorum nomina octonam numerationem magis placuisse, ex Plinio II. s. 46. admonet Gesner.

horologio] octagono, quod descripsit Vitruuius I. 5. Andronicum Cyrrhesten nominans. Hinc lectionem vulgarem *Cyprestem* iam olim correxit Turnebus. Vrsinus malebat: *in octogono quod fecit Andronicus Gerrhestes.* Sane inusitata est omissio proprii nominis, apposita tantum patria, Cyrrho, Syriae urbe! *Aurologio* malebat Salmasius ad Solinum, p. 880.

f. 18. *ad fabulam*] Vrsinus corrigebat: *narrat tabulas cum dirimeret.* Vulgatam tuetur Gesner, tabulam interpretatus eam, in qua post lata et coniecta in situlam singulorum suffragia punctis notabantur, quot eorum quisque candidatus tulisset. De qua tabula locum ponit Ciceronis in Pison. c. 5. ubi tabula praerogatiuae datur custodienda alicui. Sed cum diribantur tabellae euntibus ad suffragia, deinde in situlam coniiciendae, lectionem *diriperent* vel *dirimerent* h. l. magis probat Gesner, dinumerarent interpretatus. Permutata inuicem verba *diripere*, *dirimere* et *diribere*, vbi est de suffragiorum tabellis sermo, annotauit Gesner in locis Ciceronis in Pison. c. 40. pro Plancio c. 40. ad Q. Fratrem III. 4. et Lucanus V. 393. *et non admissae dirimit suffragia plebis.* Deinde monet Gesner, tabellas domo allatas, saltem puras datas et a suffragatore quoque inscriptas fuisse; itaque olim Catonem Vticensem, cum plures tabulas eadem manu inscriptas reperisset nomine competitoris in comitiis aedilitiis, fraude aperta effecisse, vt ea renunciatio irrita esset, narrante Plutarcho in Catonis vita. Tesserulas igitur interpretatur tabellas suffragiorum; loculum vero cistellam, in quam suffragia coniiciebantur; seu sitellam, aut loculatam istam, vt vnicuique candidato loculamentum vnum tribueretur in dirimendis suffragiis. De loculata cista ineptum Gesneri commentum esse puto; ex nomine enim candidati inscripto facile sine loculis numerari poterant suffragia. Scilicet ad

 hoc

hoc commentum delapsus est vir doctus, quoniam suffragia h. l. non *diribi* sed *dirimi* et dinumerari putabat. Cistam igitur illam, de qua Auctor ad Herennium I. 12. et Liuius XXV. 3. in quam tabulae suffragiorum coniiciebantur, repudiabat; atque haec omnia excogitabat, vt vulgatum *ad tabulam* defenderet. De custodibus, a candidato vnoquoque appositis sitellae, vide Interpretes ad Ciceronem in Pison. c. 15. et ad Or. in Senatu post Redit. c. 11. In Agraria II. 9. est *nullo custode sortiri*. Ex capite 2. constat, suffragia iam fuisse lata, et tabellas dirimi nunc; igitur lectionem *dirimerent* cum Vrsino restituere non dubitaui.

Cap. VI. *De pauone*] Vrsinus malebat *pauonibus*.

diceres] Victorianum *diceret* corrigi iussit etiam Vrsinus, quod fecit Gesner. Ascensianae Praefatio malebat legi *qui secus si quis diceret*, et serram militarem Vegetii intelligebat in vulgari lectione *ante eum*.

fortasse an tecum serram] Ita librorum lectionem: *ante eum* vel *ante cum* primus recte emendauit Scaliger, assentiente Vrsino Pontederaque, qui certatim illustrarunt formulam *fortasse an* pro simplice *forsan*, *forte*. Ita iterum noster infra, c. 16. Cicero ita posuit *si forte*, Orat. III. 12. et ad Q. Fratrem I. 2. 2. Graeci similiter dicunt εἴπερ. Vulgatam inepte interpretatur Turnebus Aduers. VIII. 7.

duceret serram] Serram reciprocare dixit Tertullianus de Corona, c. 2. id est altercari. Locum alium Varronis apud Nonium I. p. 12. 6. *Aes defraudasse cauponem, bonam luto obleuisse, tum portitores aera iuduxere.* vbi aliae Edd. *aeram duxe*, Gronouius Obseru. IV. 5. p. 75. emendat legendo: *cum portitore serram duxe;* reliqua vero sic: *defraudasse coponem, coponam luto obleuisse.* Nam in Codice Vossiano Nonii esse narrat: *bonam — erram duxe.* Praeterea Scaliger aliam h. l. emendationem proposuit, quam quidem ipse praeferebat, vt *sertam* i. e. funum legeremus. Affert Tertulliani locum de Pudicitia c. 2. *Sed non decet vltra de auctoritate scripturarum eiusmodi funem contentiosum alterno ductu in diuersa distendere.* Funem contentionis idem dixit contra Marcion. cap. 4. 4. et Persius V. 118. *funemque reduco.* Ab hac similitudine dicitur etiam latinum *obtrectare.* Sed *Sertam* pro fune dici latine, recte negauit Gesner in Th. L. L. sub voce *serra*, vbi recte priorem Scaligeri emendationem probat. In loco Ciceronis de Orat. I. 15. *sin de iure ciuili; tecum communicabit.* Nonius p. 188. habet: *si de iure ciuili tecum seram vocauit*, et vocare interpretatur trahere, ducere.

ducere. vnde Mercerius ſuſpicabatur, fuiſſe olim in Cicerone *ferram vocabit*, laudato hoc Varronis loco.

Lurco] Plinius 10. ſ. 23. *Pauonem cibi gratia Romae primus occidit Orator Hortenſius aditiali coena ſacerdotii. Saginare primus inſtituit circa nouiſſimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco, exque eo quaeſtu reditus ſeſtertiûm ſexagena millia habuit.* Cicero pro Flacco cap. 4. Attic. I. 16. M. Lurconem tribunum plebis Piſone et Meſſala CSS. nominauit, forte eundem, vt ſuſpicatus eſt etiam Victorius. Eundem nominauit Suetonius Calig. c. 23. vti cum Manutio cenſet Erneſti. Hunc quidem Caligula Decurionem Fundanum opprobrii cauſa nominabat. Probus Catholic. p. 1486. *Orchus, Pulcher et Lurcho* excipiens per ch ſcribi, monet; Servius ad Georg. III. 223. omittit *Lurcho.* ſed habet ad Aeneid. VI. 3. Itaque ſcriptum habent Edd. primae cum Pol.

ſupra ſexagena] In Edd. primis pro *ſupra* ſcriptum exſtare *S.* i. e. ſeſtertium, atque inde ab Aldo effectum H. S. migraſſe in reliquas editiones, monet Pontedera, eamque ſcripturam vnice veram eſſe et calculus docet et Plinii locus. Igitur non dubitaui reſtituere antiquam ſcripturam. Non ſatis diligenter hoc in loco varietatem Edd. annotaſſe videtur Geſner. In Codice Caeſenate pro *numum* eſſe *minimum*, teſtatur idem Pontedera.

pauciores] Creſc. 9. 82. *Vni maſculo quinque foeminae ſufficiunt, quod ſeruandum eſt, vt ait Varro, ſi ad fructum ſpectes; nam tunc pauciores debent eſſe mares, quam foeminae — enim eſt maſculus.* Haec ita cum Palladii verbis continuavit, vt neſcias, an diuerſam in Varrone lectionem ſecutus fuerit.

Pauonum greges] Vrſinus malebat priora duo verba deleri, vel legi: *agreſtium greges tranſmarini.*

Sami] Idem ex Mendoto Samio docet Athenaeus XIV. p. 655. atque inde ait pauones in reliquam Graeciam diuulgatos fuiſſe. Samia hinc numiſmata pauonem inſcriptum gerebant, monente etiam Victorio.

Planaſia inſula] Vrſinus malebat *in ſilua.* vt ſilua reſponderet luco Iunonis Samiae: eamque ſibi emendationem ſumſit Popma. Planaſiam inſulam eandem etiam Planariam dici a Plinio, hodie *Pianoſa*, monet Harduinus ad Plinium T. I. p. 159.

natura formae] Vrſinus omitti malebat *formae.*

ſ. 3. *bimae*] *Trimae* malebat Vrſinus ex Columella VIII. 11. et Geoponicis XIV. 24. Plinio X. 59. Ariſtotele H. A. VI. 7. et Aeliano V. 32. Recte!

Itaque Seius] Volunt intelligi Seium, de quo supra III. 2. 7. Sed Edd. primae habent *senis his dant.* quam lectionem equidem praefero, etsi de mensura hordei, in cibo dati, dubito; nec eam reliqui scriptores definiunt. Deinde definienda erat non solum mensura hordei, in cibo dandi, sed numerus etiam pauonum, cui detur. Senos autem nominat Varro, quia quinque foeminis mas vnus attribui et cum iis secludi in peculiari cella solebat, vt ex Columella discimus. Lurconem potius huius pastionis inuentorem in exemplo nominare voluisse videtur Varro; atque eum intelligit etiam Pontedera, etsi de vitio huius loci non admonuit. Seium aluisse pauones, nullibi dixit Varro. Igitur verba *dat,* deinde *is* sunt referenda ad Lurconem; nec dubitaui lectionem antiquam restituere. Alterum etiam *singulos* abundare puto.

s. 4. *ex quibus*] Sequentia verba *ex iis,* a Gesnero inclusa, et ab Vrsino iam olim damnata, Gesner ita defendebat, vt emendaret: *a quibus* (se gallinis) *ex iis* (ouis) *excusos.* Recte, puto.

testudinem] Edd. primae *in tectum id, in quo.* Polit. liber prior habet *in testabilem.* eamque lectionem posuerat Victorius; vnde effingebat Scaliger: *intus stabile,* i. e. in stabulum. Contra Turnebus Aduers. VIII. 7. *in stabilem,* i. e. stabulum, malebat, et cum eo Popma, qui tamen primus incidit in *testudineam eam,* felici coniectura, ex Politiani libro altero a Gesnero confirmata. Miror tamen, Victorium eam lectionem non annotasse, quam ex Codicibus protulit etiam Vrsinus et probauit ob locum nostri cap. 5. de turdis.

tectorio leuata] Cresc. *Cubilia debent eis fieri sub tecto discreta et a terra eleuata, vt neque — bestia accedere ad ea possit, vt ait Varro.* Pontedera ex eodem loco laudauit *leuata.*

s. 5. *Praeterea locum*] Cresc. *praeterea locum ante se purum habere debet cubile, quoad pastum — aptis. nam vtrumque locum purum esse* etc. Vrsinus deesse ait in vetere codice verbum *habere,* atque omnino abundare affirmat.

batillo] Cresc. *cum vacillo.* Ex editione Louaniensi laudat Gesner *vacillo id est vadili.* Vide Gesneri Thes. L. L.

s. 6. *augurali aditiali*] Cum Victorio Gesner dederat *adiiciali,* etsi in Polit. libris est *adiciali.* Victorius praeterea malebat *augur* legere. Bene. Auguralem coenam habet Cicero Epist. VII. 26. Aditialem sacerdotii coenam ex h. l. duxit Plinius. Macrobius Saturn. II. 9. ex h. l. laudans Varronis verba, omisit *augurali,* vt monet ad h. l. Vrsinus; aliae

vero

vero Editiones omittunt *aditiali*, vt in Varrone etiam quaedam. Formam *aditiali* recte probabat etiam Gesner.

quod potius] *Potius* pro *protinus* ex Edd. primis reuocari voluit etiam Vrsinus, quod fecit Gesner. Popma malebat: *quod potius factum luxuriosi.* Scilicet vulgo legebatur *tam luxuriosi.* Sed ex Polit. libro Gesner dedit *tum.* In Macrobio est: *quod potius factum tam luxuriose quam seuere* etc. Aelianus H. A. V. 21. Ὀρτήσιος ὁ Ῥωμαῖος καταθύσας ἐπὶ δείπνῳ ταὼν πρῶτος ἐκρίθη. ex quo loco Victorius ad h. l. arguebat, Hortensium in iudicium fuisse adductum ob eam coenam, vel condemnatum, si ἐκρίθη dicatur pro κατεκρίθη. quod temere repetiit Popma. Nihil enim aliud Aelianus nisi hoc dicere voluit, primum Hortensium ex quorumdam iudicio occidisse in coena pauonem. Pontedera in Cur. sec. interpretatur: *quod factum potius luxuriosi nepotis, quam seueri boni viri laudabant; ita enim mores tum ferebant.* Itaque bonos viros ironice dictos interpretatur.

grex centenarius] Vrsinus h. l. ita corrigi volebat: *facile XX millia sestertium, vt reddat, vt quidem Albutius aiebat: ac si vt Seius ternos exigeret pullos — possent.* Nam pauones 150 denarios venditos centum, id est, numis ducentis, efficere 20 millia numûm sestertium. Recte quidem Vrsinus, si ipse grex vendatur. At foetum vendi tantum voluit Varro; qui si geminus venditur singulorum, efficitur summa quadraginta millium sestertium; recte monente Gronouio de P. V. IV. 2. p. 266. Reliquam loci corruptelam non attigit Gronouius, etsi manifestam. De Seio vana est Vrsini coniectura; vt supra vidimus ad sect. 3. Puto, fuisse olim h. l. aiebat: *at si quis in singulos* etc.

sextertia] Idem Gronouius l. c. p. 22. legendum esse monuit *sestertium* vel *sestertiûm.*

Albutius] Polit. libri etiam hic *Abuccius*, vt supra III. 2. 17. vbi vide. Victorius ibi annotauit, in libris Polit. esse h. l. *Abuccius habebat.*

Cap. VII. *saxatile*] Crescent. IX. 88. *Ex his, qui ponuntur, meliores sunt saxaroli et post ipsos turgni. sic a vulgo ex pennarum colore vocati; tales enim in columbariis melius durare cernuntur, quam caeteri.* Italica sunt nomina *Sassajuoli*, alterum *Turchini* scribendum videtur, vt monuit etiam Cangius. Interpres Gallicus *Cendrins* et *Bruns* reddidit. Male! Saxatilem Sardam (Sassajuolo) descripsit Cetti T. II. p. 132. vers. germanicae, quae saxa et rupes abruptas habitat in cauernis.

a quo

a quo appellatae] Manilius V. 383. *clausas, qui culmine summo pascere aues Veneris gaudent, et credere campo, ac certis reuocare notis.* vbi ante Bentleium erat: *et reddere caecas, aut certis reuocare notis.* Malim aut *reddere campis, ac certis rev. notis.*

ſ. 2. *agreste sine albo*] Haec verba ſpuria videbantur Vrſino. Sed locus Columellae VIII. 8. ab eo allatus, nihil iuuat eius coniecturam, vt recte monuit Geſner.

incedunt in locum vnum] Vrſinus monet, in veteribus Codd. eſſe *incolunt locum vnum*, partim: *includunt in locum vnum.*

ſ. 3. *punicanis*] Poenorum artificium lignariorum crebra apud ſcriptores Latinos mentio fit. Cato punicana coagmenta, Cicero punicanos lectos, Plinius lectos punicos et torculare punicum memorant. Huc pertinet artifex barbarus pultifagus Plauti in Mercatore. Seruorum a Poenis emtorum opera haec fuiſſe ſuſpicor; vel potius a mercatoribus Poenis aduecta in Italiam atque emta a Romanis. Punicanae feneſtrae clatratae fuiſſe videntur, aliae enim in ornithone adhiberi vix poterant. Vide ad Catonis cap. XIV. 2. notam. Peſſime vulgo h. l. legitur *latioribus, reticulatis vtrinque, vt locus.* Ceterum h. l. Scholiaſtes Iuuenalis in Codice Schurzfleiſchii, teſte eodem in Spicileg. Animadv. in Iuuenal. p. 26. ſic laudat: *Columbarium fit, vt — feneſtris latioribus vtrinque et reticulatis — ne quis ſerpens aliudue quid animal in. i. queat.*

ſ. 4. *Poſſint*] Reſtitui antiquam lectionem; reliquae cum Victorio *ſit* dederunt. Ceterum h. l. rectius quidem diſtinxit Geſner; nam antea legebatur: *poſſit. Intus — partibus ſub.* ſed praeterea locum vitia adhuc quaedam obſident. Verba ſcilicet ſic ordinanda eſſe puto: *Columbaria ſingula eſſe oportet intus ternorum — partibus, et vt os habeant — poſſint.*

ſ. 5. *Aquam*] Creſcentius: *ipſorum manſio ſit prope locum, vbi aqua influat, vnde et bibere et vbi lauari poſſunt. Permundae hae volucres ſunt, vt ait Varro.* Vnde praetuli lectionem Edd. I. I. G. vbi vulgo erat *aquam eſſe oportet quo.* Ceterum vide ad ſect. 8. notam.

permundae] Edd. primae, certe Bruſch. et Ald. habet *permundae ſunt enim;* quam lectionem, qui mutarunt, poſt duas voces collocatum *enim* non tulerunt, quod tamen ſic poſitum defendit Victorius in Explicat. Caſtigat. ſuarum in Ciceron. p. 384. Sed ordo verborum in Editione Bruſchiana,

na, quae ſequitur Ienſonianam multis in locis, plane diuerſus eſt a Victoriano, nec tamen a Geſnero annotatus.

columbarium] Polit. et Creſcent. *columbarum* habent. Creſc. pergit: *ſaepe debet eis mundare locum et fimum reponere, qui ad agri culturam eſt optimus.* Vnde apparet, excidiſſe h. l. verba aliquot, veluti *et recondere.* Nam quia euerritur ſtercus, ideo non eſt commodum ad agriculturam; ſed reponitur, quia eſt vtile ad agrum ſtercorandum.

ſcripſerint aliqui] Ita Edd. primae. Victorius *aliquot* dedit, quod in Palladio feram potius.

ſiue quae columba] Creſc. *et ſi quem inuenerit vulneratum, curet, ſi quem mortuum, eiiciat.* Vrſinus vulgatam ante Victorium: *ſiue ſi columbam*, ita emendabat: *Si quid offenderit, vt medeatur; ſi qua perierit* etc. Reliqua verba adiectitia eſſe cenſet et ſpuria. Sed male de columbario fracto vel laeſo interpretatur ex Geoponicis XIV. 6. vbi de introitu cuſtodis eſt: ἀναγκαῖον γάρ ποτε καὶ σαροῦν τὸν οἶκον καὶ τὴν κόπρον λαμβάνειν, κἄν τι πεπονηκὸς εἴη τῶν ἔνδον, ἐπισκευάζειν, πρὸς τὸ μηδὲ τοὺς ὄφεις μήτε τὰ ἄλλα ἑρπετὰ λυμαίνεσθαι. Sed eius loci diuerſa eſt ratio; et recte intelligit ipſas columbas, morbo aut aliquo vitio laborantes, Geſner.

promat] Creſc. *eos promat. cibum et potum* etc. Scilicet is ordine diuerſo ita h. l. excerpſit: *mortuum eiiciat. Item ſi qui ſunt nimis* (Editio antiqua mea *minus*) *feri et bellicoſi, vt alios laedant, eos inde remoueat et in alium locum ſecretum ab alio ſe ponat. (per ſe ponat* Editio antiqua mea.) Pontedera ex ſua Baſil. editione h. l. ita laudat: *Item qui ſunt — exinde remoueat — ab aliis ſeponat.* Vulgatam *quae foetae ſunt, in certum locum, vt diſcluſum — rete habeant.* ita corrigebat Vrſinus: *vt locum diſcluſum ab aliis rete habeat,* (ſc. curator) *quo transferantur, e quo foras euocare poſſint.* in qua emendatione *habeat* probauit etiam Geſner. Pontedera ex loco Creſcentii ita h. l. emendari volebat: *Item quae ſunt ferae, vt certum locum diſcluſum — habeat, — et quo foras euocare poſſit matres.* Opinionem ſuam confirmari putabat auctoritate Codicis Veneti, vbi ſcriptum reperit: *Item quae ſunt fere.* Sed Creſcentius vix h. l. Varronis exſcripſit, ſed de ſuo, vti ſolet, quaedam interpoſuit. Maior eſt Columellae auctoritas, qui h. l. ita reddidit VIII. 8. *habeatque appoſitam ſatis amplam caueam, retibus emunitam, quae excludat accipitres et recipiat egredientes ad apricationem columbas, nec minus in agros emittat matrices, quae ouis vel pullis incubant, ne quaſi graui perpetuae cuſtodiae ſeruitio contriſtatae ſeneſcant. nam cum paulum circa aedificia volitauerint,*

rint, exhilaratae recreantur, et ad foetus ſuos vegetiores redeunt, propter quos ne longius quidem euagari aut fugere conantur. Vnde locum Varronis concinnaui iuuantibus Edd. primis. Locum in ſecluſum rete curator foetus tranſfert, vt apricentur in ſole; atque inde etiam matres, quae pullos habent, ſinit euolare in agros vel circa aedificia, vt recreentur. Scaliger malebat deleto *in* legere *ſunt, certum locum — et qua foetas euocare poſſint matres.* Popma et cum eo Geſner praeferunt *euolare;* et Geſner vocem *matres* ſuſpectam habet, vt gloſſam vocabuli *foeti.* Sed foetae ſunt, quae ſunt enixae oua, matres, quae pullis incubant. Vtraeque diuerſa ratione tractantur in ſecluſorio; illae enim apricantur ibi; has euolare etiam ſinunt. Recte tamen Geſner Victorianum *matreſque* reiecit. In Cod. S. Reparatae *quae fetae* eſſe, monuit Ponted. in Cur ſec.

ſ. 6. *altera de cauſa*] Vrſinus deleri vult verba: *de cauſa*, vt ſpuria. Recte!

pulliciem] In Codice vetere Vrſinus reperit *pullicium;* in Edd. primis eſt *publicum.* vnde recte Vrſinus effici voluit *pulliciem*, probante Pontedera, quanquam is in Cur. ſec. ſententiam mutauit et *illicium* probauit. Vulgatum Victorianum *illicium* cum Scaligero probabat Geſner, interpretatus emiſſas columbas redire et plures ſecum ducere illectas. Quam ſententiam, per ſe ineptam etiam, nullo modo ex verbis Varronis licet extorquere; nec boni viri et honeſti hoc eſt facere ſtudere. Itaque ſcripturam, tam aperte a Columella lectam et comprobatam, recepi. Aliunde quam ex Varrone Geoponica XIV. 1. *ἐὰν δέ ποτε σπανίζωνται τροφῆς μόνας τὰς νεοττοτροφούσας ἐξελατέον· αὗται γὰρ κορεσθεῖσαι ἐπιστρέφουσι θᾶττον, τοῖς νεοττοῖς τροφὴν κομίζουσαι.*

ſ. 7. *interficere ſolent*] Creſcent. *Item debet eos curare et tueri ab omnibus nocumentis. Laeduntur enim et capiuntur ab accipitre, miluo et falcone, et caeteris quibuſdam auibus rapacibus, quas occidere poteſt duabus virgulis viſcatis in terra defixis inter ſe curuatis, cum inter ipſas poſuit animal obligatum. ſic enim ea facile decipere debet et poteſt.* vbi antiqua mea editio habet: *inter ipſas poſſit animal.* Modum capiendi ita deſcribit X. 27. In terram duae vel tres infiguntur virgulae inuiſcatae, modicum diſtantes, ac verſus ſe ipſas plicatae, in medio quarum ligatur auis aliqua, vt columbus vel pullus vel caro aut mus pro miluis et quibuſdam aliis auibus rapacibus, quae talia petant, ad quae cum aues venerint, capiuntur cordulis.

impe-

impetere] Ita dedi pro *item petere* ex emendatione Salmaſii ad Solinum c. 40. p. 614. Aliae Edd. *intercipere* habent. Idem verbum reſtitui noſtro infra cap. 16. ſ. 8.

obleuerunt] Priſcianus X. p. 898. ex Varrone Rerum ruſticarum laudans verba *cum oblinerunt vaſa* pro *obliuerunt*, videtur h. l. reſpexiſſe.

atque ad locum redeunt] Haec Vrſino merito ſuſpecta viſa ſunt, igitur Geſner incluſit.

ſ. 8. *circum parietes*] Columella: *Caeterum cibos iuxta parietem conueniet ſpargi, quoniam fere eae partes columbarii carent ſtercore.*

in canalibus] De vitio nemo admonuit; ſunt tamen haec lacunoſa. In canalibus nemo veterum cibum columbis appoſuit. Poſſis excipere, propter ſtercus, in ſolo iacens, poni in canalibus. At enim quomodo per fiſtulas extrinſecus ſuppleri poteſt cibus? Haec ſcilicet ſunt ineptiſſima de cibo. Pertinent ad aquam; de qua ſupra: *Aquam puram eſſe oportet, quae influat, vnde et bibere et vbi lauari poſſint.* Alia ratione vtitur Columella VIII. 8. qui columbas lauari debere, cum incubant, negat. Cum Varrone faciunt Geoponica XIV. 6. χωστέον δὲ τῷ οἴκῳ λȣτῆρα μείζονα ἵνα καὶ πίνειν καὶ λȣ́εσθαι δύνωνται. Locum igitur Varronis perturbatum verbis quibuſdam, ex alieno loco retractis, ita redintegro: *circum parietes. Aquam mundam eſſe oportet in canalibus, quo influat et quas extrinſecus per fiſtulas ſupplent, vnde et bibere et vbi lauari poſſint.*

Item feras has] Edd. I. B. R. *fere haec* in qua ſcriptura vera forte latet. Vulgata certe vitioſa eſt; ſequitur enim ſtatim *agreſtes columbas.*

qui habent] Geſner malebat *quae habent*, i. e. habitant. Interpunctionem mutaui, quae ita facta fuerat: *turribus, ac ſ. villis, qui habent, — poſſunt immittendum.*

Aetate bona] Ita h. l. diſtingui voluit Pontedera. Vulgo erat *περιστερῶνας aetate bona. parandum.* Columella: *Eligendae ſunt ad educationem neque vetulae nec nimium nouellae, ſed corporis maximi.* Hanc diſciplinae partem accuratius tractat Creſcentius IX. 88. Geoponica XIV. 6. μὴ ἀπὸ νέων ἄρχεσθαι περιστερῶν, ἀλλ᾽ ἐκ τοκάδων. εἰ δέ ἐστι ζεύγη δέκα πρὸς τὴν σύστασιν, πολυπλασιάζονται ταχέως.

ſ. 9. *itaque diebus*] Creſc. *nam diebus 40. concipit, parit incubat et educit, et hoc fere per totum* etc. vbi antiqua mea Editio rectius habet *educat.* Geoponica XIV. 1. Φύσει δὲ καὶ πολυγόνον τὸ ζῶον. ἐν πάσαις γὰρ τεσσαράκοντα ἡμέραις κοΐσκει καὶ τίκτει καὶ θάλπει καὶ ἐκτρέφει, καὶ τȣ̃το σχεδὸν δι᾽

ὅλȣ

ὅλȣ τȣ̃ ἔτȣς ποιεῖ. μόνον δὲ ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν μέχρις ἐαρινῆς ἰσημερίας διαλείπει. τὸ δὲ λοιπὸν τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃ τίκτει καὶ ἔστι ἰδεῖν τὰς αὐτὰς περιστερὰς ȣ̈πω τῶν πρώτων νέοττῶν τελέως ἐκτραφέντων ὠογονȣ́σας καὶ θαλπȣ́σας τὰ ὠὰ, καὶ αἱ ἐπιγοναὶ αὐτῶν τελειωθεῖσαι εὐθέως μετὰ τῶν τεκόντων αὐτὰς ἄρχονται τίκτειν. Quem locum ex hoc noſtro ductum eſſe ſuſpicari licet.

interuallum faciunt] Vrſinus *intermittit*, vt *facit* antea legi volebat. Equidem ex Creſcentio malim *interuallant*, quod ex editione Louan. allatum probauit etiam Geſner, et febres interuallatas apud Gellium XVII. 12. comparauit. Ammiani loca poſuit in Theſ. L. L.

qui ſimulac] Creſc. Baſil. *qui vbi ſimul accreuerant.* ſed recte antiqua mea: *qui ſimul accreuerant.*

pariunt] Creſc. addit: ſed experti noſtri temporis in partibus noſtris dicunt, quod poſt ſex menſes pariant et non ante, et donec viuunt, quatuor vicibus et quinque et ſex et amplius faciunt pullos in anno, ſi eſcam inueniant vel habeant abundanter. quodſi nihil tribuitur, ter ad minus pariunt, ſcilicet in aeſtate. Sextum menſem definit pullis recte Ariſtoteles H. A. VI. 4. cuius locum annotauit Schoettgen.

deinde manducato] Creſcent. *cibantque illos pane callido mollificato et maſticato vel molli, hieme bis, aeſtate ter quolibet die, ſcilicet mane, meridie et veſpere.* vbi Editio antiqua mea *et* ante *maſticato* omittit. Geſner ex editione Louan. commemorauit *mollificato*, et probauit; ſed reliquam varietatem reperiſſe ibi non videtur.

hieme demunt cibum medium] Haec omiſit Creſc. nec video, quomodo medius cibus hieme demi poſſit ſaginandis pullis.

ſ. 10. *Qui iam pinnas*] Creſc. *eos vero, qui iam pennas magnas habere incipiunt, relinquunt in nidis, fractis cruribus, matribus nutriendos vel impinguandos, vel extrahunt de pennis vnius alae. nam, qui ita educantur, celerius impinguantur, quam caeteri, vt ait Varro.* vbi antiqua mea Editio habet ſincerius: *relinquunt modo illoſis, id eſt, fractis cruribus.* Geſner ex Louan. editione laudat: *illiſis, id eſt, fractis.* Columella: *pulli vero facilius ſub matribus pingueſcunt, ſi iam firmis, prius quam ſubuolent, paucas ſubtrahas pinnas, et obteras crura, vt vno loco quieſcant, praebeaſque copioſum cibum parientibus, quo et ſe et eos abundanter alant.* Vides ergo, Varronem integriorem habuiſſe non ſolum Columellam, ſed etiam Creſcentium, ex quo inſerenda ſunt verba: *vel*

vel extrahunt de pennis vnius alae. nam qui etc. Infra etiam cap. 9. 20. de gallinis ſaginandis eſt: *Eas euulſis ex alis pinnis et e cauda farciunt turundis.* vbi vide notam.

et candidiores] Vrſino delenda videbantur verba *quam alii et cand.* Vitium vulgatae apertum eſt, quod tolles legendo: *quam alii grandiores.* In Edd. primis eſt: *candidiores parentes eorum. Romae, ſi ſunt* etc. In Polit. eſt *candidae fiunt.* Columella ſteriles et ſordidi coloris columbas veteres et adultas, vt gallinas ſaginari ait; candidas vendi ſolitas fuiſſe, inde intelligitur. Hinc etiam vitium vulgatae lectionis apparet.

millibus numum] Vrſino vox *numum* abundare videbatur.

L. Axio] Plinius 10. 37. *Lucius Axius eques romanus ante bellum ciuile Pompeianum denariis quadringentis ſingula paria venditauit, vti tradit M. Varro.* Noſtrum locum laudauit etiam Columella VIII. 8.

ſ. 11. *fictilia columbaria*] Sunt quae Florentinus Geoponic. XIV. 1. χυτρίνες ſeu κυτρίνες appellat, a χύτρα olla; reliquos appellat σηκὸς cum Ariſtotele H. A. VI. 8.

multi columbaria] Emendaui vulgatam ex Edd. I. I- G. de cuius vitio miror Interpretes non monuiſſe. Inſtrumentum vocat columbas; quas qui poſſidebant, dici ſimul poſſidere debebant periſtereona, etſi tantum ſub tegulis vel in tegulis concluſum, nec aedicula aliqua diſtinctum propria. Columella VIII. 11. ſ. 3. *fiunt arundinea ſepta in modum cavearum, qualia columbaria tectis ſuperponuntur.*

rure magnum] Vrſinus h. l. ita corrigebat: *aedifices rure magnum, condiſcas hic in vrbe quotidie aſſes condere in loculos.* Victorianam lectionem *aſſem ſemiſſem* putabat librarium effinxiſſe ex perturbatis notis. Antea fuit: *ex aſſe ſemiſſem.* Geſner illam lectionem ita interpretabatur, quaſi *aſſem vel ſemiſſem* eſſet; hanc vero ratione ea defendit vel excuſat, vt ponat aliquem 365 denarios impendiſſe columbario, et ſingulis diebus inde recipere binos aſſes ſeu denarios dimidios ſeu ſemiſſes. Ita nempe dici poſſe ex aſſe foeneris, dimidium ſeu ſemiſſem annuae vſurae redire. Qua quidem ratione ego nolim vti. Interpunxi interim locum ex mente Vrſini; cum antea eſſet *rure, magnum.*

Cap. VIII. *Tum Merula*] Cum Popma *Tu Merula perge* legi voluit Geſner. Recte!

proinde magnum] Creſcentius IX. 92. *Pro turturibus locum conſtituendum prouide magnum prout multitudinem ale-*

re velis. Item vt de columbis dictum est, vt habeant ostium etc. vbi antiqua mea Editio habet: *magnum vt multitudinem — velis eumque item* etc. Ita supra II. 1. 27. *proinde vt non.* vbi Edd. primae similiter habent *provide.* Varro apud Nonium in voce *indiscriminatim* habet: *proinde vt nihil intersit.*

ac camaras] Haec omisit Cresc. et deinceps: *tectorio. et in eis habeant multos palos* (Editio antiqua *pales*) *infixos, super quibus commode morare possint. et locum paratum congrue in quo pascantur. Cibatui* etc. vnde apparet h. l. inferendum esse post ordinem verbum *infixos.* Columella VIII. 9. *Ad lineam mutuli per parietem defixi tegeticulas cannabinas accipiunt praetentis retibus, quibus prohibeantur volare. — In his autem assidue pascuntur milio aut tritico. sed ea semina dari nisi sicca non oportet. satiatque semodius cibi in diebus singulis vicenos et centenos turtures.*

f. 2. *inter reliquos*] Vrsini emendationem: *inter reliquos ab imo ad camaram ad semipedem aeque latum ac mutulus a pariete exstat, in quibus* etc. recte reprobauit Gronovius de Pecun. Veter. p. 429. qui vulgatam vbique defendit, verba tamen *aeque latum ac mutulus — potest* inepte interpretatus: mutulus etiam aeque latum, id est, tantundem spatii, ad semipedem, a pariete exstare potest. Recte vidit Gesner *aeque latum* ad ordinem pertinere.

a summo ad camaram] Equidem malim: *summum* (ordinem) *a camara ad semipedem, aeque latum* et reliq. Ita enim *infimum ordinem oportet abesse a terra non minus tres pedes;* atque ita melius et aptius verba sequentia *aeque latum* reliquis iunguntur. De latitudine summi ordinis camarae proximi specialiter praecipit, quia parietes, in camaram coeuntes, angustiorem ordinem summum facere cogunt, nisi reliquos antecedere et propendere velis. Sed commodius ipsa verba Varronis ad quemuis ordinem referentur, vt tam latus fiat, quam longe a pariete mutulus eminere potest. Sed video nunc demum, Pontederam in Curis sec. monuisse, retis mentionem h. l. desiderari ex Columella; itaque corrigit: *ad semipedem rete latum ac mutulus,* i. e. ab infimo ordine ad camaram expansum rete ad semipedem a pariete distat, quo spatio extra parietem eminet mutulus. Verum *summo* ita dici vix credo, nec rete ab infimo ordine vsque ad cameram praetendi videtur.

f. 3. *Cibatui*] Cresc. *cibatui obiiciunt triticum — quotidie purgantur — ne laedantur, quod quidem seruatur et est bonum.* Milium excidisse videtur, si compares Columellae locum supra positum. Idem de stercore: *tegeticulae mundantur*

dantur, ne ſtercus vrat pedes, quod tamen et ipſum diligenter reponi debet ad cultus agrorum arborumque.

oppoſitiſſimum] Creſc. *aptiſſimum tempus eſt circiter menſem et cum matres eorum plurimos gignunt pullos, in quibus maxime fructus conſiſtit. Aucupatores tamen Lombardiae, praecipue Cremonae, tota aeſtate turtures feras retibus capiunt et in domuſculam clauſam, et quae lumen habeat, includunt, eiſque dant continuo aquam puram et milium quantum ſumere volunt, et vſque fere ad hiemem vel poſt partem autumni ſeruant, ſicque quingentos et mille quandoque congregant, quae ineffabiliter impinguantur.* Vrſinus h. l. legi volebat *aptiſſimum — circa.* Ad *aptiſſimum* ducit lectio Edd. primarum *potiſſimum* et Polit. *ad potiſſimum.* Denique ita habet Creſc. qui defendit vulgatum circiter. Veram ſententiam Varronis expreſſit etiam Creſcentius; verba vitioſa ſunt. Interim cum Pontedera vulgatum *cum pulli* mutaui, et diſtinctionem. Non inepte Geſner *opimae* corrigebat; circa meſſem enim reuera pingueſcunt matrices et mares turtures.

pulli] Pontedera vulgatam *cum pulli* corrigebat: *tunc pulli.* Matres enim effoetas tunc cito gliſcere, et pullos adultos iam inueniri ad farturam aptiores. Columella VIII. 9. *per hiemem, quamuis adhibeatur opera, difficulter gliſcit. — rurſus aeſtate vel ſua ſponte, dummodo ſit facultas cibi, pingueſcit. nihil enim aliud niſi obiicitur eſca, ſed praecipue milium. — Huius auis aetas ad ſaginam non tam vetus eſt idonea, quam nouella. Itaque circa meſſem, cum iam confirmata eſt pullities, eligitur.*

Cap. IX. *farſurae*] Librorum veterum lectionem varie interpretari et emendari conati ſunt viri docti. *Farſurae* praeferunt Turnebus Aduerſ. XXIV. 22. et Scaliger, ſed interpretando ſenſu mihi non ſatiſfecerunt. Vrſinus legi volebat: *Axius. Ego duo requiro farſurae membra, de palumbis ac gallinis*, et vocem *aſſurae* ex altera vitio ortam eſſe putabat. Pontedera: *Axius. Ego quae requiro aſſaturae aſſae membra de palumbis, de gallinis dice ſodes Merula:* hoc ſenſu: Ego quae de palumbis membra ſimpliciter aſſata requiro, dic de gallinis, Merula. Confirmari putabat emendationem ſuam loco Apicii VII. 5. vbi aſſatura aſſa memoratur. Sed quid aſſatura ad hunc locum? Geſner praeferebat lectionem antiquam: *Farturae, aſſurae* ἀσυνδέτως poſitam; quam paululum immutatam reſtitui; incluſi enim ineptum *aſſurae* et dedi *et gallinis* pro *de gallinis*, ſententia

 ipſa

ipſa ſuadente. Pontedera in Curis ſec. coniiciebat: *egoque requiro aſſaturae aſſae membra palumbis, de Gallinis:* i. e. et ego etiam in palumbis aſſaturam aſſam malo, quam alio modo, quod in gallinis proprium; de Gallinis etc.

Igitur] Recte Edd. I. I - G. *Ille igitur: ſunt gallinae.* Incipit enim nunc Merula diſputare de gallinis.

ſ. 2. *deinceps*] Vrſinus malebat: *quas omnes fere habent.* vel: *quas fere omnes habent villae.* ex Columella, qui ſic: *Cohortalis eſt auis, quae vulgo per omnes fere conſpicitur villas.* Recte, puto!

Deliaci] De his vide ad Columell. VIII. 2. 4.

pars quinta] Edd. primae: *ſcilicet que. Sa. pars V.* vnde ſuſpicor, fuiſſe olim in libris quibuſdam: *ſcilicet quaſi pars quinta.*

ſ. 3. *candenti ferro*] Haec verba excerpſit Chariſius grammat. p. 100.

calcaria ad] Reſtitui hanc lectionem, quam ſenſus poſtulat et Columellae locus VIII. 2. *ferro candente calcaribus inuſtis, quae cum ignea vi conſumta ſunt, facta vlcera dum conſaneſcant, figulari creta linuntur.* vbi vide notam. Vrſinus h. l. malebat legi: *ſemimares capi. — inurentes infima — rumpantur, ac quod.* Idem ait in Codicibus eſſe: *ac quod — oblinunt figulina creta.* vnde ſtatim praeferam cum Vrſino *ac quod.* Plinius X. ſect. 25. *caſtrari gallos ait candente ferro lumbis aduſtis aut imis cruribus.* Vnde apparet, h. l. Vrſini emendationem fuiſſe probandam, aut ſequendam antiquarum Edd. lectionem, quae quidem naturam verius expreſſit. Tranſpoſitionem illam *ſemimares capi* ex vetere Codice item affert et confirmat Vrſinus; atque ita verba eadem collocauit Columella. Sed nunc cenſeo, totum locum ita ex Plinio conſtituendum eſſe: *candenti ferro inurentes lumbos aut calcaria ad infima crura, vſquedum conſumantur; ac quod exſtat vlcus* etc. Ariſtoteles H. A. IX. 50. ἐκτέμνονται δὲ οἱ μὲν ὄρνιθες κατὰ τὸ ὀῤῥοπύγιον, καθ᾽ ὃ συμπίπτουσιν ὀχεύοντες· ἐνταῦθα γὰρ ἐὰν ἐπικαύσῃ τις δυσὶν ἢ τρισὶ σιδηρίοις, ἐὰν ἤδη τέλειον ὄντα, τότε κάλλαιον ἔξωχρον γίνεται καὶ οὐκέτι κοκκύζει. Antiquiſſima igitur haec caſtrandorum gallorum ratio fuit; quam vix omiſiſſe puto Varronem; etſi Columella omiſit. Ita enim ille: *nec tamen id patiuntur genitalibus amiſſis, ſed ferro candente calcaribus aduſtis,* et reliqua quae ſupra poſui. vbi tamen Codex Goeſianus coniecturam Vrſini, *neque tantum* legentis, confirmat. Sed eam rationem caſtrandi gallos teſticulis exemtis nullus ſcriptorum veterum memorauit, quanquam hodie fere omnes gentes

tes eandem vſurpant, reliquis duabus neglectis. Columellae locus poteſt tamen manum iniicere corrigentis Varronem; adeoque credere licet, lumborum adurendorum rationem iam Varronis aetate exoleuiſſe. In minutali Apiciano *teſticulos caponum* addit Apicius IV. 3. qui rationem Columellae confirmare videntur, et monſtrare, teſticulos caponibus non fuiſſe exemtos. Eſt tamen locus Galeni de Alim. Fac. III. de teſticulis animalium, ad cibum probatis, vbi tauros, ſues mares, capros arieteſque teſticulis exemtis caſtrari ſaginarique docet, addens, ſolos gallinaceorum ſaginatorum teſtes in cibo potiſſimum probari. Vnde quis caſtrandorum gallorum rationem hanc quae ſit exemtis teſtibus, exſculpere forte conetur; ſed fruſtra. Nam ſi ſaginatorum gallinaceorum inprimis probabant teſtes, antea non eximebant, ſed alio modo caſtrabant; atque hi ipſi ſunt teſticuli caponum, ab Apicio memorati.

ſint licet] Vulgatum: *ſint licet genera ei tria paranda.* Scaliger ita emendabat, vt legeret: *ſcilicet ei genera tria parandum;* cui aſſentitur Geſner, quia in Polit. libris eſt *ſic licet.* Mihi vero placet Vrſini ratio: *ſint licet genera tria, parandum tamen villaticas.* a qua quo propius abeſſet vulgata lectio, interim cum Edd. primis omiſi *ei* ante tria. In Scaligeri emendatione et interpretatione illud incommodum mihi accidit, quod inepte repetuntur tria genera paranda, quae antea iam diſtinctius enumerauerat Varro.

rubicunda] Creſc. *rubicundas.* Deinceps *amplas* dedi ex Polit. libris pro *ampla*, probante Columella et Pontedera. Pro *erecta* Vrſinus malebat *recta*, quod Columella habet: *rectis rutiliſque criſtis.*

partiones] Creſc. *partem.* In Geoponicis XIV. 7. *τόν τε λόφον ἐπηρμένον καὶ πρὸς ὠοτοκίας κρείττες εἰσί.*

ſ. 5. *Gallos*] Creſcent. *galli ſint lacertoſi — plene acuto — palea rubea, collo vario — femoribus — vngulis longis — pennis, vociferantes.* Vrſinus ex Codice vetere affert: *quod animaduertunt;* quae lectio erit praeferenda, aut cum Geſnero legendum *animaduertuntur.* Vulgatum enim *animaduertunt* vitioſum eſt. Ad *gallos ſalaces* intellige *eligat.*

pleno acuto] Columella: *roſtra breuia et adunca.* Edd. quaedam omittunt *pleno*, Creſc. *plene.* Forte fuit *pene acuto.* De ipſa re vide ad Columellam.

ſubalbicanti] Geoponica *γένειον ῥοδίζον.* Femina piloſa Columella interpretatur: *frequenter horrentibus plumis hirta.* Deinde *collum varium* idem explicauit *per iubas varias vel ex auro flauas per colla ceruiceſque in humeros diffuſas.*

non

non modo non] Cresc. alteram negationem omittit.

ſ. 6. *Medicos*] In Edd. primis et Polit. libris et Victorii *Melicos* legitur; quod ſcripturae vitium vulgare ſuo etiam tempore reprehendit Columella VIII. 2. 4. et Feſtus *Melicae*, inquit, *gallinae, quod in Media id genus auium corporis ampliſſimi fiat, L littera pro D ſubſtituta.* Idem in herba medica deinde factum fuiſſe ad h. l. monuit Victorius, cuius annotationem ad h. l. operae Geſneri vitiis multis conſpurcarant. *Melicam* enim et *melcam* pro medica ſaepe dixerunt Creſcentius, Albertus et reliqui medii et recentioris aeui ſcriptores, quam Itali hodieque *ſaginam* teſte Victorio appellant, etſi a veterum medica diuerſam putet. Scilicet Itali *Saggina* vocant milium Indicum ſeu Holcum Sorghum Linn. ante Plinii aetatem ex India allatum, teſte ipſo 18. cap. 7. noſtri *Morhirſe.* Hanc eandem Creſcentius aliique ſcriptores, a Cangio laudati, *melicam* ſeu *melcam* dicunt, quam Italica Creſcentii verſio, Venetiis 1542. edita, libro III. c. 17. interpretatur *Saggina.* Recte! Vide Becmanni H. Iuuent. Vol. II. p. 546. qui tamen melicae nomen omiſit, quod non ex medica factum eſſe videtur, vt putabat Victorius, ſed ex milio, cuius ſimilitudinem gerit grano.

attribuendus] Creſc. *parandus in quo duae caueae, id eſt, manſiones coniunctae ſunt, quae verſus orientem ſpectent et ſint longitudinis circiter decem pedum. latitudinis paulo minus, in altitudine paulo humiliores.* Ita antiqua mea cum Baſil. niſi quod haec omittit verba *id eſt manſiones*, quae ex editione Louan. etiam laudat Geſner. Idem ex Louan. affert: *latitudine paulo minores.* Columella VIII. 3. *totius officinae tres continuae exſtruuntur cellae, quarum perpetua frons orienti ſit obuerſa. In ea deinde fronte exiguus detur vnus omnino aditus mediae cellae, quae ipſa tribus minima debet eſſe in altitudinem et quoquouerſus pedes ſeptem. — Vtraque cella longitudines et altitudines duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis quam media.* De numero cauearum conſentit Varro; cellam enim curatoris alieno loco deinceps memorat mediam inter duas gallinarum caueas; in menſura diverſus abit. *In altitudinem* malebat Scaliger. Equidem interim importunum *quam* ante *in altitudine* ſuſtuli, quod nec Creſcentius nec Edd. I. I- G. agnoſcunt.

vtriſque] Creſc. *vnaquaeque habeat feneſtra tripedalem* (Baſil. *tripedali*) *vno pede altiorem ex viminibus factam raris — quidquam intrare poſſit, quod nocere ſolet* etc. Columella et ipſa tabulata feneſtris vult illuſtrari, et infra tabulata. De his poſterioribus Varro tradit, et Columella ita: *infra tabulata*

lata maiores fenestrae aperiantur, et eae clatris muniantur, ne possint noxia irrepere animalia, sic tamen, vt illustria sint loca. Mensuram non addidit. Vulgatam Varronis lectionem ex Edd. I. I- G. corrigi voluit Gesner; in iis scilicet est: *vtrisque fenestrae latitudine tripedali.* quasi in vnaquaque cella plures fieri debeant fenestrae. Hanc tamen interim lectionem recepi, vtpote rectiorem vulgata: *vtraque fenestra late tripedali, et eo pede altiores.* Praeterea ex Cresc. *vno pede altiores* dedi. Tabulatorum mentio hic omissa in alienum turdorum auiarium migrauit supra cap. V. sect. 4. vnde verba: *In hoc tecto caueisque tabulata habeant aliquot ad perticae supplementum.*

sect. 7. *inter duas*] Cresc. *inter ipsas duas sit hostium, quo gallinarius curator — tractae sint.* Haec Varronis verba alieno loco posita et a verbis sequentibus diuulsa sunt: *praeterea sit cella grandis, in qua curator habitet.* quae Crescentius plane omisit. Itaque totus locus ita est constituendus: *solent gallinis. Praeterea sit cella — habitet; inter ipsas duas sit ostium, qua gallinarius — possit.* Ceterum Scaliger verba *curator earum*, contra Vrsinus vocabulum *gallinarius*, vt ex interpretatione orta deleri volebant. Vrsinus adeo affirmat, in libris veteribus esse simpliciter *qua gallinarius earum;* vnde firmatur Scaligeri suspicio. Ita tamen, vt hodie exstat, h. l. legit Crescentius.

exsculpta] Omittit Cresc. Habent Polit. libri, sed *exclusa.* Equidem h. l. malim omitti, deinceps enim de positione accuratius tradetur. Igitur inclusi; totum locum ita lego: *cubilia earum, ita, vt in parietibus circum ordine posita sint — nocet.*

ante sit, vt dixi] Cresc. *Adsit quoque sicut dixi.* sed antiqua mea: *aut sicut dixi* habet, vt h. l. Edd. primae. Vitium h. l. manifestum est. De vestibulo enim nondum dixit; nec in vestibulo volutantur, sed in eo consistunt, per id adscendunt et descendunt. Audi Columellam: *ita crassos parietes aedificare conuenit, vt excisa per ordinem gallinarum cubilia recipiant — hoc enim salubrius et elegantius est, quam quod quidam faciunt, vt palis in parietem vehementer actis vimineos qualos super imponant. Siue autem parietibus cavatis siue qualis vimineis praeponenda erunt vestibula, per quae matrices ad cubilia perueniant.* Sed clausae gallinae debent habere amplum vestibulum, retibus munitum, quo prodeant et vbi apricentur, eodem Columella auctore cap. 4. sect. 4. De gallinarum igitur clausarum, quas vagari nolebat, vestibulo dixisse videtur Varro antea et statim post cel-

larum mentionem, vbi multa turbata fuisse a librariis iam antea vidimus. Nunc de altero vestibulo, cubilibus anteponendo, repetit, sed librarius de eodem agi putans, interposuit inepte verba *vt dixi.* Puto igitur, post cellae gallinarii mentionem ita pergere voluisse Varronem: *Adsit quoque vestibulum rete septum — volutari. In caueis crebrae — cubilia earum. ita, vt in parietibus — nocet. ante sit vestibulum positum, vbi consistere possint, cum descendunt vel adscendunt.* Sed vide etiam infra ad sect. 15. vbi demum de priore vestibulo tradit Varro.

exsculpta] Cresc. *volutari. Dicta cubilia sint exsculpta in parietibus aut affixa firmiter — cum incubat nocet.* vbi Basil. habet *incubant. Excisa* dixit Columella. *exclusa* Polit. libri. Similiter Cato c. 18. *foramina exsculpta* dixit. Deinceps Vrsinus praeferebat *adfixa*, quod habet etiam Cresc. et totum locum ita legebat: *ita, vt in parietibus circum omnia plena sint cubilibus g. aut excisis aut affixis.* Equidem puto, fuisse olim: *in parietibus circum ordine posita sint cubilia.* Interim lectionem *plena sint* repudiaui, quam nec ipse Victorius recipere ausus fuerat.

f. 8. *parturient*] Cresc. *parturierint palea substerni debet et cum peperint tollas — subiice; eo quod pulices et alia nasci solent, quae gallinas quiescere* etc. Columella cap. 5. *nam pulicibus aliisque similibus animalibus replentur.* vnde malim h. l. cum Crescentio legere: *pulices et alia animalia.* Praeter pulices enim pediculi, et ricini quoque vexant gallinas, quos acarorum numero comprehendit Linnaeus; quos in columbis *sexcupedes* dixit Crescentius, pediculi sunt; acari enim octo pedibus incedunt. *Pulicibus* substitui h. l. et in Columella *pedes*, i. e. pediculos volebat Pontedera.

acus substernendum] Festus: *acus palea est. Varro rerum rusticarum tertio: acus substernendum* (alias *substruendum*) *parturientibus, acus in area excutitur.* Priscianus Libro V. ex h. l. habet: *Acus substernendum gallinis parturientibus. In area excutitur.* Postrema verba ex libro I. 52. 2. petita et adiecta esse suspicabatur Gesner in Thes. L. L. Ceterum Libri Polit. *substernenda* habent; sed noster I. 57. 1. habet *acere.* Ex graeco ἄχυρον fit acus, aceris; Columella genere foemineo dixit.

aequinoctio] Crescentii Editiones tres *ab aequinoctio* habent; quod voluit etiam h. l. restitui Vrsinus, qui praeterea h. l. excidisse quaedam suspicatur ex Geoponicis vbi ait: *δεῖ δὲ ὑποτιθέναι τὰ ὠὰ μάλιστα ἀπὸ ζεφύρȣ πνοῆς τικτόμενα μέχρι μετοπωρινῆς ἰσημερίας, τὰ δὲ πρὸ τȣ́τȣ τȣ̃ καιρȣ̃ ἢ μετὰ ταῦτα*

ταῦτα τικτόμενα καὶ τὰ πρωτότοκα πάντα οὐχ ὑποθετέον. ἄγονα γὰρ καὶ ἀτέλεστα γίνονται. ὥρα δὲ ἀρίστη πρὸς τὸ ὑποτιθέναι τὰ ὠὰ ἡ τοῦ ἔαρος ἰσημερία. Duo ſcilicet tempora vult deſignari Vrſinus, vnum ad partum a Fauonio ad aequinoctium, alterum ad incubationem, ipſo aequinoctio verno. Mihi etiam deeſſe multa videntur, alia a librariis fuiſſe turbata.

et etiam prima eo tempore] Haec omiſit Creſc. qui habet: *poſt nata ſunt, non ſunt ſupponenda et gallinae, quae roſtra aut vngues non habent acutos, incubare debent, aliae in concipiendo et ouando potius quam incubando occupatae eſſe conuenit.* Sed antiqua mea habet ibi: *ſupponenda et ea quae noſtra — acutos autem nam paluſtre in concipiendo et ouando, quam — occupatae eſſe* omiſſo verbo *conuenit.* Geſner ex Louanienſ. tantum verba *et ouando* laudauit. Verba *prima eo tempore* interpretanda ſunt *τὰ πρωτότοκα.* quae prima a nouellis gallinis edita fuerunt.

ſ. 9. *potius vetulis*] Edd. I. I- G. *potius e vetulis quam e pullaſtris, et quibus ſubiicias, roſtra aut.* Sed Victorianam et Edd. primarum lectionem expreſſerunt Geoponica: *δεῖ δὲ ὑποτιθέναι ταῖς προβεβηκυίαις οὐ ταῖς ἀκμαζούσαις καὶ τίκτειν δυναμέναις. ἀκμαιόταται γὰρ πρὸς ὠοτοκίαν εἰσὶν αἱ ἐνιαύσιαι, μάλιστα δὲ αἱ διετεῖς. αἱ δὲ τούτων πρεσβύτεραι ἧττον. τὰς δὲ κέντρα ἐχούσας ὄρνεις ἐοικότα τοῖς τῶν ἀλεκτρυόνων κωλυτέον ἐπωάζειν. τρυπῶσα γὰρ τὰ ὠά.* Ita etiam Columella VIII. 2. 8. qui monet, calcaratas gallinas ad concubitum eſſe contumaces et incubantes aculeis calcis oua perfringere. Sed Varro gallinarum roſtra et vngues acutos eſſe vetat, ne verſantes oua aut incubantes perfringant oua. Mirum tamen, de calcaribus non meminiſſe nec h. l. nec in deſcribenda gallina. Gallo tamen roſtrum acutum et plenum eſſe voluit, quo ſcilicet pugnet contra noxia animalia. Lectio igitur Victoriana bene habet in eo, quod oua vetulis modo ſupponenda praecipit, non, vt vetus lectio, oua a vetulis edita. Ita etiam Columella: *nouellae magis edendis quam excludendis ouis vtiliores ſunt — veteranas igitur aues ad hanc rem eligi oportebit, quae iam ſaepius id fecerint, moreſque earum maxime pernoſci, quoniam aliae melius excludunt, aliae editos pullos commodius educant.* Reliquam huius loci ſcripturam, ex antiqua mea Creſcentii editione ita debere conſtitui cenſeo: *non ſunt ſupponenda, et ea, quae ſubiicias, vetulis potius, et quae roſtra aut vngues non habent acutos. Nam pullaſtrae debent potius in concipiendo et ouando occupatae eſſe, quam incubando.* Verbum *ouare* nunc primum ex Var-

 rone

rone prodit; ouationem tamen habet Plinius 29. c. 3. Pro *pullaſtris* Turnebus Aduerſ. 19. c. 28. malebat *pullinis* legere, Scaliger *pullitris* vel *pulletris* praeferebat; pullaſtras enim eſſe pumiliones; contra *pullitras*, quae nondum aut non multum pepererint. Ita *porcetram* eſſe, quae nondum aut non multum peperit, ſcrofam. De porcetra vide Gellium XVIII. 6. Eandem formam praeferebat etiam Pontedera; et Vrſinus Veteris Codicis lectionem *pullicis* laudabat. Ego *pullaſtrae* teneo. Ita enim vetuſtiſſimus liber Polit. habet *pulliſtris*, eoque ducit lectio antiquae meae Edit. Creſcentio, vbi eſt: *nam paluſtrae.* quam ignorabant Pontedera et Geſner.

ſ. 10. *fouere coepit*] Recte *coeperunt* legendum eſſe monuit Geſner.

ter noueni] Columella cap. 11. *decimo die omnia gallinacea ſubtrahantur, et totidem recentia eiuſdem generis ſupponantur, vt trigeſima luna, (hoc eſt expletis triginta diebus* addit Palladius) *cum pauoninis excludantur.* Similiter Palladius I. 28. et Geoponica XIV. 18. Hinc manifeſtum fit vitium vulgatae lectionis *ter noueni*, de quo admonuit etiam obſcure Turnebus Aduerſ. VIII. 8. cuius locum non intellexit Geſner. Ipſa etiam Varronis ratio correctionem noſtram poſtulabat. Creſcentius verba: *Si oua — ter deni* omiſit plane, et deinceps ſubiungit *Incubantes includere* etc. Columella VIII. 5. 10. *diebus ter ſeptenis opus eſt gallinaceo generi, at pauonino et anſerino paulo amplius ter nouenis.* Scilicet calore tempeſtatis numerus dierum vel augetur vel minuitur.

includere] Geoponica: *μετὰ δὲ τὴν σύνθεσιν τῶν ὠῶν ἐμβιβαστέον τὰς ὄρνεις καὶ ἐγκλειστέον, ἵνα δι᾽ ὅλης τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς θάλπωσιν αὐτά. πρωῒ δὲ καὶ δείλης ἀνοικτέον, τροφήν τε παραβλητέον τὴν συνήθη καὶ ποτὸν εἶτα πάλιν ἐγκλειστέον.* vnde Vrſinus h. l. legi malebat *datur*, quod ex Creſc. poſui pro vulgato *detur.* et eodem auctore cum Edd. I. I- G. omiſi *a* ante *mane.*

ſ. 11. *aequabiliter*] Geoponica: *ὁ δὲ πρὸς τȣ̃το τεταγμένος δι᾽ ἡμερῶν μεταστρεψάτω τὰ ὠὰ ἵνα πάντοθεν ὁμαλῶς θάλπωνται — ȣ̓ δεῖ δὲ εὐλαβεῖσθαι μὴ διαφθαρῇ τὰ ὠὰ, ἐὰν πολλάκις ἡσύχως μεταστρέφωνται. βλάπτει γὰρ ȣ̓δὲν τὸ τοιȣ̃τον.* Alii ſcilicet improbabant hanc rationem vertendorum ouorum atque inde damnum timebant; ſed ab vtraque parte inepte agitur. Nihil enim opus verſatione, quam peragit ipſa gallina; et abſque hac talis eſt puncti ſalientis poſitio, vt, quocunque ſitu poſitum ſit ouum, ſemper in ſuperna parte con-

conſiſtat et calorem gallinae excipiat. Eandem ob cauſam timor ille eſt vanus, ne ſtamina et rudimenta pulli coeuntia confundantur concutiendo.

in eos vitales] Edd. primae cum libris Victorii *inanes vitales*. vnde Scaliger efficiebat: *quod inas vitales*, i. e. venas. Feſtus: *Ilia dicta ab ina, quae pars chartae eſt tenuiſſima.* Marcellus Empiricus cap. 31. *ad vlcera in ano facta chartae combuſtae ſeu inarum eius drachma I.* Deriuat ex graeco *ἶνας*, i. c. fibrae et confirmat interpretatione Geoponicorum. vbi eſt: *διαγινώσκεται τὰ ὠὰ εἰ γόνιμον ἔχει τὸ ἐνὸν, ἐὰν μετὰ τετάρτην ἡμέραν τοῦ θαλφθῆναι πρὸς τὴν αὐγὴν τοῦ ἡλίου θεωρῆται· ἐὰν μὲν γάρ τι φαίνηται διατρέχον ἰνῶδες καὶ ὕφαιμον ἔσται γόνιμον τὸ ἐνόν. ἐὰν δὲ διαφανὲς ᾖ, ὡς ἄγονον ἐκβλητέον.* Eadem paulo poſt: *δοκιμάσεις εἰ χρήσιμα τὰ ὠὰ οὕτω. βάλλε ταῦτα εἰς ὕδωρ· τὸ μὲν γὰρ ἀποδέον ἐπιπολάζει ὡς ἄχρηστον· τὸ δὲ πλῆρες κατενεχθήσεται κάτω. οὐδὲ γὰρ χρὴ πρὸς δοκιμασίαν σείειν τὰ ὠὰ ἵνα μὴ διαφθαρῇ τὸ ἐν αὐτοῖς ζωτικόν.* Contra Vrſinus ex vetere ſcriptura effingebat: *animales vitales venas*, appoſito loco Plinii 10. ſ. 75. *Quarto die poſtquam coepere incubari, ſi contra lumen cacumine ouorum apprehenſo vna manu, purus et vnius modi perluceat color, ſterilia exiſtimantur eſſe, proque eis alia ſubſtituenda. Et in aqua eſt experimentum: inane fluitat: itaque ſidentia, hoc eſt plena, ſubiici volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confuſis vitalibus venis.* Cum Scaligero facit Salmaſius ad Solinum c. 30. p. 278. qui vocem *inam* etiam Plinio 13. ſ. 25. reſtituit ad Vopiſci Firmum c. 3. vbi Harduinus *taeniam* habet. Denique Pontedera *inanes vitales venas* probabat, quoniam venae, cum primum explicantur, inanes ſint, et humore vacua atque infirmiora facilius confundantur. Mihi placet *innantes venas vitales confundant;* quod probabunt, qui naturam ouorum et puncti ſalientis cognitam habent. Cod. Caeſ. *inanes* Venet. *cinanes* habere monet Ponted. in Curis ſec.

ſ. 12. *tres aut quatuor*] Creſcent. *quae optime ſeruari poſſunt diu ſi perfricantur — per tres horas, deinde abluantur et furfure ac paleis recondantur.* Ceterum haec ipſa verba hoc ordine et hoc in loco non legit Creſcentius, ſed ad finem capitis reiecit. Contra poſt verba *ob inane* ſtatim addit: *Oua oblonga acuta maſculos rotunda foeminas tribuunt. Inſuper ponenda* etc. Eadem tradit Columella VIII. 5. omiſit vero Palladius, itaque aliunde niſi e Varrone non habuit Creſcentius. Obſeruationi de ouorum figura antiquae ſi quid ineſt veri, id referendum eſſe puto ad proceritatem collique lon-

longitudinem natorum ex ouis oblongis pullorum, quam nuper certa obſeruatione deprehendiſſe videri voluit Bechſtein in Hiſtor. nat. Auium germanicarum.

in iiſdem] Ita ex Edd. primis reſcripſi ſuadente etiam Geſnero; reliquae *in iis idem.* vbi Turnebus atque Vrſinus malebant *iidem* vel *item* legi. Creſc. videtur *item* h. l. legiſſe. Deinceps malim ex Creſc. *inane* legere deleto *ob.* Neque enim *obinane* dici poteſt, vt graece *ὑπόκενον*, quod putabat Scaliger.

ſupponendo] Creſc. *inſuper ponenda — incubantur, habeant ſemen pulli nec ne — poſtquam incubare coeperit.* ibi antiqua mea: *poſt incubare* habet. Vnde malim h. l. legere *habeant ſemen pulli nec ne.* vt ſupra ſect. 11. *oua plena ſint atque vtilia, nec ne.* Deinde *coeperunt* poſui ex Plinio pro vulgato *coepit*, quod Edd. quaedam mutarunt in *coeperint.*

lumen tenuit] Creſc. *tenuerit et purum quod vnius modi animaduertit eſſe eiicere debet ac aliud ſubiicere.* vnde malim legere h. l. *tenuit, quod purum et vnius modi eſſe animaduertit* etc. Certe vulgata vitio non caret.

ſ. 13. *oua pauciora*] Vrſinus *pauciora* abundare cenſebat; Creſcentius tamen habuit. Geoponica: *τὰ δὲ ἐκκολαπτόμενα νεόττια εὐθέως ὑποσπαστέον ἐξ ἑκάστης ὄρνιθος καὶ ὑποβλητέον τῇ ὀλιγαρκούσῃ. τὰ δὲ παρ᾽ αὐτῇ μὴ κολαφθέντα ὠὰ καταμεριστέον εἰς τὰς ἔτι θαλπούσας ἵνα μετ᾽ ἐκείνων θαλπόμενα ζωογονῆται. τῇ δὲ ὀλιγαρκούσῃ λ μόνον μὴ πλέον νεοττοὺς ὑποβλητέον.* Sed praeterea alia h. l. inſederunt vitia. Quo enim referuntur verba *ab eaque?* Ex ſingulis nidis ſubducere iubet pullos, quam primum fuerunt excluſi, etſi pauca ſuperſint oua, aliis gallinis ſubiicere; quae nondum excuderunt. Igitur *ab eaque* eſt dictum quaſi anteceſſiſſet *de vnaquaque matre* vel gallina, nido incubante. Atque hucuſque bene omnia procedunt. Sed quid deinceps volunt ſibi verba: *et minus habent triginta pullos?* Quae nondum excuderunt oua, iiſdem reliqua oua ſupponi vult; et tamen ſubdit: *quae minus 30 pullos habent.* At omnino nondum habent illae pullos! Igitur locus eſt vitioſus et lacunoſus. Pertinent ſcilicet huc verba infra ſect. 15. poſita, vbi vide notam.

ſubiecto puluere] Geoponica XIV. 9. *τὸ δὲ σκεῦος ἐφ᾽ οὗ ἡ τροφὴ παρατίθεται βολβίτῳ κλεῖε.* vbi certiſſima emendatione legendum eſt *χρῖε*, eodem conſilio, quo Varro puluerem ſubiici vult, Geoponica fimo illini volunt vas, in quo cibus apponitur.

polentam] Creſcent. *primis pullis debet obiici puluis, ne roſtris — dura, eiſque milium optimum et lolium et grana minuta*

minuta tritici ſatis competunt; ſed gallinarum pabula ſunt, quibus praecipuae delectantur, vermiculi, triticum et fere omnia grana, et praecipue dandum eſt eis lolium, quod eis competit et hoc eſt humano corpori inimicum. Geoponica XIV. 9. *τροφὴν δὲ πρῶτον λαμβάνει ἐπὶ ἡμέρας πεντεκαίδεκα ἄλφιτα μετὰ καρδάμȣ σπέρματος σὺν οἴνῳ βραχέντα ὕδατι. ὑποθυμιᾶται δὲ καὶ ὁ οἶκος ἑνὶ τῶν ἀποδιωκόντων τὰ ἑρπετά.* Columella: *farre ordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre, vino reſperſo, modice alendi ſunt, priuſque quam emittantur ad recentem cibum, ſinguli tentandi, ne quid heſterni habeant in gutture. nam ſi vacua non eſt ingluuies, cruditatem ſignificat, abſtinerique debent, dum concoquant. — et farina hordeacea paſcendi dum corroborentur, cauendumque ne a ſerpentibus afflentur, quorum odor tam peſtilens eſt, vt interimat vniverſos. id vitatur ſaepius incenſo cornu ceruino.* Ex Geoponicis et Columella Pontedera malebat h. l. legi: *farre intrita.* Geſner: *factam intritam* vel *ex aqua — facta intrita.* In curis ſecundis Pontedera corrigi volebat: *et aqua aliquanto ante factam et vino.* quae quidem lectio accurate reddit verba Geoponicorum, quae ex h. l. expreſſa eſſe videntur; etſi de eo poteſt dubitari, quia reliqua ibi omittuntur. De Columella magis etiam dubitari poteſt; qui tamen ſi reſpexit h. l. Varronis multo plura olim h. l. ſcripta reperit. Subito nos in loco deſperato Creſcentius deſtituit, quod dolendum. Sequentia etiam verba *aqua prohibendum,* a reliquis ſeparata, mihi diſplicent. Nihil enim ea cautione opus eſt, vbi caueis pulli includuntur. Quid ſi olim fuit ſcriptum: *et ne tum denique — turgeſcat aqua, prohibendum?* Panem intritum in aquam habet noſter cap. 9. 21. hordeum in aqua intritum cap. 10. 6. intritam ſimpliciter dixit Columella XII. 40. 1. cap. 43. 10. et cap. 55. 1.

ſ. 14. *habere pinnas*] Lacunam egregie indagauit Vrſinus, qui malebat legi: *quom coeperint habere pinnas, eae de clunibus euellendae.* Sed pinnae in clunibus non naſcuntur, ſed plumae. Columella: *primis pertractandi ſunt plumulae, quae ſub cauda clunibus detrahendae, ne ſtercore coinquinatae dureſcant et naturalia praecludant.* Infra noſter ſect. 20. gallinas ſaginari docet *euulſis ex alis pinnis et e cauda.* Sed vnice huc facit locus Columellae VIII. 8. 2. de gallinis farciendis: *pluma omnis e capite et ſub alis atque clunibus detergetur; illic, ne pediculum creet, hic, ne ſtercore loca naturalia exulceret.* Quare h. l. fuiſſe olim ſuſpicor: *Quando coeperint habere pinnas, de clunibus detergendum ſtercus,*

ſtercus, e capite et e collo eorum crebro eligendi pedes. clunes ſub cauda nominat Columella. Scilicet *clunes*, ex graeco κλόνις facti, proprie lumbare os ſignificant, vertebris vt plurimum quinque compoſitum. Ex Antimacho vocem poſuit Pollux II. 178. aliunde Scholia Aeſchyli ad Prometh. verſu 496. Male Pollux *ῥάχιν*, rectius Scholiaſtes *ὀσφῦν* interpretatur.

circum] Creſc. *circa caueas gallinarum incendendum eſt cornu, ne ſerpens accedat, cuius odore* etc. Ceterum h. l. *ne qua ſerpens*, legi volebat Th. Bartholinus de Vnicornu cap. 33. monente Geſnero; atque ita eſt in Polit. libris.

prodigendi] Creſcentius poſt verba *noceat terra dura* ſupra ſect. 13. ita pergit: *pulli parui proferendi ſunt ad ſolem et ſterquilinium vt in eo volutari poſſint, quod ita validiores fiunt.* Contra Edd. primae habent: *prodigere deinde ſolent in ſterquilinium vt volutare p.* Vnde Vrſinus malebat: *prodigere ſolent in ſterquilinum, vbi ſe volutare poſſint.* Librorum Polit. lectionem *vt volitare poſſint.* Inepte Victorius tuebatur ex loco Varronis, vbi columbae foetae libero aëre redintegrari dicuntur, cum exierunt in agris. Nam pulli non volitant, niſi raro et volatu humili, nec volatu gallinae delectari nec recreari ſolent. Scaliger *prodigendum in ſolem — vt volutare poſſint* legi volebat. Equidem ex Creſcentio lego: *prodigendi in ſolem et in ſterquilinium, vbi volutari poſſint.* Sed propter ſequentia *prodigendum* erat praeferendum, niſi loco ſuo mota eſſent.

alibiliores] Caſeum alibilem noſter II. 11. dixit ſenſu longe diuerſo. In ſterquilinio non fiunt pulli alibiliores, ſed validiores, motu crebro corpus exercentes. Igitur praefero Creſcentii lectionem *validiores.*

ſ. 15. *ſed omne ὀρνιθοβοσκεῖον*] Intellige *prodigendum.* Scilicet nunc demum meminit veſtibuli, de quo ſupra ſect. 7. *ante ſit, vt dixi, veſtibulum ſeptum, in quo diurno tempore eſſe poſſint, atque in pulvere volutari.* A quo loco hunc noſtrum diuulſum eſſe, manifeſtum eſt. De hoc veſtibulo Columella: *habere etiam clauſam oportet amplum veſtibulum, quo prodeat et vbi apricetur, idque ſit retibus munitum, ne aquila vel accipiter inuolet.* De lacuna h. l. non ſuſpicati ſunt Interpretes, quae tamen eſt manifeſta. Igitur poſt verba *eſt mollis* eius ſignum appoſui; et ex Edd. primis dedi *atque in apricum.* Vulgo erat *atque apricum.*

euitare item] Reuocaui antiquam lectionem. In Victoriana *euitantem* haec cum ſuperioribus vitioſe copulantur. Nam de pullis haec ſolis valent, Columella VIII. 5. 19.

Sed

Sed et curandum erit, vt tepide habeantur; nam nec calorem nec frigus ſuſtinent. Vrſinus ex vetere Codice legi volebat: *euitandum calorem.*

Vnam aut duas] Nihil ſimile reperi in reliquis ſcriptoribus, niſi quod Columella cap. 5. 7, *pulli autem duarum aut trium auium excluſi, dum adhuc teneri ſunt, ad unam quae ſit melior nutrix tranſſerri debent. — negant enim hoc ampliorem gregem poſſe ab vna nutriri*: ex qua orationis ſerie mihi apparere videtur, haec Varronis verba eſſe diuulſa a ſuperioribus ſect. 13. *Excuſos pullos ſubducendum ex ſingulis nidis et ſubiiciendum ei quae habeat paucos; ab eoque ſi reliqua ſint oua pauciora tollenda et ſubiicienda aliis; quae nondum excuderunt, et minus habent triginta pullos. hoc enim gregem maiorem non faciendum.* Ibi igitur ſequi debebant haec verba Varronis, quibus modum adhibere debebant verba: *hoc enim gregem maiorem non faciendum.* Legendum tamen eſſe cenſeo: *Antequam pinnas habebunt.* Nam primo quoque die tranſſerendos eſſe, monet Columella, dum mater ſuos et alienos propter ſimilitudinem dignoſcere non poſſit. Nihil mutat Creſcentius, qui haec verba ſubiecit ſuperioribus *alibiliores fiunt.*

ſ. 16. *quod fere*] Creſc. *eo quod plura quae ante incubant non ſuccedunt.* Columella cap. 5. 9. vt luna *creſcente a decima vſque ad quintam decimam id fiat. Nam et ipſa ſuppoſitio per hos fere dies eſt commodiſſima, et ſic adminiſtrandum eſt, vt rurſus, cum excluduntur pulli, luna creſcat.* Geoponica XIV. cap, 7. *αὐξανομένης τῆς σελήνης ὑποτιθέναι, τουτέστι μετὰ τὴν γέννναν ἕως ιδ'* (i. e. 14.) *σελήνης. Τὰ δὲ πρὸ νέας σελήνης ὑποτιθέμενα διαφθείρεται.*

fere XX.] Supra ſect. 10. *bis deni dies opus ſunt gallinaceis pullis.* Columella VIII. 5. 10. ter ſeptenos ponit. Plinius 10. c. 54. *Celerius excluduntur calidis diebus. Ideo aeſtate vndeuiceſimo educunt foetum, hieme vigeſimo quinto.*

De quibus villaticis] Vrſinus ſpurium cenſebat eſſe vocabulum *villaticis.* Geſner malebat. *De auibus villaticis;* inepte hic quidem. Gallinae enim recte dicuntur villaticae, non aues. Neque enim Latini vnquam aues dixerunt eadem notione, qua Graeci *κατοικιδίους ὄρνιθας*; etſi ſcio, Columellam cap. 7. 5. vbi de gallinis loquitur, dixiſſe *maximam quamque auem lautioribus epulis deſtinare.*

ruſticae ſunt in vrbe rarae] Salmaſius in Solinum p. 105. attagenas, cum Buchnero Geſner phaſianos, Schoettgen tetraonis genus, noſtris *Haſelhuhn*, intelligi cenſebant; male omnes. Ruſticam gallinam ſeu ruſticulam, romanis ſcri-

ſcriptoribus dici perdicem griſeam, Italiae indigenam, et a Graeca rubra diuerſam, demonſtraui in Comment. ad Friderici II. Reliqua, p. 7. quae huc transferre non eſt opus. De his, quae difficultatem habent, ſingulatim videamus; vnde patebit, cur rarae dicantur fuiſſe in vrbe.

non his villaticis] Contra Columella cap. 2. *ruſtica quae non diſſimilis villaticae per aucupem decipitur, eaque plurima eſt in inſula, quam in Liguſtico mari ſitam producto nomine alitis Gallinariam vocarunt.* Igitur Scaliger h. l. interpretabatur: *non ſolum his villaticis — ſed etiam Africanis.* Africanas eſſe, quas Galli *Poules de Guinée* vocant. Cum Scaligero facit Popma; atque vterque ellipſeos huius exempla poſuit, non dubia. Equidem acquieſcendum puto hac interpretatione; meliorem certe ignoro,

incontaminatae] Verba antea poſita *aſpectu et facio,* aliena et ſpuria cenſebat Scaliger; et deinceps corrigebat: *in conto miniato in ornatibus* etc. Nam quaecunque populo exhibebantur olim, miniari ſolita fuiſſe ait. Ita eſſe in vita Gordianorum. *Struthiocameli mauri miniati exhibiti munere Circenſi.* Popma malebat: *aſpectu ac falce in cono amentata.* monſtroſa lectione, quam de Africanarum galea et cono interpretabatur homo ineptus, qui, quae dicatur ruſtica, plane ignorabat. Scaliger ait, veteres Editiones habere *contaminata.* Nihil varietatis annotauit Geſner, niſi *incontaminatae* ex Pol. libris. Faciem et aſpectum in Africanis contaminatam debemus interpretari de galea et palea rubra vel coerulea, qua ruſticae caput et facies carent. Sed lectionem vix ſatis ſanam eſſe puto. Indigenam ruſticam Italiae ſatis manifeſto loquitur Varronis locus; igitur non ſatis intelligi poteſt, cur in ornatibus publicis poſita fuiſſe dicatur cum peregrinis auibus. Locum etiam hunc, vt tot alios huius capitis, lacunoſum eſſe ſuſpicor, et de perdice graeca et rubra quaedam excidiſſe; eamque in ornatibus publicis expoſitam fuiſſe puto, non vulgarem griſeam ſeu ruſticam.

ſ. 17. *appellata*] Verbum hoc omittunt Edd. primae et abeſſe voluit Vrſinus.

in mari] Pontedera ex Chariſio admonet, Varronem dicere ſolitum eſſe *in mare.* et ex libro Pol. *Tuſco* reſtituit. Gallinariam ſiluam habet Cicero ad Diuerſ. Epiſt. IX. 23. Haec Gallinaria pinus Iuuenali III. 307. latronibus infeſta.

Albium] Vrſinus legebat: *Vintimilium Albingaunium a villaticis inuectis.* Victorius, lectione *Vintimilium* damnata, praeferebat *Intemelium* ex Strabone et Coelii epiſtola ad Ciceronem. Deinde emendabat *Albingaunum.* Vrſinus ex

ex Ptolemaeo Ἄλβιον ἰντιμίλιον ex Tacito *Albintimilium*, ex Strabone et Plinio *Albium Intemelium* appoſuit. Apud Plinium III. c. 5. *Album Ingaunum*, apud Melam II. 4. 99. *Albingaunum* et *Albigaunum* ſcribi monuit Schoettgen. Equidem totum h. l. miſere luxatum eſſe cenſeo, et nomina haec vrbium ab aliena manu locoque alieno inſerta eſſe. Quid enim opus erat poſt Italiam et montes Liguſticos Italiae aduerſos nominatos iterum Italiae oppida duo inculcare lectoribus? Hodie oppida *Vintimiglia* et *Albenga*, inſula ipſa *Iſola d'Albengo* audit.

aliis] Vrſinus poſt oppidorum nomina ita orationem continuat *a villaticis inuectis*. Edd. primae habent *aliis*, quae lectio ferri non poteſt. Vulgatam ſi ſanam cenſeas, ita interpretari oportet: alii dicunt, non a ruſticis gallinis appellatam eſſe inſulam gallinariam, ſed ab his villaticis inuectis a nautis ibi feris factis.

procreatis] Moleſtum h. l. vocabulum, etiamſi copulam interferas. Columella hanc alteram rationem plane omiſit. Optime I. Fr. Gronov. *procreatas volunt.* corrigit.

ſ. 18. *gibberae*] Supra II. 5. 7, *gibberi ſpina* eſt, ſed loco dubio. Plinius 10. c. 26. *Simili modo pugnant Meleagrides in Boeotia. Africae hoc eſt gallinarum genus gibberum, variis ſparſum plumis: quae nouiſſimae ſunt peregrinarum auium in menſas receptae propter ingratum virus.* Gibberum dicitur, quicquid partem aliquam exſtantem habet, non ſolum in dorſo, ſed etiam in capite, vt meleagrides. Varro apud Nonium p. 219. *tragici prodeunt capite gibbero.*

quas meleagridas] Scaliger, errore ſui ſeculi ablatus, ſtatuebat genere diuerſas meleagrides ab Africanis, hasque eſſe gallinas Guineenſes, illas vero gallinas indicas vulgo dictas; (*poules d'Inde.*) Itaque Varronis verba ita diſtinguebat: *gibberae. Quas μελεαγρίδας appellant Graeci, hae nouiſſimae* etc. Quem errorem ſatis refellit locus Plinii, ſupra poſitus. Fateor equidem, Columellam Africanam gallinam ſeu Numidicam diſtinguere a meleagride, ſed ſolo criſtae et paleae colore, in ceteris ſimilem vtramque eſſe affirmat. Scaligeri correctionem reiecit etiam Salmaſius ad Solin. pag. 611. Varronem tamen ipſum erroris accuſans. Quae contra Scaligerum diſputauit Iuſtus Fontaninus in Explic. Achatis Iſiaci anularis, eiusque libri cenſor in Actis Erudit. 1730. p. 182. non digna ſunt, quae huc referantur. Recte vero hoc vnum vidit Geſner, meleagrides nullo rerum argumento conuenire cum gallinis iſtis, quas Indicas vel

Calecuticas hodie vocamus. Ad Columellae locum VIII. 2. 2. de genere hoc auium accurate diſputabo. Interim vide quae poſt viros doctos Pallas et Pennant, de eo diſputauit Ioan. Becmann in Symbolis ad Hiſtor. Inuentorum Vol. III. P. II. p. 239.

ganearium] Hoc ex lectione librorum effecit Victorius. Ex illa lectione *genauium* Turnebus 19. 28. corrigebat *coenae auium;* Scaliger *genianum*, laudatis ex Gellio XIX. 13. Heluii Cinnae *genianis ſalictis.* Pontedera: *alienigenarum,* quod Plinium putabat redididiſſe vocabulo *peregrinarum.* Quae poſtrema ratio mihi maxime omnium probatur.

ſ. 19. *inimica*] Quod in libris Polit. Victorii et Ryck. eſt *vindicta*, in ſuo etiam Codice repertum Vrſinus mutabat in *interdicta.*

tenebricoſum] Ita in libris ſuis ſcriptis omnibus eſſe pro *tenebroſum* teſtatur Victorius, qui Varronis *ſpecum tenebricoſum* ex Nonio affert. Tenebricoſam famem Pacuuii in Duloreſte expreſſam eſſe, ex Aeſchyleo Agamemnone: ὁ δυσφιλὴς σκότῳ λοιμὸς σύνοικος monet Scaliger. Seneca Epiſt. 122. *Aues quae conuiuiis comparantur, vt immotae facile pingueſcant, in obſcuro continentur; ita ſine vlla exercitatione iacentibus tumor pigrum corpus inuadit, et ſuper membra iners ſagina ſuccreſcit.*

inimica] Librorum ſcriptorum lectionem *pinguitudinis vindicta* defendebat Turnebus 19. 28. et Scaliger, hic quidem rectius interpretatus ἀφαίρεσιν. Atque ita in XII. Tabulis *vindicare* dici monet pro eo, quod Solon dixerat ἐξαιρεῖν. Adſtipulatur Scaligero etiam Pontedera.

Thelim] Scaliger comparabat *Equiſclin* pro equiſetin dictam, *lacrumae* pro dacrumae, Dautia, Lautia, Caſſida, Caſſila, δάκρυς, alacris, Impedimenta, Implimenta, Ὀδυσσεὺς, Vlyſſes; Geſner addebat ancile, incile ab incidendo, *olere* ab ὄδωδα ductum. A melica factum *melca* et *melga*, qua voce vtuntur medii aeui ſcriptores.

ſ. 20. *Amplae omnes*] Egregiam Vrſini emendationem ſententia poſtulante ſubſtitui vulgatae: *ſimilitudinem Amplas omnes ex iis.* Retinui tamen ex vulgata verba *ex iis*, quae ille mutabat in *Eas.* Columella etiam ampliſſimam et maximam quamque gallinam vult farturae deſtinari cap. 7.

euulſis] Columella l. c. Pluma omnis e capite et ſub alis atque clunibus detergetur: illic, ne pediculum *creet;* hic, ne ſtercore loco naturalia exulceret. Geoponica XIV. 7. Λιπαίνονται δὲ μάλιστα καὶ παχύτεραι ἐν οἴκῳ σκοτεινῷ καὶ

θερμῷ

θερμῷ τρεφόμεναι τῶν ὠκυπτέρων ἐκτιλλομένων. Scilicet alarum pinnae euelluntur, ne auis volandi desiderium et conatum retineat inclusa. Sed caudae pinnae cur detrahendae sint, non video; nisi quod plumulas clunibus forte interest, ne stercore compactae anum occludant. Scilicet Columella ita vult includi gallinam saginandam, vt per alterum foramen caueae caput, per alterum cauda clunesque exserantur. Ita pennae etiam caudae conspurcantur quidem facile, sed plumae compactae clunium magis nocent. Vitiosum igitur censeo h. l. esse.

turundis] Esse quae graece μᾶζαι, alibi etiam a medicis βάλανοι seu pessi dicantur, contra Turnebum monet ad h. l. Scaliger. Offas vocat Columella.

partim] i. e. alii, recte monente Vrsino. Geoponica post verba supra posita: προσφερομένης τε τροφῆς ἀλεύρων κριθίνων ὕδατι φυραθέντων. ἄλλοι δὲ κριθῶν καὶ αἴρας ἀλεύρῳ χρῶνται, ἢ κριθῶν καὶ λινοσπέρμου μετὰ ὠμῆς λύσεως, οἱ δὲ καὶ ἀλφίτων μιγνύουσιν, ἔνιοι τούτοις καὶ οἶνον προσχέουσιν. Τινὲς ἄρτον σίτινον εἰς οἶνον καλὸν διαβρέχοντες διδόασιν· οἱ πλεῖστοι δὲ κέγχρῳ τρέφουσι. Columella: *cibus autem praebetur hordeacea farina, quae cum est aqua consperſa et subacta, fomantur offae — eae tamen primis diebus parcius dari debent, dum plus concoquere consuescant — neque antea recens admouenda est, quam tentato gutture apparuerit nihil veteris escae remansisse. — Illi qui non solum opimas volunt, sed etiam teneras aues efficere, mulsea recente aqua praedicti generis farinam conspergunt, — nonnulli tribus aquae partibus vnam boni vini miscent, modefactoque triticeo pane obesant auem, quae prima luna saginari coepta vigesima pergliscit.*

aqua dulci] Geoponica interpretantur μετὰ ὠμῆς λύσεως. Eadem XVIII. c. 19. ὠμὴν λύσιν interpretatur farinam ex hordeo non torrefacto. Scilicet polenta, graece ἄλφιτα, fiebat ex hordeo tosto. Contra ὠμὴ λύσις proprie quidem farinam hordeaceam ex hordeo non tosto significat, sed deinde etiam quamcunque farinam crudam citra vllius liquoris admixtionem; nam liquor addendus speciatim vbique significatur, aut si non exprimitur, aqua fere simplex calida addenda intelligitur, aut aqua mulsa, vt egregie docuit Cornarius ad Galenum Compos. Medic. sec. loca p. 343 et 460. Itaque vides, ὠμὴν λύσιν h. l. esse Varronis aquam dulcem, et Columellae aquam mulseam.

quam secundum] Malim *antequam secundum.*

per-

perpurgarunt] sibi gallinae: Columella: *cum satiata est auis, paululum deposita cauea dimittitur, sed ita, ne vagetur, sed potius, si quid est, quod eam stimulet aut mordeat, rostro persequatur.*

s. 21. *diminuant*] Columella: *Sed si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturae processerint, ita tamen, ne tempus omne opimandi quintam et vigesimam lunam superueniat.*

sicut decem primis processit] Postremam formam esse pro *processerit*, monuerunt Scaliger et Vrsinus, de reliquis verbis securi, etsi Vrsinus comparauit locum Columellae. Edd. primae omnes habent: *sicut decem primis processit.* quam lectionem reuocaui. Vulgo enim pessime edebatur: *in datione, pro portione, ac decem — processit, in posterioribus, vt diminuat.* Distinctionem etiam correxi, et edd. primarum lectionem *diminuant* recepi. Possis etiam *diminuatur* legere. Sed omnino ex Polit. *deminuant* legi debet; quae forma alteri saepissime substituta fuit.

sit par] Aut cum Pol. libro legendum *pari,* sc. ratione, aut *sint pares.*

Cap. X. *vlla villa*] Vrsinus *sola,* Gesner *una* corrigebat; rectius quidem hic et probabilius.

Scipio Metellus] De quo III. 2. 16. Est P. Scipio Nasica, Publii ex Licinia Crassi filius, adoptatus a Metello Pio, vnde Q. Caecilius Metellus Pius Scipio dicitur. Vide Indicem Ciceronianum.

de pullis] Deinceps addit Brusch. *de anseribus.*

s. 2. *varium*] Columella VIII. 14. *vt mares feminaeque quam amplissimi corporis et albi coloris eligantur. nam est aliud genus varium, quod a fero mitigatum domesticum factum est, id neque aeque foecundum est nec tam pretiosum; propter quod minime nutriendum.* qui locus vitium huius nostri arguit. Edd. primae habent. *nec non aeque sit inconsuetus.* vnde Pontedera malebat: *nec non aquae sit inconsuetum,* atque ita esse ait in Codice Veneto. Vtinam interpretationem addidisset!

sect. 3. *ad admittendum*] Veterem lectionem librorum scriptorum *admittendum iis* ex Columella correxit Victorius. Ita vero ille: *Anseribus admittendis tempus aptissimum est a bruma: mox ad pariendum et ad incubandum a Calendis Februariis vel Martiis vsque ad solstitium.* vbi libri Polit. et Sangerm. habent *anseribus ad admittendum;* deinde alii libri

libri omittunt verba *Februariis vel.* Vnde apparet, temere antiquam lectionem h. l. fuisse a Victorio mutatam.

merguntur] Columella: *Ineunt autem non insistentes humi: nam fere in flumine aut piscinis id faciunt. singulaeque ter anno pariunt, si prohibeantur foetus suos excludere.* Aristoteles H. A. VI. 2. *οἱ χῆνες ὀχευθέντες κατακολυμβῶσι.* Plinius 10. 79. *Anseres in aqua coeunt, pariunt vere, aut si bruma coiere, post solstitium, quadraginta prope: Bis anno, si priorem foetum gallinae excludant; alias plurima oua XVI. paucissima VII.* Geoponica: *ὠοτοκοῦσι τρίτον τοῦ ἔτους ἕως δύω καὶ δέκα, ἔσθ᾽ ὅτε καὶ πλείονα.* In Plinio Codices Pintiani habent: *quadragesimo prope.* quae verba vnde sint ducta, ignoratur. Hoc nostro in loco Victorianum, *inungentur* dedit etiam Gesner. *Inigentur* malebat Turnebus 19. 28. *iniguntur* Scaliger; *exin vnguntur* Pontedera, comparato etiam loco Aristotelis; *Inigentur igitur* Buchner Epistol. P. II. p. 542. Equidem posui eam lectionem, quam fere habent Edd. primae, et rerum natura confirmat. Praeter locum Aristotelis, de cycno testis est auctor de rerum natura apud Vincentium 16. cap. 50. *post coitum frequenti caudae motu et rostri se aquis immergens purificat.* Albertus M. p. 233. b. *post coitum sicut et ceterae aues aquaticae, immergunt se aquis tam mas, quam femina.* Vide etiam Comment. ad Friderici II. Reliqua p. 16.

quam ter] Ita pro *quater* legendum esse, monuit cum Vrsino Pintianus ad Plinium. Vrsinum sequitur Popma.

circum pedes binos] Columella VIII. 14. singulis haris pedes ternos quoquo versus tribuit. Gesner *circiter* malebat legi; inepte. Voluit Varro dicere quoquo versus.

substernendum] Columella: *cellas, in quibus iucubitant, siccissimas esse oportet, substratasque habere paleas, vel si eae non sunt, gratissimum quoque foenum.*

aliena non] Columella: *Sed nouissimo foetu cum volumus ipsas incubare, notandi erunt vniuscuiusque partus, vt suis matribus subiiciantur: quoniam negatur anser aliena excludere oua, nisi subiecta sua quoque habuerit.* Cum Varrone etiam Geoponica XIV. 22. quem locum iam olim comparauit Victorius.

supponunt] Geoponica: *δεῖ δὲ ὑποτιθέναι ὠὰ ἕως τῶν θ᾽ ἢ τὸ μήκιστον ιά, μὴ ἔλαττον δὲ θ᾽. ἐπωάζει ἐπιπολὺ ἡμέρας κθ᾽. ψύχους δὲ ὄντος ἡμέρας λ᾽.* Columella: *Supponuntur autem gallinis huius generis oua sicut pauonia, plurima quinque, paucissima tria, ipsis autem anseribus paucissima VII. plurima XV. — pullis formandis excudendisque triginta*

diebus opus est, cum sunt frigora; nam tepidis XXV. satis sunt.

§. 4. *quinque diebus*] Columella: *decem primis diebus pascitur in hara clausus cum matre, postea, cum serenitas permittit, producitur in prata et ad piscinas.* Totidem ponunt cum Palladio Geoponica; igitur Varronis locum corrigebat Vrsinus.

in quas] Ita cum Vrsino scripsi pro *in queis*. Libri Victorii *in quae*, Cresc. *in qua.*

inducant] Ita dedi ex Pol. et Cresc. pro *includant*, probante etiam Pontedera; quamuis Victorius lectionem nostram non sit ausus recipere, quoniam infra Varro: *cum autem sunt inclusi in haras, aut speluncas vt dixi:* vnde h. l. pro *subtus* forte legendum est *specus*. Columella: *pullos autem non expedit plures in singulas haras quam vicenos adiici* (vel *adigi*) *nec rursus omnino cum maioribus includi, quoniam validior enecat infirmum. Cellas, in quibus incubant, siccissimas esse oportet, substratasque habere paleas, vel, si eae non sunt, gratissimum quoque foenum.* vbi alii libri habent *crassissimum quodque.* Vrsinus malebat *aridissimum quodque.* Sed praestaret ex h. l. legere *mollissimum quodque.*

§. 5. *vbi pabulum serunt*] Ex Edd. primis scribi voluit Pontedera, *et pabulum*, quoniam auctore Columella seu potius Palladio sata omnia anseres et morsu laedant et stercore polluant. Igitur ibi nullum posse fructum percipi, vbi anseres pascantur. At vero Columella cap. 13. *sicubi flumen aut lacus est, herbaeque copia, nec minus iuxta satae fruges, id quoque genus nutriendum est.* Contra tamen Palladius I. 30. *anser nec sine herba, nec sine aqua facile sustinetur. locis consitis inimicus est, quia sata et morsu laedit et stercore polluit.* Scilicet in Columella lectio antiqua *nec nimis iuxta* restitui debebat. Varro tamen cum Columella non pugnat, hoc quidem in loco. Ita enim Columella cap. 14. *palustris quoque sed herbidus ager destinetur, atque alia pabula conserantur, vt vicia, trifolium, foenum graecum, sed praecipue genus intubi, quod Graeci σέριν appellant.* In haec igitur pabula sunt prodigendi anseres; ita vero satis non nocent. Pabulum igitur, quod fructum aliquem ferat, Varro dicit viciam et reliqua legumina, a Columella nominata.

seruntque his] Vrsinus malebat: *sed praecipue herbam.* Ex *sed* factum putat esse *serunt.*

decerpentes] Columella: *cauendum est — ne esuriens mittatur in pascuum, sed ante concisis intubis vel lactucae foliis*

foliis ſaturetur. nam ſi adhuc parum firmus et indigens ciborum peruenit in paſcuum, fruticibus aut ſolidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, vt collum abrumpat. Vides, Columellam in Varrone legiſſe *fruticem*, non *radicem*. Sed Plinium X. ſ. 79. *quando apprehenſa radice morſu ſaepe conantes auellere ante colla ſua abrumpunt.* In Columella et Varrone Geſner praeferebat *obrumpant*, quod habent h. l. Editiones aliquae. Etiam in Palladio I. 19. 1. pro *abrumpi rimis*, Codices alii rectius *obrumpi* habent. In Flori Prologo I. 3. Vinetus ex Manuſcriptis dedit *obrumpit* pro *abrumpit*. Scilicet collum proprie non rumpitur, ſed luxatur. Ceterum haec verba de pullis intelligenda eſſe patet; priora de adultis anſeribus; ſine dubio a librariis turbata et e locis ſuis diſiecta.

dandum ordeum] Columella de pullis: *milium quoque aut etiam triticum miſtum cum aqua recte praebetur. atque vbi ſe paulum confirmauit, in gregem compellitur coaequalium, et ordeo alitur, quod et matricibus praebere non inutile eſt. — Sunt, qui ordeum maceratum incubantibus opponant, nec patiantur matrices ſaepius nidum relinquere; deinde pullis excluſis primis quinque diebus polentam, vel maceratum far ſicut pauonibus obiiciunt. Nonnulli etiam viride naſturtium, conſectum minutatim, cum aqua praebent, eaque eis eſt eſca iucundiſſima.*

ſ. 6. *vt inſeri dixi*] Mire haec variant libri ſcripti. Edd. primae *vt in ſupra ſcriptis.* Aliae *vt in ſatu ſeris.* Liber prior Polit. *vt in ſeni dixi;* alter *vt in feta anſeri.* Vitium aliquod graue latere, manifeſtum eſt; nec vulgata placet. Farraginem nunc dicit, quod antea pabulum, viciam, trifolium, foenum graecum.

biduo polenta aut ordeum] Columella primis quinque diebus polentam vel maceratum far ſicut pauonibus obiicit. Vbi pro *maceratum far* Polit. liber *caratum farris*, Sangerm. *carata farri* habent. Ordeum nudum vel maceratum iſtius aetatis pullis nemo ſanus apponet in cibo; quare h. l. malim *ordeaceum far.* Dicitur enim far de frumento minutim molito ſeu fracto, vt alibi doceo. Adde, quod Varro paulo poſt: *cum ſunt incluſi in haras aut ſpeluncas, vt dixi, victui obiiciunt his polentam ordeaceam aut farraginem herbamue teneram aliquam conciſam.* Manifeſtum igitur eſſe hinc puto, totum hunc locum miſere diſcerptum et diſiectum fuiſſe a librariis. Geoponica: *ἅμα δὲ τῷ προελθεῖν τὰ νεόττια ἀπὸ τῶν ᾠῶν, ἄλφιτα καὶ σῖτος διαβραχεὶς διδόσθω εἰς τροφὴν καὶ κάρδαμον χλωρόν.*

ſ. 7. *quatuor ſexue menſes-nati*] Licentiam emendandi lectores intelligentes facile condonabunt rerum veritati et naturae. Vulgo erat: *circiter ſex qui menſe qui ſunt nata.* Edd. primae habent: *ſex qui menſes — nati.* vnde efficiebat Vrſinus: *ſeſqui menſes.* Sed iſta aeſtate nemo pullos anſerinos ſaginat. Columella: *mox vbi quatuor menſium facti ſunt, farturae maximus quiſque deſtinatur.* Ita etiam Palladius, quae loca ſatis comprobant emendationem meam. Graeci iecinoris ficati magnitudinem ſpectantes anſeres eligunt, bimos et vltra natos Geoponica XIV. 22. *Herbilis anſer*, teſte Feſto, dicebatur *herba paſtus, qui gracilior eſt, quam frumento altus.* vbi Scaliger laudat Lucilii verſum, *anſeris herbilis virus.* Ceterum anſerem Iſidi et Oſiridi ſacrificabant Aegyptii et Romani, teſtibus Ouidio Faſtor. I. 457. Iuuenali VI. 540. Actius Caſſius ad Tiberium apud Chariſium: *Sic eſt contra Aegyptiis maximum ſacrificium vbi integrum anſerem adoleuerunt.* Iſidi par anſerum ſacrificat auctor Epigr. in Analectis Brunckii T. II. p. 214.

aqua madefacta] Columella: *praeter polentam et pollinem ter die nihil ſane aliud dari neceſſe eſt, dummodo large bibendi poteſtas fiat, nec vagandi facultas detur — hoc modo duobus menſibus pingueſcunt, et ea propter etiam tenerrima pullities ſaepe XL. diebus redditur opima.* vbi ex Palladio legendum eſt: *pingueſcunt etiam maiores. nam tenerrima pullities ſaepe triginta diebus redditur opima.*

ter die] Vulgatum *per dies.* quomodo varient libri ſcripti et editi, ſupra annotatum reperies. Vrſini emendationem interim dedi; ipſe malim *ter in die ſaturent.* quo ducit varia lectio: *perinde ſe ſaturent.* Vrſinus etiam malebat *ſe ſaturent.* Popma corrigebat mecum *ter in die ſaturent.* Geoponica: ἐσθίουσι δὲ τρίτον τῆς ἡμέρας καὶ περὶ μέσην νύκτα, πίνουσι δὲ δαψιλῶς. Palladius: *Graeci — tribus per diem vicibus potu adiuuant, media quoque nocte aquam miniſtrant.* quae vix ſana ſunt.

ſumſerunt] Intelligo cibum, monente etiam Victorio. Aldina hoc verbo ſententiam concludit, et deinces nouam exorditur; male!

Cap. XI. ſect. 2. *quod vno oſtio claudatur*] Haec Columella, qui reliqua tranſtulit, et accuratius tradidit, omiſit.

crepido lata] Columella VIII. 15. *ſintque poſt hunc agri modum circa maceriam lapide fabricata et expolita tectoriis pedalia in quadratum cubilia quibus nidificent aues, eaque*

eaque contegantur interſitis buxeis aui myrteis fruticibus, qui non excedant altitudinem parietum, ſtatim deinde perpetuus canaliculus, humi depreſſus, conſtruatur, per quem quotidie miſti cum aqua cibi decurrant: ſic enim pabulatur id genus auium.

veſtibulum] Columella: *Ora lacus ne corrumpantur violentia reſtagnantis undae, quae ſemper interfluere debet* (Edd. primae *influere*) *opere ſignino conſternuntur, eaque non in gradus oportet erigi, ſed paulatim cliuo ſubſidere, vt tanquam e litore deſcendatur in aquam.* Haec ora lacus veſtibula dixit Varro; ſed librarii membra orationis ſingula etiam hoc in capite mire diſſiparunt, et ſine dubio verba etiam quaedam vitiarunt.

vinacei, vuae] Vocem *vuae* delendam eſſe aut legendum *vinacei ex vuis*, recte monuit Pontedera. In vinaceis conſentit Columella et Geoponica XIV. 22.

ex aqua cammari] Columella: *Aquatilibus autem cibis, ſi ſit facultas, datur cammarus et riualis alcoula, vel ſi qua ſunt incrementi parui fluuiorum animalia.* Qui locus vitioſus eſt; vel ſic tamen intelligi poteſt inde, *aquatiles cibos* a Varrone indicari, vbi eſt *ex aqua.* Nam cammari ſunt omnes ex aqua. Terreſtre enim genus, vel potius amphibium veteres ignorarunt; niſi quod equites Syriae dictos, ſeu cancros curſores Linn. obiter memorarunt.

phalerides] Reſtitui lationem antiquam. Vide ad Columellam VIII. 15. 1. Grues alii alebant ibidem; de quibus ſupra ad III. 2. ſect. 14. Phoenicopterum deinde alii. Martialis III. 58. in villa Baiana Fauſtini memorat turbam cohortis ſordidae, argutum anſerem, pauones gemmeos, *nomenque debet quae rubentibus pennis,* pictam perdicem, numidicasque guttatas cum phaſianis et Rhodiis gallinis. Supra III. 3. 3. iuxta querquedulos nominauit anates, Varro L. L. IV. p. 21. *item aliae in hoc genere a Graecis, vt querquedula cerceris, halcedo quod ea Halcyon latina.* vbi alii *cercuris,* Scaliger κερκιθαλλὶς malebat et cum ἐρωδιῷ inepte comparabat. Sed locus Varronis aperte vitioſus eſt, quem vt corrigam, verba quaedam praecedentia repetere oportet. Ita igitur ille: *contra ab eo graculi quod gregatim, vt quidam Graeci τὰ γέργερα*; vbi Scaliger mabat γέργαρα, comparans tamen Heſychii γέργευα τὰ πάντα. Sed Editio Parmenſis 1480. habet *Graeci gregreges gergera.* Sed haec graeca eſſe ab loco aliena, demonſtrat locus Quinctiliani I. 6. 37. vbi Varronis etymologias taxat: *qui graculos quia gregatim volent dictos Ciceroni perſuadere voluit.*

Certum igitur si illud est, graculos Varronem a gregatim volando deriuasse, statim sequitur, graecum vocabulum ab hoc loco esse alienum. At vero vbi querquedulas a graecis deducit, vocabulum aptum deest; *cerceris* enim aeque ac *cercaris* et Scaligeri κερκεθαλλὶς inepta sunt. Igitur *gergera* huc pertinere puto; eiusque suspicionis auctorem habeo Santram apud Festum, qui *querqueram* febrem, id est tremorem frigidum et horrorem febris a graeco κάρκαρον deriuat; vbi Paulus in Epitome κάρκηρα posuit, Codex Vrsini κάρκαρα. Graece vero γαργαίρειν est palpitare, moueri, vibrare; quod Homerus etiam καρκαίρειν dixit. Varro igitur febrem querqueram et aues querquedulas quasi gergeras a graeco γεργαίρω deriuauit. Latino carmine expressit graecum nomen Varro apud Nonium p. 460. *neque quassagi pennas anates remipedes buxeis rostris pecudes, paludibus nocte nigra ad lumina lampadis sequens.* Sic de Palmerii coniectura edidit Mercerius pro *quas agi pennis.* Equidem malim *quassati pennes*, id est *querquedulas.*

sed sic pascendo] Quod ex vetere Codice laudat Vrsinus *et sic pascendo*, exstat in Edd. primis. Ceterum nescio, quam recte perdices in societate aquatilium habeantur h. l. quae aruensem victum diligunt. Nimis etiam abrupta oratio locum alienum arguit, et vitium scripturae. Si locus est sanus, de perdice rubra seu graeca intellige, quam omisit Columella. Nam is vulgarem grisseam seu rusticam in villa pasci vult liberam, etsi ova ibi non pariat. Quae ex Archelao refert Varro, eadem ex aliena fide retulit Aristoteles, atque inde Plinius X. sect. 51. Nititur fabula obseruatione de mira perdicis vtriusque libidine, quae vel audita maris voce, vel inuicem se comprimentes et loca genitalia titillantes, oua foras eiiciunt, sed infoecunda. Hunc Archelao concubitum dici, manifestum est.

Cap. XII. *actus secundi*] Vrsinus malebat: *actus secundus eius generis affictitium ad villam quod solet esse.* ex cap. 3. vbi est: *pastionis villaticae sunt genera tria, ornithones, leporaria, piscinae. Leporaria te accipere volo omnia affixa ad villam quae sunt.*

includuntur silua] Vrsinus *silua* deleri malebat. Equidem praefero lectionem *in eo.* Ceterum huc pertinet locus Gellii II. 20. *quae leporaria Varro dicit, haud vsquam memini apud vetustiores scriptum. Sed quod apud Scipionem — legimus roboraria, aliquot Romae doctos viros dicere audiui id significare, quod nos viuaria dicimus, appellataque esse a tabulis*

tabulis roboreis, quibus ſepta eſſent: quod genus ſeptorum vidimus in Italia locis pleriſque. Locum deinde ex oratione Scipionis ponit hunc: *aliis per vineas medias, aliis per roborarium atque piſcinam, aliis per villam.*

Lupinus] Huic nomini *Lippinus* ſubſtituit Victorius probante Vrſino. Plinius VIII. ſ. 78. *Viuaria aprorum ceterorumque ſilueſtrium primus togati generis inuenit Fuluius Lupinus, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit.* Idem tamen IX. ſ. 82. *Fuluium Hirpinum* nominauit. Miror Harduini inconſtantiam, qui loco in priore ex Codd. regiis praetulit *Lupinus*, cum in Parmenſi editione ſit *Hirpinus*, quam ſcripturam in poſteriore poſuit. Recte tamen admonuit ex Feſto, Samnitibus *irpum* eſſe lupum, hinc Hirpinum eundem eſſe cum Lupino. Hanc ob rationem veterem lectionem reſtitui.

Statonienſi] Plinius iuxta Tarquinienſes nominat Statones III. ſ. 8. Idem agrum Statonienſem II. ſ. 96. paluſtrem nominat cum lacu Tarquinienſi, quem hodie *Lago di Bracciano* in Etruria dici, monet Harduinus. Pro *Statonienſi* libri Regii ſcripti habent ibi *Stationenſi.* Sed libro 36. ſ. 49. iterum Statonienſem habet, et vina Statonienſia 14. ſect. 8. no. 5. Ad Ducatum Caſtrenſem, *Ducato di Caſtro*, pertinuit ager Statonienſis. Antiquam igitur h. l. ſcripturam reſtitui. Victorius dederat *Statonenſi.*

ſect. 2. *T. Pompeius*] Edd. I. B. R. habent Cn. Pompeius. Videtur intelligi Pompeius, agricola ſtrenuus, a quo etiam ficus Pompeia apud Plinium dicta fuit.

ſeptum venationis] Vrſino vocabulum *ſeptum* ſpurium viſum eſt.

circiter] Geſner notas numerales has malebat poni cxɔ, quae myriades ſingulae numerent, vt cıɔ millenarium numerum ſimplicem exprimit.

de animalibus] Haec verba, Vrſino ſuſpecta, merito incluſit Geſner.

ſ. 3. *ſepta e maceriis*] Creſcentius IX. 80. h. l. ita laudauit: *ſed omnium horum — aperta et nota eſt, ideo breuiter explicanda. Itaque ſepta ex materiis circa locum magnum vel paruum ſecundum optionem vel poſſibilitatem domini fiant adeo alta vel compacta, quod neque lupus, neque alia beſtia intrare poſſit, neque deſuper tranſilire.*

maclis] Trachum Ariſtotelis, ſeu *taxum* recentiorum eſſe multi voluerunt. Contra Salmaſius ex genere felium cenſebat eſſe, quos vulgo *martes* dicunt; contra quem ineptis rationibus pugnant viri docti ad Gratii Cyneg. verſu 402. Salma-

Salmaſii opinionem multo probabiliorem eſſe, docet et hic Varronis locus et alibi demonſtraui; catum ſilueſtrem interpretatus eſt etiam in Plauti Epidico Io. Fr. Gronouius.

latebras] Creſcent. *ibique oportet eſſe latebras in virgultis et herbis, vbi lepores interdum deliteſcant, et arbores — qui aquilae conatum — in quo ſi lepores mares vel foeminas paucos intromiſeris, breui tempore implebitur. Tanta eſt foecunditas huius quadrupedis. Saepe enim, cum catulos habent recentes, alios in ventre reperiuntur habere.* vbi antiqua Editio habet: *intromiſſis breui tempore locus implebitur.*

ſ. 4. *mares vt foeminas*] Vrſinus ex Edd. primis malebat *aut f.* Creſc. habet *vel foeminas.* et lectionem Edd. primarum comprobat. Nihilo magis tamen eam probo. Mares enim cum foeminis intromittendi ſunt. Schoettgen malebat *et foeminas.* Sed vulgata defendi poteſt, etſi peſſime Victorius de gemino leporum ſexu interpretatur.

Quatuor — repleri] Quae incluſi, ſunt inepte ex ſuperioribus repetita; et recte omiſit Creſcentius.

intromiſſis] Hanc Edd. primarum lectionem reſtitui voluit etiam Vrſinus. Peſſime enim reliquae cum Victorio *intromiſit*, quaedam *ſi intromiſeris.* Geſner malebat: *intromiſis* pro intromiſeris, omiſſo *ſi*, et intellecto.

Fit enim] Edd. primae *vt enim.* vnde Vrſinus malebat *etenim;* eaedem deinceps habent: *alios in ventre habere reperiuntur.* Atque hanc lectionem plane exhibet Creſcentius, eandemque equidem probo cum Vrſini emendatione. De ſuperfoetatione leporum hodie ſunt nota omnia. Plinii tamen locum ponam 8. ſ. 81. *ſolus praeter daſypodem ſuperfoetat, aliud educans, aliud in vtero pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.* vbi Autor libri de rerum natura apud Vincentium 18. c. 62. habet *pilis veſtit, alium ſine pilis, et alium in ſemine repoſitum ſimul gerit.*

Itaque] Creſc. *Itaque, qui ſcire volet maſculum a femina diſcernere, vt Archadius ſcribit, naturae foramina debet inſpicere; nam ſine dubio maſculus vnum, foemina duo inueniuntur habere, ſi caute et ſubtiliter inſpiciatur.* Plinius 8. ſ. 81. *Archelaus auctor eſt, quot ſint corporis cauernae ad excrementa lepori, totidem annos eſſe aetatis.* Aelianus H. A. II. 12. κατηγορεῖ δ' αὐτȣ̃ τὰ ἔτη τρώγλας τινὰς ὑποφαίνων. Pollux V. ſ. 73. ὅσων δ' ἂν ἐτῶν εἴη, τοσαύτας ἔχει τῶν ἀπὸ τȣ̃ σώματος ἐγχωρȣ́ντων ὑπὸ τὴν ȣ̓ρὰν τὰς ὀπάς. Archelai rationi quid veri ſubſit, docui ad Aelianum p. 579. Creſcentius aliter haec Varronis verba interpretatus eſt, quia ineptam

eptam illam rationem damnabat. In Aldina h. l. eſt *quot ſine dubio.*

ſ. 5. *vt ſaginarentur lepores*] Macrobius Saturn. III. 13. *Varro de Agricultura libro 3. cum de leporibus loquitur, ſic ait. Hoc quoque nuper inſtitutum, vt lepores ſaginarentur, cum exceptos e leporario quidam in caueis et loco clauſo faciunt pingues.* vbi Codices alii pro *quidam* habent *condunt.* Io. Sariſberienſis VIII. 7. laudat etiam ex h. l. *hoc quoque nuper inſtitutum eſt ſaginari et lepores.* Vnde non dubitaui vulgarem huius loci lectionem corrigere, quae habebat: *hos quoque — ſaginarent pleraque — concludant — faciant.* In plerique habeo conſentientem vel Vrſinum, vel Schoettgenium, vel Geſnerum, vel Pontederam. Ceterum Plinius XI. ſ. 85. *quaedam non pingueſcunt, vt lepus et perdix.* Sed auctor libri de rerum natura apud Vincentium 18. c. 62. infra tecta domus concluſum leporem, vt motu careat, pinguedinem immodicam ſuper renes concipere ait et mori. Ceterum Sariſber. Ioannes pergit *concludant in caueis faciant pingues. Sed et cocleas luxus effecit ſaginatas. Haec Varro.* Poſtrema Varroni ab ipſo addita videntur, nec ex Macrobio excerpta.

Eorum ergo tria] Creſc. *Sed leporum tria — Italicum, pedibus — ſuperiore parte, (id eſt dorſo* inſerit Ed. antiqua) *baſſa — praegnans ſit, tunc concipere.* Duplex leporis genus habet Xenophon de Venatione cap. 5. quod ita pingit: *δύο δὲ καὶ τὰ γένη ἐστὶν αὐτῶν. οἱ μὲν γὰρ μεγάλοι ἐπίπερκνοι, καὶ τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ μετώπῳ μέγα ἔχουσιν, οἱ δὲ ἐλάττους ἐπίξανθοι, μικρὸν τὸ λευκὸν ἔχοντες. Τὴν δὲ οὐρὰν οἱ μὲν κύκλῳ περιποίκιλον, οἱ δὲ παράσημον. καὶ τὰ ὄμματα οἱ μὲν ὑποχάροποι, οἱ δὲ ὑπόγλαυκοι· καὶ τὰ μέλανα τὰ περὶ τὰ ὦτα ἄκρα οἱ μὲν ἐπὶ πολὺ, οἱ δὲ ἐπὶ μικρόν.* Addit, pleraſque inſularum graecarum Archipelagi habitare genus minus, a vulpe et aquila tutum propter minorem montium altitudinem. Facit igitur alterum genus et minus montanum. Xenophontis locum interpretatur Pollux V. ſect. 67. ita, vt doceat, colorem *ἐπίπερκνον* eſſe oliuae inter maturitatem et acerbitatem mediae, quam variari dicunt Latini; Varro fuſcum dixit. Idem *ἐπίξανθοι* interpretatur *ὑπόπυῤῥος.* Genus album poſt alios egregie definiit Cel. Pallas Nov. Glirium Spec. p. 2 ſeqq. vnde, quae ad h. l. pertinent, transferam. Variabilem vocavit leporem, quem a vulgari europaeo diſtinxit. Is caudam breuiorem, nullo colore nigro variatam, habet, vt vulgaris. Igitur in Xenophonte eſt legendum *ἀπαράσημον*, non *παράσημον*, vt putat Brunck; europaeo vulgari recte tribuit Xenophon

nophon caudam *περιποίκιλον*. Extremam aurium partem fere totam concolorem habere dicuntur fului, vt et frontem; quod de variabili confirmat Pallas; in vulgare enim frontis maculam magnam albam, auricularumque apicem nigrum adesse, monet Xenophon. Irides oculorum luteo-fuscas dixit in lepore variabili Pallas p. 21. Xenophon *subglaucam* vel *caesiam* variabili, subfuluum vulgari tribuit. In longitudine etiam corporis dissentit Pallas, quem locus Xenophontis egregius latuit, vnde insignis accessio fit iis, quae disputauit vir egregius de natalibus et differentiis huius generis. Oppianus Xenophontis Varronisque praecepta corrupit III. 508. vbi a colore terrarum, quas habitant, genus vtrumque distinguit. Oculorum etiam colorem confundit in vtroque. Ita enim ille misellus poetaster cecinit: *χροιὴν δ' ἀμφιέσαντ' ἀνομοΐιον· οἱ μὲν ἔασι κυάνεοι δνοφεροί τε μελάμβωλον κατ' ἄρουραν· ξανθοὶ δ' αὖθ' ἕτεροι πεδίων ἐπὶ μιλτοπαρήων· ἀτὰρ ἐρίγληνοι χάροπον στράπτουσιν ὀπωπαί.* vbi Gallicus Interpres cuniculos et lepores describi ab Oppiano ridiculo errore censebat. Tertium genus addit Pollux l. c. Elymaeos lepores, magnitudine vulpi pares, colore nigrescentes, oblongo corpore, caudae apice macula alba oblonga variato. Elymaei iuxta Susianam habitabant in Elymaide. Quale animalium genus intelligatur, nondum excogitaui, nisi quod Iaculum giganteum aliquem suspicor alicubi in India latere, nondum cognitum.

primis] Corrigo *prioribus*. Nam toti pedes priores sunt humiles, non pars prima tantum.

mediocres] Cresc. *in Italia et Hispania mediocres. Item in Gallia reperiuntur alii alterius generis toti candidi.*

humile] Recte Cresc. *humilis*, etsi video, vulgatam a Gesnero defendi, sed satis inepte.

f. 6. *ad Alpes*] In Edd. primis *adadapis*, in Polit. libris *adadpis*. Vrsinus in vetere Codice reperit *dasypus*. Sed dasypodem Aristoteles dicit eundem, quem alibi leporem, Plinius interdum errore distinxit. Ceterum de his candidis Plinius 8. f. 81. *In Alpibus candidi, quibus hibernis mensibus pro cibatu niuem credunt esse: certe liquescente ea rutilescunt annis omnibus: et est alioquin animal intolerandi rigoris alumnum.* vbi Vincentius *rubescunt* habet. Ex Xenophontis loco, supra apposito, patet, hoc genus candidum praeter hiemem esse colore rutilo seu rubeo, et mutare colorem. Quare vitium in loco Varronis esse suspicor. Mutare ab aliqua re habuimus supra II. 11. 12. Sed huius loci diuersa

ratio

ratio eſt. Malim igitur: *qui colorem mutant, quod toti candidi fiunt.*

ſ. 7. *quod in Hiſpania*] Creſc. addit: *et in Prouincia et in partibus Lombardiae, ſibi cohaerentibus, naſcitur — ſed humilis.*

leuipes] Creſc. *Lepus dicitur ab eo, quia leui pede ambulat. cuniculi ab ea, — ſolent, — in agris, nemoribus et pratis et vineis.* Iſidorus 12. 1. *lepus quaſi leuipes, quia velociter currit.* Verba *a celeritudine*, damnata ab Vrſino, incluſit Geſner. Nec habuit in ſuis libris Creſcentius.

Aeoles] Vrſinus malebat: *quod eum e Sicoleis Graeci λέπoριν.* Noſter enim de L. L. V. *Lepus, quod et Sicoleis quidam Graeci dicunt λέπoριν, a Roma, quod orti Sicoli, vt annales noſtri veteres dicunt, fortaſſe hinc illuc tulerunt, et hic reliquerunt id nomen.* Quod in libris reperit Victorius: *Aeolis et bonum leporum*, Popma mutabat in: *Aeoles vt bonum λεπoρόν.* quaſi Aeoles bonum λεπαρὸν pro λιπαρὸν dixiſſent. Inepte! Pontedera inde efficiebat: *quod cum Aeolii Sicanum leporum ſiue σικανὸν λέπoριν appellabant.* vt Aeoles leporem, a Siculis dictum λέπoριν, appellaſſe intelligantur σικανὸν λέπoριν. Scaligero λιπόῤῥις epitheton leporis fuiſſe videbatur, a ſimis naribus. Si luberet ineptiis his immorari, ſuſpicari liceret, etiam λέπαργον olim potuiſſe leporem dici, quod ventre eſt albus. Sed vocem graecam ignoramus, vnde lepus commode poſſit deriuari.

cuniculi] Plinius l. c. *Leporum generis ſunt et quos Hiſpania cuniculos appellat, foecunditatis innumerae — foetus ventri exſectos vel vteribus ablatos non repurgatis interaneis, gratiſſimo in cibo habent, laurices vocant.* Deinde de viuerris, cuniculos venantibus, ſubiicit: *iniiciunt eas in ſpecus, qui ſunt multiformes in terra, vnde et nomen animali.* Latinam vocem eſſe cuniculum, diſputabat Harduinus ad Plinium, ineptis rationibus vſus. Animal, ex Hiſpania allatum, Romani vetere Hiſpanico nomine appellarunt. Diſerte ita etiam Aelianus H. A. 13. 15. vbi κόνιλος dicitur. In Polybio XII. p. 388. edidit κυνίκλων etiam Schweighaeuſer, ſed puto ſcripſiſſe Polybium κονίλων. Hiſpanicae originis nomina ſunt etiam Κονεοὶ populi Hiſpaniae, eorumque princeps oppidum κονίστοργις apud Appianum T. I. p. 169. ed. Schweigh. Maſſilienſes λεβηρίδα vocabant, teſte Telemacho grammatico apud Etymol. M. h. v. Idem nomen habet Strabo T. I. p. 213.

perſecutos] Vrſinus maluit *proſecutos.* Praeterea *et* ante *quod* delendum eſſe cenſeo. Ceterum Appius haec ad

Varronem dirigit verba, de cuius in Hiſpania moratione alibi dictum eſt.

Cap. XIII. *Apros*] Creſc. *Apros habere poſſe in leporario et capreolos et ceruos non eſt dubium.* vt adeo legiſſe videatur h. l. *ibi et capreolos et ceruos.* Vrſinus malebat: *poſſe haberi — negotio; et ibi captiuos et cicures; qui ibi nati ſunt — inquit Agrius, Axi.* vel ſupra *Agrius* ſcribendum fuiſſe monet, non *Appius*, qui hucuſque locutus fuerat. Verbum *inquam* locum non habere, quia Varronem non loqui demonſtrent ſequentia. Mihi quidem inprimis lectio Creſcentii placet; neque enim debebat capreolos aut capreas ceruoſque, indigenas Italiae feras, praeterire Varro. Quis porro cicures dixerit apros, in viuario natos? Antiqua Creſc. editio habet *capriolos* et *coruos.* Et ſupra initio capitis praecedentis pro capreis vtraque Editio Creſcentii capreolos nominat.

ſcis, inquam, Axi] Vitium vidit poſt Vrſinum etiam Pontedera, qui malebat legi: *Scis, inquit Appius, Axi;* quam emendationem probauit etiam Geſner; et quis non probauerit? Interim antiquam reliqui, quia veſtigia verae lectionis nimis alte abſcondita latent adhuc in vulgata.

M. Pupio Piſone] Calpurniano, de quo vide Indicem Ciceronianum Erneſti. Eundem ſupra cap. 3. ſect. 6. M. Piſonem nominat, atque ita bis eundem Conſulem memorat Plinius. *Pupii* tamen nomen etiam in vetere Codice adeſſe monet Vrſinus.

buccinam] Hoc loco *bucinam* poſuerat Geſner, paulo poſt tamen *buccinam.* Ad buccinam conuenire vult etiam porcos noſter II. 4. 20. vaccas Columella VI. 23. 3. De ſubulcis Italicis generatim teſtatur Polybius XII. p. 389. eos non ſequentes, vt in Graecia, ſed antecedentes et buccinam inflantes (βυκάνῃ Φωνȣ̃ντες) greges ducere, atque ita facile quamuis magnos greges per aetates et genera ſeparari, et a fuga furtoque defendi. Similiter in Corſica greges caprarum boumque ad buccinam agi et cogi ait. Locum eundem annotauerat Pontedera.

certo tempore] Vrſinus malebat *vno tempore.* Idem paulo poſt verba *e palaeſtra* ſpuria eſſe cenſebat aut mutanda in *e feneſtra.* Contra Scaliger huc trahebat locum Martialis III. 82. *Partitur apri glandulas palaeſtritae.* Ita ſcilicet cum Scaligero voluit ibi legi etiam Lipſius pro *palaeſtritis*, quae lectio vnice vera eſt. Palaeſtrae nihil eſt cum apris commune.

ſ. 2.

f. 2. *Laurenti*] Festus: *Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant.* Insulam et flumen Asturam habet Plinius III. f. 9. Asturam insulam in Antiano nominat sect. 12. Oppidum Laurentum cum amne Numicio sect. 9. Hodie oppidum inter Antium et Ostiam dicitur *St. Lorenzo.* Insula et flumen Astura hodie nomen retinent. In Astura villam habuit Cicero Epist. ad Div. VI. 19. ad Attic. 12. 40. 15. 12. Laurentem aprum habet Horatius Epod. V. 28.

magis τραγικῶς] Crescentius IX. 80. *magistraliter fieri vidit* (Varro). Voluit credo *magis theatraliter.* Sed tota haec narratio, quam ex Editione Louaniensi retulit Gesner, in Basilcensi omissa fuit, et in altera antiquiore multo.

f. 3. *Quintus Orphea*] Pontedera praeferebat lectionem Edd. primarum: *Apud quod Orphea*, i. e. ad quod. Crescentius Louan. *Vocatus fuit quidam, qui cum stola et cithara* venit, et cum cantare iussus esset, *bucina inflauit.*

vbi tanta] Lectionem, a Victorio in libris repertam: *vt tantum circumfluxerit nos.* probabat Scaliger, omissa scilicet voce *multitudo.* Vrsinus malebat: *vbi tantum circumfluxerit mox* similiter omisso *multitudo.* Voluit sine dubio Vrsinus *circumfluxit mox*, quod est in Edd. primis, eamque lectionem et ipse probo. Crescentius Louan. *et subito circumfulsit eum et ceteros tanta multitudo — et aliorum quadrupedum, quod valde formosum sibi apparuit spectaculum.* Ceterum Br. et Aldina *circun fluxerit* habent, vt *plerunque* et similes formas.

aedilium] sc. spectaculum. Malebat tamen Scaliger *aedilitium.* Ita Varro apud Nonium p. 127. b. *Solus rex, solus rhetor, solus formosus, securus vel ad aedilicium. mundus, purus, putus.* Ita enim ex libris duobus scriptis locum istum emendabat Scaliger, qui vulgo ita editur: *secus vel ad aedilicium, modius purus, putis.*

sine Africanis] Iucundus correxit: *non sine Africanis;* et rara fuerunt munera hoc tempore sine Africanis; ita vero pantheras vocabant, et *varias.* Sed Varro respicere videtur Senatusconsultum vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere, contra quod deinde A. V. 670. ad populum tulit Cn. Aufidius tribunus plebis; permissumque deinde Circensium gratia importare. Primus autem Scaurus aedilitate sua varias 150 vniuersas misit, auctore Plinio VIII. f. 24. Hinc igitur Varro addit *aedilitium spectaculum;* quia ludis Circensibus publicis inferre Africanas licebat.

Cap. XIV. *emolumentum*] Palmerius in Spicileg. p. 847. *molimentum* legi volebat, i. e. operam, opus, laborem, et comparabat locum Caefaris de B. G. I. 34. vbi tamen *emolumentum* P. Victorius V. L. XXII. 10. interpretatur, vt in Varrone rem operofam, confentiente Dauies et Vofs ad Catull. p. 312. Contra *emolimentum* ea notione malebat legi Gefner ad h. l. et in Thef. L. L.

fimplex eft] Vrfinus malebat: *fimplex, inquam, vt tu putas* propter locum fequentem, vbi eft, *aquam, inquam.* Sed recte monuit Gefner, nihil opus effe ea emendatione propter alterum locum.

non liberos] Gefner lufum effe putat in *liberos quaerere;* quem equidem non intelligo, fed puto effe dictum pro: *ne fruftra matres etiam, non folum liberos eorum quaeras.* Ceterum ex aquae mentione fatis apparet, cochleas terreftres ad cibum fuiffe adhibitas.

fugitiuarius] qui feruos fugitiuos retrahit. Vtitur vocabulo Florus III. 19. 7. et Vlpianus, quos laudauit ad h. l. Schoettgen.

f. 2. *non coquit fol*] Plauti locum Captiv. I. 1. 13. quafi *cum valetur, cochleae in occultis latent, fuo fibi fucco viuunt, ros fi non cadit.* alterumque fimilem Comici apud Athenaeum II. p. 60. vbi cochleae poft tenuem imbrem prodire et olera depafci dicuntur comparauit Victorius V. L. 33. c. 23.

ros] Deinceps fequi debebat: *vt fere non funt in aprico loco, fed fub rupibus — ac fluuii.* Poftea fubiiciendum: *Qui fi naturalis — vt facias, manu facere* etc. Priora verba non folum male diuifa, fed et alieno loco intrufa funt.

mamillas] Ita Victorius fcripfit pro *papillas.* Plinius 35. f. 46. *vel affiduitate fatiant figlinarum opera, doliis ad vina excogitatis, ad aquas tubulis, ad balineas mammatis, ad tecta coctilibus laterculis frontatifque.* Ita enim locum eum ex Codice regio 2. refinxit Harduinus, vbi antea erat: *vel quae affiduitate fatiant figlinarum opera imbricibus tubulis tegulifque ad balineas hamatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatifque, aut quae rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis et ad aquas.* In Codice ifto fuit *fundamentifque* pro *frontatifque.* Harduinum ex parte fecutus *Brotier* edidit ex editione principe, Codice regio 2 et 3. *figlinarum opera, imbricibus, doliis ad vina excogitatis.* In *mammatis* etiam fequitur ineptam Harduini interpretationem, nifi quod addit: *mammati* dicti videntur tubuli, quod, vt mammae lac fundunt, ita illi tubi, in angulis pofiti, calorem diffundebant. Veram interpretationem docet locus Varronis

ronis. *Imbrices* plane alieno loco inferuit Brotier; ineptius etiam tegulas mammatas ex Plinio effecit Gefneri Thef. L. L. In Plinio grauius vlcus eft, quam quod Harduini leuitas potuerit fanare. Ecce enim Ifidorus 19. c. 10. *fictilium operum ad parietes et fundamenta, quae coctis laterculis ad tecta imbriculis teguliſque aptantur.* quem locum ita pofuit Vincentius Sp. nat. 6. c. 80. *Operum autem fictilium ad parietes aedificiorum et fundamenta cocti laterculi, ad tecta vero tegulae et imbriculae aptantur.* Ex quo primum fit manifeftum, in Plinio legendum effe: *ad parietes aedificiorum fundamentaque coctis laterculis, ad tecta imbricibus teguliſque, ad aquas tubulis, ad balineas mammatis, aut quae rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis.* In lectione Harduini opera figlina non omnia nec ordine iufto enumerantur. Coctiles enim lateres non ad tecta adhibentur, fed ad parietes et fundamenta, contra ad tecta imbrices tegulaeque. Deinde peffime omifit verba *quae rota fiunt*, quae rationem doliorum minorum vinariorum praeclare docent. Maiora abſque rota fingebantur, auctore Anatolio in Geoponicis 6. 3. Gronouius Voffiani libri hanc memorat lectionem: *imbricibus doliis ad vina excogitatis, ad aquas tubulis, ad balineas mammatis, ad tecta coctilibus laterculis, fundamentis quae aut qua Numa rex feptimum.* quae aeque vitiofa eft, nec locum tetigit Gronouii fagax ingenium.

f. 3. *et hunc, dum ferpit*] Vrfinus malebat: *etenim dum ferpit.*

in parietes ftantes] Vrfinus *in pariete* malebat, quod eft in Edd. et libris fcriptis quibufdam. Gefner *in parietes ftantes* interpretabatur *in parietibus ftantibus*, eamque rationem non inauditam effe afferebat his fcriptoribus. Equidem vulgatam vitiofam effe cenfeo. Quid enim dicit parietes ftantes, quafi non omnis paries ftet? Deinde quid paries ad cibum cochleae? Siccus enim paries cibum ei nullum praebet. Contra fi area feu cochleare eft fub radice rupium aut montium alluente aqua, quam pofitionem inprimis laudauit Varro, folent cochleae etiam latera montium depafci, nifi riuus interueniens prohibeat. Igitur legendum puto *pariete adftante*, et de latere montis vel rupis interpretandum.

ex fe ruminantes] Cum Turnebo Aduerf. I. 1. Scaliger pro vulgato *exgruminantes* malebat *exruminantes*, confentiente etiam Vrfino; contra vulgatam defendebat Popma, gruminare feu cruminare interpretatus minutatim et fruftulatim delibare, decerpere, auferre. Gefner *ex fe ruminan-*

tes

tes malebat; cui coniecturae pondus aliquod accedit inde, quod in Codice Bibliothecae Monaſterii B. Victorii, quem Pariſiis contulit Peyer Merycolog. p. 10. ſcriptum eſt ſimplex *ruminantes*. Geſneri coniecturam interim poſui. Beroaldus malebat *exgrumantes*. Inter Gloſſas Iſidori *cruminat*, *ruminat* ex h. l. ductum mihi videtur. Error fluxiſſe videtur ex antiqua verbi ruminare ſcriptura. Arnobius VII. p. 230. vbi varia farciminum et liborum vocabula obſcura, in ſacrificiorum caeremoniis vſitata, ponit: *non ratione eadem aerumnas, quae ſunt prima in gurgulionibus capita, qua deiicere cibos et referre natura eſt ruminatoribus ſaeculis.* Ita quidem editio Lugdun. 1651. Sed aliae *rumas*, romana princeps *erumnas* habent. Lectionem *rumas* videtur aſſerere Seruius ad Eclog. VI. 54. *rumatio dicta eſt a ruma, eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus reuocatur.* Feſtus antiquum verbum *rumare* pro ruminare deriuat a voce *rumen*, quam ait ſignificare partem colli, qua eſca deuoratur; Nonius locum ait eſſe in ventre, quo ſumitur cibus, et vnde redditur. Contra *frumen* de eadem parte interpretantur Donatus ad Terentii Adelph. V. 8. 27. Seruius ad Aeneid. I. 182. et Iſidorus XX. 2. et Different. p. 755. Vnde in Arnobio malim *ruminas* vel *rumnas* legere, quod vocabulum, ex rumine vel frumine factum, explicare voluit Arnobius. Frumen in loco Varronis apud Nonium in *offendere* vulgato *flumen* ſubſtituit recte Scaliger ad Priapeia p. 157. Verba ſunt: *Deinde mittit virile veretrum in frumen, offendit buccam Volumnio.* Quod flagitium proprio vocabulo veteres *irrumare* dicebant. Vnde cognoſcimus, rumen et frumen dici eandem faucium vel gutturis partem. Verbum *adrumavit* Feſtus deriuat pariter a rumine, parte gutturis. De ruma ſeu mamma alibi diximus; quae num ab eadem an diuerſa radice prouenerit, nondum excogitaui.

Propolam] Vulgatum *propalam* ineptiſſime defendebat Turnebus, recte monente Scaligero et Vrſino. Geſner optionem lectori et arbitrium relinquebat in re tam aperta. Equidem dedi, quod analogia poſtulat et Commel. editio dedit. Deinceps ex Br. et Ald. *cocus* reſtitui. Eaedem deinceps *plerunque* habent.

Coquus] Bruſch. recte *cocus;* ſed eadem infra cap. 17. ſ. 4. *coquus* dedit pro *cocus*. Ego vero, vt ſibi conſtet Varro, vtrobique *cocus* ſcripſi.

ſ. 4. *Genera*] Plinius 9. ſ. 82. *Cochlearum viuaria inſtituit Fuluius Hirpinus in Tarquinienſi, paulo ante ciuile bellum, quod cum Pompeio magno geſtum eſt, diſtinctis quidem gene-*

generibus earum, ſeparatim vt eſſent albae, quae in Reatino agro naſcuntur, ſeparatim Illyricae, quibus magnitudo praecipua, Africanae, quibus foecunditas, Solitanae, quibus nobilitas. Quin et ſaginam earum commentus eſt, ſapa et farre aliiſque generibus, vt cochleae quoque altiles ganeam implerent; cuius artis gloria in eam magnitudinem perducta ſit, vt octoginta quadrantes caperent ſingularum calices. Auctor eſt M. Varro. vbi recte iam Pintianus monuit, legendum eſſe *perductae ſint.* Ceterum ex h. l. non omnia verba Plinii ducta eſſe, ſtatim apparet; plurima tamen conueniunt. In Plinio etiam libri ſcripti plurimi habent *commentatus eſt,* quaſi ipſe Fuluius de cochlearum ſagina ſcripſerit librum.

afferuntur] Verbum hoc ſpurium videbatur Vrſino; idem eodem crimine damnat verba *quibuſdam locis.* criſi nimis ſeuera, et vana!

ſint diſpariles] Vulgatum *non ſint diſpariles* corrigi voluit etiam Geſner, interim incluſo *non.*

quaedam ex Africa] Ita dedi ex Edd. I. I- G. pro vulgato *quamquam,* cui Geſner voluit ſubſtitui *quemadmodum.*

ita, vt earum calices] Antiquam Varronis lectionem, a Plinii libris omnibus confirmatam, reſtitui, quam temere mutauit Victorius. In libris ſcriptis is reperit: *ita, vt eas LXXX. quadrantes coici poſſint.* vnde Pontedera malebat legi *coiici,* id eſt, cogi. Victorius interpretationem ſuae lectionis cenſebat eſſe eam, quam reſtitui. At noſtra lectio genus cochleae declarat, quo in cibo vtebantur. Sunt enim etiam nudae cochleae, nulla teſta incluſae. Operculatas ex maritimis Alpibus, deinde ex Literno vel Veliterno, Italiae oppido, et inſula Aſtypalaea laudatiſſimas, in cibo puto, memorat Plinius 8. ſ. 59. Solitanas cum Siculis, Balearicis et Aſtypalicis iterum laudat et apparatum docet libro 30. ſ. 15. Fluuiatiles, vt viroſas, ſilueſtres, vepribus et frutetis adhaerentes, tanquam aluum et vomitum cientes, damnabant, eodem auctore cum Dioſcoride II. 11. Solitanae a promontorio Solis in Africa dictae videntur, quod Interpretes Plinii interpretantur *Le Cap Cantin.* Peſſime ediderat Victorius *Solitannae.* Helicem pomatiam Linn. helluones noſtri in cibo amant. Statius Syluarum IV. in Riſu Saturnalitio verſu 32. *nuſquam Cinyphiis vagata campis curuarum domus vda coclearum.* Nunc demum video I. Fr. Gronouium ex lectione libri Voſſiani optimi: *exiſiolitanae aſtypalaeicae et ne Siculae* corrigere in Plinio: *ex his Iolitanae — Aetneae Siculae,* eandemque ſcripturam Varroni reſtitui velle. Iol Africae maritimum oppidum, Iubae regiam, etiam

Caesaream dictam, habet Mela I. 6. cum Ptolemaeo. Harduinus Gronouii, non nominati, emendationem in Plinio reiecit, haud scio an recte. In Inscriptione Fabrettiana p. 364. memoratur Prouinciae Byzacenae municipium Aelii Hadriani Aug. Ciuiulitanum, quod idem esse ait Philippus a Turre ad Monum. Antii p. 151. cum eo, vnde Episcopi *Cilitani, Cillitani* in Subscriptionibus Conciliorum dicuntur. Huc trahit etiam *Cilio* apud Antoninum. Hoc nomen vrbis an huc pertineat, viderint alii!

semen] De ouulis cochlearum, inprimis hortensis, seu pomatiae, quae in cibum adhiberi solet, vide egregie disputantem *Swamerdam* in Bibliis Naturae ad tabulam 4. operis eximii. Bene etiam de huius generis physiologia meritus est Britannus *Lister*. Vide etiam Antonii Felicis et Harderi Observ. de ouis cochlearum in Malpighii Oper. T. II. p. 85 seqq. Obdurescere diuturnitate, si oua a terra sua separaueris et in loco sicco reposueris, intelligo. Sed possunt etiam semina cochleae, recens natae, intelligi.

bolum deferunt aeris] Vrsino vox *aeris* spuria videbatur. Supra III. 2. 16. *sed vt ad hunc bolum peruenias.* Metaphora est ducta a piscatorum βόλῳ, iactu, cum rete educto vident capturam. Equidem malim *conferunt.*

cum foraminibus] Haec spuria esse censebat Vrsinus; recte, puto; statim enim sequitur *quae foramina habeat.*

incrustant sapa] Eadem notione infra 15. 1. maceriam laeui lapide aut tectorio incrustare. Nonius p. 62. a. ex Nostro habet parietes crustatos. Alio sensu Horatius Serm. I. 3. 56. sincerum vas incrustare dixit; alio Lucilius, a Scholiaste ibi laudatus: *nam vel regionibus illis incrustatu' calix ruta cauliue bibetur.* Scribonius Largus Comp. 133. *calices quoque eis incrustentur additis quinque vel sex salis farrisque granis.* vbi vide Rhodium. Crustariae tabernae Festo sunt a vasis potoriis crustatis dictae. Vasa seu pocula lignea faginea cera illita intus apud Ouidium Metam. VII. 668. dici possunt similiter incrustata. De pastione cochlearum ita Apicius VII. 16. *Accipies cochleas, spongizabis, membranam tolles,* (i. e. operculum) *vt possint prodire, adiicies in vas lac et salem vno die, ceteris diebus lac per se et omni hora mundabis stercus; quum pastae fuerint, vt non possint se retrahere, ex oleo friges. Similiter ex pulte pasci possunt. — Cochleas viuentes in lac siligineum infundis: vbi pastae fuerint, coques.* Vnde apparet, cum testa fuisse apparatas. Alibi enim diserte cochleas exemtas addi vult in iure VIII. cap. 7.

viuax]

viuax] Haec mihi non integra videntur esse. Foramina sunt ollae facienda, vt aër intrare possit, et cochlea viuere, etiamsi tam viuax cochlea non sit. Sed potest etiam durare in olla, quae foramina non habet; tam viuax est animal.

Cap. XV. *Tota leui*] ad maceriam refertur.

ne ex ea] Vrsinus malebat *ne ea*, ortam putans ex *ea* praepositionem. Praeterea *possint* legendum esse vidit Gesner.

in hoc dolium] Vrsinus corrigebat: *in eo addunt glandem — quibus in tenebris fiunt pingues.* Doliorum formam, a Varrone descriptam, non satis intelligo. Semitae enim vocabulum mihi obscurum esse in hac re videtur. Esse tamen videtur via tecta.

cum cumulatim] Ex lectione librorum Victorii Turnebus XIX. 28. efficiebat *cum hilar oppositum est*, interpretatus operculum ex graeco εἶλαρ. Idem aliorum coniecturam *cum molare* aut *cum ollare* legentium memorat. Scaliger emendabat *cum aular impositum est, in doliis p.* Putabat enim, ollar dici operculum ollae, vt putei puteal. Pontedera denique legebat: *cum affatim positum est in doleis, pingues fiunt.* Vrsinus ait esse in vetere Codice *cum vlar impositum est, in doliis:* deinde laudat Turnebi emendationem. Turnebus vero, veterem lectionem: *cum vlar impositum est* afferens, videtur Victorii librum respexisse. Quare dubito, an Vrsinus ipse alium Codicem inspexerit, etsi saepe veteris Codicis lectionem a Victoriana discrepantem laudet. Scaliger inuentum suum *aular* manifesto debet coniecturae, a Turnebo antea proditae. Ipsum enim Turnebum nominat Scaliger, eiusque emendationem recte improbat. Plinius VIII. f. 82. *Sorices et ipsos hieme condi auctor est Nigidius, sicut glires, quos censoriae leges princepsque M. Scaurus in Consulatu non alio modo coenis ademere, quam conchylia. — Semiferum et ipsum animal, cui viuaria in doliis idem, qui apris instituit. Qua in re notatum, non congregari nisi populares eiusdem siluae, etsi misceantur alienigenae, amne vel monte discreti, interire dimicando. Genitores suos fessos senecta alunt, insigni pietate. Senium finitur hiberna quiete. Conditi enim et hi cubant: rursus aestate iuuenescunt, simili et nitelis quiete.* Scauri lex sumtuaria incidit in A. V. 639. Viuaria vero aprorum primus instituit Fuluius Lupinus, teste eodem sect. 78. quanquam ex loco Varronis supra c. 12. vnde sua translulit Plinius, auctorem primum agnoscere non licet.

licet. Pergit Plinius sect. 83. *In Maesia silua Italiae non nisi in parte reperiuntur hi glires.* De silua Liuius I. *Silua Maesia Veientibus ademta: vsque ad mare imperium prolatum.* Vulgo hodie appellari *Bosco di Baccano*, monet Harduinus. Plinius XVI. s. 7. *fagus glires quoque saginat.* Confirmat narrationem Matthiolus ad Dioscorid. p. 206. qui fagi maturitate appetente innumeros capi glires refert in Carniola, Carinthia Stiriaque. Martialis XIII. 59. *tota mihi dormitur hiems et pinguior illo tempore sum quo me nil nisi somnus alit.* Idem III. 58. *somniculosos ille porrigit glires.* Ad coenam glires parat Apicius VIII. c. 9. vbi inepte nuperus Editor interpretatur murem marmottam, *Murmelthier. Glires* ex Plinio retulit Isidorus XII. 3. vnde tamen *glyres* exscripsit Vincentius Sp. nat. XIX. c. 131. Glirium examina ex Plauto retulit Nonius p. 119. adeo, vt eius aetate glires in coenis fuisse videantur. Auctor Gallicus de natura rerum apud Isidorum l. c. *Glis est animal modicum, coloribus albo nigro subrufo variatum, per totam hiemem dormit et quasi pila contractum in vnum iacet. — Sed hoc mirum est, quia si sopitum animal ad aëris serena deferatur, paulatim inter manus tenentium conualescente spiritu resoluitur. — In arboribus velut in terra currit, et pomorum succo cupidius delectatur.* Albertus de Animal. p. 221. a. *Glis animal est notum et est colore varium in dorso griseum, in ventre album, breuioris pili et tenerioris corii quam id, quod vere varium vocatur. Animal est de genere muris, succo pomorum vescitur: in siluis vagatur, hieme tota dormit, et aestate euigilat et in dormiendo pinguescit, et ideo versus Boemiam et Carinthiam in autumno rustici in siluis cellaria parant et in his se collocant ista animalia in numero permaximo, et in eis ad esum hominum colliguntur.* Egregie Albertus glirem notauit eiusque mores; contra auctor libri de natura rerum aliud muris genus ante oculos habuit. Gallis vocatur *Loir*, Carinthis *Billig* seu *Willig.* In Carniolia feminas glires autumno deligi captas cibo testatur *Hacquet* Itiner. Alpini T. I. p. 85. Polonis et Carno - Slauonis *Pouch* dicitur, monente Pallas in Nouis Glirium Specieb. p. 89. Linnaeo Sciurus glis audit. Simillimam glirium capturam ei, quam Albertus narrauit, vel potius eandem accurate narrauit Valuasor in Historia Carinthiae Libro III. p. 439. qui nomen Slauonicum *Pouh* commemorauit. In Calabria hodieque ad cibos capi glires, testatur Swinburne Itiner. T. I. p. 385. vers. german. Vulgo Gazam secuti ἐλειὸν Aristotelis H. A. VIII. 17. eundem putant esse; de quo ita ille: φωλεῖ δὲ καὶ ὁ ἐλειὸς ἐν αὐτοῖς τοῖς

δένδρε-

δένδρεσι, καὶ γίνεται τότε παχύτατος. Hesychius: ἐλειὸς — ἔστι γὰρ ζῶον τετράπουν ὁ ἐλειὸς καλούμενος μῦς, ὁ σκίουρος. Idem ὄλιος σκίουρος, ἔλιος. Codex Mediceus Aristotelis cum vetere interprete ἐλιὸς habet, Alberti versio *alieus*. Eundem ἐλειὸν faciunt cum μυόξῳ Oppiani Cyneg. II. 574 seqq. quem conditum per hiemem cibo omni abstinere ait; ad quem locum Bodinus p. 85. b. affirmat, myoxi descriptionem plane conuenire cum ἐλειῷ Aristotelis. Contra Galenus libro tertio de Aliment. Facult. c. 1. myoxos inter lautissimas epulas Italiae referens ait: τῶν ἀρουραίων μυῶν καὶ τῶν καλουμένων ἐλειῶν ἐν μέσῳ εἶναι τὸν μύωξον καλούμενον. Ad Lucaniam regionem Italiae is refert myoxum, cum arctomye, (ἀρκτομῦς) alibi tamen eundem in deliciis coenarum esse confessus. Inde agnoscimus, myoxum esse glirem romanum, diversum ab ἐλειῷ Aristotelis. De myoxo tradit etiam Epiphanius in Haeresi 64. ἔλιος vel ἐλειὸς potest esse nitela, quam inter puellarum delicias memorat Martialis V. 38. Quibus hodieque in Anglia mus auellanarius in lusu frequens et gratissimus est, referente Pallas. Auream dixit Martialis, et a colore fuluo salicem quandam nitelinam vocarunt Romani. Variatum fuit dialectis vocabulum. Hesychius enim ὀλεὶρ, ἔλιος, μῦς. Idem Ἴλιος· μῦς τις. Idem in ἴληοι sic: Ἀντίγονος δὲ ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ ζώων τὸν καλούμενον μῦν ἔλειον. Coloris varietatem in Slauonico glire annotauit Taube T. I. p. 21. Itali hodieque antiquo nomine *Ghiro* vocant. Myoxum Graeci recentiores etiam μυξὸν dixere, contracto vocabulo. Suidas μυξός· ὁ λαγόγηρως παρ' ἡμῖν. Orneosophium p. 254. ἢ τοὺς λεγομένους λαγογήρους παράβαλε τῷ ὀρνέῳ.

Cap. XVI. *de piscinis*] Haec verba in vetere Codice deesse, annotauit Vrsinus. Idem ex Geoponicis XV. 2. arguit multa, praecipue narrationem de apibus, ex cadauere bouillo in cella excludendis, deesse in hoc capite.

Appius, nobis] Locum distinctione adiuuit Gesner, quem Vrsinus emendari volebat legendo *Axius nobis — inquit* sc. Appius. Huic Appio tres fuisse sorores, arguunt viri docti ex loco Ciceronis Epist. ad Diuers. I. 9. s. 34. vbi Clodius, Appii frater, Bonam Deam non pluris fecisse dicitur, quam tres sorores. Luculli nempe vxorem incestu contaminauit. Tertiam igitur sororem Appii pater viuus collocasse videtur. Altera Luculli vxor fuit Metelli Numidici soror, teste Cicerone Verrin. IV. 66.

(quarum)] *Earum* legi malebant Scaliger et Vrsinus; hic praeterea *omnibus daretur*, omisso *mulsum*. Gesnerus

 recte

recte *quarum* inclusit. Optime I. Fr. Gronov. corrigit *duarum alteram.* Inepte vero ait Appius, se *primum ipsum* bibisse mulsum domi, etsi in conuiuio omnibus ipse daret, aut ab aliis daretur. Nisi *primum* antecederet, mutarem *primus* in *primum.*

me cessa] Pro *mihi* dici antiquo more, ex Festo et Perizonio ad Sanctii Minerv. I. 6. p. 36. annotauit Gesner.

meum esset] Appius loquitur, quasi ab apibus nomen adeptus.

ὑλικῶς, quae cetera] Vulgatum *ἱστορικῶς* ex vetere Codice Vrsinus, Pontedera et ipse adeo Gesner corrigi voluerunt. Deinde in eodem Codice reperit Vrsinus *quae cetera.* quae mutabat in: *quemadmodum cetera.* Similis est locus Varronis II. 1. 2. *dicam duntaxat, quod est ἱστορικὸν, — de origine et dignitate. de tertia parte vbi est de arte, Scrofa suscipiet.* Ceterum lectio Edd. I. B. R. *id est, quae exercent mellarii*, vulgatae videtur esse interpretatio.

bubulo corpore] Vrsinus *pecore* malebat.

f. 4. *Archelaus*] Huius epigrammata de rebus physicis ad Ptolemaeum scripta saepius laudauit Antigonus Carystius de rebus mirabilibus.

Idem] Vrsinus malebat Nicander, cuius est versus a Varrone positus. Ante Victorium versus geminatus aderat; alterum auctoribus libris suis deleuit Victorius, quem laudari iisdem verbis monuit a Simplicio in Primum Aristotelicae *ἀκροασ. Φυσικῆς* c. 52. vbi est: *ἵπποι γὰρ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν.* Fabulam eandem plures tradiderunt veterum scriptorum. Ceterum in Nicandri Theriacis versu 741. legitur locus ita, vt a Simplicio laudatur, et ab Aeliano I. 28. eamque lectionem equidem praeferrem h. l. quia magis exquisitum et ingenio Nicandri aptum est *γένεσις ἵπποι* quam *ἵππων γενεά.*

graculi] Brusch. *gracculi.* Varro de L. L. IV. a gregatim volando dictos esse voluit; rectius cum aliis Festus a sono oris; cum quo facit Isidorus Origin. XII. 7. Scilicet a *κράζω* fit gracus, graculus. Graece dicitur *κολοιός.* Alii a *gerere* deriuabant; Menagius a graeco *κόραξ*, *κόρακος*, quasi *coraculum*, *graculum.* Ex contracto *graulus* ortum vocabulum Italicum *grola* et Gallicum *grole.* Vide etiam notam supra ad cap. XI. 4.

sed vt homines] Haec verba abundare videntur Vrsino, qui praeterea *apes* post *hae* deleri volebat, vt glossam.

operis] Crescentius IX. 100. *operum* habet.

f. 5.

ſ. 5. *quod mel domus*] *quod id domus* malebat Vrſinus ex vetere Codice; deinde vulgatum *nam* abundare putabat, cui Geſnerus cum aliis Edd. ſubſtituit *non* cum ſigno interrogationis. Sed interrogatio ab hac Appii oratione plane aliena eſt. Quare *non* incluſi.

vt plurimum loci] Rationes geometricas accurate explicauit Reaumure in opere egregio de Apibus.

opus faciunt] Antiquam lectionem: *fauos melle farciunt*, haud ſcio an temere mutauerit Victorius.

principia conuiuii] Vnde promulſis dicitur. Vide Interpretes Petronii cap. 31 et 34. et Lipſium Antiq. Lect. III. p. 101. In promulſide autem mel inerat. Haec monuit Schoettgen.

ſ. 6. *acceſſit*] Ita et vetus Vrſini liber, quod eſſe monet pro *acceſſerit.* Ceterum quaecunque hoc capite traduntur de natura et moribus apum, pleraque ſunt ex Ariſtotelis H. A. IX. 40. repetita. Quae difficultatis aliquid habent, attingam; reliqua ſilentio tranſmittam, quae lectores commodius in ipſo philoſopho longe ſubtiliore ordine tradita legent.

ſ. 7. *ideo modo*] Malebat Schoettgen in *eo modo.*

imbecillitatis] Poſt haec excidiſſe quaedam, recte monuit Vrſinus, ſed temere ex Geoponicis XV. 3. interpolare lacunam conatus eſt. Neque enim Geoponica in mellificii diſciplina ſequuntur, vt in multis aliis ruſticae ſcientiae partibus, ducem Varronem, ſed multa ab eius doctrina aliena plane immiſcent. Et ſunt plures in hoc capite lacunae, quas ex Geoponicis nullo modo licebit explere. Lacunae indicem ſtellam appoſuit Schoettgen.

diſplicatae] Creſcentius: *in aere diſperſae.* Geſnerus emendabat: *diſputatae.*

numero reducunt] Creſc. *cymbalis et ſonis ſe reducunt.* omiſſo *numero.* quod eſt pro cito, celeriter dictum. Vide Feſtum in voce *numero.*

ſ. 8. *quocunque it*] Creſc. *ierit, feſſum ſubleuant — ſuſtollunt.* ſed antiqua mea Editio *quocunque. id et feſſum ſublevant — ſuſtollunt.*

inertes] Creſc. *neque ipſae ſunt ocioſae — deſides.* ſed antiqua mea Editio: *neque ipſae ſunt inoperantes nec non oderunt inertes.* Varronianum fere puto eſſe *inoperantes.*

impetentes] Victorius ex lectione librorum Polit. *itaque impectantes* effinxerat *inſectantes.* Impectantes tamen ipſum defendebat Turnebus Aduerſ. VIII. 8. interpretatus verberantes ſeu verberare cupientes. Ab impingere id verbum

bum deriuabat Schoettgen. Inepte Popma legebat *inſpectantes.* Antiquam lectionem et probam expreſſit Creſcentius; habet enim *ineptum facientes.* Igitur eam reſtitui.

vocificantes] Creſc. *vociferantes — perſequuntur et paucae.* ſed Editio antiqua mea *et pauci.* Plinius: *abigunt fucos, multaeque ſingulos aggreſſae trucidant.* Igitur Vrſino videbatur Plinius in Varrone legiſſe *paucos.*

Extra oſtium] Creſcentius *propter oſtium*, quaſi *iuxta* legiſſet, quod equidem praeferam. Deinceps habet *ne veniat*, ſed antiqua mea *quae venit* habet. Deinde pro erithace reponebat Vrſinius propolin, quoniam infra ſect. 23. eſt: *propolin vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectum in aluum maxime aeſtate — crithacen vocant, quo fauos extremos inter ſe conglutinant, quod eſt aliud melle propoli.* Ariſtoteles H. A. IX. 40. *περὶ δὲ τὸ στόμα τȣ̃ σμήνȣς τὸ μὲν πρῶτον τῆς εἰσδύσεως περιαλήλιπται μίτυϊ τȣ̃το δ᾽ ἐστὶ μέλαν ἱκανῶς, ὥσπερ ἀποκάθαρμα.* vbi Codex Mediceus cum verſione Thomae habet *μήτυϊ.* Et in Plinio XI. ſect. 6. vbi locum hunc expreſſit, pro commoſin bis Vincentius habet *mityn*, altero loco *metin.* Cum Ariſtotelem vbique expreſſerit Varro, niſi alium auctorem nominauit aliquem, lacunam hoc loco eſſe cenſeo et verba quaedam excidiſſe. Erithace enim plane diuerſa in cellis fauorum ſepoſita; cum metys ſit ſpecies propolis, qua tecta picantur intus. Etiam *ſpiritum* male h. l. nominari puto.

ſ. 9. *vt colonias*] Creſc. *in colonias, horumque duces faciunt.* Geſnerus emendabat: *Haeque ducis.* Equidem duce Creſcentio malim legere: *vt colonias mittunt, harumque duces. Conficiunt — belli habent.* Nam Creſc. etiam *habent* praefert.

fatiſcat] Ex lectione libri Polit. *phyſicam achiſcat* Scaliger effingebat: *phyſica, maciſcat*: i. e. maceſcat. Vrſinus ex vetere codice *arceſſat* vel accuſet phyſicam, legi volebat; Popma: *phyſica magis hiſcat.* Equidem legendum puto: *phyſica, fatiſcat:* ne fatigetur haec phyſica audiens. Atque hanc lectionem vulgatae, quae ſenſum plane alienum ab h. l. habet, interim ſubſtitui, dum meliorem afferant alii.

ſ. 10, *villa*] Creſc. *domuſcula —. vno, circa totam domum aluearia feciſſe — ac reliquum locum ac ſpatium — citiſo ſemine operuiſſe.* vbi Editio antiqua habet: *ac ſpatio.* Ceterum Aldina habet *duos milites.*

agellus] Chariſius p. 108. Varro rerum ruſticarum 3. *iugerum agelli* et *iugero vno* cum dixerit, idem *in iugeribus*

multis

multis. Sed et primo rufticarum rerum *iugeribus* faepe dixit.

μέλινον] Nomen aliunde incognitum. Scaliger ex libro Polit. *mellinam* reftitui volebat, aeque ignotam. Ab aliis *μελίτταιναν* appellari, monuit ipfe Victorius. Sed ecce Philargyrius ad Georg. IV. 63. *melifphylla herba eft, quam, vt ait Varro, alii apiaftrum, aliis melinem appellant.* Seruius ibidem: *Varro hanc herbam apiaftrum dicit in primo libro operis ruftici.* Itaque libri antiquiffimi auctoritas non fpernenda effe videtur.

f. 11. *minus — fextertia*] Crefc. *minus quam — fextaria.* Sed recte Editio antiqua: *minus vt per aeque ducerentur dena.* Vrfinus emendat *feftertium.*

f. 12. *μελιττῶνας*] Gellius II. 20. ex h. l. laudat: *μελισσῶνας ita fauere oportet, quae quidem mellaria appellant.*

refonent] Crefc. addit: *id eft vocis echi.* Ex fua Crefc. editione Gefner laudauit: *refident imagines id eft voces eco.* Ex Crefcentio addendum puto *vocis.* Imago enim vix dici poteft echo, omiffo hoc vocabulo.

Bouerum] Ex vulgata lectione Scaliger hanc effingebat: *hic enim fonus harum fugae exiftimatur effe protelum*: interpretatus ita: eiufmodi fonis longe protelantur in fugam. Affert locum ex Varronis libro de liberis educandis hunc: *contra delectatio protelum, ad difcendum.* Scaligero adftipulatus Gefner incluferat vocem *caufa,* quam ex *protelum,* tanquam gloffam, ortam putabat. Vrfinus fimpliciter legi volebat: *praeterea locum effe oportet.* Ex lectione Edd. I. R. R. *praeterea procerum* Voffius ad Catull. p. 123. efficiebat: *praetoria procerum.* Quod nimis effet poeticum. Nec de folis proceribus loquitur Varro. Equidem fimplicem et facilem Vrfini rationem amplector. Liber Caefenas, tefte Pontedera, habet *praeterea* pro *procerum.* Crefcentius habet: *hic enim fonus fugae exiftimatur earum effe.* Sed antiqua mea Edit. habet *exiftimatur procerum effe. Item effe deberi dicit in aere temperato neque aeftate frigido neque hieme non oppreffo.* vbi Bafil. habet: *neque aeftate nimium calido neque hieme nimium frigido.* Triller Obferu. IV. 27. corrigebat: *Porro caelum effe oportet.*

f. 13. *ea funt, rofa*] Crefc. *vt funt.*

ocimum] Crefc. *eginum. medica maxime valentibus.* Sed antiqua editio mea: *eginium, capra, medice maxime citiffimque valentibus* etc.

cype-

cyperum] Recte omitti in Edd. quibusdam censet Pontedera, aut legendum cipiron, quem interpretatur *gladiolum*, a reliquis scriptoribus in mellificio commemoratum, Cyperi enim flores eius, quem hodie dicimus, filamenta apibus inutilia praebere, recte monet.

minus valentibus] Ita recte emendauit Vrsinus ex ipsa sententia et Columella IX. 5. Vulgo deerat *minus*.

autumni] Cresc. *autumnale*. Pontedera deleri vult aut *alterum* aut *autumni*. Brusch. hic etiam suum *auctumni* habet.

s. 15. *porticu*] Supra cap. III. sect. 5. *apes enim subter subgrundas abinitio villatico vsae tecto.*

aluearia] Miror libros scriptos formam *aluaria* hic non praeferre, de qua dicam ad Columellae IX. cap. 6. vbi libri optimi eam exhibent.

aluos, vbi sint] sc. apes. Hanc antea vulgatam lectionem temere ex libris suis mutauit Victorius, vti mecum censuere Pontedera et Gesnerus.

alimonio] Ab alendo aluum dictam vult etiam Festus h. l.

imitentur earum] Homines medios contractiores a similitudine vesparum, quae similes apibus hac corporis parte, vocant σφηκώδεις, Romani *cingulos*.

s. 16. *vitiles*] Vulgatam antea *fictiles* Victorius ex libris suis, ratione etiam ita suadente, vti putabat, mutauit in *vitiles*. At *fictiles* restitui voluit Pontedera, quod hae intus etiam propter asperitatem, vitiles vero extus modo contra aerem fimo bubulo oblinantur. Ligneas aluos extus, ne putrescant, cinere fimo bubulo misto oblinunt Geoponica XV. 2. Rimas et foramina extrinsecus luto et fimo bubulo mistis illinit Columella IX. 14. 14. Plinius XXI. s. 47. *circumlini aluos fimo bubulo vtilissimum.* De materia non satis apte tradunt aluorum. Equidem vitiles vtilius intus et extus oblini putauerim, quam fictiles. Denique fictiles ipse Varro deterrimas ait esse aluos.

in qua introeant] Inclusi *in*, quia statim sequitur *qua mellarii fauum eximere possint.* vbi nescio, cur Vrsinus *quo* legi maluerit.

s. 17. *possint*] Hoc ex antiquis Edd. restitui temere mutatum a Victorio.

quod et frigore] Vrsinus malebat: *quod eae frigore.*

hic commouentur] Omisi *hic*, quod Gesner mutari volebat in *hac* aut *haec*.

s. 18.

f. 18. *et vt quidam*] Vrſinus *et* abeſſe a veteribus codicibus ait, et abeſt ab Edd. I. B. R.

tria genera] Nullus ſcriptorum eorum, qui hodie exſtant, tria, ſed duo omnes faciunt cum Ariſtotele H. A. IX. 40. δύο μὲν ἡγεμόνων· ὁ μὲν βελτίων πυῤῥός· ὁ δ' ἕτερος, μέλας καὶ ποικιλώτερος. Aliunde accuratius cum Hygino deſcripſerunt Virgilius, Columella et Plinius. Virgilius adeo ad regis alterum genus tranſtulit, quae de fure Ariſtoteles: μέλας καὶ πλατυγάστωρ. Ariſtotelis locum paulo aliter referunt Geoponica XV. 2. 16. τῶν δὲ βασιλέων οἱ μὲν ἄριστοι εἰσὶ τῇ χροιᾷ ξανθοὶ, μέγεθος ἡμιόλιον μελίσσης, οἱ δὲ δεύτεροι ποικίλοι, ὀλίγον ὑπομελαίνοντες, μέγεθος διπλάσιον. Ariſtoteles enim de nigro et vario ſolo addit: τὸ δὲ μέγεθος διπλάσιος τῆς χρηστῆς μελίττης. Sed libro V. cap. 21. addit: καὶ τὸ κάτω τοῦ διαζώματος ἔχουσιν ἡμιόλιον μάλιστα τῷ μήκει. quae Geoponica male ad primum genus ducum referunt. Menecratem de erithacae origine laudat Plinius XI. ſect. 7.

qui ita, melior] Geſnerus malebat *hic ita melior, vt.* Praeterea Scaliger ſuſpicabatur, olim fuiſſe h. l. *Menecrates ſcribit, duo, ruber, niger et varius.* Sed dubitari poteſt, an Menecrates Ariſtotelem vbique fuerit ſecutus, vtpote poeta, Epheſius. Equidem totum hunc locum a librariis mutilatum atque interpolatum puto; cum tria vocabula *ruber niger et varius* poſita viderem, ſtatim inde tria ducum genera effecerunt. Creſc. habet: *ſeditionem. nam duo ſunt genera, vt Mecenates et Virgilius ſcribunt, niger et varius, qui melior eſt. Debet ergo mellearius interficere nigrum, qui alteri regi ſeditioſus eſt et corrumpit aluum, eo quod fugat* etc.

f. 19. *ater*] Ita recte vulgatum *alter* emendari iuſſit iam olim Scaliger ex his Ariſtotelis H. A. IX. 40. ἕτερος ὁ φὼρ καλούμενος, μέλας καὶ πλατυγάστωρ. ἔστι δὲ ὁ κηφὴν οὗτος μέγιστος πάντων, ἄκεντρος δὲ καὶ νωθρός. vnde Plinius XI. ſect. 18. *quanquam de fucis video dubitari, propriumque iis genus eſſe aliquos exiſtimare, ſicut furibus, grandiſſimis inter illas, ſed nigris lataque aluo, ita appellatis quia furtim deuorent mella.* In loco Ariſtotelis recte Codex Vaticanus cum verſione Thomae legit: ἔτι δὲ ὁ κηφήν. οὗτος etc. Pro μέλας verſio Scoti, quam ſequitur Albertus et Vincentius, expreſſit μέγας. Male! Furem verſio Thomae nominat *formigerum.* Cum Ariſtotele faciunt Geoponica. Verba *qui vocatur ab aliis fucus* ex gloſſa eſſe orta putabat Vrſinus; adſtipulante Beckmanno ad Antigonum Caryſtium p. 105.

p. 105. qui egregie docuit, fures, quos Ariſtoteles diligenter vbique a fucis diſtinxit, eſſe genus rapax nec genere nec ſpecie a vulgari apium genere ſeparatum, ſed inuitante occaſione vel indigentia ad furta delapſum. Quodſi lectio vulgaris bene habet, tum credere oportet, Varronem, vel ipſum Menecratem, lectione loci Ariſtotelici deceptum, fucum eundem cum fure feciſſe; in quem errorem pronior erat lapſus, cum ſciret et ipſos fucos furium nomine cenſeri a ſcriptoribus, veluti factum ab Aeliano H. A. I. 9.

Veſpae quae] Ita correxi vulgatum *veſpa, qua.* Ariſtoteles enim ſic: *ἄλλη μακρὰ ὁμοία τῇ ἀνθρήνῃ — αἱ δὲ μακραὶ — μέλι βραχὺ ἢ ϐδὲν — πολεμϐσι δὲ σφόδρα αἱ μακραὶ τῷ γένει τῷ μακρῷ καὶ πειρῶνται ἐκβάλλειν ἐκ τῶν σμηνῶν· κἂν ἐπικρατήσωσι τϐτο δοκεῖ ὑπερβολῇ γίγνεσθαι ἀγαθὸν σμῆνος.* Plinius XI. ſ. 19. *deterioris longae et quibus ſimilitudo veſparum.*

quae ferae] Legendum puto *qua ferae.* Plinius l. c. *apes ſunt et ruſticae ſilueſtresque, horridae aſpectu, multo iracundiores, ſed opere ac labore praeſtantes. Vrbanarum duo genera: optimae breues variaeque et in rotunditatem compactiles: deteriores longae et quibus ſimilitudo veſparum. etiamnum deterrimae ex iis piloſae.* Ariſtoteles H. A. IX. 40. *ἡ δ' ἀρίστη μικρὰ, στρογγύλη καὶ ποικίλη. ἄλλη μακρὰ — διαφέρϐσι δὲ αἱ γινόμεναι τῶν μελιττῶν αἵ τ' ἀπὸ τῶν τὰ ἥμερα νεμομένων καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ὀρεινά. εἰσὶ γὰρ αἱ ἀπὸ τῶν ὑλονόμων δασύτεραι καὶ ἐλάττϐς καὶ ἐργατικώτεραι καὶ χαλεπώτεραι, ἐργάζονταί τε τὰ κηρία ὁμαλὰ καὶ τὸ ἐπιπολῆς κάλυμμα πᾶν λεῖον — αἱ δὲ μακραὶ τά τε κηρία ποιϐσιν ἀνώμαλα καὶ τὸ κάλυμμα ἀνωδηκὸς, ὅμοιον τῷ τῆς ἀνθρήνης.*

ſ. 20. *Aut puluerulentae*] Has Virgilius hinc reddidit: *namque aliae turpes horrent, ceu puluere ab alto quum venit et ſicco terram ſpuit ore viator.* quae verba male Columella IX. 10. ſect. 2. ad genus regum deterius tranſtulit. Hoc noſtrum genus idem cap. II. ſect. 2. ita notauit: *alias minores quidem ſed aeque rotundas et infuſci coloris horridique pili.* Ariſtoteles H. A. IX. 40. *αἱ δὲ μικραὶ ἐργάτιδες μᾶλλον τῶν μεγάλων, ὥσπερ εἴρηται, ἔχϐσι δὲ τὰ πτερὰ περιτετριμμένα καὶ χροιὰν μέλαιναν καὶ ἐπικεκαμμέναι. αἱ δὲ φᾶναι καὶ λαμπραὶ ὥσπερ γυναῖκες ἀργαί.* vbi libri optimi cum Scoti et Thomae verſione *ἐπικεκαυμέναι* habent, Thomae verſio etiam *περιτετρημένα.*

ſ. 21. *ſunt alui*] Creſc. omittit *alvi.*

tem-

tempora] Crefcent. *tempore verno — nam hieme — confuefcunt tranflatae manere.* Vrfinus verba *quo funt tranflatae manere* abundare putabat.

non eft] Crefc. *non fit.*

f. 22. *fed et aluus*] Vulgatam *fed fi tranfiturae funt apes ea apiaftro*, audacter refinxi ex lectione Editt. quam temerauit Victorius. Scabiem vulgatae variis modis lenire conati funt Pontedera, Buchner et Gefner.

animaduerterint] Ex lectione a Victorio tradita libri veteris Scaliger efficiebat: *haud inopiam effe, abiuiffe dicit. Is ait, cum funt* etc. et ad Menecratem referebat. Vrfinus malebat: *animaduerterint cibi inopiam effe, abeant. Menecrates ait apes propter — paftus ex floribus — cornu folere — eafque vrina fotas refici.* Popma excogitauit hanc medelam: *animaduerterint faui inopiam effe, habuiffe diuitis malint.* i. e. habitare diuites aluos malint. Deinde corrigit: *Cum funt apes — vrina pota reficiendum.* Pontedera cenfebat, Varronem nunc loqui velle de eo, quod faciendum, cum apes non funt tranfiturae, in aliam aluum; igitur legebat: *nae* (fiue *nam*) *cum animaduerterint aut inopiam effe* (pro efcae) *habuiffe deuitant, aut cum fint apes morbidae.* Gefnerus hic, velut in cliuo bouem, defpondere animum fe fatetur; recte tamen monet, magnam hic lacunam effe in oratione et fententia, quae vix vnquam recte interpolabitur.

nucis graecae et cornu] De corno idem Plinius affirmat, atque omnino de floribus quibufcunque, primo vere nimis auide ingeftis, obferuat, nocere eos apibus. Vide ad Columellam IX. 13. 2. Vlmi floribus auide ingeftis alui profluuium pati tradit Columella. Cornum poft illatam a Lucullo cerafum Italiae dictum fuiffe cornocerafum tradit Seruius ad Georg. II. 18. Eodem nomine Germani appellant compofito.

f. 23. *De his*] Multa ante haec verba excidiffe, ipfe orationis nexus docet et monuit Vrfinus. Cetera etiam ordine peruerfo plane traduntur, vt in reliquis capitibus faepe factum fuit.

erithacen] Non inepte conieciffe puto, qui in Iuntt. correxerunt *erythacen;* quae fcriptura et originem vocis et naturam, certe colorem rei fignificet. Nullibi tamen in graecis fcriptoribus eam formam reperi.

melle] Ita ex libris fuis fcripfit Victorius: Vrfinus legi praeterea volebat *melle et propoli.* aut potius *mel e propoli,* quae eft ipfa fcriptura Edd. veterum.

f. 24. *afferuntur*] Gefnerus emendari volebat: *offeruntur — ex iifdem omnia rebus.* Pontedera etiam *dicunt* volebat reuocari ex Edd. I. B. R.

fimplex minifterium] Vulgo omiffum vocabulum *minifterium* addidi ex antiquis Edd. Vrfinus multa excidiffe ante vocem *fimplex* putabat; cui affentitur Gefner, qui *minifterium* additum putabat ab aliquo, qui lacunam interpolare vellet. Equidem locum melius intelligi putabam poffe addito vocabulo *minifterium,* perfanatum tamen ita effe non credo.

carpant] Crefc. *belli habent. Ex malo punico et confparago cibum capiunt folum.*

olea] Crefc. *olea mel, fed non bonum.*

f. 25. *quoque fieri*] Edd. I. B. R. *cum fieri.* In Codice vetere Vrfinus reperit *confieri.* quam lectionem probo.

filueftribus, cibum et mel.] In libris fuis Victorius reperit: *circum et mel.* unde effecit *cibum et mel.* pro vulgatis antea *ceram et mel.*

lapfana] Crefc. *lapfano.* Nux graeca eft fructus amygdalae, de qua Ariftoteles Mirabil. aufcult. cap. 19. ἡ χαλκιδικὴ πόα καὶ τὰ ἀμύγδαλα χρησιμώτατα πρὸς τὸ μέλι ποιεῖν· πλεῖστον γὰρ γόνον φασὶν ἐξ αὐτῶν γίνεσθαι. vbi chalcidica herba potius ficus chalcidica effe debere videtur.

carpere] Crefc. cum I. B. R. *capere.*

f. 26. *difcrimen*] Vrfinus omiffo *difcrimen* legi volebat: *nec non etiam aliud fequuntur in carptura, vt id fequantur in melle.* Scaliger: *vt eas fequatur:* intellecto *herbas.* Pontedera: *aliud eas fequatur* aut *fequitur.* Equidem locum ita puto conftituendum: *fequuntur in carptura, vt in melle; quod* etc. omiffis mediis verbis: *aut eas fequatur*, quae, tanquam ex varia lectione orta, omittenda cenfeo. Interim inclufi; et *fequantur* mutaui in *fequuntur.*

Siferae] *Sifarae* legendum cenfebat Scaliger, de erica Plinii et melle ericaeo interpretatus. Salmafius *fiferae* praeferebat, fifer feu genus paftinacae explicans: Scaligero praeiuerat H. Barbarus Corollarii I. cap. 125. Contra quam opinionem recte monuit Pontedera, mel ericaeum Plinii non effe liquidum, fed arenofum; deinde praeclare rationibus phyficis explicat, cur ex erica mel liquidum confieri non poffit, fed fpiffum. Contra Salmafium deinde docet, fifer non effe genus paftinacae, nec ex paftinaca, nedum ex fifere

fifere liquidum mel, fed potius fpiffum cogi. Igitur lectionem Crefcent. *ciceris* amplectitur Pontedera, et fimul docet, papilionacei floris herbas, ad quas pertinet cicer, copiofum apibus mel atque aquofum, igitur liquidum, praebere. Vtinam experimento confirmaffet emendationem. Ceterum ex editione Louanienfi Crefcent. Gefnerus laudat lectionem *ex fifere flore*. Antiqua mea *cicere flore* habet. Equidem in Plinio reperio XI. fect. 15. *quod fit palam doliolis, pingue: marino e rore fpiffum*, quae Harduinus explicat ex fect. 13. vbi eft: *ibi optimum femper, vbi optimorum doliolis florum conditur.* vbi Harduinus, folia calycina interpretatur. Videtur fcilicet Plinius exprimere voluiffe haec Ariftotelis H. A. V. 22. Φέρει δὲ τὸ μέλι ἀπὸ πάντων ἡ μέλισσα, ὅσα ἔχει ἐν κάλυκι ἄνθη. feu vt eft in libris fcriptis: ὅσα ἐν κάλυκι ἀνθεῖ. Verum Plinii priorem locum plane equidem vitiofum effe cenfeo. Nec enim dolia fimpliciter de calyce florum dici poffe videntur; deinde Plinius nominare debebat in melle pingui florem aut herbam aliquam, vt in fpiffo, rorem marinum. Nam fi dolia funt h. l. calyces florum, tum vero falfa eft Plinii obferuatio. Omne enim mel ex floribus herbarum, calyce inclufis, confit, obferuante Ariftotele. Male denique fpiffo opponitur pingue mel, et vocabulum palam plane inepte additur. Igitur in verbis *palam doliolis* veftigia verae lectionis, e Varrone traductae, latere puto. Forte fuit *faba et dolichis liquidum.* Fabae enim florem apes vere euocare alueariis, ipfe obferuauit Plinius, vt ad Columellam docui. Ceterum plantae, praecipue nectariis, a Linnaeo dictis, variae iis formae et pofitionis, mellis liquorem, a natura praeparatum, apibus fubminiftrant. Sunt tamen etiam plantae quaedam nectariferae, quibus abftinent apes, velut anthoxanthum odoratum, narciffus poeticus et fumaria officinalis. Contra ex grauceolentibus etiam, dictamno albo, lamio purpureo, coriandro fatiuo, geranio cicutario, apes mel colligunt. Mel venenofum Ponticum, veteribus etiam dictum, ex azaleae genere collectum fuiffe, hodie conftat. Ex graminibus nihil fere cerae aut mellis fubminiftratur, nifi quod caricem acutam excipit Hagftrom de Apium cultura Suecica, Holmiae 1773. qui fimul indicem pofuit plantarum Sueciuarum, vnde apes feu ceram fiue mel colligunt. Denique vide notam pofteriorem ad Nicandri Alexiph. verf. 451. vbi fufpicatus fum, h. l. legendum effe; *liquidum mel, vt e thymo, arenofum, vt ex fifarae flore.* Mellis Attici, ex thymi confecti, notas collectas vide ap. Niclas ad Geopon. p. 1092. Ceterum

rum ciceram hodieque nomine in Italia appellari monet Ponted. in Cur. sec.

cytiſo bonum] Creſc. *fico*, *cytiſo bonum*, *ex thymo.* ſed antiqua mea Editio: *extitiſo bonum ex timo.*

ſ. 27. *Cibi pars*] Scaliger legi volebat: *Cibi pars quod potio: et ea iis aqualicula, vnde bibant — eamque liquidam. —* aut *eis aqualicula.* ita vt *aqualicula* ſint vaſa aqualia; eaque ex voce repetit verbum aquam, vocabulo *liquidam* adiungendam. *ea* interpretatur *ideo.* Vrſinus ex codice vetere legebat: *cibi pars quod potio, et ex iis aqua liquida, vnde bibant* etc. Creſcentius ex h. l. habet: *His aquam liquidam, vnde bibant, eſſe oportet.* Pontedera *etea* interpretatur *ideo,* et *aquam liquidam* ſimiliter probat.

aſcendat] Creſcent. *ne profunda vltra duos aut tres digitos ſit.* vnde h. l. malim legere *aſcendat vltra duos aut tres digitos.*

diligenter] Creſcent. *bibere poſſint. Diligens habenda cura eſt.* ſed Editio antiqua mea: *bibere poſſint in aqua, diligens* etc.

ſ. 28. *aut — exinanitas* Creſc. *examinatas.* Pro *aut* Vrſinus et Pontedera legi malunt *ac relinquere.* Equidem eius emendationis nullam video neceſſitatem. Apes aut melle ſolo viuunt, ſi pabulum illis non praebetur incommoda tempeſtate, aut ſi vtrumque deficit, aluum relinquunt.

coactas] Ita legendum eſſe, monuit Vrſinus pro vulgato *coctas.* Infra iterum *offas ex eo factas apponunt.* Ceterum Creſc. ex h. l. habet *ſaepe apponunt.*

perpuram] Vulgatum *purpuream* ex Columella, qui mundam lanam imbui iubet, emendari iuſſit Pontedera. Creſcentius etiam ex h. l. refert haec: *alii aquam mulſam vt ſit prope curant, in qua addunt lanam puram.*

uno tempore] Vrſinus *ſimul* interpretatur, et deinde *ac ne* emendat.

apponunt ibi] Ex lectione Codicis ſui Vrſinus corrigebat: *ibi, quum foras hieme in p. procedere non poſſunt,* vocem *hieme* ex gloſſa eſſe ſuſpicatus. Pontedera: *ibi, quo foras ad pab. proc. tamen poſſint;* quem ſecutus Geſner reſtituit *quo foras;* ſed praeterea *hieme* tollendum erat cum Pontedera; nam hieme ſopitae apes torpent. Mihi ratio Pontederae maxime omnium placet; ſed incommodum mihi in ea accidit *tamen,* quaſi illud praecipue ſit curandum mellario, vt apes prodire poſſint aluo, cum cibi penuria laborant. Interim *hieme* incluſi; niſi hiems pro tempeſtate ſimpliciter dicitur.

ſ. 29.

f. 29. *adnatae*] Adnata in trifolio vocat Plinius 27. cap. 11. quas Diofcorides παραφυάδας. Iſidorus Orig. 17. cap. 9. *adnationes.*

Liberorum] Hoc vocabulum vt ſpurium deleri volebat Vrſinus, nulla edîta ratione.

huius quod] Vitii manifeſti ſanandi plures vias monſtrant libri; quam ſequar, dubius haereo.

f. 31. *ramum vel quid aliud*] Vulgo haec deerant. Vrſinus malebat legi *ramum aliudue quid oblinunt.* Supra dixit: *Examen vbi volunt condere, tum ramum aliamue quam rem oblinunt.*

vt quae in nouam] Geſnerus volebat legi: *Itaque in nouam* etc.

f. 32, *ſumunt*] De hoc loco ſanando deſperauerat Scaliger cum Victorio. Primus in verae lectionis veſtigia incidit Popma, qui legi volebat: *ex ipſis, ſi fures aluos habeat, quem concerminarint*, interpretatus *quos concerpſerint.* Recte enim ex Columella animaduertit, maturitatem mellis intelligi, ſi animaduertamus, fucos ab apibus expelli et fugari. Quod ſequitur *coniecturam faciunt* ad apes quoque referri cenſet, ſed diuerſum tamen eſſe a praecedenti, vti ſignum ipſum, rei ſcilicet certae et conſpicuae, a coniectura rei obſcurae. Verum in verbo monſtroſo *concerminarint* deſidero ingenii felicitatem. Salmaſius ad Solinum pag. 677. corrigi volebat: *ſi pluris alius habeat, vel congerminarint.* i. e. ſi faui coniuncti et συμπεφυκότες extiterint, non rari ac diſſipati. Infeliciter prorſus. Pontedera priore emendationis parte, a Popmae propoſitae, probata, legebat: *fures ſi aluos habeat, nam cum germinarit, coniecturam capiunt, ſi intus faciunt.* aut ita: *fures aluos habeatne. nam cum germinarit.* Sed nec ita locum perſanari puto. Neque enim illud ſignum dici poteſt, veluti rei certae, cum germinauit aluus fures ſeu fucos, ſed ſignum illud certum et manifeſtum eſt eximendorum fauorum, ſi aluus fures ſeu fucos expulit. Equidem certiſſimam loci medicinam reperiſſe mihi videor. Primum cum Popma ſigna certa a coniecturis diſtinguo. Signa ex ipſis fauis plenis et membrana obductis ſumuntur. Coniectura de fauis plenis et melle maturo eximendo fit ex ipſis apibus, ſi bombum faciunt, ſi huc illuc curſitantes trepidant, denique ſi fucos exterminarunt. Haec ita tradit Palladius Iunio VII. *quae mella matura eſſe ſignis pluribus inſtruemur. Primum quidem, ſi plena ſunt, apum ſubtile murmur audimus — item cum fucos a ſedibus ſuis grandi intentione deturbant.* Mur-

muris ſubtilis ſignum reliqui ſcriptores omiſerunt. Bombum vocat Varro; ſed potuit is bombum ad trepidationem et iram apum, ſucos expellentium, referre. Locum igitur ſic emendandum puto verbis tranſpoſitis: *ſumunt ex ipſis, ſi plenos aluus habet,* (ſcilicet fauos) *etſi, opercula alui cum remoueris, fauorum foramina obducta videntur membranis. quoniam tunc ſunt repleti melle. Ex apibus coniecturam capiunt, ſi intus bombum, et, cum intro eunt ac foras, trepidant. et fucos* (ſeu *fures*) *exterminant.* Paene oblitus eram Vrſini, qui legi volebat: *ex ipſis, vti ſi fucos abigunt, ſi intus faciunt* etc. Media verba ſpuria eſſe cenſebat.

intro eunt] Ita diuidi vulgatum *introeunt* iuſſit Pontedera. Vrſinus malebat legi deinceps: *ad fores trepidant, et opere. aluum cum remoueris, ſi fauorum — videntur membranis, quod ſunt repleti.*

et ſi opercula] Victorius in libris ſuis reperit ſcriptum ſigno vitii appoſito; *etſi opercula alvum cum remorciſſi.* vnde Scaliger efficiebat: *et opercula aluum cum remoueris, ſi fauorum — membranis, cum ſint repleti melle. In eximendo.* Pontedera eandem emendationem propoſuit, vt *aluum* ſit pro *aluorum.* Pro *mellis membranis* Creſc. habet *quaſi membranis.* Sed vulgatam Vrſinus defendebat ex Plinii loco XI. c. 13. *vigeſimo die craſſeſcit mel, mox obducitur tenui membrana, quae feruoris ipſius ſpuma concreſcit.* Columella IX. 15. *Ergo cum rixam fucorum et apium ſaepius committi videris, adapertas aluos inſpicies, vt, ſiue ſemipleni faui ſint, differantur; ſiue iam liquore completi, ut ſuperpoſitis ceris, tanquam operculis obliti, demetantur.* Equidem Scaligeri emendationem repoſui pro vulgato *remota ſint,* et vocabulum *mellis* incluſi. Quodſi enim vel maxime ex mellis ſpuma membranae iſtae feruore quodam concreſcent, vt tradit Plinius, et falſo quidem, vti puto, inepte tamen Varro eas *mellis membranas* dixiſſet, et deinceps demum de ipſo melle fauorum ſubdidiſſet. Quare probo Creſc. lectionem *quaſi membranis.* Poſtea poſui *quoniam tunc* pro vulgato *cum ſint.* Ex antiqua ſcriptura *quom* ortum puto vulgatum *cum.* Creſcentius etiam habet *quia tunc ſunt.* Editio mea antiqua habet: *Item ſi — educta — melle* omiſſo vocabulo *pleni.*

ſ. 33. *In eximendo*] Ita recte iam olim haec diſtingui iuſſit Scaliger et Vrſinus. Vitium tamen manifeſtum reliquit Geſner. Vulgo enim legitur: *membranis. Cum ſint repleti melle, in eximendo.*

deci-

decimam] Vere et aestate decimam relinqui, autumno tertiam, iubent etiam Geoponica XV. 5. In Plinio XI. c. 14. est duodecima. in Columella IX. 15. quinta; quos numeros ad normam Varronis corrigi voluit Vrsinus. Sed vide notam ad Columellam.

restibiles segetes] Negationem addi iussit Vrsinus. Restibilis enim ager est, qui biennio continuo seritur, contra noualis, qui intermittitur.

quoque multum] Vrsinus emendabat *quotannis multum — magis assiduas.* Interim inclusi superuacuum *his.* Deinceps Aldina habet *primum tempus esse putant.*

f. 34. *tertia pars*] Crescent. *sed Varro scribit, quod pars tertia fauorum tantummodo tollatur pro hieme, reliquum relinquatur, licet plena sint aluearia melle.* Vides, eum in Varrone legisse: *etiamsi foecunda sit* aluus.

si vero aluus] Vrsinus ex vetere Codice h. l. ita interpunctum legebat: *si non sit fertilis, ni quid eximatur exemtione deficiant animum. Faui cum eximuntur.* Scilicet in libris antea erat: *animum fauorum qui. aut animum faui.* quod tamen vitium iam correxit ex libris suis Victorius. Pontedera ex vestigiis antiquae scripturae emendabat: *sane aluos non sit fertilis, nisi quid eximatur.* Quae quidem sententia et rerum naturae aduersatur, et prior periodus opponi vult aluum non fertilem. Sermo est de tertia vindemia. Locum equidem verbis transpositis ita reconcinnandum puto: *reliquum hiemationi relinquatur, ne deficiant animum, exemtio cum est maior. neque vniuersam, neque palam facere oportet: Si vero aluus non sit fertilis, ne quid eximatur.* Vix continebam me, quin hanc emendationem ipsi orationi infererem. Interim vulgatum *fit fertilis* correxi.

vniuersam] Edd. primae *numerosam*, quod ad partes decem refertur, de quibus antea dixit, monente Pontedera.

inquinatum] Polit. liber *incunatum* scriptura antiqua; unde *cunae, incunabula.* Hinc *ancunulentae* foeminae ap. Festum. Sed accuratius dicam de voce ad Columellam VIII. 5. 19.

f. 35. *secretas*] Cresc. *secretas occiso otioso rege subiiciunt alteri regi.* Sed Gesner ex editione Louan. Cresc. laudat: *earum rege occiso.* quod tamen ipsum additamentum recte probat. In antiqua mea Edit. est *earum ocioso subiiciunt altero regi.*

Quae crebrius] Cresc. *Si crebrius.*

pugna] Cresc. *a pugna — consortiunt se — si melle sunt adsperfae; propter odorem — obstupescunt. Si ex aluco.* vbi anti-

antiqua mea Editio *quapropter odorem — obſtupeſcunt, putantes ſi ex alueo.*

ſ. 36. *aluo minus*] Creſc. *aluco — aut ſubſidit.*

appponendum] Ex Creſcentio *aliquid* addendum eſſe vidit etiam Pontedera.

ſ. 37. *antequam — id fore*] Creſc. haec omiſit. Deinde pergit *quod raro accidit vt decipiantur, guttis offenſae iacent proſtratae, colligendum eas.* Vulgatam antea librorum diſtinctionem et lectionem: *id fere quod* correxit Victorius.

tecto] Creſc. *tecto, loco tepido et bono cinere tepido plus calido quam tepido, eiiciendum ſuper eas et excutiendum leuiter vas, et apes, manu non tangas et ponendum in ſole quo reuiuiſcant iuxta ſuos alueos, vt ad domicilia redeant.* vbi Edit. antiqua mea habet: *leuiter vas, et vas manu.* Vulgatam antea: *prono ad meridiem* ex libro ſuo mutauit Victorius. Deinde Scaliger totum locum ſic refingebat. *Promendae quam maxime tempeſtate bona.* Vrſinus contra ex veſtigiis ſcripturae veteris Codicis legi volebat: *promendumque maxime* aut *promendum que vere maxime.* Vere enim in ſole poſitas et cinere ficulneo obrutas reuiuiſcere, tradit cum Columella Plinius. Popma ita emendabat: *promundae die.* Pontedera: *promundam quam.* Geſner: *promendaeque inde.* Equidem comparato Plinii et Columellae loco IX. 13. video, apes primum colligendas et per hiemem tepido loco reponendas eſſe, deinde vere promendas et in ſole repondas, ficulneo cinere obrutas. Igitur poſt *tepido* poſui punctum. Deinde *promendum* vnice verum puto, propter reliquorum verborum ſimilem formam. et quod ſententia librorumque ſcriptura hoc poſtulat. Igitur id poſui. Deinde meridie, quem libri offerunt, non eſt opus; ponit enim in ſole apes Varro, eoque ipſo meridiei mentionem inutilem facit. Quare interim poſui *deinde* pro vulgato *e die.*

concutiendum] Vrſinus ex libris veteribus legi volebat: *concutiendum leuiter ipſo vaſe, vt manu non tangas.* Ex veſtigiis ſcripturae Creſc. Pontedera malebat *concutiendum leuiter ipſas vaſe — et ponendum in ſole.* In Codicibus Vaticanis eſſe *ponendae* ſiue *ponendo,* idem annotauit. Geſnerus nihil aliud niſi ex editione Louan. Creſcentii attulit hanc varietatem: *in tecto tepido — cinere tepido, magis tamen calido quam frigido — leuiter vas vt eas manu.* Equidem, Pontederae rationem ſecutus, inſerui *ipſas vaſe,* et *ponendae* mutaui in *ponendum.* Creſcentius longe alium verborum ordinem in libro ſuo reperit.

Cap.

Cap. XVII. 1. *redit*] quo difcefferat fupra III. 5. in fine.

ancoras] Ita fcilicet veteres, non *anchoras*, tefte Seruio ad Aeneid. VI. 3.

ſortitio] Recte contra Vrfinum dubitantem h. l. explicat Gefner ex loco Ciceronis pro Plancio c. 22. *neque enim vnquam maiores noſtri ſortitionem conſtituiſſent aediliciam, niſi viderent, accidere poſſe, vt competitores pares ſuffragiis eſſent.*

renuntiari] Antiquum *recinii* probabant Scaliger et Pontedera dictam pro *recini* vltima longa, vt *mariinus* pro *marinus* eft in monumentis antiquis.

quod et candidatum] Eleganter Vrfinus corrigebat *quod ea candidatum.*

f. 2. *non ſine fructu*] Recte Gefner inferuit negationem; his enim nobilium pifcinae oppofitae marfupium potius exinaniunt. Male Pontedera corrigebat vulgatam: *et ſine ſumtu.*

illae autem maritimae] Vrfinus corrigebat: *lymphae eae — miniſtrant; alterum apud nobiles: maritimae piſcinae quibus.* Verum etfi grammatica regula ita poftulabat reddi alterum orationis membrum, faepenumero tamen ab ea lege variationis caufa difcedit Varro et optimi quique fcriptores.

veſicam] i. e. marfupium. Male Vrfinus interpretatur de potu, in veficam eunte, ex loco Varronis apud Nonium in *bulga* hoc: *nobilius eſt Philippeum quod accepimus, quam quod bibimus, cum alterum addamus in bulgam, alterum in veſicam.*

f. 3. *ſeſtertia capiebat*] *Seſtertium* legi voluit Vrfinus. Vide ad II. 1. 4.

eſcis] Vrfinus corrigit *in eſcis.*

Caeſari] Plinius IX. f. 81. *Murenarum viuarium priuatim excogitauit C. Hirrius ante alios, qui coenis triumphalibus Caeſaris Dictatoris ſex millia numero muraenarum mutuo appendit; nam permutare quidem pretio noluit aliaue merce. Huius villam intra quam modicum quadragies piſcinae vendiderunt.* vbi tamen cum Pintiano malim ex libris et Varrone legere *piſces vendiderunt.* Cf. Macrobii Saturn. II. 11. vbi libri in numero muraenarum confentiunt; itaque antiquam lectionem Varronis reftitui, probante Pontedera. Nomen Hirrii fimiliter variatur in libris Plinii, vt in Varronis Codd. Eft C. Lucceius, C. F. Hirrus, Pupinia, quem memorat Cicero ad Diuerf. VIII. 8. Pompeianus is fuit, et poftquam aedilitatem petierat, et repulfam tulerat, contra

 Caefa-

Caesarem sententias dixit, teste Cicerone ad Div. VIII. 2. In Cicerone *Hirrus* vbique scripsit Ernesti.

sestertio] Vrsinus *sestertiûm* iterum corrigit.

nostra piscina] Vrsinus corrigit: *piscina dulcis et mediterranea, plebeia recte dicitur, (Quis enim — contentus est?) Quis contra* etc.

f. 4. *habet? (plures)*] Suadente etiam Pontedera inclusi alterum *plures*. Cum Edd. I. B. R. facit Codex Caesenas et Venetus. Gesner vulgatum defendebat, quasi post alterum plures intelligendum esset *inquam*. Vrsinus malebat: *Quis contra maritimas non singulas ex piscinis pluribus coniunctas habet?*

magnas habent] Vrsinus *magnas* abundare censebat, assentiente Pontedera, qui ad piscinas retrahendam eam vocem suspicabatur. Sed idem mox vetus *areolas* praeferebat. Addebat, pictores arculis vti ad reponendos colores; at areolis seu tabellis ad pingendum. Sed vir doctus rationem picturae encausticae non cogitabat eam fuisse, vt discolores cerae picturae perfectae singulae imponerentur et deinde virgula candente inurerentur, quo diutius picturae colores integri et splendentes seruarentur.

discolores sint cerae] Ita emendauit Victorius ex librorum scriptorum lectione: *vbi discolores sunt cetera*. Primae Edd. habent *discolores sint certas*. Eandem cum Victorio emendationem, quasi ex Codice vetere dictam, proposuit Vrsinus, et addidit locum Plinii 35. f. 39. Ceris pingere ac picturam inurere quis primus excogitauerit, non constat. — Pamphilus quoque, Apellis praeceptor, non pinxisse tantum encaustica, sed etiam docuisse traditur Pausiam Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. Idem sect. 31. cerae tinguntur iisdem his coloribus ad eas picturas, quae inuruntur. Apuleius Apolog. 1. quod vel cera inustum vel pigmento illitum. Haec Vrsinus. Pertinet huc locus epistolae, a Baluzio Miscell. 4. p. 417. editae, vbi haec sunt: artificium quoddam, iuxta morem antiquum pingendi, cui, ne facies et pulcritudo picturae vetustate temporum aboleretur, cerae mixtura apponebatur, modico igni huic temperamento adiecto, vt, aequa mensura colorum ceraeque concordante, nec venustas et gratia coloribus, nec cerae perspicuitas deesset. Vide locum integrum apud Harduinum ad Plinium T. II. p. 709. Seneca Epist. 121. pictor colores, quos ad reddendam similitudinem multos variosque ante se posuit, celerrime denotat, et inter ceram opusque facili vultu ac manu commeat. Postrema ratio a Plinio memorata, quae resolutas igni ceras

peni-

penicillo imponebat tabulis et apud Graecos Romanosque nauibus pingendis, diutissime in imperio Graeco durauit, docente Cangio in Glossario graeco sub voce *κηρός*; sed plane diuersa a prima illa, qua cera tabulae, coloribus, vt videtur, aqua resolutis et impositis, perfectae atque absolutae superinductae virgulis candentibus inurebatur, ne colores elui possent. Hinc Plato in Timaeo p. 145. *ὥστε οἷον ἔγκαυμα ἀνέκπλυτα γραφῆς μοι γέγονε.* Atque huc pertinet locus egregius Plutarchi de Sera numinis vindicta p. 109. ed. Wyttenb. vbi Thespesium, animo peragrantem loca inferna et reverti volentem, femina tangit subito virgula, quo melius visa ibi recordaretur: *δεῦρο δὴ, εἶπεν οὗτος, ὅπως ἕκαστα μᾶλλον μνημονεύσῃς· καί τι ῥαβδίον, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι διάπυρον προσάγειν, ἑτέραν δὲ κωλύειν.* Ex quo loco clarissime apparet, ceram perfectae picturae fuisse inustam virgula ignita, quo melius colores et diutius integri permanerent. Timaeus in Lexico Platonico p. 276. ed. secundae: *χραίνειν παρὰ τοῖς ζωγράφοις λέγεται τὸ χρώζειν διὰ τοῦ ῥαβδίου. τὰ δὲ ἀποχραίνειν τὸ τὰ χρωσθέντα ἑνοποιεῖν.* Interpretatur ita locum de legibus 6. p. 286. ed. Bipont. *καθάπερ ζωγράφων οὐδὲν πέρας ἔχειν ἡ πραγματεία δοκεῖ περὶ ἑκάστων τῶν ζώων, ἀλλ' ἢ τοῦ χραίνειν ἢ ἀποχραίνειν οὐκ ἄν ποτε δοκεῖ παύσασθαι κοσμοῦσα, ὥστε ἐπίδοσιν ἔχειν εἰς τὸ καλλίω τε καὶ φανερώτερα γίγνεσθαι τὰ γεγραμμένα.* Sed in hoc Platonis loco de cera, inurenda picturae, non est sermo, sed de colorum circumlitione, quae nescio an virgula fuerit facta. De hac est locus Quinctiliani Instit. 8. 5. 26. nec pictura, in qua nihil circumlitum est, eminet; ideoque artifices etiam cum plura in vnam tabulam opera contulerunt, spatiis distingunt, ne vmbrae in corpora cadant. Circumlinere hic est *ἀποχραίνειν*, quod Graeci alio vocabulo *συμφθείρειν* colores dicunt. Circumlitio, a Plinio dicta, plane est diuersa. Hinc in Digestis de instr. Martianus in leg. item pictoris: *Item pictoris instrumento legato, cerae, colores, similiaque horum legato cedunt, item peniculi et cauteria et conchae.*

ac sanctiores] Scaliger haec verba delebat, vt archaismum Varroni imputaret de suo.

Lydia] Lyciae pisces sacros, ad auguria tibia euocatos, habet Aelianus H. A. VIII. 5. vbi vide notam. Alibi pisces sacros memorat Idem XII. 2 et 30. Lyciacos pisces sacros habet etiam Athenaeus VIII. p. 333. Possit igitur aliquis suspicari, h. l. legi debere *Lycia;* sed impedit sequens *eodem tempore — ibi*, quo minus de Lycia nunc cogitemus.

Ludinorum] Victorius corrigebat *Ludiorum*, Scaliger *Ludianorum*, vterque *Lydiorum* intelligi volens; *Lydorum* repo-

reponebat Turnebus IV. 6. Popma inepte hariolabatur, legendum eſſe *ludii ad modum ibi choreuſas.* Lydorum χορευῦσας, quaſi ſaltantes dicas, inſulas intelligi, recte monuit Turnebus, de quibus ita Sotion in Eclogis: Ἐν Λυδίᾳ ἐστὶ λίμνη, καλαμίνη καλουμένη, ἱερὰ δὲ οὖσα Νυμφῶν, ἣ φέρει καλάμων πλῆθος — θυσίας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες ἐνιαυσίοις ἐξιλάσκονται. τούτων δὲ ἐπιτελουμένων, ἐπειδὰν ἐπὶ τῆς ἠϊόνος κτύπος συμφωνίας γένηται, πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσι, καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν αὐτοῖς χορεύων παραγίνεται ἐπὶ τὴν ἠϊόνα. Plinius II. ſ. 96. *In Lydia, quae vocantur Calaminae non ventis ſolum, ſed etiam contis quo libeat impulſae, multorum ciuium Mithridatico bello ſalus. Sunt et in Nymphaeo paruae ſaltuares dictae, quoniam ſymphoniae cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.* vbi Vincentius legit: *contis et quolibet impulſu — ſaltares.* Sed *ſaltuares* antiquo more dicuntur pro *ſaltantes;* inde *ſaltuatim* moueri. Partem calaminae lacus eſſe inſulas ſaltuares, cum Nymphaeo monuit Turnebus, quem ſequitur Dalecamp cum reliquis Plinii interpretibus. Scaliger addidit locum Martiani Capellae IX. cap. 1. *In Lydia Nympharum inſulas dicunt, quas etiam recentior aſſerentium Varro ſe vidiſſe teſtatur, quae, in medium ſtagnum a continenti procedentes, cantu tibiarum primo in circulum motae, dehinc ad litora reuertantur.* Ceterum mentio belli Mithridatici, obiter iniecta a Plinio, docet, Varronem (a Pompeio claſſi praefectum in bello iſto, teſte Appiano cap. 95.) obiter has inſulas ſpectaſſe cum Pompeium militantem in Lydia ſequeretur. De caſu tamen, memorato a Plinio ipſiſque inſulis ſaltuaribus, nihil annotatum reperi ab Appiano. Ceterum in Varrone *choreuuſas* ſcribi debere, non *choreuſas,* vt vulgo legebatur, tam apertum eſt, vt eam ipſam formam reponere non dubitarem. *Ludiorum* pro *Lydiorum* debebam praeterea addere. Apud Nonium denique exſtat Varronis locus p. 131. ed. Mercer. *Ladon fluens ſub Sardibus flumen tulit aurum.* vbi recte corrigit Mercerius. *Ludon,* i. e. Lydum flumen, ſcilicet Pactolus. Sed, qui h. l. *Ludinorum* habent libri, miror, eos ſupra *Lydia* intactum ſeruaſſe.

ſic hos] Vulgarem interpunctionem *vidiſſes. Sic* recte correxit Geſner monente Scaligero.

in ius vocare] Ludit in vocabuli ambigua ſignificatione ſenex, ſuo more.

ſ. 5. *haberet magna*] Plinius IX. c. 55. ſ. 81. *Apud Baulos in parte Baiana piſcinam habuit Hortenſius orator, in qua muraenam adeo dilexit* etc.

ſ. 6. *piſcinis niſi eos*] Voces *piſcinis* et *eos*, vt gloſſas deleri volebat Vrſinus. *Eos* ſcilicet piſces, ex vocabulo *piſcinis*

piſcinis repetere oportet cogitatione, niſi malis cum Pontedera *piſcibus* legere.

maiorem curam] Vrſinus corrigebat *maiori curae*, vt eſt I. c. 1. Recte, puto.

mulli] Edd. primae *aſini* habent, qui et ipſi inter piſces marinos ſunt, ſed nunquam palati romani aeſtimatione aeque nobilitati ac mulli, in quo nomine ſimul Varro alludit ad mulos, ex equa et aſino genitos.

Roſea] Bruſch. *Roſia.* Deinceps *paullo* inuexit iterum Victorius, cum alibi *paulum* et *paulo* dediſſet. Vereor, vt omnibus in locis veterem ſcripturam reſtituerim. Similiter veterem ſcripturam in *ſumptuoſus* ſeruauit, in *emtum* et *emtitia* ab Edd. primarum adeoque Aldina ſcriptura diſceſſit.

et cibo et potione] Haec verba vt gloſſas deleri volebat Vrſinus.

multinumos] Varro apud Nonium Merceri p. 216. *nec multinummus piſcis ex ſalo captus helops, neque oſtrea illa magna captata quiuit palatum ſuſcitare.*

vt a maioribus] Vrſinus in Codice repertum *qui a maioribus* probabat; deinde in Codice Vrſini fuit: *ſalſamentum — emptitium;* eodem ducit lectio Edd. principum.

ſ. 7. *turbaret*] Recte Geſner repertam etiam a Victorio in libris lectionem recepit. Horatius Serm. II. 2. 17. *et atrum defendens piſces hiemat mare.*

vti per tempeſtatem] Cum Vrſino probo lectionem Edd. principum *vt per tempeſtatem macellum piſcinis, vt mare obſonium praeberet.* Columella VIII. 17. 12. piſcibus iacentibus praeberi iubet haleculas tabentes, ſalitam chalcidem, putrem ſardinam, ſcarorum branchias, inteſtina pelamydum lacertorumque, ſcombri, carchariae, elacatae ventriculos, denique ſalſamentorum purgamenta, quae cetariorum officinis euerrantur. Cetariorum ſunt officinae, ſed macellum commune erat forum laniis, cetariis et reliquis cupedinariis opificibus. Igitur recte *cetariorum* omitti puto ab Vrſino.

plebeiae coenae piſces] Vrſinus poſtremum vocabulum veluti gloſſam delebat; piſciculos minutos dici ſaginam coenae plebeiae.

voluntate] eo permittente Caeſar B. G. I. 29. *petebat, vt eius voluntate diſcedere liceret.*

rhedarios — mulos] Reſtitui lectionem antiquam, quae luſui ſenis faceti melius conuenit, mulos cum mullis comparantis.

ſ. 8. *Atque illi*] Vulgatam ita cum Vrſino correxi, incluſo pronomine *eius*. Loquitur etiamnum Varro.

aeſti-

aeſtiuaria] Vrſinus ait, in Codice vetere eſſe *aeſtuaria — ac reſidem aquam in locis* etc. Atque ita fere Editiones principes habent ſcriptum, quarum lectionem eatenus probauit etiam Geſner, vt *in* ante *reſidem* includeret; ego vero totam illam lectionem antiquam amplector. *Aeſtiuaria* ſunt aeſtiua piſcium, vt pecorum aeſtiuae paſtiones. Plane alii ſunt *aeſtuaria*, vbi aqua non ſit reſes, ſed continuo maris aeſtu reciprocetur. Vtram lectionem optem, dubius haereo; comparatio enim ſequens aeſtiuarum paſtionum *aeſtivaria* poſtulare videtur; contra reliqua tota narratio eo ducit, vt *aeſtuaria* praeferam, praecipue cum *aeſtiuaria* ſolus dixerit Varro pro *aeſtiuis*. Nunc denique me confirmat in hac opinione, vt *aeſtuaria* praeferam, locus Valerii, deinceps ponendus.

ſ. 9. *Neapolin*] Plinius IX. ſ. 80. *Lucullus, exciſo etiam monte iuxta Neapolin maiore impendio, quam villam aedificaverat, euripum et maria admiſit, qua de cauſa Magnus Pompeius Xerxem togatum eum appellabat.* De altera Luculli villa dubitari poteſt. Plures enim ſine dubio habuit Lucullus; in Tuſculanam villam eiuſque ruinas epigramma, a Barnaba Mattei editum, repetiit Burmann Antholog. latin. III. 6. Neapolitanam Luculli villam memorat cum Hortenſii villa ad Baulos Cicero Academ. IV. 3. Varro in Eumenidibus ap. Nonium p. 543. ed. Merceri: *Patella eſurienti poſita provocat Neapolitanas piſcinas.*

quae reciproce] Ita legi debere, Vrſinus monuit. Neque enim piſcinae fluunt reciproce, ſed flumina maris, ſeu, quod Edd. principes habent *maritimum flumen*, alternis aeſtibus fluctus reciprocat.

ipſi — cedere] Vrſini emendationi debes *ipſi* pro *ipſe*, Geſneri *cedere* pro *cederet*. Continuatur enim ſermo Hortenſii, quod eſt manifeſtum ex forma verbi *perfodiſſet*, et deinceps *immiſiſſet*. Male igitur Geſner, quaſi oblitus ipſe ſuae obſeruationis, deinceps malebat legi *factum eſt enim.*

propter aeſtus] Vrſinus malebat *per aeſtus*. Et ſic deinceps ait eſſe in Codice vetere *per calores*, quo ducit etiam lectio Cod. Polit. et Rykiani *per colles.*

quod propter] Vrſinus malebat *qui propter — montes Samnios.* Scilicet ſupra II. 1. 16. greges ouium ex Apulia in Lamnium aeſtiuatum abiguntur. Sed Vrſinus ipſe annotauit locum II. 2. 9. vbi greges ouium in Apulia hibernant, in montibus vero Reatinis aeſtiuant.

Baiano autem] Ex lectione librorum *autem ardis*, vel *aut ardis*, vel *aut ardeae* Scaliger efficiebat: *In Baiano autem*

autem arſit tantu, (i. e. tantum) *vt architeƈto* etc. Popma: *In Baiano haud par, ſed tanta vt.* Salmaſius ad Solinum p. 189. *In Baiano autem tanta ardes, vt architeƈto.* vt *ardes* ſit antiquo more dictum pro *ardor.* Equidem mihi perſuaſi, legendum eſſe ex veſtigiis antiquae ſcripturae: *In Baiano autem maris tanta ardebat cura, vt.*

vel vt] Librorum ſcriptorum Victorii omnium lectionem et Codicis Vrſini reſtitui pro vulgata, probante etiam Pontedera. Vrſinus tamen malebat *vt vel ſuam.*

obieƈtaculo] Codex Vrſini *obieƈta oculo.* Molem intelligit, mari oppoſitam, ſeu montis alicuius obicem vel obiectum.

ab exorta nouam] Geſnero Varro aeſtum maris tribuere videtur lunae nouae, eumque credere. ceſſare luna ſilente vel interlunio; deinde etiam aeſtum mari Baiano fluxum et refluxum adſcribere, quod vtrumque falſum et phyſicorum hodiernorum ſtatutis contrarium eſſe affirmat Geſner. Haud ſcio, an ita voluerit mari omni italico aeſtum auferre vir doctus. Ita vero contrarium ſibi habebit Columellam VIII. 17. 9. vbi piſcinas marinas conſtruere docet. De litore Venetiarum et aeſtu maris per ora Timaui ad montem vſque aſcendente, vide locum Seruii ad Aeneid. I. 250. De litoris Rauennatis aeſtu exſtat teſtimonium Claudiani XXVIII. 496 ſeqq. De maris Labronici (Liuorno) aeſtu, ad dimidiae vlnae altitudinem aſcendente, teſtatur Tozzetti Itiner. Tuſci T. I. p. 190. verſ. germ. qui laudat Io. Bianchi librum de aeſtu maris ad litus portumque Ariminenſem. Hinc factum, vt piſcinas marinas aeſtuaria dicerent Romani. Valerius Max. IX. 1. *C. Sergius Orata ne gulam, Neptuni arbitrio ſubieƈtam, haberet, peculiaria ſibi maria excogitauit aeſtuariis intercipiendo fluƈtus piſciumque diuerſos greges ſeparatos molibus includendo, vt nulla tam ſaeua tempeſtas incideret, qua non Oratae menſae varietate ferculorum abundarent. Aedificiis etiam ſpatioſis et excelſis deſerta ad id tempus ora Lucrini lacus preſſit, quo recentiore vſu conchyliorum frueretur.* Eundem in tegulas piſcinas et oſtreorum viuaria ſuſtuliſſe, eodem teſte et Cicerone Senecaque cognoſcimus. Aeſtuaria ipſe etiam Varro dixit, vt paulo antea demonſtraui. Hinc aeſtum maris in ipſo tractu hoc maris Baiani et Puteolani facile agnoſces. Nunc alteram Geſneri criminationem inſpiciamus. Varroni praeiuit Pytheas apud Plutarchum Placit. Philoſ. III. 17. lunae plenae aeſtum maris, decreſcenti vero receſſum aſſignans. Hinc Plinius II. ſ. 99. *Bis inter duos exortus lunae affluunt aeſtus biſque remeant vicenis quaterniſque ſemper horis.* Scilicet Pytheas et Varro plenilunio aeſtum altio-

rem

rem aſſignare ita voluerunt. Varro L. L. VIII. p. 105. *At in mari motus non habent diſſimilitudines geminas, qui in viginti quatuor horis lunaribus cotidie quater ſe mutant? At cum ſex horis aeſtus creuerunt, totidem decreuerunt rurſum identidem aliis horis. An hanc analogiam ad diem ſeruant, ad menſem non item alios motus?* (ſc. interlunii, lunae plenae et nouae.) *Sic item cum habeant alios inter ſe conuenientes, de quibus in libro, quem de aeſtuariis feci, ſcripſi.* Quem locum ſi notum habuiſſet Forſter, in eo firmum interpretationis ſuae Pytheanae ſententiae reperiſſet, quem vide in libro: Geſchichte der Entdeckungen im Norden p. 31. Addo locum Alberti M. Oper. T. VI. p. 304. *inuentum eſt mare ſtans, quod nec accedit, nec recedit;* (quale eſſe ait Piſanum) *et inuentum eſt mare, quod ab initio lunae ad pleneluniam accedit, et a plenilunio vſque ad perfectum lunae defectum recedit: quaedam maria accedunt omni die bis et recedunt bis.*

10. *et cum lata*] Qui *et eccum recta* correxerunt, relinquere ſaltim debebant deinceps *in villam*, vbi nos ex Pariſ. *ſe in villam* reſtituimus. Villam intelligit publicam, de qua ſupra admonui. *Cum lata* intelligo *purpura, lato clauo,* quem candidati, poſtquam electi a populo fuiſſent, ſtatim videntur ſumſiſſe, eaque induti in Capitolium acceſſiſſe. Mercerius nihil aliud comminiſci potuit, niſi *cum lata*, vt *turba* intelligeret.

occidimus] Ita Ienſ. Br. Pariſ. et ſine dubio Pol. quia ad lectionem Ienſ. tacet Pontedera. Correxerunt *occurrimus*, qui verbum antiquum non intellexerant. Feſtus: *Occidamus Plautus ponit pro contracedamus.*

inde eundo] Vrſini emendationem, quam ſuam facere Popma voluit, plane confirmat Pariſ. Codex, eamque ipſe vnice probo: *ille inde endo ſuam domum.* Vulgatum *eundo* orationem abrumpit atque imperfectam relinquit.

O Pinni noſter] Vulgatam *Opinionis noſtrae* egregie ita correxit Mercerius in notis ad Taciti III. Annal. cap. 42. Opinionis enim ſermonem latine dici, nemo facile docebit; quanquam Vrſinus in Codice ſuo poſtremo additum reperit *o Q. Pinni.* quam lectionem ante indicatam mihi ab Abr. Gronouio Mercerii emendationem receperam. Nunc Merceriana malo inuenta amplecti, quoniam ſic reliqua oratio correctior fit atque elegantior. Triller Obſerv. IV. 27. corrigebat: *O Pinni noſter ſermone — hoc habito.* Cf. II. Praef. 6. et II. 11. ſect. 12.

I.

I. A. DE SEGNER DE ORNITHONE VARRONIS.

(MINORE ET ROTVNDO). a)

Quae olim, Varronem Geſnerianum perlegenti, de eius Ornithone in mentem venerunt, quaeque deinde ad ea acceſſerunt, maxime, poſtquam hortatu ERNESTII, viri multis modis venerabilis, ad eas cogitationes reductus ſum: me optime expoſiturum exiſtimo, ſi declarationi ipſius conſtructionis, deſcriptionem praemiſero horologii, atque menſae verſatilis, quibus inſtructum fuit. Subiungam deinde adnotationes aliquas, quibus perpenſis, an attigerim ſenſum ſcriptoris, prudens lector iudicare poſſit.

Horologiorum autem, quibus Romani caelo nubilo ac noctu vtebantur, ornatiora, inter quae ea fuere, quae Vitruuius Anaporica vocata eſſe dicit, motu indicis aequabili nitebantur, quemadmodum et noſtra; niſi quod eo motu non duodecim, verum viginti quatuor horis, circulus complebatur. Inaequales autem cum eſſent Romanorum horae, aequabili hoc indicis motu indicandae: peripheriam circuli, quouis anni die ab eius apice deſcribendi, in partes inaequales diuidebant, quarum ratio petenda fuit a motu ſolis, atque a latitudine loci, cui horologium prodeſſe debebat. Erat enim haec diuiſio pro partibus terrae, quarum diuerſa eſſet latitudo, non minus diuerſimode inſtituenda, quam ſolaria illa, quae in ſuperficiebus deſcribi ſolent ſolo adfixis, pro diuerſa altitudine poli diuerſa ſunt; neque horologia, in quibus

a) Picturas, deſcriptioni adiunctas, omiſi, ne haec noua Editio nimio picturarum numero et pretio emtorum ſtudia oneraret vel retardaret. Reperient eas lectores poſitas in altera horum Scriptorum Editione Lipſiae 1773. prodita.

bus ita mouebatur index; e loco transferri magis poterant, quam potest maxima pars eorum, in quibus horae per vmbram solis indicantur. Vtriusque rei modum ex Vitruuio ita exponam, vt simul ad Varronem respiciam.

Pro motu ergo indicis aequabili parandum fuit castellum A (Tab. I. Fig. I.), atque curandum, vt id ab aqua adfluente semper ad eundem terminum repleretur, quod obtineri poterat apud eum terminum lumine B facto, per quod superfluum elaberetur. Poterat id lumen tubum terminare idoneae longitudinis BC, cuius extremum alterum C per parietem castelli ita transiret, vt conuerti posset, lumine B in ambitu circuli incedente; quo lumen istud B, altitudini aquae limitem ponens, vtique vel eleuatur vel deprimitur. Describit eius generis verticellum et Vitruuius, sed quantum video, aliis quoque vsibus destinatum, de quibus agendi hic locus non est. Nostrum in id solum comparatum est, vt per motum indicis celeriorem vel tardiorem, tempus, quo hic plane reuoluitur, contrahi vel extendi possit. Quo melius cognoscatur, schemate secundo (Tab. I.) aliter sectus exhibetur versatilis iste, parieti castelli adhaerens tubus, iisdem ad eius partes litteris adscriptis.

Sperabat Ctesibius, vel quisquis fuit huius generis horologiorum inuentor, fore vt aqua ex castello ita comparato per foraminulum D (Fig. I.) aequabiliter efflueret, dummodo nihil in huius D amplitudine mutaretur, quod quo, tempore labente, minus contingeret, foraminulum illud in auro factum est, vel lapillo aliquo duriore. Huic spei si responderet euentus, posset sane per aquam, ex castello effluentem, tempus accurate diuidi, et in partes quantumuis paruas. Est autem experientia compertum, licet summo studio altitudo conseruetur, maiorem tamen aquae calidae copiam eodem tempore per idem minutum foraminulum effluere, quam frigidae: cuius rei ratio non difficulter redditur. Eo solo elusa sunt alioquin sapienter cogitata: neque enim veteribus, quos inaequalitas haec fluxus non latuit, eam penitus tollere concessum fuit. At nobis, qui in describendis Romanorum horologiis versamur, non in perficiendis, omnis hic error praetermittendus est, atque, sub conditionibus dictis, fluxus aquae, qualis primo credebatur, plane aequabilis supponendus.

Aquam, a foraminulo D defluentem, vas E excepit, tres, quatuor aut plures pedes altum, cui optime conuenit figura cylindri recti, ad perpendiculum statuti. Debuit enim eiusdem vbique amplitudinis esse, quo aquae exceptae superficies aequa-

aequalibus temporibus aequaliter eleuaretur. Diametrum autem basis maiorem praestitisse minori, deinde videbimus: sufficere tamen potuit pedis dodrans. Idem epistomium habere debuisse apud fundum, quo euacuari posset suo tempore, res ipsa loquitur. Debuit autem et aliud epistomium esse apud summum marginem vasis, per quod idonea aquae copia, quando opus erat, in id celeriter posset immitti.

In vas istud E pondus F dependebat a catenula, quae si non caderet in eius axem, parum tamen ab hoc recederet. Ei ponderi F figura tympani conuenit, diametri, quam est amplitudo vasis E, paullo minoris. Materiem praebere potuit res quaelibet, nullam ab aqua mutationem passura, et inter has ipsum marmor, etsi veteres id cauum fecisse videantur. Alteri autem catenulae extremo appendendum sacoma G eius ponderis debuit esse, quod, si catenula directe sursum producta ambiret trochleam I, non pateretur tympanum F in aquam plane immergi, verum efficeret, vt, aliqua sui parte prominens, in hac quasi nataret. Id quod futurum esse, vbi pondus eius aquae, quae succedere potest in locum partis submersae tympani F, aequale est excessui ponderis F supra pondus G, docet hydrostatica: aliter contingere nequit. Eleuata ergo superficie aquae vasis E per affluxum nouae, quem aequabilem esse ponimus, tympanum quoque F eleuabitur, sacoma autem G descendet, idque, nisi quod eo motu pars catenulae ab vna parte trochleae I transit in alteram, et ipsum fiet aequabiliter.

Facile fuit hunc catenulae motum etiam in cylindrum K transferre, circa axem suum volubilem, et in indicem ei adhaerentem; potestque eius rei ratio ex delineatione intelligi. Attamen non inutiliter addetur lamella tenuis, ad modum helicis cylindrum ter ambiens, quae partem catenae ad cylindrum accedentem, ab ea, quae recedit, quantum ad impediendum harum partium contactum satis est, remoueat.

Indices in horologio Varronis duo fuere, diurnus alter, alter nocturnus, puncta scilicet L, H, quae extrema sunt regulae vtrinque cuspidatae LH, atque per rectam connectuntur, longitudinis suo loco definiendae. Haec regula horologio ita nectenda erit, vt recta ea LH transeat per punctum M axis, circa quem conuertitur cylinder K, in hanc partem producti. Debet autem connexio esse ea, quae permittat regulae motum secundum suam longitudinem, quo alterutra partium ML, MH tantundem augetur, quantum altera fit breuior. Quae quidem partes ML, MH, vbi re-

gula conuertitur, femidiametri fiunt circulorum, ab indicibus L. H defcriptorum, perfecto horologio, atque iam munus fuum peragente, promota in hanc vel illam partem regula, nifi quotidie velis, quolibet triduo mutandae, vel certe nouendio. Eius mutationis legem notae dicent numerorum, partibus regulae, apud quas finitur retinaculum NO, ita infcriptae, vt difcerni poffint ab oculo, iuxta cylindrum K pofito.

Regula HL ita fecundum longitudinem fuam in hanc vel illam partem promota, locum centri grauitatis eorum, quae firmiter cum axe cylindri K connexa funt, mutari neceffe eft; quod nifi in hunc axem cadat, ipfum quoque ab aequalitate motus aliquid detrahit. Eft autem cum huius inaequalitatis, tum eius, quam vidimus pendere a tranflatione catenulae, facile remedium, quod adferrem, fi effe putarem aliquem, qui huius generis horologia, viliffimis noftrorum inferiora, velit conftruere. Multum etiam ad imminutionem cum harum a motu aequabili aberrationum, tum reliquarum omnium, quorum cauffa eft inaequalis refiftentia, collaturum effe, fi pondus F, cuius figuram fecimus tympanum, latum potius, quam altum fumatur, qui ad hydroftaticam redire voluerit, poterit perfpicere. Hoc ad priora addito, omnes a motu aequabili aberrationes, praeter eam, quae ab influxu pendet, adeo imminui poffe videntur, vt in fenfum cadere vix poffint: certe prae illa, cuius cauffa eft inaequalis ille influxus, contemnendae paruitatis euadant.

Aequabili autem hoc indicis motu, quemadmodum horae Romanae inaequales monftrari potuerint, figura tertia (Tab. I.) declarat; tabulam horologii, qualem fuiffe puto Varronis, legitime delineatam exhibens pro gradibus XLII, quibus Romae polus eleuatus apparet. Relinqui circa centrum debuit feneftella rotunda, per quam ab ea parte, qua fitum eft horologium, manus admoueri poffet regulae LH, cui adfixi funt indices; per quam adeo et cylinder cernitur K, quem voluit catenula, et NO, retinaculum indicis. Terminis regulae effigies ftellarum L et H affixae funt, fpecie vel colore diuerfae, quarum centra cadunt in regulae apices; vt iam fictae hae ftellae, e longinquo confpicuae, fiant indices, L quidem, quam Varro appellat luciferum, diurnus, H autem, quam hefperum vocat, nocturnus.

Tabulam planam fumfi, quamuis et pars effe poffit fuperficiei fphaerae, et talis fuiffe videatur in horologio Varronis, ipfe fcilicet tholus, qua parte intus videbatur. Eft

enim

enim ita curuatae tabulae eadem plane ratio, quae planae, neque difficilius illa, quam haec, intelligitur. Tabulae ergo lamina metallica opponatur vel asser, vbi opus est, apud marginem attenuatus, quae eius partem, litteris P Q R S notatam, oculo directe inspicienti contegat, vt praeter notas numerorum, atque curuas ab his versus interiora flexas, nihil videatur. Sit autem lamina tabulae vbique parallela, atque ab hac eo interuallo seiuncta, quod regulae L H indices gerenti liberum circumeundi spatium concedat. Ita fiet, vt angulari hoc regulae motu vna stellarum L oriatur quasi apud marginis partem P Q, dum altera H apud R S occidit: reliquis autem circuitus partibus alterutra tantum appareat, quae si L fuerit, ad diurnas, si vero fuerit H, ad horas nocturnas per easdem lineas indicandas, possit adhiberi. Sequitur id ex natura linearum curuarum *a c b*, quae horariarum extremae sunt, atque ad horas duodecimas pertinent, quarum fine, quod idem initium est horarum primarum, sol Romae vel oritur, vel occidit. Cum his enim lineis *a c b* margines laminae suo loco positae inter puncta P Q et R S fere videbuntur congruere. Est autem curuarum *a c b* delineatio ea, quae sequitur.

Recta A B, destinata horae sextae, in sex partes aequales diuisa est, ac per quodlibet huius diuisionis punctum, centro M, quod cadit in A B productam, descripta peripheria circuli. Sumto deinde initio apud A, ab extima harum peripheriarum resecta est pars *Aa*, graduum 113, minutorum 3, quot scilicet in latitudine Romae continet arcus semidiurnus diei solstitialis aestiui, quem sol ab horizonte ascendens ad meridianum, vel ab hoc circulo ad horizontem descendens, vrbis habitatoribus describere videtur. Ab intima autem peripheria, initio apud B in eadem AB sumto, vtrinque pars *Bb* demta est graduum 66, minutorum 57, quos continet arcus semidiurnus solstitii hyemalis: qui quidem numerus, priori additus, gradus 180 conficit, qui insunt in dimidia quauis peripheria; quo fit, vt quodlibet punctum *a*, cum *b* aduersae partis, in rectam cadat, per centrum M transeuntem. Erit quoque *Bb* similis arcui seminocturno diei solstitialis aestiui, quem scilicet sol Romae videtur describere ab occasu ad noctis medium, vel ab hoc medio ad ortum; atque *Aa* similis arcui seminocturno solstitii hyemalis.

Eodem modo in peripheria, quae proxima est extremae, ab eadem A B gradus sumti sunt 109, cum minutis 21, atque in ea, quae proxime adiacet intimae, horum supple-

mentum, gradus ſcilicet 70, minuta 39, eoque pars illius inter rectam AB et curuam *acb* intercepta ſimilis reddita arcui ſemidiurno eorum dierum, quibus inter locum ſolis, atque punctum ſolſtitii aeſtiui, vnum ſignum interiacet; pars autem huius iiſdem lineis interpoſita, ſimilis arcui ſemidiurno eorum dierum, quibus ſol tantundem diſtat a puncto ſolſtitii hiberni. Neque aliter partes peripheriarum reliquarum repertae ſunt, quae proxime adiacent mediae, quarum maior gradus habet 100, cum minutis 33, altera autem horum ſupplementum, gradus ſcilicet 79, minuta 27; ſuntque ordine ſuo ſimiles arcubus ſemidiurnis eorum dierum, quibus inter locum ſolis ac punctum ſolſtitii proximum duo eclipticae ſigna intercipiuntur. Denique a peripheria inter omnes media quadrans *Cc* reſecari debuit, vtpote ſimilis arcui diurno eorum anni dierum, quibus ſol in ecliptica tribus ſignis ab vtroque ſolſtitio diſtat. Hi enim dies aequinoctiales ſunt, quibus ſol motu diurno aequatorem deſcribere videtur, cuius dimidium ſupra omnem horizontem cadit, idemque arcui nocturno aequale eſt. Reperta hoc modo puncta *a*, *b*, *c* cum reliquis, per lineas curuas *acb* connecti potuere, quarum ea natura eſt, vt reliquorum etiam anni dierum, qui inter aſſumtos intercedunt, arcus diurnos atque nocturnos, ſi non plane accurate, attamen proxime terminent, centro M, interuallo quocunque, quod maius ſit quam MB, minus autem quam MA, deſcribendos. Datur id interuallum pro quolibet anni die per diſtantiam ſolis, in ecliptica verſantis, ab alterutro punctorum ſolſtitialium vel aequinoctialium; vel per gradum ſigni, quem ſol eo die occupat, eo modo, qui ex dictis facile colligitur.

Interuallum inter indices, vel centra ſtellarum L, H aequale reddi debet diametro *cc* circuli aequinoctialis, idque perpetuo conſeruari: quo fiet vtique, vt alterutro indicum in hanc vel illam curuarum *acb* locato, index alter cadat in alteram, oriaturque adeo lucifer eo temporis articulo, quo occidit heſperus, et vice verſa. Regula autem, cui adhaerent indices, aequabiliter circa M conuerſa, poſtquam L deſcripſit arcum ſimilem diurno alicuius anni dierum, H arcum nocturno eiuſdem diei ſimilem percurret. Nam hoc etiam ex conſtructione curuarum *acb* ſequitur, per quam, quod de extremis arcubus *Aa*, *Bb* obſeruatum eſt, ſi nempe alteruter ſit ſemidiurnus, alterum ſeminocturno eiuſdem nycthemeri ſimilem fore, verum ſit et de duobus quibuſlibet aliis; qui eodem interuallo ab aequinoctiali *Cc* ſeiuncti ſunt; quod erit,

erit, ſi eorum radii eandem ſummam confecerint, diametro *cc*, atque interuallo LH, aequalem.

Reſtat vt lineae horarum reliquarum addantur, quod facile eſt. Fuerunt enim apud Romanos eiuſdem diei vel noctis horae inter ſe aequales, quamuis aeſtiuae ab hibernis multum receſſerint. Diuidetur ergo arcuum *Aa*, *Cc*, *Bb* ac reliquorum quilibet in ſex partes aequales, atque diuiſionum puncta per lineas curuas connectentur, quibus horarum numeri adſcribendi erunt. Longitudinem autem indicis diurni LM, pro quolibet loco ſolis in ecliptica, recta AB in ſex ſuas partes diuiſa dabit, ſi earum partium quaelibet diuidatur in alias inter ſe itidem aequales, X vel XXX. Ita in partes LX diuiſa AB ſi regulae indices fulcienti loco commodo inſcripta fuerit, regula vna parte ſecundum longitudinem ſuam promouebitur, poſtquam ſol tribus gradibus eclipticae in hoc circulo proceſſit; ſin AB in CLXXX partes diuiſa in regulam tranſlata ſit, poſtquam proceſſit vno gradu: opus dirigente ephemeride motus ſolaris, quae vt ſit accuratiſſima, non requiritur. Minuetur autem longitudo indicis diurni a ſolſtitio aeſtiuo ad hibernum; ab hoc denuo augebitur, Caeterum, ſi in modum ſuperficiei ſphaericae curuata fuit tabula, regulam curuari debuiſſe iuxta arcum circuli, res ipſa docet. Hactenus de horologio.

Menſa verſatilis, ad quam vnus puer pluribus miniſtrare potuit conuiuis, eo modo conſtructa fuiſſe videtur, quem duae (Tab. I.) figurae reliquae ſic declarant, vt in altera cernatur, quod deſcribi in altera non potuit. Columella fuit, in ſolo firmiter defixa A, quam figura quarta exhibet totam, quinta ſuperiorem tantum eius partem. Ei columellae, amplitudine duorum circiter pollicum ſecundum mediam longitudinem excauatae, immiſſus eſt axis ferreus, duos minimum pedes longus, infima parte in apicem deſinens rotundum, patellae metallinae in fundo caui haerenti inſertum. Superior axis pars, reliqua paullo craſſior et vere cylindrica, tubo continebatur aeneo B columellae intruſo, quo axis, ſitu ad perpendiculum erecto, conuerti poſſet, nullo modo vacillans. Quod ſupra hunc tubum B eminebat caput axis C, ſex radios ſuſtinebat, ad paria interualla ſub angulis rectis ab axe recedentes, ferreos et ipſos, firmos, duos fere pedes longos, quorum in menſa dimidiata duo tantum apparent integri D, cum duobus diſſectis E.

Extrema radiorum ſurſum flexa erant, quo rectius ſuſtinerent ſibi impoſitum orbem ligneum, ſemidiametri paullo maioris, quam radiorum longitudo eſt. Is orbis pro menſa

fuit, vna cum radiis, et axe ferreo, circa centrum ſuum vi parua mobilis. Radii cauo continebantur, in quo circumire abſque offenſa poterant: terminabatur autem id cauum, infra quidem alio orbe pleno, craſſo, columellae firmiter annexo G; in ambitu autem, maiori orbe H, intus ita pertuſo, vt latitudo eius, quod relinquebatur parte circa centrum demta, pedem vno tantum vel altero pollice excederet; et annulo ligneo I, vtrique orbi interpoſito, cuius, praeterquam quod orbem cauum H fulciebat, et alius vſus eſſe poterat, quem breui indicabimus. Impoſitus radiis orbis cavum tegebat, vt nulla eius pars appareret, vna cum margine orbis H, radios ambientis. Ita ad menſam illam verſatilem, quam orbis radiis impoſitus, atque vbi opus erat, facile demendus, conficiebat, margo acceſſit ſtabilis, ſuper quem orbis ille, praeter id interuallum, quod relinqui debuit ad contactum prohibendum, tota ſua craſſitie eminebat. Id mihi quidem concinnius eſſe videtur, quam ſuperficiem vtriuſque orbis in idem planum ponere velle, quamuis et hoc effici potuerit. Poterat et orbis G, quo fulciebatur cavus H cum eo firmiter connexus, circa columnam A mobilis reddi, dummodo is motus eſſet paullo difficilior, adderenturque ad eum ſufflaminandum repagula. Omnino enim neceſſe fuit exteriorem menſae partem ſtabilem fieri, quo locus eſſet ea apponendi, quibus conuiuarum quilibet privatim vtebatur; vel quae depromſiſſet ex iis, quae collocata erant in interiore orbe communia omnibus, huius orbis conuerſione ſibi admotis.

Supereſt aqua, quae et calida et frigida conuiuis ſubminiſtranda fuit. Illius vas plenum in medio menſae verſatilis poni potuit, loco alioquin inutili; vtpote ad quem accumbentium manus non pertingebant. Ab eo vaſe, cui et carbonem ardentem ſupponere licuit, ſi fiſtula procederet vſque ad marginem menſae verſatilis, eoque loco epiſtomio clauderetur: huius ſibi admoti conuerſione, quilibet, vt in poculum calida efflueret, potuit efficere. Suffecit vna fiſtula; poterant autem et plures eſſe, quae inter patinas procedentes in ambitu menſae poſitas, tanto minus caloris detrimentum vel patiebantur, vel adferebant. Quo autem et frigida ad conuiuas afflueret, annulus ligneus I, quem inter orbes G et H interpoſui, toto ſuo ambitu eo modo excavabitur, quem figurae apud I fere nigrae indicant. Hoc enim cauo per orbem H tecto, canalis naſcetur, latus potius quam profundus, ipſius menſae cauum, in quo ſunt radii ferrei D et E, cingens; qui canalis, vt aquam contineat, haud

haud difficulter efficietur. Omnibus perfectis, in ea parte menfae immobilis, cui adftabit minifter, vas ftatuetur idoneae capacitatis, cuius fundo annexus fit tubus breuis, lumini K in canalem patenti ita infertus, vt nihil aquae, ex vafe in eum defluentis, poffit elabi. Ita fiet, vt infufa in vas aqua, poftquam pars eius per lumen K canalem hactenus vndique claufum repleuit, haec pondere eius, quae in vafe remanfit, preffa, per quamlibet viam profilire conetur. Vnde fi, praeter K, et alia lumina L in canalem aperta fint, quorum cuiuis infertus fit tubulus erectus, ligneus vel metallicus, claufus epiftomio fuo; horum epiftomiorum aliquo conuerfo, aqua per eius tubulum vtique exprimetur, quae vt defluat in poculum appofitum, reliqua tubuli forma efficiet. Caeterum tubuli, a fuperficie menfae furgentes, offendiculo vix erant, ftatuti prope marginem orbis verfatilis; poteratque cuilibet conuiuae fuus tribui. Vas autem, aquam frigidam fuffundens in canalem, fi vnum non fuffecerit, locari potuit et alterum, ad alteram ferui miniftrantis manum.

Magnitudinem menfae fuae Varro non expreffit. Reliquus autem eius fermo ad duplicem diametrum deducit, quarum hic maiorem fumfi, quae eft feptem pedum, quia in fpatio ita diftributo vt locus fit maiori menfae, etiam minorem poni poffe, dubium nullum eft: atque conftructio minoris eius modi menfae multo minus difficultatis habet, quam ineft in conftructione maioris. Demtis autem a feptem pedibus vno vel altero, menfam rotundam diametri quinque vel fex pedum coenae frugali fufficere, atque idoneo conuiuarum numero locum fat laxum praeftare, facile videbit, qui rem vel obiter ad numeros reuocare voluerit. Sed haec per adnotationes demum fub finem fubiungendas, plane declarabuntur.

Quae fuerit reliquae compofitionis atque ipfius ftructurae ratio, iam non admodum difficulter intelligetur. Digrediemur ab eadem menfa, quam figura quarta exhibet cum reliquis, quae apud folum pofita, in ornithona ingredienti directe obuerfa erant, quafi per medium fecta effent, id eft, per axem menfae. Columella lignea A defixa eft in lapidem M, quem aqua ftagni fex pedes lati in orbem circumdat tanquam infulam. In ftagnum aditus patet per riuos fubterraneos, ex pifcinis extrinfecus pofitis: fuperficies autem eius margine terminatur pedem vnum lato. Reliqua pars foli N plana eft, quam in circulum ambit murus O, ea fola parte deficiens, quae pro porta erit, quam iis, quae hic delineata funt, directe oppofitam concipi debere, ex modo dictis pla-

num eſt. Murus inter O P craſſus eſt ſupra ſex pedes, altus a ſolo, iuxta P Q, pedes tres cum dodrante pedis, quo circulus terminatur, diametri P P vel Q Q, X et VII pedum. In eo muro cauata ſunt pro anatibus ſtabula R, iuſtae capacitatis. Non autem opus fuit, vt totum muri ambitum occuparent, poteratque maxima muri pars vel ſolida relinqui, vel in alios vſus excauari. Supra hunc murum ſtabant columnae, tectum ferentes, quae mox deſcribentur. Reliqua eius ſuperficies plana erat, niſi quod lapidi inciſae eſſent paruae quaedam foſſae, quibus contineretur aqua huc affluens in vſum auicularum, ſupra id planum concluſarum. Stagnum circumdabat pegma ligneum S T V altum a Q ad S duos pedes, latum ab S ad T pedes quinque, quod ſternebatur culcitis, in quibus conuiuae accumberent, modico inter culcitas et murum ſpatio relicto, quo ſuum quiſque locum adiret.

Interiori parte locus N, ita ſuperne tectus, itidem ſeptus fuit aſſeribus, ad ambitum exteriorem marginis ſtagni erectis. Erant autem in eo ſepto portae, per quas anates prodibant in ſtagnum, ex ſtabulis, in hanc partem itidem patentibus. Totum hoc ligneum pegma Q S T V id eſſe, quod Varro dicit Falere, cum aliis exiſtimo: locum autem N ab eo Naualia dici puto, in quem anates, per marginem decliuem ab aqua ſtagni aſcendentes, tanquam naues in ſiccum, ſubducebantur.

Alterius dimidii, illi, quod adhuc vidimus, aduerſi, ichnographia exhibetur, figura ſexta (Tab. II.). Introitus A a principio lato, in anguſtiorem definit ſemitam, ad menſam ducentem et locum B, in quo puer miniſtraturus adſtabit. Conuiuae per gradus C aſcendent in falere D, et accumbent. E menſae orbis exterior eſt, iam non mouendus, in quo quilibet apponet quod ſibi priuum eſt; vbi et lumina ſunt F, per quae ex vaſis, ſuper ea ſtatutis, per canalem ſub menſa factum, ad quemlibet conuiuam aqua affluet, vna cum iis G, quibus tubuli inſerentur, epiſtomiis clauſi, quorum conuerſione ei aquae via dabitur, qua debeat effluere. In medio H orbis interioris verſatilis I crater ſtabit calida plenus, a quo fiſtula, ad eius orbis marginem protenſa, hoc loco et ipſa habebit epiſtomium, conuertendum ab eo, qui calida vti velit. Apud ambitum orbis I patinae ponentur, et reliqua, cum quolibet diſcumbentium communicanda.

Pars ichnographiae reliqua ſuperficie muri abſoluitur, lapide ſtrati, qui habitaculo auium pro ſolo eſt. Apparent hic veſtigia columnarum, omiſſis aquae riuulis, quorum

Varro

Varro non meminit. b) Earum columnarum axes in peripherias duorum circulorum cadunt, ad commune centrum defcriptos, circa quod et menfa vertitur. In exteriorem harum peripheriarum, cuius diameter continet XXVII. pedes, nouem columnas pofui, craffas, lapideas; in interiorem ftylobatas totidem lignearum collocaui. Neceffe enim fuit numerum columnarum cuiufque generis imparem fumere, quo vna lignearum, quae ingredienti directe erat obuerfa, feruire poffet horologio. Eo factum eft, vt in id dimidium, ad quod ichnographia pertinet, octo tantum columnae caderent, quatuor lapideae, cum totidem ligneis, neque columnarum vlla per planum fecaretur, fupra diametrum K L ad perpendiculum erectum. Inter duas quafuis columnarum exteriorum, praeter eas, inter quas patere debebat aditus, rete contextum eft e neruis, quod id fpatium auibus imperuium reddebat. Eorum nervorum fi alii craffiores fumerentur, ac fortius tenderentur aliis, fieri vtique poterat, vt rete, arcubus M N in modum fuperficiei cylindri recti infiftens, ab axe cuiufuis columnae curuaretur ad proximum, ad muri inftar inter columnas erecti, qui in opere rotundo planus fieri non debuit. Poterant et nerui hi, vbi opus erat, ferro vel ligno fulciri.

Si et inter eas columnas, quae vtrinque adftabant ad introitum M et N, rete hoc tenfum fuit fuperiore parte; inferiore, qua deficit murus, ianua exftrui debuit, atque valuis muniri. Verum cum nihil de ianua fcribat Varro, totam hanc aedis partem intactam relinquere fum coactus. Id patet, quodcunque horum fuerit, rete auiarium, exteriori illi adnexum, ab eo protendi debuiffe ad vtrumque latus introitus, atque hinc porro in ambitum interiorem, apud columnas ligneas. Id ita factum fuiffe exiftimo, vt rete hoc, parte infima margini muri O P Q firmiter adhaerens, fuprema fua parte cum epiftylio columnarum lignearum connecteretur. Ita locus, auibus deftinatus, ab omni parte feptus fuit, praeter fupremam, columnis ligneis eidem cum auibus fepto inclufis, intra quod hae, fi non integrum circulum, maximam tamen eius partem volando abfoluebant, in fpatio, nifi qua columnis impeditum erat, V pedes lato, quo interuallo rete interius ab exteriori diftabat. Ad vtrumque latus introitus gradus feci in muro R, quibus afcenderet ad aues, fi cui hoc loco aliquid procurandum effet, alioquin valuis claudendos.

Quae

b) Aquae riuulum memorat Varro. Igitur errore negationem acceffiffe puto.

Quae porro explicanda ſunt, in eo praecipue dimidio, quod ad menſam ingredientibus directe aduerſum fuit, orthographice expreſſa exhibet ſeptima figura (Tab. II.), vbi interiora ſepoſita ſunt, quo locus eſſet iis quoque deſignandis, quae ea in figura quarta tegebantur, inter quae ſunt portae A, per quas anates ex ſtabulis prodeunt. Columnae in hac parte decem ſunt, quarum tria tantum exhibentur paria, inter quae ponendae erunt reliquae aequalibus interuallis, propterea omiſſae, quia, ſi adderentur, claritati obfuturae videbantur. Columnae, eadem altitudine omnes, trabeationem fulciunt intus cauatam in modum fornicis B. Ea fornix B, ſupra duos pedes lata, locum praebet auibus, in quem ſe noctu recipient, vel ſaeuiente procella; quam ob rem hic mutuli crebri vtriuſque ordinis columnis impoſiti erant, virgas ſuſtinentes, in quibus aues ſederent. Ab epiſtylii interioris ambitu C rete dependebat auiarium, ea tantum parte, qua patebat introitus, ad vtrumque huius latus reflexum, illud, quod parte infima margini muri adhaeſiſſe dictum eſt, vt iam ſpatium, in quo aves caeteroquin libere vagabantur, ob omni parte clauſum eſſet.

Praeter trabeationem, quae maximam partem lignea fuit, columnae exteriores tectum ferebant, interiores tholum D, ipſum quoque ex aſſeribus compactum. Neque enim columnis ligneis concameratio lapidea imponi recte potuit. Quod inter tectum atque tholum intercedit ſpatium E, hominem facile admittit. Neceſſe autem erat huc accedere horologio praefectum, atque tempori conuenientem eius indici longitudinem inducere. Erat enim horologium in hoc ſpacio poſitum, ſupra columnarum lignearum mediam, quo eius index oculis ingredientis occurreret. Aſcenſus parari potuit ſupra introitum, per podium, hac parte ſola valua conſtans, quae facile poſſet eleuari. Opus fuit ſcala, ſed non alia, quam quae facile tranſfertur: niſi forte ea fuit introitus ſtructura, quae ſtabilem ſcalam admitteret.

Lineae horarum in ipſo tholo pictae ſunt, addito ad quamuis ſuo numero, ea altitudine ſupra coronidem trabeationis C, qua nulla curuatae huius tabulae pars, oculo a menſa in eam inſpicienti, per eam coronidem tegeretur. Id vt commode fieri poſſet axe horologii ad libellam poſito, interiorem tholum omnem feci ſuperficiem ſphaerae dimidia maiorem, centro in eadem, ad quam ponendus erat axis, altitudine ſumto, qua re tholi orthographicae proiecti centrum F idem euaſit cum centro tabulae horologii. Id quan-

quam

quam ſit inſolitum, offendere tamen neminem poterit, qui cogitare velit, quam difficultet ſuperficies curuas viſu diſcernamus, quamque magna pars tholi iſtius, oculo apud menſam poſito, penitus tecta fuerit. Tabulae oppoſita eſt lamina G, ipſa quoque ſecundum ſuperficiem globi curuata, quae vnum tantum indicem ſinet apparere.

Catenula, cui alligatum eſt pondus horologii in aqua mergendum, deorſum pendet in canali H I, quo columna perforata eſt, cum omnibus, quae ei vel impoſita ſunt vel ſuppoſita, ad murum vſque; cuius adeo canalis medium ab axe ſemidiametro cylindri diſtabit a catenula convertendi, cuius axi adhaerent indices. Ea diſtantia ſi nimia videatur, et columnam vitiatura, poteſt catenula ad axem columnae flecti, trochlea apud locum H, quo in canalem ingreditur, oppoſita, quae ſi maiuſcula ſumatur, bonitati horologii nihil omnino detrahet. Eo facto canalem circa ipſum hunc axem excauare licebit, latiorem etiam, quam opus eſt. Is autem cylinder I, qui aquam excipit, in quam pondus immergetur catenulae annexum, in ſpecu ponetur K eam in rem ſub columna in muro facto, qui deinde tabula occludetur lignea vel lapidea. Raro enim neceſſe erit hunc ſpecum aperire, dummodo epiſtomia, in id facta vt imminui poſſit cylindri aqua vel celeriter augeri, ita ponantur, vt extrinſecus poſſint conuerti. Aqua cylindro detracta in ſtagnum fluet, ſub menſa poſitum.

Caſtellum pone ſtylobatam ſtatuetur eiuſdem columnae, intra lapideam; quo loco et fiſtula erit, auibus aquam ſubminiſtrans, in quarum vſum ea quoque cedet, qua caſtellum abundat. Facile erit caſtellum tegere aduerſus quiſquilias, atque tubum eius verſatilem bacillo inſtruere, quo attracto vel repulſo is tubus deorſum inclinari poſſit vel ſurſum erigi, a manu extra reticulum poſita, dummodo caſtellum firmiter ſolo alligatum ſit.

In indice ventorum, quo praeterea ornithon Varronis inſtructus fuit, nulla difficultas eſt. Vexillum metallicum, iis ſimile, quae videmus in tectis noſtris, ita bacillo ferreo, recto atque tereti, adnexum fuit, vt nonniſi cum hoc vna poſſet conuerti. Convertebatur autem bacillus intra duo foramina rotunda, in laminis metallicis facta, quorum vnum M in faſtigio tecti, alterum N intra tholum ad huius verticem ita fuit poſitum, vt vtriuſque centrum caderet in filum tenue eiuſdem perpendiculi. Poſterior lamella N etiam bacillum ſtatuebat, ne deorſum caderet, quod qua ratione efficiatur, nemini ignotum eſt. Tenuior bacilli pars infra

fora-

foramen indicem R habuit annexum, quo vna cum vexillo et eius bacillo vi venti conuerſo, huius venti nomen vtique indicabatur; dummodo ventorum plagae in ſummo tholo legitime poſitae eſſent, et index bacillo recte alligatus. Quia ſcilicet venti denominantur ab ea parte, a qua veniuut, non ad quam proficiſcuntur: plaga meridiei et ſeptentrionis, vt et ortus ac occaſus veri aequinoctialis, cum tot intermediis, quot lubebit addere, per arcus a vertice tholi, circa quem mouetur index, deorſum tendentes, accurate deſignatis: index hic vexillo directe opponendus erat.

Haec ergo eſt imago, quam de ornithonis Varroniani ea parte, in qua praecipue difficultas eſt, apud me formaui. Reliqua enim, quae ante eam aedem rotundam poſita fuere, vel quae eam ambiebant, recte a Geſnero delineata eſſe exiſtimo. Illa quantum ad verum accedat, vt iudicari poſſit, repetendus iam erit locus ſcriptoris, paucis quibuſdam adnotationibus additis, poſtquam reliquas ipſis deſcriptionibus inſerui. Quod ergo Varro libri III. capitis V. articulo 11. dicit, ornithona ſuum, qua parte rotundus erat, pedes XXVII. patuiſſe, de diametro interpretatus ſum circuli, in cuius peripheria ſtabant axes columnarum lapidearum, et rete e neruis textum. Is enim terminus fuit muri, ſiquis inter columnas exſtruendus eſſet, vltra quem quod excurrebat, ad aedem proprie non pertinuit. Hic XXVII. pedum numerus ita diſtributus eſt, initio apud centrum ſumto. Semidiameter orbis interioris maioris illius menſae, quam delineaui, paulo minor erat duobus pedibus et dimidio pedis; ſtabilis autem orbis latitudo pede tantundem fere maior, vt totius menſae ſemidiameter pedum trium et dimidii pedis eſſet. Ab hoc termino ſalere latum erat quinque pedes, ad cuius ambitum ſuſpenſum rete interius ab exteriori totidem pedibus diſtabat. His enim in ſummam collectis diameter XXVII. vtique elicitur. Reliqua autem Varronis deſcriptio, ab articulo capitis 13. eſt huiuſmodi.

> Intra tholi columnas exteriores lapideas, et totidem interiores ex abiete tenues, lacus eſt P. V. latus [c]). Inter

c) Haec ſi ita intelligantur, inter columnam interiorem et exteriorem illi adſtantem quamuis, interuallum quinque pedum fuiſſe: diameter aedis XXVII. pedibus maior conficitur. Addita enim columnarum craſſitie, latitudo muri ab eius margine interiore ad rete exterius, octo pedibus vix minor prodit, quorum duplo ab XXVII. pedibus demto, XI. tantum pedes relinquuntur pro diametro circuli interioris, in quo noſtro quidem more ſedere, non autem menſae accumbere,

Inter columnas exteriores pro pariete d) reticuli e nervis ſunt, vt perſpici in ſilua poſſit, et quae ibi ſunt, neque auis eas tranſire. Intra interiores columnas pro pariete rete auiarium eſt obiectum e). Inter has, et exteriores f) gradatim ſubſtructum vt θεατρίδιον auium g), mutuli crebri omnibus columnis impoſiti h), ſedilia auium. Intra retem aues ſunt omne genus, maxime cantrices, vt luſciniolae ac merulae, quibus aqua miniſtratur per canaliculam i), cibus obiicitur ſub retem. Subter columnarum ſtylobatem eſt lapis a ſalere pedem et dodrantem alta, ipſum ſalere ad duo pedes altum a ſtagno, latum ad quinque, vt in culcitas et columellas conuiuae pedibus circumire poſſint k). Infimo intra ſalere eſt ſtagnum, cum margine pedali l), et inſula in medio parua. Circum ſalere et naualia ſunt excauata anati-

bere, conuiuae poterant. Puto, Varronem id potius indicare voluiſſe, qui fuerit locus auium, et quam latus fuerit, quam terminos ponere, intra quos ea latitudo comprehendebatur.

d) Atqui paries, ſi inter has columnas exſtrueretur, ad modum ſuperficiei cylindri recti ab axe cuiusuis columnae ad axim proximae, curuari debebat.

e) Rete auiarium, obiectum intra interiores columnas, quod eſſet pro ſimplici pariete per columnas non interrupto, aliter quam ſcripſi, ſuſpenſum eſſe vix poterat.

f) Intelligo quaſi ſcriptum eſſet: inter vtrumque rete.

g) Hoc paruum quaſi theatrum non deſcripſi, quia non credo, reliquis adfixum fuiſſe, ſed ex cuneis conſtitiſſe ligneis, mobilibus, quorum quiuis in ſuo intercolumnio locari poterat, vt ex omnibus in circulum poſitis ſpecies quaedam theatri naſceretur, quod et ipſum ſuos habuit graduum cuneos, in quibus ſpectatores ſedebant. Subſtructum dicitur fuiſſe theatrum, id eſt, in ſolo poſitum, a quo remoueri debuit ab ancillis, quae vel munditiae cauſa, vel vt colligerent aues forte mortuas, in hunc locum ingrediebantur.

h) Dixi quo loco fuerint mutuli iſti, nec alio ſi fuiſſent, columnis impoſiti eſſe poterant. Quia autem in mutulis latis aues incommode ſediſſent, virgae imponi debuerunt, quae proprie eſſent ſedilia auium. Eae iuxta vtrumque fornicis latus protenſae, partem mediam vacuam relinquebant.

i) Credo fluxum perpetuum fuiſſe, qui facile efficiebatur in loco, ad flumen liquidum et altum poſito.

k) Haec clare exhibentur figurarum noſtrarum quarta, vt explicatione, praeter eam, quam dedimus, opus non ſit; et ne probatione quidem, ſi concedatur ſignificatus vocabuli Falere, hic aſſumtus. Verum ſalere quinque pedes latum quidquid fuit, lectulis tamen diſcubitoriis locum nullum reliquit. Debebant ergo culcitae, in quibus conuiuae accumberent, in ipſum ſalere deponi, quo circumeundi via nulla relinquebatur, praeter aliquam anguſtam inter culcitas et columellas. Ita enim ſi legendum non ſit, hanc tamen verborum Varronis ſententiam eſſe exiſtimo.

l) Huius ſtagni diametrum feci ſex pedes, aſſeribus, qui ſepiunt eius

anatium ſtabula [m]). In inſula eſt columella, in qua intus axis, qui pro menſa ſuſtinet rotam radiatam, ita, vt ad extremum, vbi orbile ſolet eſſe acutum, tabula cauata ſit, vt tympanum, in latitudinem duo pedes, et ſemipedem, in altitudinem palmum [n]). Haec ab vno puero,

eius marginem, retractis; quos quidem aſſeres id efficere credo, quod Varro dicit ſuggeſtum faleris.

m) Circa falere nihil eſt, quod cauari potuerit, praeter murum tres pedes cum dodrante altum, cui columnae inſiſtunt. Excauata autem haec anatum ſtabula, cum et circa naualia fuiſſe dicantur, hinc quoque ad ea, quae de his naualibus dixi, aliquid probabilitatis accedit.

n) Hunc locum corruptum eſſe, fatentur omnes; alii aliter emendant. Mihi non tantum vox, acutum, male poſita eſſe videtur, verum etiam omiſſa pars deſcriptionis radiorum, cum principio deſcriptionis caui, in quo ii radii, menſa inſtructa, latebant. Eius rei fidem facit ipſe ſcriptor, qui paullo poſt de menſa ſe dixiſſe ait, quae in primis radiis erat; quae cum hoc loco poni potuerint optime, tamen nuſpiam leguntur. Quidquid horum ſit, radios eos feci, quibus ſi apſides adderentur, orbile confecturae, rota plena prodibat: cauum autem, figura tympani vel diſci craſſi, in quo ii radii conuertebantur, altum quidem ſumſi pollices tres, vt praeſcribit Varro, baſi autem eius ſemidiametrum attribui duorum et dimidii pedis, latitudinis vocabulum, quod ſemidiametrum aeque denotare poſſe viſum eſt, ac diametrum, quo maior potius quam minor foret menſa, de ſemidiametro interpretatus. In quo ſi erraui, ſique latitudo non ſemidiametrum denotat, verum totam diametrum, menſam tamen vſui, in quem parabatur, aptam, conſtrui nihilominus potuiſſe, ſupra oſtenſum eſt. Poterat enim radiis, hac ſemidiametro non multo breuioribus, pro menſa verſatili orbis imponi, cuius diameter eſſet trium pedum, ſtabilis autem orbis cauum circumdans, cuius partem interior ille tegebat, latus fieri potuit ſeſquipedem vel duos pedes. Ita menſa oriebatur diametri quinque vel ſex pedum, pauciores fortaſſe exceptura conuiuas, verum laxius et commodius. Debebant enim culcitae, in quibus accubituri erant, anteriori parte eleuatae eſſe, quo latus molliter fulcirent, cui rei, manente latitudine faleris, minor menſa plus ſpatii concedebat, quam maior. Quo magis hanc rem expedirem (Tab. II.), figuram octauam addidi, qua menſa, quam per verba ſcriptoris poteſt, maxime imminuta exhibetur. Orbem interiorem verſatilem tres tantum pedes latum feci; totius autem menſae diametrum feci quinque pedes, quae eadem et diameter ſtagni eſt, circumdati a margine, pedem lato. Hunc marginem, dimidio pedis ſolo altiorem, exteriori parte contingit ſuggeſtum faleris, vt circuli circa menſam caui diameter nunc quoque ſeptem fieret pedum, neque in reliqua conſtructione quicquam mutandum eſſet. Marginem autem circa ſtagnum, quem pro maiori menſa depreſſeram, hic propterea ſupra ſolum eleuaui, quia neceſſe fuit aliquid comminiſci, quo anates ab egreſſu ex ſtagno, ea parte arcerentur, qua erat ad menſam aditus. Id cum in maiori menſa abſque vllo incommodo effici potuerit per aſſeres, hac quoque parte ad extremum marginis ſtatutos; in hac minori per ipſum marginem intus ad perpendiculum eleuatum praeſtare ſum conatus, quem anas, in profundo natans,

puero, qui miniſtrat, ita vertitur. vt omnia vna ponantur et ad bibendum et ad edendum, et admoueantur ad omnes conuiuas. Ex ſuggeſtu faleris, vbi ſolent eſſe περιπετάσματα, prodeunt anates in ſtagnum, ac nant, e quo riuus o) peruenit in duas, quas dixi, piſcinas, ac piſciculi vltro ac citro commeant: cum, et aqua calida et frigida ex orbe ligneo menſaque, quam dixi in primis radiis eſſe, epitoniis verſis, ad vnumquemque, factum ſit, vt fluat in conuiuam p). Intrinſecus ſub tholo ſtella lucifer interdiu, noctu heſperus ita circumeunt ad infimum haemiſphaerium ac mouentur, vt indicent, quot ſint horae q). In eodem hemiſphaerio medio circum cardinem eſt orbis ventorum octo r), vt Athenis in horologio, quod fecit Cyrrheſtes, ibique eminens radius a cardine ad orbem ita mouetur, vt eum tangat ventum, qui flet, vt intus ſcire poſſis.

natans, ſuperare non poſſe videtur; relictis viis, per quas ex ſtabulis ad aquam deſcenſus pateret. In eodem margine miniſtro menſae locum deſtinaui; in quo et, culcitis remotis, circa menſam circumire, et in faleri, tanquam in ſcamno, aſſidere, qui volebant poterant. Altitudinem menſae, de qua nihil certi habeo, illi definient, quibus frequentior eſt cum veteribus conuerſatio.

o) Riuus videtur ſub terra abditus fuiſſe.

p) Hic locus eſt, quo Varro ſe dixiſſe ait, quae nos nuſpiam reperimus, clare autem orbem ligneum exteriorem illum, qui conuerti non poterat, vel difficulter vertebatur, a menſa diſtinguit, quae fuit in primis radiis, fulciebaturque horum partibus ſurſum flexis. Ab vtroque horum conuiuis affluxit aqua, frigida ab orbe, calida a menſa verſatili. Expoſui modum, quem reperire potui, rei maxime conuenientem, quique non tantum electionem aquae permittebat, verum etiam vſum glaciei.

q) Tabulam horologii cum ita poſuerim, vt centrum, circa quod indices conuertuntur, in circulum caderet, hemiſphaerium, quod proprie eſt tholus, infra terminantem; recte dici poſſe exiſtimo ſtellas fictas ſub tholo, ad infimam hemiſphaerii partem, circumiuiſſe. Putaui aliquando fictas has ſtellas, vel alias quaſdam luciferi atque heſperi imagines, circumiuiſſe in ipſa trabeationis interioris coronide, linea, quae a vertice tholi directe deorſum cadit, pro axe eius motus ſumta. Sed ingenti ad efficiendum motum, cuius ſpatium toto coronidis ambitu conſtaret, opus fuiſſet machina; quam lubens ſepoſui, poſtquam animaduerti, non ex verbis ſcriptoris hauſtam, ſed in eius librum illatam, ac reliquae deſcriptioni a me quaſi aſſutam eius axis notionem fuiſſe.

r) Hic orbis in ipſo tholo pictus fuit. Reliqua vel ex ſola delineatione poſſunt cognoſci.

II.

DE

TRAPETO TORCULARIO

ET

PRELO CATONIS.

Trapetum a graeco τραπεῖν dicitur, quo verbo Homerus et Hesiodus significant vuas in lacu calcatas et expressas. Vnde Hesychio τραπηταὶ vuarum calcatores, et τραπητὸς mustum et vinum dicitur. Sedem igitur primam vocabulum in vindemia vini habuit; deinde ad oleam fuit translatum; hodieque Siculi vocant *trappiti* instrumentum, quo oleas exprimunt, simile illi, quod Etrusci seu Toscani vocant *Frantojo*, auctore Sestini Epistol. Sicul. T. I. p. 234. vers. germ. Idem p. 235. narrat, oleas immaturas a quibusdam Siciliae agricolis pedibus calcatas exprimi, posteaquam in aqua coctae confracuerint. Oleum ita melius colligi. In Graecia agricolas sculponeatos calcasse oleas, maturas puto, arguit glossa Hesychii in κρουπεζόμενος — κρούπεζαι ὑποδήματα ξύλινα μεθ᾽ ὧν τὰς ἐλάγας πατοῦσι. Eadem tradit Photii Lexicon Msptum sub voce κρούπεζαι. Ipsum vero τραπεῖν deriuatur a τρέπειν vertere; et Hipponax, dialecto Ionica vsus, torcular τροπήϊον seu τροπεῖον dixit, fiscellam vero, cui vuae ingestae supponebantur torculari, vt exprimerentur et succum destillarent, σάκον. Locum posuit Pollux Onomast. X. f. 75. vbi de nescio quibus ait: στάζουσιν ὥσπερ ἐς τροπήϊον σάκος, i. e. destillant veluti fiscella in torculari, vt verba graeca interpretatur Hemsterhusius. De molis oleariis pauca graeci scriptores et grammatici tradiderunt nobis. Pollux VII. 150. lignum, in quo oleum exprimebatur, ὄρον seu ὄῤῥον, funiculum, quo ligna colligarentur, τοπίον, lacum vero, (ipse craterem dicit) in quem oleum expressum deflueret, τριπτῆρα dictum fuisse ait. Altero loco X. 130. lignum, quo olea teratur, ὄρον, funem, quo circumagatur lignum, τοπίον appellari ait. Contra Harpocration, eadem vocabula ex Isaei oratione referens, ad vua-

vuarum expreſſionem accommodat, adeo, vt hinc arguere liceat, eaſdem machinae partes vuis oleisque terendis, certe exprimendis, olim inſeruiiſſe.

Trapetum igitur originis graecae vocabulum eſt, quamquam a graecis ſcriptoribus non adhibitum, quod equidem ſciam. Τριπτῆρα vocabant lacum. Harpocratio ex Nicandro: Τριπτῆρα — φησὶν ὅτι τριπτὴρ ἐστὶ πιθάκνη ἐκπέταλος οἷα τὰ ἐπιλήνια. Vereor tamen, vt cum Nicandro grammatico Harpocratio falſus ipſe lectorem fallat. Nicander enim poeta in Alexiph. verſu 493. vbi punici mali ſuccum colligere iubet, fiſcella incluſum malum exprimit: ἐν κυρτίδι θλίψαις, ὡσεί περ νοτέουσαν ὑπὸ τριπτῆρσιν ἐλαίην. vbi Codex Riccard. τριπτῆσιν habet. Scholia graeca ſimpliciter interpretantur vocem τριπτῆρα machinam (κατασκεύασμά τι), qua vuae exprimantur. Sed poeta ipſe de praelo oleario vel parte aliqua eius vocem poſuit. De prelo vinario idem Nicander poſuit vocabulum in verſu apud Athenaeum IV. c. 4. πολλάκι δ' ἀσταφίδος προχέας τριπτῆρι ληναῖς. Vnde cognoſcimus, prelum ipſum dici τριπτῆρα, non lacum vinarium. Geopanica VI. c. 11. vbi vuas exprimunt, vocabulo ξύλον vtuntur: ὑπὸ τὸ ξύλον ἐπιτιθέτωσαν; deinde, vbi vuas ſubdi prelo iubent molles iam calcatione pondere impoſito (τοῦ βάρους ἐπιτιθέντος), ſaepe rumpi monent.

Eadem IX. 19. oleas molere docent ita, vt orbis (τροχὸς) leuiter circumagatur, ne nuclei ſimul cum carne confringantur; deinde prelo fiſcella incluſas imponunt, et pondere deſuper addito primum leuiore, deinde maiore, exprimunt. (εἶτα ἐπίθες βάρος ἐλαφρὸν καὶ μὴ βίαιον. — ὀλίγῳ βιαιοτέρῳ βάρει θλίψον.) Vnde apparet, prelo cochleato vſos non fuiſſe ſcriptores Geoponicorum. Prelum itaque hoc, quod ξύλον etiam vocauit Pollux VII. 150. vocaſſe Iones ὄρον cenſeo; et funiculum, quo circumageretur, τοπίον. Ceterum in iſto Geoponicorum loco τροχὸς plane cum Latinorum *orbe* conuenit, de quo deinceps in molae oleariae deſcriptione videbimus.

Vocabuli latini ſcriptura variat; Cato enim et Varro *trapetas* et *trapetos* dixit, ſi libros ſcriptos et editos conſulimus. De Catonis locis poſtea videbimus; nunc Varronem audiamus de L. L. IV. p. 34. *trapetes,* inquit, *molae oleariae.* Idem de R. R. I. 55. ſ. 5. *ac primus quiſque aceruus demittatur per ſena vaſa olearia ad trapeta, quae res molae oleariae duro et aſpero lapide.* vbi Edd. primae habent *trapetas;* deinceps recentiores: *in quae eam terent molae;* quaſi trapetes ſint pars aliqua totius machinae, vt et ipſae molae.

Sed antiquior lectio propter alterum Varronis locum erat probanda; quamquam Columella molam a trapeto ita diſtinguit, vt mola pro magnitudine et multitudine olearum vel ſubmitti vel eleuari poſſit. Hinc intelligimus, trapetum nec ſubmitti nec eleuari potuiſſe. Igitur inuenta ea commoditate, trapeto manſit antiquum nomen, mola autem dicta eſt, quae ſubmitti et eleuari poterat. Quidam etiam, nullo diſcrimine vſus diuerſi, trapetum et molam eandem machinam vocaſſe videntur. Male vero Popma trapetum in Columella interpretatur trabem, qua oleum exprimatur; cui opinioni nihil argumenti vel auctoritatis additum reperio.

Praeterea Popma monet, a Catone dici trapetum totam conſtructionem et fabricam, in quo orbem interpretatur ipſam molam oleariam, quae in trapeto vertatur et oleam terat; *molile* ſtilum ligneum ſeu manubrium, quo mola impellatur et circumagatur; *Miliarium* vas anguſtum et longum, trapeto ſuppoſitum, ad excipiendum liquorem. Popma ſua debet Turnebo Aduerſ. XX. 7. cuius monitis quaedam recte addidit Geſner. Equidem enarrationem trapeti a partibus ſimillimis molae vulgari exordiar, ſecutus inprimis Meiſterum et Gallicum architectum, quorum ille anno 1764. hic vero 1771. Catonis torcular, prelum et trapetum egregie illuſtrauit. Primum itaque conſtituam hoc, de quo iam ſupra admonui, trapetum Columellae eleuari et ſubmitti non potuiſſe. Plane igitur diuerſum fuit a Catoniano trapeto, de quo Caput 22. vbi ſi orbis nimis altus mortarii ſolum terat, orbiculos ligneos pertuſos ſupponi jubet, vt orbis tollatur. In loco Vlpiani, a Geſnero laudato, video, *trapeta funibus ſuſpenſa* memorari; ſed ea huc non pertinent.

Trapetum fabricam totam dici, recte poſuit Popma cum Turnebo, quem etiam Gallicus architectus ſequitur. Neſcio, quae cauſa mouerit Meiſterum p. 39. vt trapetum interpretaretur lapidem inferiorem molae, ſeu mortarium; itaque mirabatur, vnde nomen trapeti parti quieſcenti molae inditum fuerit. Forte haeſit vir doctus in capite 135. vbi Cato trapetos latos trium generum memorat; ſed etiam in illo loco de tota fabrica molae trapetum dicitur.

Totius trapeti fabricae qui facile et aptam animo ſuo informare velit imaginem, eum cogitare iubet Meiſter rhedarum noſtrarum rotas, praecipue anteriores, quarum ope rheda conuertitur. Deinde ait, ſimile trapetum Catonis fuiſſe tribulae, qua frumenta in areis veterum exterebantur. Columella enim XII. 50. tudiculam, qua alii oleam commolere

ſoliti

ſoliti erant, *organum* ait eſſe *erectae tribulae ſimile.* Quam tribulam putat eſſe eandem, quam ploſtellum poenicum vocat Varro I. 52. 1. itaque triturae rationem ad oleas terendas tranſlatam olim et ex tribulae fabrica trapetum effictum fuiſſe cenſet. Catonis vero trapetum tale fuiſſe credit, vt cum tribula non erecta, ſed in area procumbente et plana comparari poſſet; ex ploſtello enim poenico additis quibusdam curruum et rotarum ornamentis et axe circa columellam verſatili, trapetum; deinde vero cylindri ſitu plano in rectum mutato, tudiculam ortam eſſe. Denique trapetum Catonis idem eſſe affirmat, quo hodieque vtantur Itali aliique Europae populi ad oleas commolendas. Figuram tamen addidit, eique verba Catonis accommodare ſtaduit. Antequam vero Galli reliquorumque interpretum opiniones exponam, ſingulorum verborum, quae difficultatem habent aliquam, notiones enucleabo.

Miliarium vnde dictum ſit, diſputant grammatici; quorum opinionibus reiectis Meiſter a cippi miliaris ſimilitudine vocatum ſuſpicatus erat. Verum ipſe deinde improbauit hanc ſuam ſuſpicionem propter locum Plutarchi in vita Gracchi c. 9. vbi poſt Catonis demum tempora vias romanas cippis hiſce diſtinctas fuiſſe refert. Itaque probabiliorem eam cenſuit opinionem, qua miliarii originem a graeco μύλη deriuaret. Verum hanc viri docti opinionem vanam plane eſſe, non eſt, quod operoſe demonſtrem. Scilicet miliarium trapeti Catoniani Meiſter comparabat cum meta molae frumentariae, de qua Vitruuius X. c. 10. et in L. 18. §. 5 ff. de inſtructo, legitur: *eſt autem meta inferior pars molae, catillus ſuperior.* Quem locum recte interpretatur et tuetur Meiſter p. 41. contra eos, qui catillum inferiorem, metam vero ſuperiorem fuiſſe cenſebant. Catillum enim, ſeu orbem concauum ſuperius fuiſſe collocatum, metam vero ſeu conum inferius, quo liberius farina a conuexo lapide deflueret. Miror, locum Iuriſconſulti et Meiſteri latuiſſe Io. Beckmannum vbi hiſtoriam molarum enarrauit in Hiſtor. Inuent. Vol. II. p. 6.

Errauit tamen Meiſter in eo, quod miliarium in trapeto Catonis vicem catilli in mola frumentaria gerere cenſebat; cum potius mortarium eum vſum praeſtaret, quod trapeti vocabulo etiam appellari a Catone male poſuit Meiſter. Gallicus architectus miliarium ita interpretatus eſt: *C'eſt une exuberance de la forme d'un vaſe miliaire qui occupe le ventre du baſſin, et qui a la même hauteur que le rebord. — Je croirois plutôt que l'etymologie de notre miliaire viendroit plutôt*

 de

de la ressemblance qu'il avoit avec les pierres, dont on se servoit pour marquer les milles. Distinctius aliquanto formam verbis expressit Gallus alter Bernard, cuius locum infra ponam in trapeti antiqui, Stabiis reperti, descriptione, vnde cognoscas, miliarii altitudinem labrorum lineam excessisse in antiquo trapeto. Superest locus difficilis Catonis cap. 22. *inter orbem*, inquit, *et miliarium vnum digitum interesse oportet. Si plus intererit, atque orbes nimium aberunt, funi circumligato miliarium arcte crebro, vti expleas, quod nimium interest.* vbi Meister intelligebat columellam ligneam, quae cupam proxime sustineret.

Orbes, quos Graeci a forma et volubilitate τροχὺς in trapeto dixerunt, vicem metae et turbinis in mola frumentaria gerunt, et circumacti subiectas atque inditas mortario oleas terunt. Lapideos fuisse, apparet ex verbis Catonis c. 135. *orbis medios ex lapicidinis cum eximes.*

Orbi subiecta pars caua trapeti dicitur mortarium, a cuius solo et labris vt absint orbes cauet Cato cap. 22. ne quid mortarium terant; vnde intelligitur, esse cauitatem, quam intrabat orbis, et quae vicem gerebat catilli in mola frumentaria trusatili. Orbes hos medios crassiores fuisse, satis manifestum fit ex verbis Catonis. Meisteri pictura, quae trapetum vulgare, cum Catone comparatum, repraesentat, et cum pictura gallici architecti forma et positione singularum partium plane conuenit, in eo tamen peccat, quod orbes aequales ponit; gallica cum descriptione Catonis plane conuenit hac quidem in parte totius fabricae. In vtraque vero orbes ad perpendiculum erecti stant, transuerso axe firmati, qui circa columellam rectam vertitur.

Cupas a cuparum cauitate dictas esse, negat Meister; eas enim, quibus Cato vtitur, non esse cauas. Itaque a graeco κώπη deriuat vocabulum, quo et ramum et manubrium seu capulum significari ait. Vtriusque saltim formam cupae Catonianae vsum aptius docere censet, quam cauponum vasa vinaria, cuparum vocabulo dicta. Itaque cupam in vicem vectis seu manubrii orbibus circumuoluendis adhibet; cui quidem vsui conuenire ait longitudinem, a Catone cupae assignatam, et locum, quem Cato dextra sinistraque trapetibus reliquit. Meisterum sequitur Gallus, nisi quod in etymologia diuersus abit. Ita vero ille: *Ces mots cupa* et *cupula, qui en est le diminutif, paroissent venir du mot grec* κύπος, *qui signifie fatigue. Caton donne ce nom à ces pieces, que je nomme essieux, parce qu'elles fatiguoient le plus.* Etymologiam Meisteri equidem sequi malim, vtpote analogiae

et

et ſignificationi vocabuli cupa magis aptam. Ceterum Geſner cupam et miliarium vnum idemque intelligebat, pyxidem nimirum, intra quam contineatur columella, cui impoſita pilei inſtar fuerit. Hoc miliarium deinde tranſiiſſe et ſuſtinuiſſe orbem videbatur viro docto, ita. vt ſtante firmiter columella, orbis, miliarii ſiue cupae ope illi impoſitus, deinde funium et trochlearum beneficio circumageretur. Quam interpretationem recte deſeruit cum Meiſtero Gallicus interpres; ex ea enim fabricari trapetum et concinnare Catonis nemo facile ingenio, ne dicam materia, potuerit. Effinxit tamen qualecunque et lectorum oculis expoſuit Meiſter in Tabula II. Fig. 3. ipſe confeſſus, in eo quaſdam verbis Catonis partes non reſpondere, alias rationibus architectonicis minus conuenire.

Igitur alia ratione concinnauit Catonis torculariam cellam cum vaſis olcariis, id eſt trapeto et prelo quadriiugo, Meiſter, deinde Gallicus architectus *Goiſſon*, cuius opera vſus gallicus Interpres Catonis *Saboureux de la Bonnetrie*, totam fabricam multo elegantiori pictura quam Meiſter expreſſit, cuius majorem partem a perito artifice repetendam caelo curaui, omiſſis Meiſterianis figuris. Interim interpretationem Meiſteri curioſe locis ſingulis orationis Catonianae, ad quae pertinebat, adjeci in Commentario, vnde perſpiciet lector, inuentis Meiſteri abuſum Gallum totam fabricam meliori pictura repraeſentaſſe. Vix enim perſuaderi mihi patiar, Meiſterianae diſputationis nullam plane notitiam perueniſſe ad Gallum; cuius tamen candorem ſi falſo ſuſpectum habui, argumento poteſt eſſe haec vtriuſque interpretationis ſimilitudo, haud longe a vero abeſſe coniecturam Meiſteri, quocum deinde in eandem cogitationem atque interpretationem artis architectonicae peritia deduxerit Gallum. Poſtea vtriuſque ſimillimam diſputationem plane confirmauit exemplar antiqui trapeti, in ruinis Pompeiorum et Stabiarum reperti, cuius hiſtoriam figuramque ab Italo architectone, Franciſco la Vega, picti et denuo concinnati enarrauit, vſumque commendauit Italis ſuis Marchio Grimaldi libello edito Neapoli 1783. *Memoria ſu l'antico Frantojo da Olio*, quem etſi diligenter ab Heynio meo, Bibliothecae regiae Goettingenſi praefecto, quaeſitum, nanciſci tamen diu non potui. Interim aliunde mihi de forma trapeti iſtius ſatis conſtabat. Multi enim in Italia et Gallia exſtitere deinde viri docti, qui vſum eius, a Marchione Grimaldi tantopere commendatum, cum vſitatis hodie molis compararent et plane improbarent.

 Primam

Primam eius notitiam debeo auctori libri: *Sbozzo del Commercio di Amsterdam.* Neustad d'Italia 1782. quem audio vocari *Torcia.* Is enim p. 28. meminit notitiae trapeti, in Stabiarum ruinis reperti, quam libello Italico periodico, Mediolani edito, (*Foglio Enciclopedico*) anni 1781. mensi Decembri nescio quis inseruit; cuius tamen accuratiorem descriptionem expectare iubet lectorem a Marchione Grimaldi; deinde p. 161. excerptam posuit trapeti noui descriptionem ex libro: *Notizie Enciclopediche di Milano,* anni 1782. No. 37. p. 171. vnde simul cognoui, geminum trapetum fuisse repertum, alterum in ruinis Pompejorum, alterum Stabiarum.

Eiusdem trapeti descriptionem et figuram addito iudicio repetiit auctor egregii libri *Mémoires pour servir à l'histoire naturelle de la Provence,* a Paris 1788. in cuius altero Volumine olearum cultum oleique faciundi rationem omnem et machinarum ei operi seruientium fabricam curiose et perite enarrauit. Is igitur p. 339. praefatus auctoritatem nunciorum litterariorum anni 1786. Decembris diei XXI. descriptionem trapeti, in ruinis Stabiarum anno 1779. reperti, inde repetiit p. 537 et seqq.

Hoc ipsum esse Catonis trapetum, cuius inuentionem Graecis attribuit, in hoc argumento classicus scriptor Italus, Presta, agnouit p. 134. qui recte p. 136. monuit, trusatile fuisse vel manuale, quoniam Cato animalium nullibi facit mentionem in oleo faciundo. Vsum praeterea huius trapeti suspicatur in caussa fuisse, cur tantopere cauerent veteres scriptores, ne nuclei saporem olei vitiarent confracti. Forte enim molarum motu rotatorio nucleos fuisse comminutos et in farinam redactos, atque ita saporem olei corrupisse. Contra in hodierno trapeto verticalem molam tam vehementer non confringere nucleos, vt vllum inde olei sapori sit periculum timendum. (p. 183.) Molas autem verticales laeuas recentior aetas per Italiam et Galliam adhibuit, quae oliuas vna cum nucleis conquassant. Sola Florentia molas sulcatas adhibet, quae cauent, ne nuclei una confringantur; verum ita multum olei, in samsa seu carnium conquassatarum massa reconditi, perire et operam molendi fieri molestissimam et diuturnam, monuit Presta p. 122. qui trapeti antiqui vsum, a Marchione Grimaldi reuocatum, tanquam operosum et damnosum, pariter damnauit, vt Gallus Bernard, cui hodie Gallia principatum in hoc rustico scriptionis argumento deferre solet. Equidem his virorum doctorum iudiciis quod addam vel demam, non habeo, nisi quod monen-

monendum hic iterum censeo, quod ad Catonis cap. 37. ſ. 2. demonſtraui, olearum nucleos mola ſuſpenſa veterum non ſolum non fuiſſe confractos, ſed poſtea etiam exemtos et ſuccretos, antequam ſamſa, prelo ſubiecta, exprimeretur. Quid vero cura iſta ad ipſam olei factionem attineat, audi nunc iudicantem Bernardum l. c. p. 405. *Après avoir mûrement réfléchi ſur les moyens qu'on emploie pour extraire l'huile, je crois que la perfection de cet art depend principalement de la ſéparation des parties qui contiennent l'huile d'avec celles, qui n'en renferment point. En procurant à la pâte une plus grande homogénéité, on la rendra plus ſuſceptible d'être mieux preſſurée et de l'être également. D'ailleurs, en rejettant le bois des noyaux, il ſuffira la moitié des engins pour preſſer la même quantité d'olives.*

Quam artis perfectionem vt conſequeretur, varia tentavit remedia vir prudentiſſimus, quibus caro olearum a nucleis ſepareretur, atque ita ſeorſim prelo exprimeretur. Quorum ex numero hoc vno tandem acquieuit, quo ciues ſuos in regione aliqua Galliae vſos animaduerterat. *J'ai vu à Mougins une recenſe où, au lieu de meule pour ſéparer du bois des noyaux la chair des olives, on employoit des battoirs et un méchanisme ſemblable à celui que j'ai décrit. — Des volumes d'eau moins grands ſuffiroient pour établir des moulins à recenſe; il ne faut pas une force auſſi grande pour agiter des battoirs dans un puits, que pour y faire rouler une meule.*

Hac viri docti narratione confirmatus ſum in ea opinione, quam animo iam diu conceperam, tudiculam, a Columella XII. 50. memoratam et improbatam, eſſe hanc ipſam machinam, quam Galli *battoirs* vocant. Praeter cauſam, a Columella poſitam, ob quam vſum eius improbabat, quod frequenter vitietur, et, ſi baccae pluſculum ingeſſeris, impediatur, aliam etiam eamque multo grauiorem fuiſſe puto. Nempe molam trapeto Columella praefert ideo, quoniam pro magnitudine baccarum vel ſubmitti vel etiam eleuari poterat, ne nucleus, a quo putabant oleum vitiari, confringeretur. Quod ne fieret in tudicula, nulla poterat ars cavere. Gallus vero fractos a tudicula nucleos in fundo mortarii vel putei relinquit, carnes vero ſeu ſampſam aqua eluit ſaccoque bombycino canali addito effluentes colligit. Qua cura difficili ſane carebant antiqui factores, cum trapeti orbe ſuſpenſo olearum carnes conquaſſaſſent, nucleis integris relictis, quos deinde cribri genere aliquo, nobis ignoto, ſuccernebant, maſſamque carnium puram prelo exprimebant

 mino-

